


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



600030941N

4.69. m. 20.



E. BIBL. RADCL.

C

19149 e 13

ALBERT. GUIL. ROTH, M. D.

Sereniss. Regis Brit. et Hannov. Physici Provincialis Ducatus Bremensis, Acad. Caes. Leopold. nec non Regiae Bavar. Monachianae Nat. Cur. Socii, Societatis Botan. Halensis, Ratisbonensis, Jenens. Medicor. et Chirurg. per Helvetiam correspondentium, Instit. Vaccinationis Londinensis, Oeconom. Marchic. Physiograph. Lundensis, Phytograph. et Physic. Goettingensis, Megapolit. Nat. Cur. Wetterav. Hannoverae, Amicor. Berolinens. et Pharmacopaeor. Germ. septentr. Sodalis Honor.

ENUMERATIO PLANTARUM PHAENOGAMARUM

IN

GERMANIA SPONTE NASCENTIUM.

PARS PRIMA.

SECTIO PRIOR. (CLASSIS I—V.)

LIPSIAE,

SUMTIBUS J. F. GLEDITSCH.

MDCCCXXVII.

Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, multum adhuc restat; nec post mille saecula praecluditur occasio aliquid addendi.

SENECA.

LECTORI SALUTEM!

Senectute jam provectus ultimum hisce paginis hic Tibi trado, B. L., studii mei botanici laborem, quem benevole ut accipias, etiam atque etiam rogo. Ante triginta et quod excurrit annos Floram Germanicam, sub titulo: *Tentamen Florae Germanicae*, ad mentem Oederi, conscribere conatus sum. Exhausta hujus operis copia Bibliopola novam a me petiit editionem, at consultius duxi, novum elaborare opus, nostris temporibus accommodatius et tentare, quid valeant humeri, quid ferre recusent. Non absque timore suscepi huncce laborem, probe gnarus, nostris temporibus, ubi scientia botanica tot tantosque progressus fecit, novi quid, vel consumtius reddere, rem esse arduam.

Germaniae limites in hac Enumeratione retinui, quos Celeberr. Schrader in Charta geographica nitida, Florae suae Germanicae praefixa, praelineavit quosque amici suavissimi Mertens et Koch in Flora Germanica, ab Illis maximo cum studio edita, Suos fecerunt. Ne mole sua tandem ruat scientia, pauca tantum nova

Genera adoptavi, a recentioribus auctoribus botanicis, absque necessitate, ut videtur, creata.

Generum characteres, ubi necessarium duxi, emendare studui. *Specierum diagnoses*, ad normam certam, cuique generi adaptatam, novas, signis, ut ita dicam, sese excludentibus, elaboravi, quo species sibi proxime cognatae eo certius tutiusque distingui et cum Varietatibus suis determinari queant. Inter *Synonyma* ea tantum elegi, quae vel descriptionem vel figuram plantae dedere, omissis reliquis, tam in Floris Germanicis, quam in aliis scriptis botanicis centies repetitis, ne absque necessitate hujus operis augeatur volumen. In descriptionibus plantarum semper naturam consului, nec unquam juravi in verba magistri. Nomina germanica cujusvis speciei subposui et ad rariores Germaniae plantas loca natalia specialiora indicavi, cum duratione et florendi tempore.

Hujus operis *Prodromum*, in forma minore, peregrinationibus botanicis accommodata, botanophilis tradere in animo est, annuente Deo, vitam et otia largituro.

Dabam *Vegesackii* ad portum,
die VI^to^ Januarii MDCCCXXVII.

A. W. ROTH.

ENUMERATIO

PLANTARUM PHAENOGAMARUM IN GERMANIA SPONTE NASCENTIUM.

VOLUMEN PRIMUM.

SECTIO PRIMA.

CLASS. I—V.

CLASS. I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPURIS. *Cal. margo* bilobus, superus. *Cor.* nulla. *Nux* monosperma apice perforata.
2. ZOSTERA. *Spadix* linearis intra spatham foliaceam, altero latere florifer. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Capsula* monosperma, evalvis. *Nux* compressa.

Alchemilla Aphanes. Eriphorum alpinum. Salicornia.

DIGYNIA.

3. CALLITRICHE. *Cal.* nullus. *Cor.* dipetala. *Semina* quatuor nuda, conniventia.
4. BLITUM. *Cal.* trifidus, inferus. *Cor.* nulla. *Semen* unicum calyci immersum.
5. PSILURUS. *Spiculae* racheos articulorum spuriorum scrobiculis insidentes. *Cal.* in spiculis lateralibus uniglumis, in terminali biglumis. *Semen* corticatum.

Festuca, sciuroides, Myurus.

CLASS. I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPURIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 2. Jussieu Gen. Plant. ed. Roemer p. 22. Gaertner de Fruct. et Sem. Vol. II. p. 24. Tab. 84.

Calyx. Margo bilobus, germen coronans. *Corolla* nulla. *Nux* monosperma, apice perforata.

1. Hippuris *vulgaris*.

H. foliis verticillatis, pluribus, linearibus, acutis. *Hippuris vulgaris Willd.* Spec. Plant. Lin. Tom. I. Pars I.. p. 26. *Roth* Flora Germ. Tom. II. Pars I. p. 2. *Besser* Galic. n. 1. *Böninghausen* Flor. Monast. n. 1. *Gmelin* Fl. Badens. n. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 1. *Mönch* Hass. n. 1. *Pollich* palat. n. 1. *Römer* et *Schult.* Syst. Veget. Vol. I. p. 41. *Schkuhr* Handb. 1. p. 7. Tab. 1. *Schrader* Germ. 1. p. 2. *Schultes* Oestr. Fl. ed. 2. n. 1. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Vest* Manuale p. 229. Flora Dan. Tab. 78.

Limnopeuce vulgaris. Scop. Carn. ed. 2. n. 2.

Pinostella. *Dill.* Gies. Append. p. 168.

Polygonum femina. *Camerar.* Epit. p. 689. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1217.

Radix articulata. *Caulis* articulatus, striatus, glaber: in aquis stagnantibus erectus, simplex, rarius ramosus, sesqui-ad

bipedalis; in fluviis fluitans, pro aquae profunditate longior. *Folia* linearia, octo, decem et plura ad genicula verticillata, plana, subulata, patentia, glabra, rarissime in spicam contorta, ad caulem adscendentia. *Flores* solitarii, in foliorum axillis sessiles, nudi, hermaphroditi, rarius femineis mixti. *Germen* ovale, glabrum, apice coronatum margine bilobo: alteri lobo *Stamen* insertum, ad alterum lobum *Stylus* e germine proveniens. *Nux* subrotunda, unilocularis.

Gemeiner Tannenwedel.

Observ. Ob calycis defectum evidentioris et stamen germini superimpositum ad Classem *Gynandriam* Hippuridem referendam esse judicat *Retzius* in Observ. bot. Fasc. 3. p. 7. At margo elevatus exiguus, quo germen superne circumdatur, quem calyculum dicit *Adansonius*, calycis munere quasi fungitur. Germen itaque inferum diei meretur. Hinc omni jure ad hanc Classem, nec ad Gynandriam, referri meretur hoc genus.

In fossis et lacubus, inprimis limosis undique fere in Germania. 4. Fl. Jun. — Aug.

2. ZOSTERA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1390. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 28. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 78. Tab. 19.

Spadix linearis intra spatham monophyllam foliaceam, pedunculatam, latere hiantem. *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Conceptacula spermatica* (Antherae *Linn.*) sessilia, germini opposita, cum proximo superiori alternantia. *Stylus* bifidus. *Capsula* elliptica, evalvis, unilocularis, monosperma. *Nux* compressa.

1. Zostera *marina.*

Z. caule teretiusculo, adscendente, geniculato, geniculis aequalibus, foliis trinerviis, stipulis subherbaceis, spathae foliaceae pedunculo sursum dilatato, plano.

Zostera marina. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. IV. Pars I. p. 179. *Roth* Flora Germ. Tom. II. Pars. II. p. 414. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 2. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. Vol. I. p. 42. (excluso synon. *Caulini*). *Schkuhr* Handb. 3. p. 216. Tab. 279. *Scop.* Carn. ed. 2.

n. 1144. *Schrader* Germ. 1. p. 3. *Vest* Manuale p. 791. Flora Dan. Tab. 15.

Ruppia aquis marinis innatans, flexuosa, perennis. *Möhring* in Philosoph. Transact. 1743. p. 217.

β. major, foliis latioribus.

Zostera oceana. Weber in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 65. *Radix* fibrosa. *Caulis* teretiusculus, laeviter compressus, filiformis, articulatus, geniculis aequalibus, inferne repens et ad genicula radicans, tunc adscendens, debilis, dichotomus, foliosus, brunneus, opacus, bi-ad tripedalis. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, linearia, graminea, plana, herbacea, obtusa, integerrima, glabra, striata, isthmis transversalibus intercepta, nervis tribus, in junioribus obsoletioribus, in exoletis evidentioribus, notata, semipedalia et pedalia, sesquilineam ad lineam lata, ad aquae superficiem natantia. *Stipula* solitaria, oblonga, obtusa, subherbacea, semiuncialis et uncialis, folium basi cum spathae pedunculo arcte vaginans, demum marcescens et evanescens. *Spatha* monophylla, pedunculata, infra medium latere dehiscens margine membranaceo, florifera, supra medium in folium producta, reliquis foliis simile, ad basin et apicem spadicis geniculo interstincta. *Pedunculus* e stipulae vagina egrediens, folio oppositus, compresso-planus, inferne attenuatus, superne versus spadicem magis dilatatus, uncialis et sesquiuncialis. *Spadix* linearis, planus, in spathae vagina latitans illique dorso accretus, antrorsum secundum totam longitudinem genitalibus nudis obsessus.

Gemeiner Wasserriemen.

Prope litora ad maris fundum praesertim arenosum Adriatici (Scopoli. *Host*), Baltici (*Timm. Weber*), Septentrionalis (*Trentepohl*, Mertens). 2|. Fl. August.

2. Zostera *nana.*

Z. caule compresso, reptante, geniculis incrassatis, foliis uninerviis, stipulis membranaceis, spathae foliaceae pedunculo filiformi, aequali, compresso.

Zostera uninervis. Vahl Enum. Plant. Vol. I. p. 14.

Zostera marina. β. angustifolia. Flora Dan. Tab. 1501.

Phucagrostis minor. Caulini de Phucagr. p. 14. Tab. 2. *Usteri* Anal. der Bot. Stück XI. p. 60. descriptio p. 47. Tab. IV. (nec III.)

Primo intuitu *Zosteram marinam* juniorem refert, cum qua commistam observavit optimus *Mertens;* at distinctissima. Differt: 1. Toto habitu teneriore. 2. *Caulibus* repentibus, radicantibus, apice tantum parum adscendentibus, compressis, ratione parvitatis plantae duplo crassioribus; flavescentibus, nitidis, subpellucidis, geniculis incrassatis tumidiusculis. 3. *Foliis* dimidio angustioribus, constanter uninerviis, laetius viridibus. 4. *Stipulis* mere membranaceis, laxioribus. 5. *Spathae pedunculo* filiformi, compresso, crassitie aequali. 6. *Spadice* duplo breviore et paullo latiore.

Niedriger Wasserriemen.

In Insula *Nordernay* maris septentrionalis primo observavit Prof. *Mertens*. 1824. 2l. Fl. August.

Observ. I. Celeber. *Caulini* primus stipularum praesentiam ostendit. Spadicem non foliorum vaginae insidere, ut contendunt fere omnes auctores botanici, sed propria Spatha pedunculata, apice foliacea instructum esse, non solum ex pedunculo patet, sed etiam ex geniculo, quo spatha ad basin et apicem spadicis instructa est, quo vera folia plane carent.

Observ. II. Maxime notabilis est naturae in hisce plantis Oeconomia! Harum scilicet et nonnullarum aliarum plantarum phaenogamarum, quae sub aquae superficie fructificationis negotium absolvunt, *Antherae* sic dictae, seu potius conceptacula spermatica, polline non scatent, sed ejusdem loco mueo filamentoso farctae observantur, cui vesiculae spermaticae immixtae sunt. (Confer. *Roth* Neue Beiträge zur Bot. 1. p. 10 seq.)

DIGYNIA.

3. CALLITRICHE.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber. n. 17. Juss. Gen. ed. Roemer. p, 24. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 330. Tab. 68.

Calyx nullus. *Corolla* Petala duo, incurva, canaliculata, opposita. *Stamen* unicum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Semina* quatuor, nuda, hinc marginata, conniventia.

1. Callitriche *autumnalis.*

C. foliis conformibus, lanceolato-linearibus, uninerviis, apice emarginato-bifidis, seminibus margine membranaceis. *Schultz* Supplem. Florae Stargard. p. 2.

Callitriche autumnalis. Willd. Sp. Plant. Lin. T. I. Pars I. p. 29. (excluso synon. *Pollichii*). *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. Vol. I. p. 47. *Besser* Galic. n. 4.

Callitriche angustifolia. Hoppe bot. Taschenbuch 1792. p. 160.

Lenticula palustris angustifolia, folio apice dissecto. *Lösel* Fl. Pruss. p. 140. Tab. 38.

Radix fibrosa. *Caules* filiformes, debiles, tetragoni, ramosi, confertissimi et radiculis axillaribus densissime implexi, suberecti. *Folia* opposita, decussata, e latiore basi lineari-lanceolata, patentia; *suprema* confertiora quidem, tamen non in rosulam congesta, reliquis similia, *omnia* uninervia, apice emarginato-bifida. *Flores* hermaphroditi, in omnibus fere axillis solitarii. *Fructus* subsessiles. *Semina* respectu speciei sequentis majora, margine membranacea.

Herbst-Wasserstern.

In aquis limpidis Stargardiae *(Schultz)* Borussiae *(Lösel. Reiger)*, Episcopatus Paderborn *(Meyer)*, prope *Oycow* Galiciae *(Besser)* ♃. Fl. Aug. Sept.

2. Callitriche *verna.*

C. foliis inferioribus variis; supremis ovatis, oblongisve, triplinerviis, apice integris, seminibus margine obtusis.

α. vulgaris foliis inferioribus, triplinerviis.

Callitriche verna. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 28. *Roth* Flor. Germ. T II. P. II. p. 415. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 1081. *Gmelin* Badens. n. 3. *Mönch* Hass. n. 2. *Pollich* palat. n. 2. *Schkuhr* Handb. 1. p. 6. Tab. 1. Fig. a. *Schultes* Oestr. Fl. ed. 2. n. 17. *Schultz* Suppl. Fl. Starg. p. 2. *α. Wallroth* Annus bot. p. 3. *α.* Flora Dan. Tab. 129.

Callitriche stellata. Hoppe bot. Taschenb. 1792. p. 158.

Callitriche aquatica. Sprengel Mantiss. 2. p. 17.

Radix fibrosa tenuis. *Caules* filiformes, teretes, articulati, ad genicula radicantes. *Folia* glabra, obtusa, integerrima, triplinervia, subsessilia: *inferiora* spathulata; *superiora* ovalia magisque approximata et rosulam ad aquae superficiem formantia. *Flores* axillares solitarii; *inferiores* plerumque feminei; *superiores* masculi. *Semina* obtusa, immarginata.

β. intermedia: foliis inferioribus linearibus, uninerviis, apice bifidis.

Callitriche verna β. Schultz Suppl. Fl. Stargard. l. c. *Wallroth* Ann. bot. l. c.

Callitriche intermedia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 29. *Besser* Galic. n. 3. *Gmelin* Fl. Badens. n. 4. *Hoffmann* Fl. Germ. p. 2. *Hoppe* bot. Taschenb. 1792. p. 159. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 3.

Callitriche dubia. Roth Fl. Germ. T. II. P. II. p. 417. *Hoffmann* Observ. bot. n. 1.

Callitriche autumnalis. Schkuhr Handb. 1. p. 5. Tab. 1. Fig. e. *Willd.* prodr. Fl. Berol. n. 4. *β.*

Stellaria intermedia. Weber in *Wigg.* Fl. Holsat. p. 2.

Stellaria aquatica. *Lobel* Icon. 1. p. 792.

Alsine aquis innatans, foliis longiusculis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 780.

Foeniculum aquaticum stellatum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 187.

Differt a priore *α.* 1. *Foliis inferioribus* linearibus retusis, bifidis, uninerviis (superioribus ut in *α.*) 2. *Petalis* angustioribus et apice obsolete emarginatis.

γ. caespitosa: foliis inferioribus lineari-lanceolatis, uninerviis: superioribus oblongis, triplinerviis: *omnibus* apice integerrimis.

Callitriche verna. Schultz Suppl. Flor. Starg. l. c. *γ.*

Callitriche minima. Hoppe bot. Taschenb. 1792. p. 157. *Hoffmann* Germ. p. 2.

Callitriche verna δ. minima. Wallroth Annus bot. p. 3.

Differt ab antecedentibus: 1. *Caulibus* ramosissimis, prostratis, caespitosis, radicantibus. 2. *Foliis* angustioribus: *inferioribus* lineari-lanceolatis, uninerviis: *superioribus* oblongis, triplinerviis: *omnibus* plerumque apice integris.

Frühlings-Wasserstern.

Habitat α et β in aquis pigris coenosis; γ ad aquarum margines in terra limosa vel arenosa passim in Germania. 2l. Fl. Majo, Jun.

Observ. I. Pro aquarum conditione mirum in modum variat haec species, ut fere omnes plantae aquaticae, ita, ut varietatum enumeratarum una in alteram transeat. At omnes inter se conveniunt: 1. *Caule* tereti. 2. *Foliis* superioribus plus minus latioribus, triplinerviis; omnibus basi parum angustatis. 3. *Floribus* plerumque monoicis, inferne femineis, superne masculis. 4. *Seminibus* margine obtusis.

Observ. II. In Ducatu Bremensi prope *Schönebeck* in humidis ad molendinam alibique variat: *Foliis* laevissime emarginatis et fructibus inferioribus breviter pedunculatis. Hujus loci sunt, secundum specimina ad *Fontainebleau* lecta, *Callitriche pedunculata. Loiseleur* Fl. Gall. p. 3. *Decand.* Fl. Franc. n. 3656. (cujus folia suprema quoque triplinervia observantur) et *Callitriche autumnalis. Roth* Flora Germ. Tom. II. Pars II. p. 416.

Observ. III. *Callitriche aestivalis. Römer* et *Schultes* Syst. Veget. Vol. I. p. 47. *Ejusd.* Mantissa I. p. 65. quae inter *Diesirch* et *St. Veit* in Ducatu Luxenburg. observata est, mera varietas *Callitr. vernae* videtur.

4. BLITUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 18. Juss. Gen. ed. Roemer p. 96. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 200. Tab. 126.

Calyx trifidus, inferus. *Corolla* nulla. *Stamen* unicum. *Styli* duo. *Semen* unicum calyci, vel per maturitatem carnoso, vel herbaceo, immersum.

3. Blitum *capitatum.*

B. glomerulis terminalibus spicatis, fructibus succosis.

Blitum capitatum. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. I. Pars I. p. 30. *Besser* Galic. 2. Append. p. 325. *Gmelin* Fl. Badens. n. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 4. *Schrader* Germ. 1. p. 4. *Schkuhr* Handb. 1. p. 6. Tab. 1. Fig. 1. (sub Blito

virgato). *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 5. *Schultes* Oest. Flor. 2. n. 15. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 2. *Vest* Manuale p. 230.

Morocarpus capitatus. Scop. Carn. ed. 2. n. 3.

Atriplex silvestris baccifera. *Clusii* Hist. 2. p. CXXXV. *Radix* fusiformis, carnosa. Tota planta glabra. *Caulis* erectus, subangulosus, inferne simplex, superne dichotomus, pedalis et major. *Folia* alterna, longe petiolata, hastata, dentata. *Flores* glomerati ad apicem caulis: *glomerulis inferioribus* axillaribus; *superioribus* in spicam nudam coacervatis. *Calyx fructus* demum baccatus, purpureus.

Aehrentragender Erdbeerspinat.

In Litorali, Forijulio, Tyroli *(Scopoli. Host)*, Galicia *(Kluk)* quasi sponte in locis incultis e. c. prope Salisburgum *(Gunck)*, Francof. ad Moenum *(G. M. S.)*, Carlsruhe *(Gmelin)*. ☉. Fl. Aestate.

2. Blitum *virgatum.*

B. glomerulis omnibus axillaribus, fructibus succosis.

Blitum virgatum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 30. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 5. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. Vol. I. p. 48.

Differt ab antecedente: 1. *Caule* altiore, a basi ramoso, dichitomo, *Ramis* tenuioribus virgatis, ad apicem usque folioso. 2. *Foliis* brevius petiolatis, longius acuminatis. 3. *Glomerulis* omnibus axillaribus, paullo minoribus.

Seitenblütiger Erdbeerspinat.

Ad ripas fluviorum prope Regiomontum Borussiae, prope Viviers et Eupen Episcopatus Leodiensis *(Mertens et Koch)*. ☉. Fl. Aestate.

3. Blitum *chenopodioides.*

B. glomerulis omnibus axillaribus, fructibus exsuccis.

Blitum chenopodioides. Römer et *Schultes* Syst. Veget. Vol. I. p. 49. *Besser* Galic. n. 5. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 16.

Glabra, succulenta. *Caulis* a basi ramosissimus, diffusus, bi-ad quadripedalis, obtuse angulosus. *Folia* alterna, triangu-

lari-hastata: *inferiora* longe petiolata, inaequaliter sinuato-dentata; *superiora* breviter petiolata, angustiora, versus basin tantum dentata. *Flores* glomerati; *glomerulis* parvis, omnibus axillaribus, sessilibus, plerumque solitariis. *Calyx fructus* herbaceus, exsuccus. *Semen* orbiculare, compressum, nigricans, ad lentem tessellatum.

Gänsefussartiger Erdbeerspinat.

Observ. I. Ne confundatur cum *Bliti virgati* varietate monstrosa, a *Linneo* in Mantissa p. 170. quoque *chenopodioides* dicta (Confer. *Vahl* Enum. Plant. 1. p. 18. γ.), a qua recedit: 1. *Caule* ramosiore, diffuso. 2. *Foliis* omnibus alternis hastato-triangularibus; nec saepe oppositis vel aggregatis. 3. *Glomerulis* omnibus solitariis, axillaribus; nec verticillatis: verticillis duobus vel tribus terminalibus.

Observ. II. Planta in horto culta exacte convenit cum descriptione Clariss. *Besser* l. c.

In ruderatis, fimetis circa Leopolin et Cracoviam Galiciae *(Besser)*, Wiliczkam *(Schultes)*. ☉. Fl. Aestate.

5. PSILURUS.

Trinius Fundam. Agrost. p. 93.

Spiculae racheos articulorum spuriorum scrobiculis insidentes. *Calyx* subbiflorus: in *spiculis lateralibus* uniglumis, squamaeformis; in *terminali* biglumis. *Corolla* bivalvis. *Stamen* unicum. *Styli* duo. *Semen* corolla corticatum.

Observ. A *Rottboellia* recedit hoc genus: 1. *Spicae rachi* continua, apparenter tantum articulata; nec ad articulos discedente. 2. *Spiculis* subbifloris. 3. *Flosculis* aristatis, monandris. Ab *Ophiuro Gärtner* de Fruct. Vol. III. p. 3. Tab. 181. distinguitur: 1. *Calyce* in spiculis lateralibus uniglumi, minuto, squamaeformi. 2. *Corolla* aristata, monandra. A *Nardo* differt: 1. *Praesentia* calycis. 2. *Spiculis* subbifloris, racheos articulorum spuriorum scrobiculis insidentibus. 3. *Flosculis* monandris, digynis.

1. Psilurus *nardoides.*

Psilurus nardoides. Trinius Fund. Agrost. l. c. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 6.

Nardus aristata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 315.

Asprella nardiformis. Host Gram. Austr. Vol. IV. Tab. 29.

Rottboella monandra. Schrader Flora Germ. 1. p. 411. *Roth* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 122.

Monerma monandra. Römer et *Schultes* Syst. Veg. Vol. II. p. 799.

Gramen exile arundinaceum acumine reflexo. *Scheuchz.* Agrost. p. 41. Tab. 1. Fig. 7. K.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmi* nonnulli, erectiusculi, teretiusculi, filiformes, glaberrimi, simplices. *Folia* angusto-linearia, acuta, plana, per exsiccationem convoluta, glabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae: *suprema* praelonga, spicam inferne involvens. *Ligula* nulla. *Spica* gracilis, filiformis, tri-quadriuncialis, raro longior, primo erecta, demum flexuosa et apice non raro recurva. *Rachis* scabra, alternatim excavata ad spiculas excipiendas. *Spiculae* tenues, adpressae, plerumque biflorae: flosculo majore sessili; altero, si adest, dimidio minore, brevissime pedicellato, nonnihil una et altera ex inferiorum numero tantum biflora, reliquis omnibus unifloris. *Calyx* in spiculis lateralibus uniglumis, ovatus, acutus, squamaeformis ad basin flosculi exterioris positus; in spicula terminali biglumis, subaequalis. *Corolla* bivalvis: *valvulis* subaequalibus: *exteriore* lanceolato-subulata, vix paullo majore, ad carinam superne scabra, terminata. *Arista* erecta, scabra, valvula ipsa paullo minore; *interiore* bicarinata, carinis scabriusculis, mutica.

Gegrannter Borstenschwanz.

In apricis siccis Istriae, circa Petinam et Pesinum *(Host).* ☉ Fl. Majo. Junio.

CLASS. II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores completi, inferi, regulares.*

6. OLEA. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadripartita. *Drupa* bilocularis, submonosperma.

7. LIGUSTRUM. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* infundibuliformis, quadrifida. *Bacca* bilocularis, tetrasperma.

8. PHILLYREA. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* infundibuliformis, quadripartita. *Bacca* bilocularis, subdisperma.

9. JASMINUM. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* hypocrateriformis, quinquepartita. *Bacca* bilocularis, disperma. *Semina* arillata.

10. SYRINGA. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* infundibuliformis, quadrifida. *Capsula* bilocularis, bivalvis, tetrasperma.

11. FRAXINUS. *Flores polygami. Cal.* quadridentatus vel nullus. *Cor.* tetrapetala, vel nulla. *Samara* compressa, bilocularis, disperma.

Lepidium ruderale, petraeum, Iberis, Sennebiera didyma.

†† *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares.*

12. VERONICA. *Cal.* quadri-s. quinquepartitus. *Cor.* quadripartita: *Lacinia infima* angustiore. *Capsula* obcordata, bilocularis, bivalvis, oligosperma.

13. WULFENIA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* bilabiata: *Labiis* inaequalibus. *Stamina* sub labio superiore adpressa, arcuata. *Antherae* bigemellae. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis.

14. PAEDAROTA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* bilabiata: *Labiis* aequalibus. *Stamina* ex inferiore labio parallele adscendentia. *Antherae* simplices, cordatae. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis.

15. GRATIOLA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* bilabiata: *Labiis* aequalibus. *Stamina* duo plerumque tantum perfecta. *Stigma* bilabiatum. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis.

16. PINGUICULA. *Cal.* bilabiatus. *Cor.* ringens, calcarata. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* unilocularis, semibivalvis.

17. UTRICULARIA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* personata vel rigens, calcarata. *Stigma* integrum. *Capsula* circumscissa, unilocularis.

18. LYCOPUS. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* subaequalis, quadrifida. *Semina* quatuor, nuda.

19. ROSMARINUS. *Cal.* bilabiatus. *Cor.* ringens. *Filamenta* simplicia. *Semina* quatuor, nuda.

20. SALVIA. *Cal.* bilabiatus. *Cor.* ringens.

Filamenta transverse pedicello affixa. *Semina* quatuor, nuda.

Limosellae aquaticae Var. diandra Krocker.

††† *Flores completi, superi.*

21. CIRCAEA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* dipetala. *Capsula* setis uncinatis hispida, biloculari, disperma.

†††† *Flores incompleti.*

22. SALICORNIA. *Cal.* integer. *Cor.* nulla. *Stamen* alterum prius, alterum serius e calyce prodiens. *Semen* solitarium, calyce tectum.

23. LEMNA. *Cal.* monophyllus. *Cor.* nulla. *Capsula* uni-s. bilocularis, di-vel polysperma.

24. CLADIUM. *Cal.* multiglumis, imbricatus, uniflorus. *Cor.* nulla. *Nux* putamine duplici, monosperma.

Polycnemum arvense. Scirpus ovatus, Michelianus Schoenus albus. Eriophorum alpinum.

DIGYNIA.

25. WILIBALDA. *Cal.* nullus. *Cor.* bivalvis, glumacea: *Valvula exteriore* aristata: *interiore* mutica, bicarinata. *Semen* nudum, corollam supereminens.

26. ANTHOXANTHUM. *Cal.* bivalvis, uniflorus, glumaceus. *Cor.* duplex: utraque bivalvis: *exteriore* aristata. *Semen* corollae interiori adnatum.

Crypsis aculeata et schoenoides. Saccharum cylindricum. Festuca distachyos sciuroides et *myurus. Bromus madritensis* et *rigidus. Saccharum cylindricum.*

CLASS. II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores completi, inferi, regulares.*

6. OLEA.

Linn. Gen. Pant. ed. Schreber n. 25. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 18. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 75. Tab. 93.

Calyx cyathiformis, quadridentatus, inferus. *Corolla* quadripartita: *Laciniis* concavis. *Stam.* duo. *Stigma* bifidum. *Drupa* bilocularis, submonosperma. *Nux* rugosa.

1. Olea *europaea.*

O. foliis lanceolatis, integerrimis, subtus incanis, racemis axillaribus, compositis.

Olea europaea. Willd. Spec. Pl. Lin. T. I. P. I. p. 44. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 16. *Schrader.* Germ. 1. p. 9. *Scop.* Carn. 2. n. 5. *Vest* Manuale p. 251. *Wulfen* in *Römer* Archiv. Band 3. Stück 3. p. 311.

Olea sativa. *Clus.* Hist. 1. p. 26. *Joh. Bauh.* Hist. 1. l. VI. p. 1.

Sempervirens, sex-ad novempedalis. *Truncus* crassitie brachii, cortice viridi-cinereo obductus. *Rami* oppositi, teretes

obtuse striato-subangulosi. *Ramuli* oppositi vel ternati, teretes, albido-cinerei. *Folia* opposita, coriacea, lanceolata, breviter petiolata, glabra, integerrima, margine revoluta, supra saturate viridia, subtus albida. *Racemi* axillares, solitarii, oppositi, erecti, compositi, folio breviores. *Flores* breviter pedunculati, albi. *Bracteae* deciduae. *Calyx* cyathiformis, breviter quadrifidus, corolla concolor, caducus. *Corolla* rotata; *Tubulo* brevi annulari; *Limbo* plano, quadripartito; *Laciniis* ovatis. *Stigma* crassiusculum, bifidum. *Drupa* oblongo-ovata, nigra, bilocularis; *Loculo* altero plerumque obliterato. *Nux* dura, rugosa, oblongo-ovata.

Variat Calyce crenato. *Wulfen.*

Observ. Secundum Cel. *Host* in Synops. p. 3. spontanea planta fruticosa est et spinescit, culta ad arboris altitudinem accedit et inermis evadit.

Gemeiner Oelbaum.

In collibus, vinetis et campestribus Litoralis *(Host)*, in monte *St. Catharinae* perinde ac *Tergesti (Wulfen)*, in Istria *(Senus)*. ♄. Fl. Jun. Jul.

7. LIGUSTRUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 23. Juss. Gen. ed. Roemer p. 119. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 72. Tab. 92.

Calyx quadridentatus, inferus. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida: *Limbo* patente. *Bacca* bilocularis: *Loculis* dispermis.

1. Ligustrum *vulgare.*

α. foliis elliptico-lanceolatis, panicula coarctata.

Ligustrum vulgare. Willd. Sp. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 41. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 4. *Besser* Galic. n. 6. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 7. *Gmelin* Badens. n. 8. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 5. Tab. 25. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 20. *Pollich* palat. n. 4. *Schkuhr* Handb. 1. p. 7. Tab. 2. a. *Schrader* Fl. Germ. 1. p. 7. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 20. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 14. Flora Dan. Tab. 1141.

Ligustrum. *Tabernaem.* Kräuterbuch. p. 1454.

Frutex sex-ad octopedalis, cortice griseo obductus. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, rarius subalterna vel terna, breviter petiolata, elliptico-lanceolata, integerrima, glabra. *Panicula* terminalis, ovata, densa. *Flores* pedunculati, candidi, suaveolentes. *Calyx* minimus. *Corollae Tubus* cylindraceus, calyce multo longior: *Limbi laciniae* elliptico-oblongae. *Stamina* duo opposita, fauci inserta. *Stylus* filiformis. *Stigma* oblongum, obtusum. *Bacca* nigra.

Gemeiner Hartriegel.

In vallibus lapidosis, sepibus, dumetis fere undique. ♄. Fl. Jun. Jul.

8. PHILLYREA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 24. Juss. Gen. ed. Roemer p. 118. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 71. Tab. 92.

Calyx quadridentatus, inferus. *Corolla* infundibuliformis, quadripartita. *Limbo* revoluto. *Bacca* bilocularis. *Loculis* monospermis, altero saepe abortiente.

Observ. Hujus generis species omnes in eo conveniunt, ut flores in corymbos axillares et folia triplinervia, subtus punctis plus minus excavatis, praedita sint. Figura tantum foliorum et venarum eminentia distinguuntur, quae in hoc genere pro loci natalis diversitate quam maxime variabiles sunt, ut limites certi, ob formas intermedias, vix rite determinari queant.

1. Phillyrea *angustifolia.*

P. foliis lineari-lanceolatis, basi valde attenuatis, integerrimis.

Phillyrea angustifolia. Willd. Spec. Pl. Lin. T. I. P. I. p. 43. *Ejusd.* Berlin. Baumz. p. 264. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 19. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. Vol. I. p. 73.

Philyrea angustifolia. *Lobel.* Icon. 2. p. 132. *Ejusd.* Observ. p. 565.

Phillyrea quarta. *Clusii* Hist. 1. p. 52.

Frutex sempervirens, tri-ad quinquepedalis, dense ramosus. *Rami* oppositi, graciles; glabri, erecto-patuli. *Folia* op-

posita, breviter petiolata, lineari-lanceolata, utrinque, sed basi magis, attenuata, integerrima, margine subrevoluta, subvenosa, glabra, supra nitidiuscula, subtus tenuissime punctata. *Corymbi* axillares, densi, parvi. *Bacca* nigra, exigua.

Schmalblättrige Steinlinde.

In Istria *(Host)*. ♄. Fl. Maj. Jun.

2. Phillyrea *media.*

P. foliis oblongo-vel elliptico-lanceolatis, subdentatis.

Phillyrea media. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 18. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. Vol. I. p. 73. *Schrader* Fl. Germ. 1. p. 8.

Phillyrea virgata. Willd. Enum. Plant. Horti Bot. Berol. p. 11.

Phillyrea tertia. *Clus.* Hist. 1. p. 52.

Phillyrea tertia Clusii. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1455.

Phillyrea latiusculo folio. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Lib. V. p. 539.

Phillyrea narbonensis florida. *Lobel* Observ. p. 564.

Differt ab antecedente, a qua vix specie discernenda est, 1. *Ramis* brevioribus et rigidioribus. 2. *Foliis* exovato-lanceolatis, basi brevius attenuatis, integris vel obiter dentatis, minus nitidis.

Mittlere Steinlinde.

In Litorali et Istria *(Host)*. ♄. Fl. Mart. Apri.

3. Phillyrea *latifolia.*

P. foliis ovatis subcordatisve, plus minus argute dentatis.

Phillyrea latifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 43. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 17.

α. Foliis argute serratis.

Phillyrea ilicifolia. Willd. Enum. Pl. Horti Bot. Berol. p. 13.

Phillyrea latifolia α. spinosa. Schrader Flora Germ. 1. p. 9. *Willd.* Spec. Plant. Lin. l. c. *β.*

Phillyrea prima. *Clus.* Hist. 1. p. 51.

Phillyrea folio Ilicis. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Lib. V. p. 532.

β. Foliis obtuse serratis.

Phillyrea obliqua. Willd. Enum. Pl. Horti Bot. Berol. p. 12.

Phillyrea latifolia β. obliqua. Schrader Germ. 1. p. 9. *Willd.* Spec. Pl. Lin. l. c. *γ.*

Phillyrea secunda. *Clus.* Hist. 1. p. 52.

Phillyrea folio Alaterni. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Lib. V. p. 532.

Phillyrea secunda Clusii. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1454.

γ. Foliis obverse ovatis, vix serratis.

Phillyrea latifolia β. Buxifolia. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *β.*

Phillyrea media E. *buxifolia. Willd.* Spec. Pl. l. c. E.

Frutex plerumque robustior, quam duae praecedentes species. *Folia* subcordata vel ovata, acutiuscula; in *γ.* obovata, margine vel argute, vel obtuse, vel obiter tantum serrata, in *β.* saepe oblique flexa.

Breitblättrige Steinlinde.

In Istria *(Host, Hornschuch).* ♄. Fl. Mart. April.

9. JASMINUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 23. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 119. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 196. Tab. 42.

Calyx oblongus, tubulosus, quinquedentatus, inferus. *Corolla* hypocrateriformis: *Tubo* cylindraceo: *Limbo* quinquepartito. *Bacca* uni-s. bilocularis; *Loculis* monospermis. *Semina* arillata.

1. Jasminum *fruticans.*

J. foliis alternis, ternatis simplicibusque; foliolis ovatis, obtusis.

Jasminum fruticans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 39. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora. n. 22.

Trifolium fruticans. *Dodon.* Pempt. p. 571.

Frutex tri-ad sexpedalis. *Rami* alterni; *Ramuli* virides, tetragoni, glabri. *Folia* coriacea, nitida, alterna, petiolata,

plerumque ternata, nonnihil simplicia, glabra: *foliolis* ovatis, obtusis, integerrimis, brevissime petiolellatis. *Flores* in caule ramisque terminales, bini vel terni, longe pedunculati, flavi. *Calycis laciniae* subulatae. *Corollae laciniae* obtusae, rotundatae. *Bacca* atro-purpurea, elliptico-sphaerica, saepe didyma.

Strauchartiger Jasmin.

In Litorali circa *Aquilegiam* (*Mertens* et *Koch*). ♄. Fl. Aestate.

2. Jasminum *officinale.*

J. foliis oppositis, pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis.

Jasminum officinale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 40. *Schkuhr* Handb. I. p. 7. Tab. 2 b. *Senus* Iter Istriae et Dalmat. p. 22. *Vest* Manuale p. 252.

Jasminum album. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1276.

Gelsenium, vulgatius Jasminum. *Lobel* Icon. 2. p. 105.

Frutex sex-ad octopedalis. *Rami* alterni: *Ramuli* tetragoni, virides, flexiles, glabri. *Folia* opposita, petiolata, glabra, coriacea, nitida, impari-pinnata, plerumque trijuga: *foliolis* oppositis ovato-lanceolatis, breviter petiolellatis, integerrimis; *inferioribus* minoribus; *impari* duplo triplove majore, magis elongato et acuminato. *Flores* albi, fragrantes, in caule ramisque terminales subcorymbosi, longe pedunculati. *Pedunculi* tres s. quatuor: *laterales* uniflori, *intermedio* plerumque trifloro. *Calycis dentes* erecti, subulati. *Corollae laciniae* ovato-acuminatae.

Gemeiner Jasmin.

In Litorali (*Vest*), in Istria (*Senus*). ♄. Fl. Jul.

10. SYRINGA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 28. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 118. (sub Lilace). Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 224. Tab. 49.

Calyx quadridentatus, minimus, inferus. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida. *Capsula* bilocularis, bivalvis. *Semina* in quovis loculo duo, margine membranacea. *Dissepimentum* valvulis contrarium, dehiscendo bipartitum.

1. Syringa *vulgaris.*

S. foliis cordato-ovatis, integerrimis, paniculis terminalibus, subgeminis.

Syringa vulgaris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 48. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 4. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 8. *Gmelin* Badens. n. 9. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora. n. 21. *Schkuhr* Handb. I. p. 6. Tab. 2 a. *Schrader* Germ. 1. p. 10. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 21. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 2. *Vest* Manuale. p. 252.

Syringa flore albo et caeruleo. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Lib. V. p. 203. 204.

Syringa flore caeruleo. *Clus.* Hist. 1. p. 58.

Syringa lusitanica. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1457.

Frutex octo-ad decempedalis, raro altior. *Rami* alterni et oppositi; *Ramuli juniores* obtuse tetragoni, *adultiores* teretes, fusco-grisei. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, acuminata, integerrima, glabra. *Paniculae* terminales, vel solitariae, vel saepius geminae, densae. *Flores* violacei, albi, vel caerulei, suaveolentes. *Calycis dentes* minuti. *Corollae laciniae* oblongae, obtusae, patulae. *Capsula* oblonga, mucronata, subcompressa, coriacea. *Semina* compressa margine membranaceo aucta.

Gemeine Sirenen.

In sepibus nunc sponte fere in tota Germania. ♄. Fl. Aprili et Majo.

11. FRAXINUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1597. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 118. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 222. Tab. 49.

Flores polygami. Calyx quadridentatus, inferus, vel nullus. *Corolla* tetrapetala, vel nulla. *Stamina* duo. *Stigma* crassiusculum bifidum. *Samara* ovato-oblonga, compressa, superne foliacea, bilocularis. *Semina* solitaria, pendula.

1. Fraxinus *Ornus.*

F. foliis impari-pinnatis: foliolis oblongo-lanceolatis, simpliciter serratis, petiolellatis, floribus completis.

Fraxinus Ornus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. II. p. 1104. *Gmelin* Badens. n. 1563. *Schrader* Germ. I. p. 11. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 186. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. Stück 3. p. 423.

Fraxinus florifera. Scop. Carn. 2. n. 1250.

Ornus europaea. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora. n. 79.

Fraxinus. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 225. Tab. 137.

Fraxinus tenuiori et minori folio. *Joh. Bauh.* Hist. I. Lib. VIII. p. 177.

Arbor saepe ad viginti pedum altitudinem accedens. *Gemmae* cinereae, pulverulentae. *Folia* opposita, petiolata, impari-pinnata, tri- vel quadrijuga, utrinque glabra; *juniora* subtus subpubescentia: *foliolis* oppositis, petiolellatis, oblongo-lanceolatis, simpliciter et inaequaliter serratis. *Panicula* in axillis foliorum superiorum et in apice ramorum juniorum confertae, ramosae, nutantes. *Flores* breviter pedicellati, albi, odorati, plerumque hermaphroditi, intermixtis nonnullis femineis et masculis. *Calyx* parvus, flavo-virescens, quadridentatus. *Corolla* tetrapetala, calyce quadruplo longior: *Petalis* lincaribus, integris, obtusis. *Stamina* duo: *Filamenta* brevia, versus Germen arcuatim conniventia. *Germen* ovato-compressum. *Stylus* crassus. *Stigma* bifidum.

Weissblumige Esche.

In sylvis montanis et vineis Tergesti et Goritiae *(Wulfen)*, in Istria *(Host)*, in Vogesis ad rivum juxta monasterium *Peris* versus *dem schwarzen See (Mappus, Gmelin)*. ♄. Fl. Majo.

2. Fraxinus *rotundifolia.*

F. foliis impari-pinnatis: foliolis subrotundis, acutiusculis, subduplicato-serratis, subsessilibus, floribus completis.

Fraxinus rotundifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 1105. *Ejusdem* Berlin. Baumz. p. 144. Tab. 2. Fig. 1. *Römer* et *Schult.* Syst. Veget. Vol. I. p. 277. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 187.

Differt ab antecedente, quacum florescentia et florum conditione convenit: 1. *Gemmis* brunneis obtusis, 2. *Foliolis* subrotundis, acutiusculis, subsessilibus, subduplicato-serratis, basi obliquis, cuneatis: *terminali* majore, basi aequali.

Rundblättrige Esche.

In comitatu Syrmiensi Hungariae *(Kitaibel)*. ♄. Fl. Aprili.

3. Fraxinus *excelsior.*

F. foliis impari-pinnatis: foliolis lanceolatis acuminatis, argute simpliciter serratis, subsessilibus, floribus incompletis.

Fraxinus excelsior. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. II. p. 1099. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. II. p. 559. *Besser* Galic. n. 8. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 6. *Gmelin* Badens. n. 1562. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 15. *Pollich* palat. n. 1509. *Schkuhr* Handb. 3. p. 557. Tab. 557. *Schrader* Germ. 1. p. 12. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 188. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Vest* Manuale p. 267. Flora Dan. Tab. 969.

Fraxinus Ornus. Scop. Carn. 2. n. 1249.

Fraxinus excelsior. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1428.

Fraxinus vulgatior. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Lib. VIII. p. 174.

Fraxinus. *Dodon.* Pempt. p. 771.

Arbor haec vasta undique in Germania nota est. *Gemmae* atrae, magnae, quarum laterales Flores, terminalis Folia producunt. *Folia* opposita, petiolata, impari-pinnata, sex-septemjuga, glabra: *foliolis* oppositis, subsessilibus, plus minus exovato-lanceolatis, acuminatis, argute serratis, basi cuneatis integerrimis. *Paniculae* laxae, effusae, confertae, ante foliorum plenariam eruptionem primo vere propullulantes. *Flores* calyce et corolla destituti, atropurpurei, hermaphroditi et masculi saepe in eadem panicula et masculi, feminei atque hermaphroditi in distinctis arboribus. *Samara* monosperma.

Gemeine Esche.

Ad pagos, in sylvis et sepibus. ♄. Fl. Aprili, Majo.

†† *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares.*

12. VERONICA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 32. Juss. Gen. ed. Roemer p. 99. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 257. Tab. 54.

Calyx quadri-seu quinquepartitus, inferus. *Corollae Limbus* quadripartitus: *Lacinia infima* angustiore. *Stamina* duo. *Stigma* simplex. *Capsula* obcordata, bilocularis, apice transversim dehiscens, oligosperma. *Dissepimentum* valvulis contrarium.

* *Floribus terminalibus.*

a) Spicato-racemosae.

Observ. Hujus coetus species foliorum numero ad quodvis caulis geniculum mirum in modum variant. Occurrunt enim foliis nunc oppositis, nunc ternis, nunc quaternis ideoque eorum numerus pro specierum diagnosi minus valet.

1. Veronica *spicata.*

V. spico terminali, subracemosa, caule adscendente, tereti cum foliis pubescente, pilis subulatis capitatisque, foliis crenato-serratis: radicalibus oblongo-obovatis ovatisve, plus minus in petiolum decurrentibus; caulinis inferioribus oblongis, superioribus lineari-lanceolatis, sessilibus.

α. *Foliis radicalibus oblongo-obovatis in petiolum decurrentibus, pilis plerisque subulatis.*

Veronica spicata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 56. (excluso syn. *Oederi.*) *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 7. *Besser* Galic. n. 12. *Gmelin* Badens. n. 14. (excluso syn. *Oeder.*) *Host* Synops. p. 5. (exclus. syn. Fl. Dan.) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 27. *Pollich* palat. n. 7. *Schrader* Germ. 1. p. 15. (exclusis syn. *Crantzii* et Fl. Dan.) *Sprengel* Fl. Halens. n. 11. (exclus. Fl. Dan.) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 22. *Vest* Manuale p. 254. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 4. n. 1. A.

Veronica spicata erecta minor. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 284.

Veronica recta minima. *Clus.* Hist. 1. p. 347. *Lobel.* Icon. 1. p. 471.

β. *Foliis radicalibus oblongo-obovatis in petiolum minus decurrentibus, pilis plerisque capitatis.*

Veronica Clusii. Römer et *Schult.* Syst. Veget. Vol. I. p. 92.

Veronica spicata. Wallroth. Sched. crit. 1. p. 4. B. β. Flora Dan. Tab. 52.

Veronica recta spicata major. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 284.

Veronica erectior angustifolia. *Clus.* Hist. 1. p. 346.

γ. Foliis radicalibus ovatis in petiolum non decurrentibus, pilis plerisque subulatis.

Veronica spicata. β. hybrida. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *Wallroth* Schedulae crit. l. c. B. *α.*

Veronica hybrida. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 56. *Schrader* Flora Germ. 1. p. 17. (excluso syn. *Barrelieri*). *Krocker* Siles. n. 14. *Sprengel* Flora Halens. n. 12. *Ejusd.* Mantissa I. p. 3. II. p. 5. *Vest* Manuale p. 254.

Foliorum latitudine et spicarum numero valde variabilis planta, tota, exceptis genitalibus, pubescens pilis in *α* et *γ* subulatis cum intermistis capitatis, in *β* pilis plerisque capitatis.

Radix obliqua, lignescens, fibras plurimas demittens. *Caulis* basi decumbens, adscendens, erectiusculus, vel simplicissimus monostachyus, vel superne divisus polystachyus, teres, palmaris, pedalis et nonnunquam altior. *Folia* opposita, rarius ternata, exceptis superioribus petiolata, crenato-serrata, duriuscula, utrinque subintegerrima: *radicalia* et *caulina infima* obtusa, basi attenuata, in *α* oblongo-obovata; in *β* oblongo-ovalia; in *γ* ovata, in *α* et *β* plus minus in petiolum decurrentia, in *γ* non decurrentia: *caulina* reliqua basi attenuata, apice obtuse acuminata; *inferiora* plus minus ovali-oblonga; *superiora* sessilia, linearia vel lineari-lanceolata. *Flores* brevissime pedicellati, in racemum spicatum, densum, imbricatum dispositi, azurei. *Bractea* sub quovis calyce solitaria, lineari-lanceolata illoque vix brevior. *Calyx* quadri-, rarius quinquepartitus totus cum bractea villis longis flexuosis, cum interpositis glanduliferis, obsessus: *Laciniis* elliptico-lanceolatis. *Corolla* fauce barbata: *Laciniis* patulis: *suprema* ovata, *reliquis* oblongis. *Stamina* corolla paulo longiora. *Capsula* subrotunda, subcompressa, emarginata, calyce paulo major.

Aehrentragender Ehrenpreis.

In montosis, apricis, collibus, pascuis editioribus et subalpinis. ♄. Fl. Jul. Aug.

2. Veronica *orchidea.*

V. spica terminali, caule erecto tereti, superne pubescente pilis subulatis, foliis obsolete crenato-serratis, nitidis; radicalibus et caulinis infimis oblongo-ovatis, in petiolum decurrentibus; reliquis oblongo-lanceolatis, sessilibus, corolla tubulosa.

Veronica orchidea. Crantz stirp. Austr. Fasc. 4. p. 333.

(exclusis synonymis). *Besser.* Galic. n. 13. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora. n. 13. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. Vol. I. p. 94. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 23. *Sprengel* Pugill. 2. p. 1.

Veronica crassifolia. Kitaibel in *Römer* et *Schult.* Syst. Veg. Vol. I. p. 96. secundum *Treviranum.*

Veronica prima erectior latifolia. *Clus.* Hist. 1. p. 346.

Veronica major latifolia, foliis splendentibus et non splendentibus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 283.

Planta, omnino distincta species ab antecedente, a qua recedit:

1. *Radice* magis repente. 2. *Caule* altiore, robustiore, erecto, inferne glabriusculo, superne pubescente pilis omnibus subulatis. 3. *Foliis* crassioribus, nitidiusculis, minus pubescentibus, subtus praesertim ad costam, venas et marginem villosulis; *caulinis*, exceptis infimis, oblongo-lanceolatis, sessilibus, obsolete crenato-serrulatis basique minus attenuatis. 4. *Floribus* pallide caerulescentibus, in spicam densiorem, compactam dispositis, sessilibus. 5. *Corolla* magis tubulosa: *Laciniis* angustioribus; *suprema* ovato-lanceolata acumine protracto, dorso carinata; *reliquis* lanceolato-linearibus, ante anthesin adscendentibus, sub anthesi reflexis et ita corollam bilabiatam referentibus. 6. *Staminibus* longitudine corollae.

Knabenkrautähnlicher Ehrenpreis.

In collibus apricis Austriae *(Crantz)*, Galiciae *(Besser)*, Hungariae *(Kitaibel)*. ♃. Fl. Jul. Aug.

3. Veronica *neglecta.*

V. spica terminali subracemosa, caule erecto tereti cum foliis incano-tomentoso, foliis in petiolum desinentibus, acutis, inaequaliter serratis, utrinque integerrimis: radicalibus et caulinis infimis oblongo-ovatis; inferioribus et mediis oblongo-lanceolatis; superioribus angusto-linearibus subintegerrimis.

Veronica neglecta. Vahl Enum. Plant. 1. p. 59. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 92. *Willd.* Enum. Plant. Horti Bot. Berol. p. 15.

Veronica canescens. Schrader Spicil. de Veron. spic. p. 19.

Veronica incana. Besser Galic. n. 14. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 27. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungariae III. p. 271. Tab. 244.

Tota planta, excepta corolla et genitalibus, tomento tenui, denso incana, per culturam saepe magnam tomenti partem deponens. *Radix* fasciculata, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, vel simplex et monostachyus, vel apice divisus polystachyus, sesquipedalis et bipedalis. *Folia* petiolata, basi cuneata et in petiolum decurrentia, basi integerrima, apice acuta, exceptis superioribus, opposita: *radicalia* et *caulina infima* oblongo-ovata, cum *mediis* et *superioribus* oblongo-lanceolata, inaequaliter serrata; *summa* angusto-linearia, subulata, subintegerrima. *Flores* amoene caerulei, breviter pedicellati, in racemum spicatum densum, inferne laxiorem, semipedalem et longiorem dispositi. *Bracteae* sub quovis flore solitariae: *inferiores* angusto-lineari-lanceolatae, flore dimidio longiores; *superiores* lineares, angustissimae, fere setaceae, calyce saltem dimidio longiores. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* linearibus, obtusis: *duabus* dimidio brevioribus. *Corollae laciniae* oblongo-ovatae obtusae. *Stamina* corolla dimidio longiora. *Capsula* compressa, emarginata, apice pilosa.

Uebergangener Ehrenpreis.

In collibus Hungariae *(Waldst. et Kitaib.)*, Galiciae *(Besser)*. 24. Fl. Jul. Aug.

4. Veronica *spuria.*

V. spica terminali racemosa laxiuscula, caule erecto, inferne tereti, superne subanguloso cum foliis glabro- vel subpubescente, foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis, plus minus aequaliter et simpliciter serratis, utrinque attenuatis, in petiolum brevem desinentibus.

α. Foliis lanceolatis, aequaliter et simpliciter serratis, caule superne tantum subpubescente.

Veronica spuria. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 55. (exclusis synon. *Pollich*, *Crantz*. *Hoffm.* et *Barrelier.*). *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 5. (exclusis synon.) *Besser* Galic. Vol. II. Append. p. 325. *Gmelin* Badens. n. 12. *Lumnitz.* Fl. Poson. n. 8. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 24. *Schrader* de Veron. spic. n. 19. Tab. 2. Fig. 4. *Vest* Manuale p. 253.

β. Foliis exovato-lanceolatis, subduplicato-serratis, caule toto cum foliis subpubescente.

Veronica spuria. Sprengel Flora Halens. n. 10. Tab. 1. Fig. 1.

Veronica spuria. β. foliosa. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora. n. 24.

Veronica hybrida. Roth Fl. Germ. T. II. P. I. p. 8.

Veronica foliosa. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hung. 2. p. 206. Tab. 102. *Besser* Galic. n. 16. *Schrader* de Veron. spic. n. 18. Tab. 2. Fig. 5. *Ejusd.* Flora Germ. 1. p. 20. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 87. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 29. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 13.

Veronica maritima *β. Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 55.

Caulis erectus, teres, superne ramosus, angulosus, in *α* glaber, vix infra et intra spicam tantum pubescens; in *β* robustior, totus pubescens. *Folia* ad quodvis geniculum plerumque terna, rarius quaterna aut bina, breviter petiolata, basi magis, quam apice attenuata et in petiolum desinentia: in *α* lanceolata, simpliciter, aequaliter et acute serrata, glabra; in *β* latiora, exovato-lanceolata, subduplicato-serrata, pubescentia. *Flores* in racemum spicatum, laxiusculum dispositi, caerulei, pedicellati. *Pedicelli* setacei cum bracteis pilis brevissimis pubescentes. *Bractea* sub quovis pedicello solitaria, lineari-lanceolata, obtusa, pedicello plerumque dimidio brevior. *Calyx* glaber, parvus: *Laciniis* lanceolatis subaequalibus. *Capsula* subrotunda, subcompressa, laeviter emarginata.

Unechter Ehrenpreis.

Observ. *Veronica* mea *hybrida* Flor. Germ. l. c. est singularis hujus speciei varietas, foliis oppositis, latioribus et paullo brevioribus, quam in *β*; caeterum racemi et florum structura omnimode conveniunt, Foliorum figura, inprimis mediorum caulis, convenit cum *Veron. foliosa Sprengel* Fl. Halens. l. c. Tab. 1. Fig. 2.

In dumetis, umbrosis, altioribus, pratis. *α.* Litoralis *(Presl)*, Galiciae *(Besser)*, Bohemiae *(Pohl)*, prope *Madram* Posoniae *(Lumnitz.)*, Marggrav. Badensis *(Gmelin)*. — *β.* Hungariae *(Waldst. et Kit.)*, Galiciae *(Besser)*, prope Halam Saxonum *(Roth, Sprengel, Wallroth.)* ♃. Fl. Jun. Jul.

5. Veronica *media.*

V. spica terminali subracemosa densa, caule erecto tereti cum foliis pubescente, superne subtomentoso, foliis lato-lanceo-

latis acutis in petiolum attenuatis, in apicem usque inaequaliter, argute denseque serratis.

Veronica media. *Schrader* de Veron. spic. n. 8. Tab. 1. Fig. 2. *Ejusd.* Flora Germ. 1. p. 17. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 95. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora p. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 25.

Veronica longifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 56. (exclusis synon. plerisque.) *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 7. *Gmelin* Badens. n. 13. *Mönch* Method. p. 433. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 13. *Host* Synops. p. 4. *Vest* Manuale p. 253.

Veronica erecta prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 773.

Lysimachia caeruleo flore. *Clus.* Hist. 2. p. LII.

Lysimachia caerulea hortensis. *Lobel* Icon. 1. p. 344. *Ejusd.* Observ. p. 186.

Pseudo-Lysimachium caeruleum. *Dodon.* Pempt. p. 86.

Radix articulata, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, inferne simplex, pubescens, apice divisus, polystachyus, subtomentosus, supra medium in foliorum axillis ramulorum primordiis plerumque auctus, pedalis et bipedalis. *Folia* opposita ternatave, suprema alterna, lato-lanceolata, utrinque attenuata, acuta, basi in petiolum desinentia, circumcirca serrata, serraturis inaequalibus, approximatis, argutis, pubescentia. *Flores* in racemum spicatum densum dispositi, pedicellati, caerulei. *Pedicelli* longitudine circiter calycis. *Bractea* sub quovis pedicello lineari-lanceolata, acuminata, exceptis infimis racemi, pedicello plerumque brevior. *Calyx* quadripartitus, pubescens; *Laciniis* lanceolatis. *Capsula* obcordata, inflata, glabra, obsoletissime emarginata.

Mittlerer Ehrenpreis.

In umbrosis, pratis humidis, ad sapes Carnioliae *(Wulfen)*, Bohemiae *(Pohl)*, Silesiae *(Starke)*, prope *Francof. ad Moenum* (*G. M. S.*) et *Gronau* (*Mönch*) Wetteraviae; Marggrav. Badensis (*Gmelin*). 4. Fl. Jul. Aug.

6. Veronica *longifolia.*

V. spica terminali subracemosa, caule erecto tereti cum foliis pubescenti-tomentoso, foliis inferioribus cordato-, superioribus ovato-lanceolatis, omnibus acuminatis, inaequaliter argute serratis, serraturis inferioribus majoribus.

Veronica longifolia. Schrader Spec. de Veron. n. 11. Tab. 2. Fig. 1. *Ejusd.* Flora Germ. 1. p. 18. (exclusis synon. *Clusii, Lobelii, Dodonaei.*) *Besser* Galic. n. 15. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 26. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 91. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 28.

Veronica maritima. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 55. (exclusis synonymis plerisque.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 6. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 2. *Krocker* Siles. n. 11. *Schrader* Spicil. p. 1. *Vest* Manuale p. 253. aliorumque Florist. germanicor.

Veronica spuria. Pollich palat. n. 6. *Schrank* Baier. Flora n. 10.

Veronica spicata recta, profunde serrata, quam Lysimachiam caeruleam quidam vocant. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 284. *Figura anterior.*

Radix subrepens, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, vel simplex et monostachyus, vel ut plerumque superne divisus et polystachyus, sesquipedalis et bipedalis, pubescenti-subtomentosus. *Folia* vel opposita, vel terna, vel quaterna, superiora alterna, petiolata, inaequaliter argute serrata, serraturis inferioribus reliquis majoribus, pubescenti-subtomentosa, acuminata: *inferiora* cordato-lanceolata; superiora exovata basi lanceolata, angustiora, saepe complicata et recurvata. *Flores* in spicam terminalem subracemosam densam dispositi, caerulei, rarius incarnati vel albi, brevissime pedicellati, cum calyce pubescentes. *Bractea* sub quovis pedicello solitaria lineari-acuminata illoque longior. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* lanceolatis, acutis, valde inaequalibus. *Corolla* glabra, fauce pilis brevibus clausa. *Capsula* subrotundo-ovata, emarginata, longitudine calycis.

Langblättriger Ehrenpreis.

Observ. Sub specie antecedente V. *media* adducta synonyma *Lobelii, Clusii* et *Dodonaei* Celeber. *Schrader* ad hanc speciem retulit. At in horum auctorum figuris folia inferiora basi evidenter attenuata et ita subovata delineata conspiciuntur, nec de forma cordata ne ullum quidem vestigium adest. In figura anteriore citata *Joh. Bauhini* haec foliorum forma subcordata in inferioribus foliis quodam modo expressa videtur, licet superiorem tantum caulis partem delineaverit. *Veronica erecta secunda Tabernaem.* Kräuterb. p. 773. habitum hujus speciei

perbene repraesentat, quamvis folia inferiora non evidenter basi cordata appareant.

Ad ripas fluviorum, in pratis humidis totius fere Germaniae. 2|. Fl. Jul. Aug.

7. Veronica *serpyllifolia.*

V. spica terminali, laxa, elongata, racemosa, caule adscendente, tereti, pubescente, foliis subrotundo-ovatis, subcrenatis, glabris.

Veronica serpyllifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 64. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 9. *Besser* Galic. n. 17. *Bönningh.* Flora Monast. n. 11. *Gmelin* Badens. n. 17. *Host* Synops. p. 7. *Krocker* Siles. n. 18. Tab. 4. A. B. *Lumnitz.* Fl. Poson. n. 11. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 29. *Mönch* Hass. n. 7. *Pollich* palat. n. 9. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 102. *Schrader* Germ. 1. p. 21. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 30. *Vest* Manuale p. 260. Flora Dan. Tab. 492.

Veronica minor serpyllifolia. *Lobel* Icon. 1. p. 472. *Ejusd.* Observ. p. 250.

Veronica femina quibusdam. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 285.

Veronica secunda et tertia. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 772. 773.

Veronica pratensis. *Dodon.* Pempt. p. 41.

Pro loco natali vario mirum in modum variat haec planta magnitudine et foliorum figura plus minus ex subrotundo ovata, quae variae formae ne varietatum quidem nomine venire merentur.

Radix subrepens, fibrosa. *Caules* filiformes, teretes, subpubescentes, basi procumbentes et non raro radicantes, ramosi, tunc adscendentes, erectiusculi, plerumque simplices, digitales, palmares et interdum longiores. *Folia* opposita, rarius quaterna, breviter petiolata, subcarnosa, glabra, nitida, nunc obsolete, nunc evidentius crenata, ex ovato plus minus subrotunda, obtusa: *superiora* remotiora et sensim magnitudine decrescentia. *Flores* in racemum laxum, elongatum, simplicem, terminalem subspicatum dispositi, parvi, caerulescentes, vel incarnato-albidi, striis saturatioribus picti, pedicellati. *Pedicelli* solitarii, uniflori, erecti, bracteis breviores, praesertim in inferioribus floribus. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae, *inferiores* foliis similes; *superiores* magnitudine decrescentes, obtusae, oblongae, integerrimae. *Calyx* glaber: *Laciniis* oblongo-obovatis. *Capsula* obcordata, compressa, subdidyma, glabra, apice pilis nonnullis capitatis praedita.

Quendelblättriger Ehrenpreis.

Observ. Hujus varietatem singularem *Stolonibus rameis repentibus*, instar *Ajugae reptantis.* Ill. *de Vest* in alpe *Schwarzenstein* in Zillerthal ad rivulum e glacie aeterna promanantem observavit et sub nomine *Veron. Gebhardianae* in *Schultes* Mantissa prima Syst. Veget. p. 104. descripsit.

In hortis, agris, pratis, sylvis, ad fossas. ♃. Fl. Majo — Octob.

8. Veronica *fruticulosa.*

V. spica terminali, racemosa, demum elongata, caulibus procumbentibus, teretibus, cum ramis annotinis adscendentibus, superne glanduloso-pilosis, foliis glabris, margine pubescentibus; inferioribus obovatis, in petiolum attenuatis, integerrimis; superioribus oblongis, sessilibus, subserratis.

Veronica fruticulosa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 61. *Braune* Salisburg. n. 9. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 30. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 99. *Schrader* Germ. 1. p. 22. *Schrank* Baier. Flora n. 15. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 32. *Vest* Manuale p. 255. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 4. p. 229. Tab. 5. (excluso syn. *Clusii*).

Veronica frutescens. Scop. Carn. 2. n. 20. (excluso syn. *Morisonii*).

Radix ramosa, lignosa, obliqua. *Caulis* teres, ramosus, suffruticosus, procumbens, hinc inde radicans. *Rami annotini* adscendentes, erectiusculi, simplices, digitales et spithamei, superne praecipue pilis capitatis pubescentes. *Folia* opposita, crassiuscula, glabra, ad marginem pubescentia: *inferiora* et *ramorum sterilium* minora, conferta, obovata, obtusissima, in petiolum brevem attenuata, integerrima; *superiora* remotiora, sessilia, elliptica vel oblonga, subcarinata, versus medium plus minus serrata. *Racemus* terminalis, multiflorus, spicatus, post anthesin elongatus. *Flores* incarnati, venis purpureis picti, pedicellati, inferiores duo saepe oppositi, reliqui alterni. *Pedicelli* cum bracteis et calycibus pilis capitatis obsessi, uniflori. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae, oblongae, obtusae, longitudine pedicellorum; fructiferi demum plerumque longiores. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* oblongo-ellipticis, subaequalibus. *Capsula* magna, subrotundo-ovata, calycem parum superans, apice pilosa, compressa.

Stauden-Ehrenpreis.

In rupestribus alpium et ad radices montium in der *Wochein* et *Garnitsche* Carnioliae (*Scopoli*, *Wulfen*), Styriae circa *Schladming* (*Sartori*), in rupibus vallis Cellariae Principatus Salisburgensis (*Schrank*), Bavariae (*Schrank*). ♄. Fl. Jul. Aug.

b. *Corymboso - racemosae.*

9. Veronica *saxatilis.*

V. corymbo terminali, paucifloro, demum elongato racemoso, caulibus procumbentibus, teretibus cum ramis adscendentibus, pilis subulatis pubescentibus, foliis glabris, margine subciliatis: inferioribus obovatis, in petiolum attenuatis, integerrimis; superioribus oblongo-obovatis, sessilibus, subserratis.

Veronica saxatilis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 52. *Gmelin* Badens. n. 16. (*exclusa V. Nummularia.*) *Host* Synops. p. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 31. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 99. *Schrader* Germ. 1. p. 24. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 33. *Vest* Manuale p. 255. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 25. (exclusis syn. *Halleri* et *Scopolii* n. 20.).

Veronica frutescens. Braune Salisb. n. 10. (exclusis syn. *Halleri* et *Scop.*) *Jacq.* Enum. Vindob. p. 200.

Veronica fruticulosa. Schreckenst. in *Hoppe* bot. Taschenb. 1798. p. 84. Flora Dan. Tab. 342.

Veronica saxatilis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 284.

Veronica tertia fruteseens. *Clus.* Hist. 1. p. 347.

Differt ab antecedente V. *fruticulosa*, cum qua a nonnullis commutata et cui proxima est: 1. *Caule* magis diffuso cum ramis junioribus adscendente, pilis brevioribus subulatis, nec capitatis, pubescente. 2. *Foliis* minoribus: *superioribus* oblongo-obovatis, obtusis; nec ellipticis vel oblongis. 3. *Corymbo* paucifloro, floribus quinque ad septem, post anthesin demum elongato in racemum brevem; nec racemo multifloro. 4. *Pedicellis* oppositis; nec exceptis duobus inferioribus, omnibus alternis. 5. *Bracteis* duplo triplove brevioribus pedicellis, praesertim in inferioribus. 6. *Floribus* majoribus, caeruleis; nec incarnatis. 7. *Capsulis* exacte ovatis, calyce majoribus, ventricosioribus, subpubescentibus; nec subrotundo-ovatis, calycem subaequantibus.

Stein-Ehrenpreis.

In saxosis et rupestribus alpium circuli Austriaci (*Host*, *Jacq.*, *Wulfen.*), Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae (*Braune*, *Schrank*), in montosis Sueviae (*Schreckenstein*), Marggrav. superioris Badensis in monte *Belchen* (*Gmelin*). ♃. Fl. Jun. Jul.

10. Veronica *alpina.*

V. corymbo terminali paucifloro, demum elongato racemoso, caule adscendente, tereti, cum foliis, pilis articulatis villoso, foliis subintegerrimis: radicalibus ellipticis, petiolatis; caulinis elliptico-ovatis, sessilibus.

Veronica alpina. Hänke in *Jacq.* Collect. 2. p. 28. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 32. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 100. *Schrader* Germ. 1. p. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 34. *Scop.* Carn. 2. n. 19. *Vest* Manuale p. 255.

α. *Foliis elliptico-ovatis, acutiusculis, integerrimis. Schrader* l. c.

Veronica alpina. Flora Dan. Tab. 16.

β. *Foliis elliptico-ovatis, acutiusculis, serratis. Schrader l. c.*

Veronica alpina. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 63. *Braune* Salisb. n. 12. *Schrank* Bavar. n. 9.

γ. *Foliis elliptico-ovatis, obtusis, integerrimis. Schrader* l. c.

Veronica alpina. Krocker Siles. n. 28. Tab. 3.

Veronica integrifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 63. *Braune* Salisb. n. 12. *Schrank* Salisb. n. 10. *Vest* Manuale p. 255.

δ. *Foliis subintegerrimis: inferioribus subrotundis; superioribus ovatis. Schrader* l. c.

ε. *Foliis serratis: inferioribus ovato-subrotundis; superioribus ovatis. Schrader* l. c.

Veronica rotundifolia. Schrank Salisb. n. 13. Tab. 1. Fig. 2. *Braune* Salisb. n. 15. Tab. 2. (Icon utraque plantam duplo triplove majorem naturaeque minus convenientem repraesentat. *Schrader.*)

Pro loci natalis conditione haec quoque species, respectu fo-

liorum figurae et superficiei plus minus glabrae, mirum in modum variat, quae per exsiccationem semper nigreseit.

Radix lignescens, obliqua, horizontalis, ramosa. *Caules* plerumque caespitosi, digitales, semidigitales et minores, adscendentes, teretes, simplices, vel basi ramosi, cum foliis et inprimis pedicellis et calycibus pilis albis articulatis villosi. *Folia* opposita, exceptis radicalibus, sessilia, per aetatem glabra vel tantum ad marginem pilis sparsis obsessa, forma et margine admodum varia: *infima* et *media* ex elliptico plus minus ovata et obtusa; *superiora* sensim minora et acutiora, nunc integerrima, nunc serrata. *Flores* parvi, caerulescentes, pedicellati, octo ad decem, primum corymbosi, demum racemosi. *Pedicelli* uniflori, bracteis paulo breviores. *Bracteae* oblongo-ovatae. *Calyx* quadripartitus, inaequalis: *Laciniis* oblongis. *Capsula* obovata, emarginata, subcompressa, turgida, calyce plerumque major.

Variat in summis alpibus *caule* vix sesquiunciali, toto, foliis integerrimis, piloso-ciliatis tecto.

Veronica pygmaea. Schrank Prim. Fl. Salisburg. n. 11. Tab. 1. Fig. 1. *Braune* Salisburg. n. 13.

Alpen-Ehrenpreis.

α—γ in saxosis campestribus Alpium fere omnium; δ et ε. in summis Alpibus *Zamae* Principatus Salisburgensis (*Schrank*, *Braune*). ♃. Fl. Jun. Jul.

Observ. An specie re vera differat *Veronica grandifolia*, spica terminali oblongo-cylindrica, basi saepe aucta, corollis calycem parum excedentibus, bracteis calyci subaequalibus, foliis sessilibus, ovato-oblongis, glabriusculis, superioribus dentatis, mediis fere dimidia longitudine caulis firmi, villosi, prostrati. *De Vest* in *Schultes* Mantissa prima Syst. Veget. p. 103? In alpibus *Zillerthal* Tyrolim inter et pristinam Salisburgensem ditionem.

11. Veronica *bellidioides.*

V. corymbo terminali pauciflоro, demum elongato racemoso, caule adscendente, tereti, cum foliis, pilis articulatis villoso, foliis obovatis supra medium crenatis: radicalibus confertis in petiolum brevem attenuatis; caulinis remotis, sessilibus, amplexicaulibus.

Veronica bellidioides. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I.

p. 60. *Host* Synops. p. 6. *Krocker* Siles. n. 17. Tab. 2. A. *Mattuschka* Siles. n. 11. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 33. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 99. *Schrader* Germ. 1. p. 27. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 36. *Vest* Manuale p. 254. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 5. p. 25.

Veronica alpina Bellidis folio hirsuto. *C. Bauh.* prodr. p. 116.

Radix lignosa, obliqua, fibrosa. Tota planta, excepta corolla, pubescens pilis articulatis. *Caulis* adscendens, digitalis et spithamaeus, teres, firmus, aetate lignescens, simplicissimus, in minoribus speciminibus unico tantum foliorum pari, in majoribus paribus duobus vel tribus instructus. *Folia* crassiuscula, a medio ad apicem crenulata: *radicalia* conferta, majora, oblongo-obovata, in petiolum brevem decurrentia; *caulina* opposita, sessilia, semiamplexicaulia, exacte obovata, remota. *Flores* quinque seu sex, in prima aetate corymbosi, conferti, dein racemosi, saturate caerulei, fauce albi. *Pedicelli* breves, erecti, Bractea paulo minores. *Calyx* quadripartitus, subaequalis: *Laciniis* ex oblongo obovatis. *Capsula* obovata, tumidiuscula, apicem versus nonnihil subcompressa, laeviter emarginata, magna.

Masliebenblättriger Ehrenpreis.

In alpibus Carinthiae *(Wulfen)*, Styriae *(Sartori)*, Tyrolis *(Frölich, Host)*, Principatus Salisburgensis *(Schrank, Hoppe)* inque Sudetis *(Mattuschka, Krocker, Hänke)*. 2. Fl. Jul. Aug.

Observ. Huc pertinere videtur *Veronica depauperata:* pedunculo axillari subracemoso paucifloro, foliis obovatis, obtusis, subserratis, pedunculisque calycibusque pilosis. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. p. 272. Tab. 245. *Römer* et *Schultes.* Syst. Veg. 1. p. 101. *Schultes* Oestr. Flor. 2. n. 38. quam *Baumgarten* in Flora Transylv. 1. p. 22. pro sequentis V. *aphyllae* varietate habet.

12. Veronica *aphylla.*

V. corymbo terminali, paucifloro, caule adscendente, tereti, nudo, cum foliis, pilis articulatis villoso, foliis caespitosis, obovatis, in petiolum brevem attenuatis, crenulatis.

Veronica aphylla. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 60. *Braune* Salisb. n. 14. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora

n. 34. *Römer* et *Schult.* Syst. Veg. 1. p. 104. *Schräder* Germ. 1. p. 27. *Schrank* Bavar. n. 14. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 37. *Scop.* Carn. 2. n. 8. *Vest* Manuale p. 254. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 28.

Teucrium minimum. *Clus.* Hist. 1. p. 550.

Radix tenuis, multiceps, foliorum caespites producens. Tota, excepta corolla, pilis articulis villosa. *Folia* in rosulam digesta, opposita, obovata, in petiolum brevem attenuata, nunc obsolete, nunc evidentius crenulata. *Caulis* plerumque solitarius e centro caespitum, teres, nudus, gracilis, uncialis vel sesquiuncialis, raro longior. *Flores* majusculi, pedicellati, caerulescentes, vel caerulei, duo ad quatuor, in corymbum parvum terminalem dispositi. *Pedicelli* tenerrimi, uniflori, Bractea longiores. *Calyx* quadripartitus, subaequalis: *Laciniis* oblongo-obovatis. *Capsula* obovata, emarginata, versus apicem compressa, ratione parvitatis plantae magna.

Blattloser Ehrenpreis.

In summis alpium jugis Austriae (*Jacq.*), Bohemiae (*Schmidt*), Carnioliae (*Scopoli*), Bavariae (*Schrank*), Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburg. (*Schrank*, *Braune*). ♃. Fl. Jun. — Aug.

** *Racemis axillaribus.*

Observ. Foliorum figura in hoc coetu valde variabilis est.

a) Calyce quadripartito.

13. Veronica *Beccabunga.*

V. racemis axillaribus, oppositis, caule adscendente, inferne radicante, tereti, cum foliis glabro, foliis petiolatis, oblongis, obtusis, serratis.

Veronica Beccabunga. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 64. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 18. *Besser* Galic. n. 20. *Gmelin* Badens. n. 18. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 4. Tab. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 37. *Pollich* palat. n. 10. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 105. *Schrader* Germ. 1. p. 30. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 40. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 12. *Vest* Manuale p. 256. Flora Dan. Tab. 511.

Beccabunga. *Rivin.* monop. irreg. Tab. 100.

Berula seu Anagallis aquatica et Anagallis aquatica minor prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1093 et 1094. Icon I et IV.

Radix articulata, obliqua, ad genicula fibrosa. Tota planta glaberrima. *Caulis* inferne procumbens, radicans, tunc adscendens, erectiusculus, vel procumbens, teres, articulatus, simplex et ramosus. *Folia* opposita, petiolata, subcarnosa, oblonga vel elliptica, obtusa, serrata. *Racemi* axillares, oppositi, patentes, pedunculati. *Flores* azurei, striis saturatioribus, pedicellati. *Pedicelli* filiformes, alterni, nudi. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae, lanceolatae, longitudine pedicelli. *Calyx* quadripartitus subaequalis: *Laciniis* oblongo-ovatis. *Corollae laciniae* ovatae. *Capsula* calyce major, subrotunda, apice subcompressa, emarginata.

Quellen-Ehrenpreis.

In fossis, rivulis, aquis stagnantibus vulgaris. ♃. Fl. Aestate.

14. Veronica *Anagallis.*

V. racemis axillaribus, oppositis, caule adscendente, subtetragono, cum foliis glabro, foliis sessilibus, lanceolatis, acutis, serratis.

Veronica Anagallis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 65. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 11. *Besser* Galic. n. 19. *Gmelin* Badens. n. 19. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 4. Tab. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 36. *Pollich* palat. n. 11. *Römer* et *Schult.* Syst. Veget. 1. p. 105. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 39. *Schrader* Germ. 1. p. 29. *Vest* Manuale p. 256. Flora Dan. Tab. 903.

Anagallis aquatica, flore caeruleo, folio oblongo, major. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 780.

Anagallis aquatica minor et Berula major. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1094. Icon II et III.

β. Foliis ovato-oblongis, obtusiusculis.

Veronica Anagallis β. latifolia. Schultz Suppl. Florae Stargard. p. 3.

γ. Foliis ovatis, integerrimis.

Veronica tenerrima. Schmidt Bohem. n. 23.

Radix horizontalis, fibrosa. Tota planta, exceptis pedicellis, glabra. *Caulis* adscendens, subtetragonus, simplex vel ramosus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, in β et γ ovato-oblonga vel subovata, acuta, plus minus serrata, in γ integerrima, subcarnosa. *Racemi* axillares, oppositi, patuli, pedunculati. *Flores* pallide rubri, vel caerulescentes, pedicellati. *Pedicelli* alterni, filiformes, pubescentes, uniflori. *Bractea* sub quovis pedicello solitaria, lanceolato-linearis, pedicello plerumque brevior. *Calyx* quadripartitus, subaequalis: *Laciniis* oblongo-ovalibus. *Corollae laciniae* ovatae, obtusae. *Capsula* calyce minor, subrotunda, superne subcompressa, apice emarginata.

Wasser-Ehrenpreis.

In fossis, rivulis, fluviis vulgaris. ♃. Fl. Aestate.

15. Veronica *scutellata.*

V. racemis axillaribus, alternis, caule adscendente, tereti cum foliis plus minus glabro, foliis sessilibus, lineari-lanceolatis, subdentatis.

Veronica scutellata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 65. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 12. *Besser* Galic. n. 18. *Gmelin* Badens. n. 20. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 535. *Pollich* palat. n. 12. *Schrader* Germ. 1. p. 28. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 38. *Vest* Manuale p. 256. Flora Dan. Tab. 209.

β. *Foliis angusto-lanceolatis, ciliatis, caule hirsuto.*

Veronica Parmularia. Trattinnik Fl. Austr. Tab. 20. *Römer* et *Schult.* Syst. Veget. 1. p. 106.

Veronica scutellata β. *villosa.* Flora Dan. Tab. 1561.

Differt a V. *Anagallide*, cui accedit: 1. Habitu minore et tenriore. 2. *Caule* tereti. 3. *Foliis* linearibus, vel lineari-lanceolatis, subinde ovato-lanceolatis, remote denticulatis, rarius integerrimis. 4. *Racemis* plerumque alternis, rarius oppositis, laxioribus; *floribus* duplo minoribus, paucioribus. 5. *Pedicillis* capillaribus, longioribus, flexuosis: *floriferis* patentibus; *fructiferis* retrofractis. *Capsula* profundius emarginata, subdidyma, calyce majore.

Schildförmiger Ehrenpreis.

In humidis sabulosis, fossis exsiccatis, uliginosis, paludosis et locis hieme inundatis vulgaris. 4. Fl. Jul. Aug.

16. Veronica *officinalis.*

V. racemis axillaribus, plerumque alternis, caule procumbente, inferne repente, tereti, ubique cum foliis pubescente, foliis breviter petiolatis, plus minus obovatis, serratis.

Veronica officinalis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 59. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 9. *Besser* Galic. n. 21. *Gmelin* Badens. n. 15. *Hayne* Arzn. Gewächse Band. 4. Tab. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 38. *Pollich* palat. n. 8. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 110. *Schkuhr* Handb. 1. p. 10. Tab. 3. *Schrader* Germ. 1. p. 36. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 41. *Scop.* Carn. 2. n. 21. *Vest* Manuale 254. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 22. Flora Dan. Tab. 248.

Veronica. *Camerar.* Epit. p. 461.

Veronica prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 772.

Veronica vulgatior, folio rotundiore. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 214.

β. Foliis obovatis vel obovato-subrotundis cum caule glabriusculis.

Veronica Allionii. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 59. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 110. *Schmidt* Flora Bohem. n. 11.

Veronica officinalis β. Allionii. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 38.

Veronica officinalis γ. Schrader Flor. Germ. l. c.

Radix filiformis, fibrosa. *Caulis* inferne procumbens et non raro radicans, superne adscendens, teres, plus minus villosus, in *β* fere glaber. *Folia* opposita, ovata, rarius obovata, vel ut in *β*, ovato-subrotunda, in petiolum brevem desinentia, serrata crassiuscula, plus minus villosa, in *β* glabriuscula. *Racemi* axillares, solitarii, plerumque alterni, rarius oppositi, pedunculati erectiusculi, laxiusculi, velut in *β* densiores. *Flores* alterni, breviter pedicellati, pallide caerulei, striis saturatioribus picti. *Pedicelli* pubescentes, uniflori, bracteis breviores. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae, ovato-lanceolatae, pubescentes. *Calyx* quadripartitus, pubescens: *Laciniis* lanceolatis, subaequali

bus. *Corollae laciniae* obovatae, obtusae. *Capsula* obcordata, compressa, glabra, calyce major.

Echter Ehrenpreis.

In nemorosis, pascuis et pratis siccis, inprimis arenosis. β in montanis et subalpinis. 4. Fl. Aestate.

Observ. Singularem varietatem, quam pro specie distincta vix venditare audeo, descripsit Ill. *de Vest: Foliis integerrimis et corollae laciniis emarginatis*, sub nomine *Veronicae Müllerianae* in *Schultes* Mantissa prima Syst. Veget. p. 10. quae e Styria superiore allata est ab hortulano *Müller*.

17. Veronica *montana.*

V. racemis axillaribus, suboppositis, caule adscendente, inferne repente, tereti, ubique cum foliis villoso, foliis petiolatis, subcordato-seu deltoideo-ovatis, obtuse et inaequaliter serratis.

Veronica montana. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 68. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 15. *Besser* Galic. n. 22. *Gmelin* Badens. n. 23. *Hoffmann* Germ. p. 5. Tab. 1. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 6. Tab. 109. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 39. *Mönch* Hass. n. 12. *Pollich* palat. n. 14. *Römer* et *Schult.* Syst. Veg. 1. p. 118. *Schrader* Germ. 1. p. 32. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 42. *Vest* Manuale p. 257. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 21. Flora Dan. Tab. 1201.

Veronica subbiscutata. Crantz Austr. p. 343.

Radix repens, fibrosa. *Caulis* inferne repens, tunc adscendens, erectiusculus, debilis, teres, ubique villosus, plerumque simplex. *Folia* opposita, petiolata, inferiora subcordato-ovata, superiora deltoideo-ovata, grosse, obtuse et inaequaliter serrata, pilis articulatis sparsis pubescentia, subtus plerumque purpurascentia, supra viridia. *Racemi* axillares, pedunculati, filiformes, pauciflori, laxi, inferiores plerumque alterni, superiores oppositi. *Flores* albido-caerulescentes, venis rubicundis picti, pedicellati. *Pedicelli* solitarii, sparsi, setacei, nudi, pubescentes, longi. *Bracteae* lineares, obtusae, pedicello suo multo breviores. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* ovatis vel oblongis, inaequalibus. *Corollae laciniae* ovatae. *Capsula* magna, orbiculata, compressa, utrinque emarginata, hirsuta.

Berg-Ehrenpreis.

In sylvis et nemoribus montosis, humidis et subalpinis. ♃ Fl. Majo, Jun.

18. Veronica *Chamaedrys.*

V. racemis axillaribus, oppositis, caule adscendente, inferi repente, tereti, bifariam piloso, foliis subsessilibus, ovatis co datisve, inciso-serratis, villosis.

Veronica Chamaedrys. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. p. 69. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 16. *Besser* Galic. 23. *Gmelin* Badens. n. 24. *Hayne* Arzn. Gewächse Band Tab. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 40. *Pollic* palat. n. 16. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. I. p. 11 *Schrader* Germ. 1. p. 33. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 4 *Vest* Manuale p. 267. Flora Dan. Tab. 448.

Chamaedrys spuria latifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 263

Chamaedrys quorundam sylvestris. *Clus.* Hist. I. p. 35

Teucrium tertium minus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 771

β. Procerior: foliis cordato-ovatis, infimis sessilibu *Hayne* Arzn. Gewächse l. c. *β.*

Veronica Rudolphiana. Hayne in Magaz. amic. Soc. his nat. Berol. VII. 1815. p. 133. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. p. 117.

γ. Lamiifolia: foliis cordatis, basi cuneatis, infim sessilibus. *Hayne* Arzn. Gewächse l. c. *γ. Ide* in Magaz. amic. Soc. hist. nat. Berol. VII. 181 p. 132.

δ. Plicata: foliis ovatis, plicatis, profundius dentati infimis petiolatis.

Veronica plicata. Pohl Bohem. p. 15. *Schultes* Mantis prima Syst. Veg. p. 108. n. 85. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 44.

Veronica pilosa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 6 *Schmidt* Fl. Bohem. 1. p. 17. *Schultes* Mantissa prima Sys Veg. p. 108. n. 83. *Vest* Manuale p. 257.

Radix descendens, fibrosa. *Caulis* basi procumbens et n raro radicans, tunc adscendens, plerumque simplex, teres, bif riam pilosus, pilis exstantibus. *Folia* opposita, inferiora vel br viter petiolata, vel cum superioribus sessilia, ovata, vel praese tim superiora cordato-ovata, villosa, rugulosa, plana, vel ut

γ. plicata, inciso-serrata. *Racemi* axillares, plerumque oppositi, multiflori, laxiusculi, erecti. *Flores* spectabiles, azurei, striis saturatioribus picti, longius pedicellati. *Pedicelli* alterni, villosi, bracteis plerumque longiores. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae, pubescentes, lanceolatae, nonnihil basi denticulo utrinque auctae, vel ut in γ, obovatae. *Calyx* quadripartitus, villosus: *Laciniis* lanceolatis, inaequalibus. *Corollae laciniae* subrotundo-ovatae. *Capsula* obcordata, compressa, margine pubescens, calyce brevior.

Wald-Ehrenpreis.

Observ. I. Hujus speciei character essentialis et proprius consistit in caule bifariam piloso et foliis ovatis, basi plus minus subcordatis, inciso-serratis.

Observ. II. Ab hac specie non distinguendam esse credo *Veronicam divaricatam. Tausch* in Regensb. bot. Zeit. 1821. p. 562. *Schultes* Mantissa prima Syst. Veg. p. 111. quam in umbrosis herbidis collium Sudetorum *Petersgrund* observavit.

In pratis, pascuis, pomariis ad sepes vulgaris. γ. in Gryphiswaldiae vicinis *klein Zastrow (Heyne)*, δ. in pascuis montosis Bohemiae (*Schmidt, Pohl*). 24. Fl. Maj. Jun.

19. Veronica *urticifolia.*

V. racemis axillaribus, oppositis, caule erecto, ubique cum foliis piloso, tereti, foliis sessilibus, subcordato-ovatis, acute serratis.

Veronica urticifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 70. *Besser* Galic. n. 24. *Gmelin* Badens. n. 26. *Jacq.* Flora Austr. 1. p. 37. Tab. 59. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 41. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 118. *Schrader* Germ. 1. p. 34. *Schrank* Bavar. n. 24. *Ejusd.* Bergtesgad. n. 10. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 45. *Vest* Manuale p. 258.

Veronica latifolia. Linn. Syst. Plant. ed. *Reichard.* 1. p. 34. *Ejusd.* Syst. Nat. p. 58. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 17. (exclusis synonymis.) *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 70. *Reyger* Gedan. n. 11. *Scop.* Carn. 2. n. 13.

Veronica Galeopsifolia. Klux apud *Besser* Galic. 2. Append. p. 326?

Veronica pratensis omnium maxima. *Buxbaum* Cent. 1. p. 23. Tab. 34.

Radix crassiuscula, fibrosa. *Caulis* erectus, simplicissimus, strictus, teres, ubique cum foliis et reliquis partibus villosulus, pedalis, sesquipedalis et major. *Folia* opposita, omnia sessilia, ovata, vel cordato-ovata, acute serrata, rugosa: *inferiora* minora, *media* majora, acuta; *summa* iterum minora, sed angustiora. *Racemi* ex alis foliorum superiorum oppositi, longi, tenues, laxi, stricti, patentes. *Flores* caerulei, caerulescentes et subinde carnei, pedicellati. *Pedicelli* setacei, bractea sua lanceolata multo longiores, alterni, *floriferi* patentes, *fructiferi* inflexi, ut capsulae apex demum pedunculum racemi communem attingat. *Calyx* subaequalis, quadripartitus (rarius quinquepartitus). *Corolla* pube tenuissima adspersa: *Laciniis* ovato-subrotundis. *Capsula* suborbiculata, apice emarginata, compressa, subpubescens, calyce longior.

Nesselblättriger Ehrenpreis.

Observ. Ad mentem optimi *de Wulfen*, *Linneus* sub *Ver.* sua *latifolia* hanc speciem subintellexit.

In sylvis et nemoribus montosis, subalpinis Austriae (*Jacq.*), Galiciae (*Besser*), Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae (*Schrank*), Bohemiae (*Schmidt*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*), prope Gedanum (*Reyger*). 24. Fl. Maj. Jun.

b. *Calyce quinquepartito.*

20. Veronica *Teucrium.*

V. racemis axillaribus, oppositis, caule adscendente, ubique cum foliis pubescente, intra racemos denuo frondescente, foliis sessilibus, obtusis, plus minus inciso-dentatis, circumscriptione variis: inferioribus latioribus ovatis subcordatisve; ramulorum terminalium angustioribus, oblongis lanceolatisve.

Veronica Teucrium. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 13.

A. *Veronica Teucrium latifolium. Wallroth* Sched. l. c.

1. *Foliis latioribus, grosse dentatis, subrugosis: inferioribus basi dilatatis, subcordatis; caulinis ovatis.*

a) *Foliis integris.*

Veronica latifolia α major. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 42. *Schrader* Germ. 1. p. 55.

Veronica latifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 72. *Besser* Galic. n. 46. *Gmelin* Badens. n. 25. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 113. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 46. *Vest* Manuale p. 254.

Veronica Teucrium β major. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 13. (exclusis synon. *Bauhinorum.*)

Veronica Teucrium. Pollich palat. n. 13.

Veronica Pseudo-Chamaedrys. Jacq. Flora Austr. 1. p. 37. Tab. 60.

Teucrium quartum. *Clus.* Hist. 1. p. 349.

Chamaedrys spuria latifolia. *Joh Bauh.* Hist. 3. p. 286.

b) *Foliis subrotundo-ovatis, laciniatis.*

Veronica Jacquini. Römer et Schultes Syst. Veg. 1. p. 108.

Veronica austriaca. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 70. (exclusis synon. *Jacq.* Vind. *Crantzii, Bauhini* et *Morison.*) *Besser* Galic. n. 28. (exclusa Variet. *α.*) *Schrader* Germ. 1. p. 39. (exclusis synon. *Host, Schrank, Schmidt, Morison. et Bauhini.*)

Veronica austriaca et *multifida. Jacq.* Flora Austr. IV. p. 16. Tab. 329.

Veronica multifida. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 46. *Scop.* Carn. 2. n. 15. (excluso syn. *Linn.*)

2. *Foliis exacte ovatis, acuminatis vel obtusis.*

Veronica latifolia β minor. Schrader Germ. 1. p. 36. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 42.

Veronica Teucrium α. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 13.

Veronica montana. *Rivin.* Monopet. irreg. Tab. 95?

Chamaedrys vulgaris mas. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 287.

3. *Foliis ovato-oblongis.*

a) *major.*

α. Foliis integris.

Veronica dentata. Schrader Germ. 1. p. 3. (excluso syn. *Schmidt.*) *Besser* Galic. n. 26. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 114. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 48.

Veronica Teucrium. Host Synops. p. 8. (excluso syn. *Linn.*)

Teucrium quartum, tertia species. *Clus.* Hist. 1. p. 349.

Chamedrys supina, facie Teucrii pratensis. *Lobel* Icon. 1. p. 473.

Teucrium pannonicum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 771.

β. Foliis lacinatis.

Veronica polymorpha. Willd. Supplem. Enum. Hort. bot. Berol. p. 2.

Veronica spuria tenuissime laciniata. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 287.

b) *minor.*

Veronica prostrata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 67. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 14. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 69. *Besser* Galic. n. 27. *Gmelin* Badens. n. 22. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 43. *Mönch* Hass. n. 11. Tab. 1. *Pollich* palat. n. 15. *Römer* et *Schult.* Syst. Veget. 1. p. 111. *Schrader* Germ. 1. p. 38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 50. *Schmidt* Bohem. n. 28.

Chamaedrys spuria minor, angustifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 287.

Teucrium quintum. *Clus.* Hist. 1. p. 350.

B. *Veronica Teucrium angustifolium*, foliis angusto-lanceolatis, linearibus, remote inciso-dentatis.

Veronica dentata. Schmidt Flora Bohem. n. 31. *Besser* Galic. n. 26. *Pohl* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1807. p. 67.

Veronica Schmidtii. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 195. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 44.

Veronica montana. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 95.

C. *Veronica Teucrium multifidum* foliis oblongo-lanceolatis, inciso-dentatis pinnatifidisque.

Veronica austriaca. Linn. in prioribus Spec. Plant. editionibus. *Jacq.* Enum. Plant. Vindob. p. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 45. (quoad diagnosin et descriptionem saltem) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 109. (exclusis syn. nonnullis).

Veronica austriaca a. Besser Galic. n. 28.

Veronicam latifoliam, *Teucrium*, *prostratam* et *austriacam* auctorum cum nonnullis sic dictis intermediis speciebus, a recentioribus Floristis creatis, in unam speciem conjungere conatus est Celeberr. *Wallroth* in laudatis Schedulis criticis suis botanicis l. c., quem eo lubentius sequor in harum plantarum enumeratione, quum essentialibus inter se conveniant omnes, forma tantum foliorum ex ovata subcordatave in oblongam vel lanceolatam tendente et margine plus minus profunde in dentes, vel lacinias diviso, a se invicem recedant et ob formas intermedias numerosas ita inter se conjungantur, ut certi limites erui nequeant. Hinc summa apud auctores synonymorum confusio, quae vix unquam rite enucleari poterit. In sequentibus conveniunt omnes.

Radix horizontalis, ramosa, fibrosa, fuscescens. *Caulis* adscendens, plus minus erectus, nonnihil prostratus, simplex vel ramosus, teres, pilis crispatis ubique tectus, supra racemos elongatus. *Folia* opposita, sessilia, pubescentia, plus minus rugosa: *caulina* semper latiora; *inferiora* subrotunda, minora, *reliqua* vel ovata vel ex ovata et dilatata basi subcordata et subamplexicaulia, vel ex ovata in oblongam, lanceolatam, vel ex oblonga in linearem figuram tendentia, quoad marginem in plurimis nunc densius, nunc laxius grosse dentata, in aliis profundius inciso-dentata, immo pinnatifida et laciniata: *elongationum* in omnibus angustiora. *Racemi* in axillis foliorum superiorum oppositi, pedunculati, elongati, densiusculi. *Flores* speciosi, plerumque caerulei, pedicellati. *Pedicelli* pubescentes, bracteis plerumque longiores. *Bracteae* oblongae, vel, ut plerumque,

integrae, vel, ut in speciminibus foliis inciso-dentatis laciniatisve gaudentibus, basi dentatae. *Calyx* quinquepartitus: *Laciniis* lineari-lanceolatis, inaequalibus, *duabus* paullo minoribus, *quinta* nonnihil minima, quasi obsoleta (ut in V. *prostrata* et *dentata Schmidt*). *Capsula* obcordata, compressa, calycem vel aequans, vel superans.

Gamander-Ehrenpreis.

Var. A. 1. in fruticetis umbrosis pinguioribus. 2. in vepretis collinis, promontoriis graminosis. 3. a) in dumetis graminosis aggeribusque collinis; b) in pascuis et versuris siccioribus. *Var.* B. in collibus apricis graminosis et saxosis inprimis Bohemiae et Galiciae. *Var.* C. in pratis et apricis Austriae, Galiciae. 2|. Fl. Maj. — Jul.

**** Floribus axillaribus, solitariis.*

a) *Foliis omnibus, subconformibus, pedunculis longioribus; fructiferis recurvis.*

Observ. In hujus subdivisionis plantis folia omnia subconformia sunt, licet versus apicem caulis et ramorum magnitudine decrescant. *Veronica serpyllifolia*, in antecedentibus descripta, huc quodam modo referri potest.

21. Veronica *agrestis.*

V. pilosa, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folio sublongioribus, reflexis, calycis laciniis ovatis, caule procumbente, foliis subconformibus ovatis subcordatis serratis, caule procumbente.

Veronica agrestis. Willd. Spec. Plant. Lin. P. I. T. I. p. 72. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 17. *Besser* Galic. n. 30. *Gmelin* Badens. n. 27. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 50. *Pollich* palat. n. 17. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 125. *Schmidt* Bohem. n. 36. *Schrader* Germ. 1. p. 42. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 55. *Vest* Manuale p. 259. Flora Dan. Tab. 449.

Veronica folio Chamaedryos. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 99

Alsine foliis Trissaginis. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1089

Alsine serrato folio glabro. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 366

Radix fibrosa. *Caulis* decumbens, teres, tenuis, ramosis-

simus, cum reliquis partibus pilosus. *Folia* subcordato-ovata vel subrotunda, obtusa, rugosa, serrata, petiolata; *inferiora* opposita; *floralia* alterna. *Petioli* longitudine fere folii. *Pedunculi* filiformes, axillares, solitarii, uniflori, foliis longiores: *floriferi* erecti; *fructiferi* deflexi, foliis dimidio longiores. *Flores* pallide caerulei, venis saturatioribus pulcherrime picti. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* ovatis, obtusis, ciliatis, trinerviis; floriferi calycis inaequalibus, duabus dimidio minoribus; fructiferi fere aequalibus. *Capsula* calyce paulo minor, emarginata turgidiuscula, scabra.

Acker-Ehrenpreis.

In agris, arvis, ruderatis, hortis undique. ☉. Fl. per totam Aestatem.

22. Veronica *hospita.*

V. pubescens, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folio subduplo longioribus, recurvis, calycis laciniis ovato-lanceolatis, foliis omnibus subconformibus, petiolatis cordato-ovatis, grosse serratis, caule procumbente.

Veronica hospita. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 57.

α. Foliis lato-cordatis.

Veronica persica. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 126.

Veronica Tournefortii. Gmelin Badens. n. 29. (exclusis synonymis).

β. Foliis subrotundo-cordatis.

Veronica filiformis. Resser Galic. n. 31. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 56.

Proxime accedit ad antecedentem V. *agrestem*, differt autem: 1. *Pedunculis fructiferis* folio suo duplo triplove longioribus. 2. *Calycibus* basi pilis confertis, articulatis, strictis, per exsiccationem saepius crispatis, barbatis: *Laciniis* ovato-lanceolatis, acutiusculis, calycis fructiferi majoribus, evidentius trinerviis. 3. *Floribus* duplo saltem majoribus. 4. *Capsula* profundius emarginata, hinc obcordato-subtriangula, turgida, compressa.

Gastfreundlicher Ehrenpreis.

In agris prope Carlsruhe nunc quasi sponte *(Gmelin)*, ad

vias in ruderatis Galiciae *(Besser)*, Croatiae, Slavoniae, Hungariae *(Kitaibel, Schultes)*. ⊙. Fl. Jun. — Aug.

23. Veronica *hederaefolia.*

V. pubescens, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folium aequantibus, reflexis, calycis laciniis cordatis, acutis, foliis omnibus subconformibus, cordato-subrotundis, triquinquelobisve, caule procumbente.

Veronica hederaefolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 73. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 20. (exclusa Var. *β.*) *Besser* Galic. n. 32. *Gmelin* Badens. n. 30. *Host* Synops. p. 11. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora. n. 52. *Pollich* palat. n. 19. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. I. p. 121. *Schmidt* Flora Bohem. n. 38. *Schrader* Germ. I. p. 43. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 57. *Vest* Manuale p. 259. Flora Dan. Tab. 428.

Alsine hederacea. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1088.

Alsines genus Fuchsio, folio Hederae hirsuto. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 368.

Radix fibrosa. *Caulis* procumbens, inferne praesertim ramosus, obsolete angulosus, lineis duabus oppositis evidentioribus villosioribus, filiformis. *Folia* petiolata, carnosa, reniformi-cordata, hirsuta: *inferiora* quinqueloba; *lobo* intermedio majore, *summa* triloba sessilia. *Pedunculi* ex foliorum superiorum alis solitarii, filiformes, foliis vix longiores: *floriferi* erecti; *fructiferi* deflexi. *Flores* pallide caerulei. *Calyx* quadripartitus, inaequalis, villosus, corolla paulo major: *Laciniis* cordatis, acutis, ciliatis: duabus paulo majoribus, calycis fructiferi conniventibus, tetraquetris. *Capsula* glabra, emarginata, ventricosa.

Epheublättriger Ehrenpreis.

Observ. Veronica cymbalirifolia, Vahl Enum. I. p. 81. ad muros Litoralis a Celeberr. *Trattinnik*, caeterum nullibi in Germania sponte, observata est. Quae sub hoc nomine a Floristis germanicis enumerantur, ad *Veron. hederaefoliam* pertinent.

In agris, arvis, ad sepes, aggeres. ⊙. Fl. Maj. Jun.

b) *Foliis inferioribus latioribus variis; superioribus angustioribus, pedunculis fructiferis erectis.*

24. Veronica *triphyllos.*

V. glanduloso-pilosa, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folio sublongioribus, erectis, calycinis laciniis lanceolatis, foliis inferioribus petiolatis, subrotundo-ovatis, inciso-crenatis; superioribus subsessilibus, subrotundis, quinque- vel tripartito-digitatis, caule oblique adscendente.

Veronica triphyllos. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 74. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 21. *Besser* Galic. n. 33. *Gmelin* Badens. n. 31. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 54. *Pollich* palat. n. 20. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 120. *Schrader* Germ. 1. p. 44. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 58. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 8. *Vest* Manuale p. 260. Flora Dan. Tab. 627.

Veronica folio Hederae. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 99.

Alsine recta. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1088.

Alsine folio profunde secto, flore purpureo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 368.

Radix fibrosa. Tota planta, excepta corolla, pilis articulatis, capitatis pubescens et viscida. *Caulis* basi decumbens, tunc adscendens, erectus, teres, digitalis et major, basi praesertim ramosus. *Rami* divaricato-patuli. *Folia* subcarnosa, supra nigrescenti-viridia, subtus rubella: *radicalia prima* longius petiolata, opposita, ovata, integerrima; *caulina inferiora* opposita, breviter petiolata, cordato-subrotunda, plus minus incisa: *floralia* alterna, subsessilia, subrotunda, fere ad basin usque incisa, hinc digitato-, plerumque quinquepartita: *Laciniis* oblongo-obovatis, obtusis; *summa* minora, plerumque tripartita. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, erecti, longitudine foliorum vel illis paulo longiores. *Flores* parvi, caerulei, venosi, fauce albidi. *Calyx* quadripartitus, basi caerulescens: *Laciniis* lanceolatis, obtusis. *Capsula* obcordata, emarginata, subdidyma, compressa, margine ciliata, calyce major.

Dreiblättriger Ehrenpreis.

In arvis, agris, praesertim solo arenoso. ☉. Fl. Aprili, Maj.

25. Veronica *praecox.*

V. glanduloso-pilosa, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folio sublongioribus, subincurvis, calycis laciniis ovatis, acutiusculis, capsula obovata, foliis inferioribus petiolatis,

subcordato-ovatis, inciso-serratis; superioribus sessilibus, oblongo-lanceolatis, subintegerrimis, caule oblique adscendente.

Veronica praecox. Allion. Auctar. ad Floram Pedemont. p. 5. Tab. 1. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 48. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 124. *Schmidt* Flora Bohem. n. 44. *Schrader* Germ. 1. p. 40. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 53.

Veronica acinifolia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 76. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 24. *Pollich* palat. n. 22.

Veronica segetalis. Persoon in *Usteri* Annal. d. Bot. Stück 14. p. 34.

Radix simpliciuscula. Tota planta, excepta corolla, pilis capitatis obsessa, subcarnosa. *Caulis* oblique adscendens, erectiusculus, filiformis, teres, tri-quadriuncialis, a basi ramosus. *Folia inferiora* opposita, petiolata, subcordato-ovata, inciso-dentata, subtus rubella; *superiora* alterna, subsessilia, oblongo-lanceolata, integerrima. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori: *fructiferi* folio suo plerumque paulo longiores, erecti, ad apicem incurvi. *Flores* caerulei. *Calyx* quadripartitus: *Laciniis* subaequalibus, ovatis, acutiusculis. *Capsula* obovata, laeviter emarginata, longitudine calycis, turgida, e viridi caerulescens.

Früher Ehrenpreis.

In agris et arvis siccioribus passim in Germania. ☉. Fl. Aprili, Majo.

26. Veronica *acinifolia.*

V. articulato-pilosa, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis folio suo subbrevioribus, erectis, calycis laciniis oblongis, capsula obcordata. Foliis inferioribus petiolatis, ovatis, crenato-dentatis, superioribus sessilibus, lanceolatis, integerrimis, caule erecto.

Veronica acinifolia. Gmelin. Badens. n. 33. (excluso syn. *Pollichii.*) *Host* Synops. p. 11. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 47. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 124. *Schrader* Germ. 1. p. 40. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 52. *Sprengel* Halens. n. 27. *Vest* Manuale p. 261.

Veronica romana. Allion. Pedemont. n. 259. Tab. 85. Fig. 2.

Veronica minor annua, clinopodii minoris folio. *Vaill.* Paris. p. 201. Tab. 33. Fig. 3.

Proxime accedit ad antecedentem V. *praecocem* et caute distinguenda: 1. *Caule* erecto, inferne pilis sparsis longis, articulatis, subulatis, superne pilis brevioribus, deflexis subviscoso. 2. *Foliis* glabriusculis, *superioribus* tantum pilis subulatis brevibus ciliatis, *inferioribus* ovatis, crenulato-denticulatis; nec subcordato-ovatis, inciso-dentatis. 3. *Pedunculis fructiferis* folio suo nunc brevioribus, nunc paulo longioribus, erectis. 4. *Floribus* pallidioribus. 5. *Capsula* obcordata, profunde emarginata, lata, quasi didyma.

Thymianblättriger Ehrenpreis.

Observ. Nonnullis germanicis Floristis accidit, ut hanc plantam cum antecedente confuderint, quum plantae pilos glanduliferos attribuant, quae pilis gaudet apice subulatis, articulatis, subviscidis, per exsiccationem crispatis, nunquam capitatis.

In arvis et agris non frequens in Germania. ☉. Fl. Maj. Jun.

c) *Foliis inferioribus latioribus, variis, superioribus angustioribus, pedunculis brevissimis, fructiferis, erectis.*

27. Veronica *arvensis.*

V. pubescens, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis capsula sua brevioribus, erectis, calycis laciniis lanceolatis, foliis inferioribus petiolatis, cordato-ovatis, serrulatis; superioribus subsessilibus, lanceolatis, subintegerrimis, caule adscendente.

Veronica arvensis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 73. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 19. *Besser* Galic. n. 29. *Gmelin* Badens. n. 28. *Lumnitz.* Poson. n. 19. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 4. *Pollich* palat. n. 18. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 125. *Schrader* Germ. 1. p. 41. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 54. *Schmidt* Bohem. n. 37. *Vest* Manuale p. 259. Flora Dan. Tab. 515.

Veronica acinifolia. Willd. Prodr. Berol. n. 41.

Alsine serrato folio hirsutiore, floribus et loculis cauliculis adhaerentibus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 367.

Alsine folio Veronicae. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1089.

β. *Floribus subsessilibus.*

Veronica romana. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 23.

Radix fibrosa. *Caulis* basi procumbens, tunc adscendens, erectus, ramosissimus, teres, pilis articulatis subulatis hirsutus. *Folia* utrinque piloso-scabra: *radicalia* opposita, petiolata, cordato-subrotunda, laeviter crenata: *caulina inferiora* maxima, opposita, breviter petiolata et sessilia, cordato-ovata, obtusa, crenulata; *floralia* alterna, sessilia, scaberrima, flore et fructu longiora; *inferiora* ovato-lanceolata, versus basin praecipue laeviter crenata; *superiora* lanceolata et lineari-lanceolata, integerrima. *Pedunculi* axillares, solitarii, brevissimi, vix lineam longi, calyce triplo fere breviores. *Calyx* quadripartitus, floris et fructus inaequalis, pilis capitatis obsessus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* calyce minor, fugax, albida, venis caeruleis picta. *Capsula* obcordata, compressa, emarginata, nitida, glabra, margine tantum pilis capitatis ciliata, calycem aequans.

Feld-Ehrenpreis.

In arvis, collibus herbidis, ruderatis, muris. ☉. Fl. Martio — Jul.

28. Veronica *verna.*

V. glanduloso-pilosa, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis calyce brevioribus, erectis, calycis laciniis lineari-lanceolatis, foliis subsessilibus; inferioribus ellipticis, vix crenulatis, mediis et superioribus oblongo-ovatis, digitato-partitis; lacinia terminali latiore; summis lanceolatis, subintegerrimis, caule erecto.

Veronica verna. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 75. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 22. *Besser* Galic. n. 34. *Gmelin* Badens. n. 32. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 55. *Pollich* palat. n. 21. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 119. *Schrader* Germ. 1. p. 45. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 59. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 13. *Vest* Manuale p. 260.

Veronica Dillenii. Crantz Austr. p. 352.

Veronica humilis erecta, montana, flore parvo caeruleo. *Dillen.* Gies. Append. p. 58.

β. *Caule simpliciusculo, foliis subintegerrimis.*

Veronica Bellardi. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I.

p. 76. *Allion.* Pedemont. n. 282. Tab. 85. Fig. 1. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 120. *Wulfen* in *Römer* Archiv. Band 3. St. 3. p. 312.

Radix fibrosa. Excepta corolla tota planta pilis articulatis capitatis pubescens. *Caulis* teres, erectus, strictus, inferne praecipue ramosus, digitalis, sesquidigitalis et nonnunquam altior. *Folia infima* ovata, obtusa, laeviter incisa; *sequentia* et *ramifera* ovato-oblonga, in petiolum decurrentia, cum ramis opposita, fere usque ad basin incisa, hinc digitato-partita; *laciniis lateralibus* lanceolatis obtusis; *intermedia* maxima, longius producta, ovali-lanceolata, obtusissima: *floralia infima* lanceolata, basi utrinque dente lanceolato aucta; *superiora* lineari-lanceolata, integerrima, utrinque attenuata, flore fructuque longiora. *Pedunculi* axillares, solitarii, brevissimi, lineae longitudinem non superantes. *Calyx* quadripartitus, inaequalis, corolla paullo major: *Laciniis* angusto-lanceolatis, foliis floralibus similibus, sed duplo minoribus. *Capsula* obcordata, profunde emarginata, compressa, margine plus minus ciliata, calyce minor.

Var. β. habitu quodammodo diversa videtur, at specie nullo modo distinguenda est, differt tantum: *Caule* plerumque simplici, mox supra basin florifero et *Foliis* ex inferiorum numero una alterave tantum lacinula basi praeditis, reliquis omnibus integerrimis.

Frühlings-Ehrenpreis.

In arvis arenosis, ericetis, locis apricis: *β* in Carinthia prope *Heiligenblut* ad pedem montis *Glockner* in muris et ad agrorum margines (*Wulfen*). ☉. Fl. Aprili et Majo.

29. Veronica *peregrina.*

V. glabra, floribus axillaribus, solitariis, pedunculis fructiferis capsula brevioribus, erectis, calycis laciniis lanceolatis, foliis inferioribus obverse lanceolatis, subpetiolatis, integerrimis, mediis subsessilibus, obverse ovatis, ad apicem obtuse dentatis; superioribus sessilibus, spathulatis, integerrimis, caule erecto.

Veronica peregrina. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 76. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 24. *Kölpin* Flora Gryph. n. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 55. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 122. *Pohl* Bohem. n. 28. Tab. 2. *Schrader* Germ. 1. p. 46. *Schmidt* Bohem. n. 47. *Schultes* Oest. Flora 2. n. 60. *Vest* Manuale p. 261. *Weigel* Fl. Pomerana n. 18. Flora Dan. Tab. 407.

Veronica romana. Pohl in *Hoppe* bot. Taschenb. 1806. p. 25.

Radix fibrosa. Tota glaberrima. *Caulis* erectus, ramosus, vel simplex. *Folia infima* opposita, obovata, in petiolum decurrentia. integerrima; *sequentia* obverse lanceolata, subsessilia, ad apicem obtuse dentata; *floralia* alterna, lineari-lanceolata, integerrima. *Flores* in axillis foliorum superiorum solitarii, subsessiles, inferiores autem brevissime pedunculati, parvi, albi vel caerulescentes. *Calyx* subaequalis, corolla major, quadripartitus: *Laciniis* lanceolatis, obtusis; *unica* paullo minore. *Capsula* obcordata, compressa.

Fremder Ehrenpreis.

In cultis et arvis Pomeraniae (*Kölpin* et *Weigel*), circa Pragam ad viam versus *Prokop* et *Tachlitz* (*Pohl*, *Schultes.*) ☉. Fl. Majo — Jul.

13. WULFENIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber. n. 34.

Calyx quinquepartitus, erectus, inferus. *Corolla* bilabiata, subhians: *Labiis* inaequalibus: *superiore* breviore subfornicato, saepius integro; *inferiore* reflexo, trifido, ad faucem barbato. *Stamina* duo, sub labio superiore adpressa, arcuatim conniventia. *Antherae* bigemellae, plenae, nutantes. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis, polysperma.

Observ. Hujus et sequentis Generis essentialis character consistit situ et directione Staminum atque figura Antherarum.

1. Wulfenia *carinthiaca.*

Wulfenia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 78. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 59. *Reiner* et *Hohenwarth* Iter. 1. p. 70. Tab. 1 et 2. Fig. 1. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 177. *Schrader* Germ. 1. p. 47. *Vest* Manuale p. 262. *Wulfen* in *Jacq.* Miscellan. 2. p. 6. Tab. 8. Fig. 1.

Radix horizontalis, crassiuscula, fusca, fibras plures, longas concolores demittens. *Folia* radicalia, in orbem disposita, magna, crassa, oblongo-ovata, obtusa, in petiolum decurren-

tia, grosse crenata, plana, glaberrima, nitida, saturate viridia: supra media longitudine quasi canaliculata et rubra; subtus nervo medio protuberante albido et villoso. *Scapus* pedalis et sesquipedalis, erectus, teres, primo villosus, demum glaber, squamulis sparsis lanceolatis, sursum versus magnitudine decrescentibus obsessus. *Racemus* spicatus, densus, uncialis circiter, ex duplici serie florum unum latus spectantium, compositus. *Flores* pedicellati. *Pedicelli* uniflori, breves: *floriferi* decurvi; *fructiferi* erecti. *Bracteae* sub quovis pedicello solitariae illoque paullo longiores, lineares. *Calyx* quinquepartitus, aequalis, persistens: *Laciniis* linearibus. *Corolla* violaceo-caerulescens, bilabiata. *Filamenta* brevia. *Antherae* bigemellae, planae, nutantes, basi connatae, demum longitudinaliter dehiscentes tanquam in duo hemisphaeria cava juxta se posita sese erigentes. *Stylus* filiformis, longus, rubicundus. *Stigma* bilobum. *Capsula* ovalis, obtusa, glabra, apice compressa, utrinque sulco exarata, apice dehiscens, quadrivalvis.

Kärnthensche Wulfenie.

In Carinthiae alpe *Kühwegeralpe* vallis Giliensis prope fanum St. Hermagorae, paullo supra suprema pastorum mapalia in solo pinguissimo (*Wulfen*). 2l. Fl. Jul.

14. PAEDAROTA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 33. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 135.

Calyx quinquepartitus, patens, inferus. *Corolla* bilabiata: *Labiis* aequalibus; *superiore* latiore, saepe emarginato. *Stamina* duo, ex inferiore labio ad superius parallele adscendentia. *Antherae* simplices, cordatae, incumbentes. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis, polysperma.

1. Paedarota *Ageria.*

P. foliis subsessilibus inaequaliter argute serratis: superioribus elongato-acuminatis, calycibus pubescentibus longitudine corollae, capsulis oblongis acuminatis.

Paedarota Ageria. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 77. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 57. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 177. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 24. *Vest* Manuale p. 261.

Paedarota lutea. Linn. Suppl. Plant. p. 54. *Host* Synops. p. 12.

Paedarota Bonarota. Jacq. Hort. Vindob. 2. Tab. 121.

Paedarota urticifolia. Brignoli Fasc. Plant. rar. Forijul. p. 8.

Bonarota Chamaedryoides. Scop. Carn. 2. n. 26. (excluso syn. *Michelii.*)

Wulfenia Ageria. Schrader Germ. 1. p. 48. (excluso syn. *Michelii.*)

Caules plures ex una radice, quatuor ad octo uncias longi, non longiores, erecti, teretes, plerumque simplices, subpubescentes. *Folia* opposita, raro alterna vel terna verticillata, subsessilia, argute inaequaliter serrata, subpubescentia: *inferiora* minora, subrotunda, successive ovata; *reliqua* elongato-acuminata; *intermedia* reliquis longiora, ovato-lanceolata; *suprema* lanceolato-linearia. *Racemus* terminalis, densus, demum laxior, semiuncialis, ad summum uncialis, erectus aut cernuus. *Bracteae* pedicello duplo longiores, lineares. *Calyx* pubescens, longitudine corollae: *Laciniis* linearibus, primo patulis, demum conniventibus. *Corolla* sulphurea, fauce hians et subtomentosa. *Labio superiore* bifido, subinde emarginato tantum, fornicato; *inferiore* trilobo. *Capsula* ovato-oblonga, acuminata.

Observ. Mirum in modum variat in foliorum positione. In aliis folia inferiora opposita, media alterna, summa ternata; in aliis inferiora terna, media opposita, summa alterna. Plures varietates enumeravit *Scopolius* l. c.

Nesselblättrige Pädarote.

In alpium rupestribus Carinthiae *(Wulfen)*, Carnioliae *(Scopoli)*. 4. Fl. Jun. Jul.

2. Paedarota *Zanichelli.*

P. foliis subsessilibus, subcordatis, serratis; inferioribus subrotundis, obtusis; superioribus ovatis, acuminatis, calycibus glabris corolla dimidio brevioribus, capsulis ovatis, obtusis.

Paedarota Zanichelli. Brignoli Fasc. Plant. rar. Forijul. p. 9. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 178.

Bonarota montana italica, Chamaedryos folio, minus cre-

nato, spica lutea, ex monte Cavallo. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 19. n. 3.

Differt ab antecedente, cum qua hucusque commutata est: 1. *Caule* minore, unciam ad tres uncias longo. 2. *Foliis* subcordatis, minus profunde et minus irregulariter serratis, utrinque pilosis: *inferioribus* minoribus subrotundis, obtusis; *successivis* acutis; *superioribus* acuminatis. 3. *Racemo* minore. 4. *Bractea* pedicello vix longiore. 5. *Calyce* glabro, corolla dimidio breviore: *Laciniis* obtusis. 6. *Corolla* lutea, fauce glaberrima: *Labio superiore* integerrimo; *inferiori* tridentato vel trifido. 7. *Capsula* ovata, obtusa.

Zanichellische Päidarote.

In alpestribus ad nivem deliquescentem Carniae (*Brignoli*). 4. Fl. Jul.

3. Paedarota *Bonarota.*

P. foliis petiolatis, subrotundo-ovatis, serratis, calycibus corolla brevioribus, aequalibus, capsula acuminata.

Paedarota Bonarota. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 77. *Brignoli* Fasc. plant. rar. Forijul. p. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 58. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 178. *Reiner* et *Hohenw.* Iter Istriae et Dalmat. 1. p. 65. *Schkuhr* Handb. 1. p. 13. Tab. 2. b. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 24. *Vest* Manuale p. 262. *Wulfen* in *Jacq.* Flora Austr. Append. p. 49. Tab. 39.

Paedarota caerulea. Linn. Suppl. Plant. p. 84. *Host* Synops. p. 12.

Wulfenia Bonarota. Schrader Germ. 1. p. 49.

Bonarota montana italica, Chamaedryos folio, flore caerulea. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 19. Tab. 15. Fig. 1.

Chamaedrys montis sumani. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 289.

Veronica petraea sempervirens. *Pona* in *Clusii* Hist. 2. p. CCCXXXVI.

Caulis quadri-ad octouncialis. *Folia* evidenter petiolata, minora minusque acuta, quam in duabus antecedentibus, subrotundo-ovata, opposita, exceptis summis, quae ut plurimum alterna et angustiora. *Racemus* laxus, uncialis ad sesquiuncialis. *Bracteae* pedicello duplo triplove longiores. *Calyx* aequa-

lis, villis longis vestitus, corolla dimidio saltem brevior. *Corolla* violacea, fauce glabra: *Labio superiore* fornicato, acuminato, ut plurimum indiviso; *inferiore* tri- et quandoque quadridentato. *Capsula* acuminata.

Blaue Pädarote.

Variat Foliis omnibus alternis.

Circa *Leontium* et *Amblach* Tyrolis; in Carinthia in summitatibus apricis prope Montabelam *Trog*, aut *Trigel* dictis, necnon *Malborghetti* undique in rupestribus (*Wulfen*, *Reine* et *Hohenwarth*). ♃. Fl. Jun. Jul.

4. Paedarota *chamaedryfolia.*

P. foliis subsessilibus, subrotundis, obtusis, serratis, calycibus corolla brevioribus, inaequalibus: laciniis duabus inferioribus brevioribus, tomentosis, capsula acuminata.

Paedarota chamaedryfolia. Brignoli Fasc. Plant. rar. Forijul. p. 9. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 178.

Bonarata montana italica, Chamaedryos folio rotundiore et quasi circinnato, spica caerulea habiliore. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 19. Tab. 15. Fig. 2.

Differt a P. *Bonarota*: 1. *Caule* minore, bi-seu triuncial. 2. *Foliis* subsessilibus, subrotundis, obtusis, apice integerrimis. 3. *Racemo* ovato, denso, unciali. 4. *Bracteis* longitudine tantum pedicelli. 5. *Calyce* inaequali: *Laciniis duabus* brevioribus, tomentosis; *tribus* longioribus.

Chamanderblättrige Pädarote.

In Carnia (*Brignoli*). ♃. Fl. Jul.

15. GRATIOLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 37. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 136. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 25. Tab. 53.

Calyx quinquepartitus, inferus. *Corolla* tubulosa, bilabiata: *Labio superiore* reflexo emarginato; *inferiore* trifido aequali. *Stamina* duo antherifera; duo plerumque sterilia. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* bilocularis, quadrivalvis

polysperma. *Dissepimentum* e marginibus inflexis, tardius solubilibus.

1. Gratiola *officinalis.*

G. foliis lanceolatis, serratis, glabris, pedunculis folia aequantibus, floribus diandris.

Gratiola officinalis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. pag. 102. *Roth* Flora Germ. Tom. II. Pars. I. pag. 25. *Besser* Galic. n. 35. *Gmelin* Badens. n. 34. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 13. *Host* Synops. p. 13. *Lumnitz.* Poson. n. 24. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 60. *Pollich* palat. n. 23. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 129. *Schkuhr* Handb. 1. p. 13. Tab. 2. a. *Schrader* Germ. 1. p. 50. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 62. *Vest* Manuale p. 262. Flora Dan. Tab. 365.

Gratiola. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 435. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 751. *Camerar.* Epit. p. 461. *Lobel* Icon. 1. p. 435. *Rivin.* monop. irreg. Tab. 106.

Radix repens, geniculata, fibrosa. Tota planta glabra. *Caulis* erectus, teres, articulatus, simplex vel nonnihil ramosus, semipedalis, pedalis et major. *Folia* opposita, sessilia, semiamplexicaulia, decussata, lanceolata, supra medium serrata; *inferiora* obtusa, quinquenervia; *superiora* acutiuscula, trinervia. *Flores* axillares, solitarii, longe pedunculati. *Pedunculi* filiformes, uniflori, foliis breviores, sub flore *Bracteis* duabus, lanceolato-linearibus, acutis, suffulti. *Calycis foliola* lanceolato-linearia, acuta. *Corolla* alba, vel rubicunda: *Tubo* anguloso, calyce longiore, intus sub labio superiore pilis fasciculatis, clavatis, ochraceis, barbato. *Stamina* quatuor: *duo inferiora* minora, sterilia, imperfecta. *Stylus* filiformis, persistens. *Stigmatis labia* peracta fructificatione conniventia. *Capsula* glabra. *Semina* exigua, oblonga.

Echtes Purgierkraut.

In pascuis humidis, stagnis, ad ripas fluviorum in tota fere Germania. ♃. Fl. Jul. Aug.

16. PINGUICULA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 40. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 110. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 140. Tab. 111.

Calyx bilabiatus, quinquefidus, inferus. *Corolla* riu-

gens, calcarata. *Stamina* duo. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* unilocularis, semibivalvis, polysperma.

1. Pinguicula *vulgaris.*

P. calcare acuto, rectiusculo, labio corollae superiore bifido: inferioris laciniis obtusis.

Pinguicula vulgaris. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. I. Pars I. p. 110. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 26. *Ejusd.* Beiträge zur Bot. 1. p. 2. *Besser* Galic. Vol. II. Append. p. 328. *Braune* Salisb. n. 27. *Gmelin* Badens. n. 35. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 61. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 189. *Schkuhr* Handb. 1. p. 14. Tab. 3. *Schrader* Germ. 1. p. 52. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 64. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 14. *Vest* Manuale p. 263. Flora Dan. Tab. 95.

Pinguicula alpina. Weber Götting. n. 3.

Radix fibrosa. Tota planta pilis capitatis, pellucidis adspersa. *Folia* radicalia, in orbem disposita, carnosa, margine reflexa, integerrima, ovata, terrae incumbentia. *Scapus* teres, filiformis, erectus, uniflorus, nudus. *Calyx* floriger nutans, fructiger erectus, monophyllus, bilabiatus: *Labio superiore* tripartito; *inferiore* bifido, reclinato, calcar nectariferum fulciente. *Corolla* violacea, quandoque purpurea, rarius alba, bilabiata, ringens: *Tubo* brevissimo in calyce latitante; *Fauce* inflata compressa, *palato* barbato-cinereo: *Labio superiore* bifido: *inferiore* majore, trifido; *laciniis* obtusis, ovatis. *Cornu nectariferum* cylindraceum, acutum, rectiusculum, ad apicem vix parum curvatum, longitudine fere corollae. *Stamina* duo: *Filamenta* basi dilatata, apice stigmati approximata. *Antherae* subrotundae. *Germen* pilis capitatis adspersum subglobosum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* bilabiatum: *Labio superiore* erecto, angustissimo, semibifido, calycis et corollae labium superius respiciente; *inferiore* majore, lato, plano, reflexo, antheras tegente. *Capsula* ovata, acutiuscula.

Gemeines Fettkraut.

In pratis et pascuis uliginosis, inprimis turfosis. ♃. Fl. Maj. Jun.

2. Pinguicula *alpina.*

P. calcare conico, recurvo, labio corollae superiore emarginato; inferioris laciniis lateralibus obtusis, intermedia retusa.

Pinguicula alpina. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 191. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora. n. 62. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 111.

α. Labii inferioris corollae lacinia intermedia integra.

Pinguicula alpina. Linn. Flora Lappon. n. 12. Tab. 12. Fig. 3. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 66. Flora Dan. Tab. 453.

β. Labii inferioris corollae lacinia intermedia emarginata, bimaculata.

Pinguicula alpina. Crantz Austr. p. 288. *Braune* Salisburg. n. 28. *Hoppe* bot. Taschenb. 1801. p. 39. *Scop.* Carn. 3. n. 28. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 14.

Pinguicula flavescens. Flörke in *Hoppe* bot. Taschenb. 1805. p. 225. *Schrader* Germ. 1. p. 53.

Pinguicula alba. Kugle in *Hoppe* bot. Taschenb. 1805. p. 14. *Vest* Manuale p. 263.

Differt ab antecedente: 1. *Scapo* glabriusculo, apice semper recto. 2. *Corolla* alba, per exsiccationem flavescente et planta male siccata purpurascente. 3. *Labio* corollae *superiore* subbilobo, vel emarginato; *inferioris lacinia intermedia* retusa; nec laciniis omnibus rotundatis. 4. *Cornu nectarifero* breviore, conico, versus labium inferius recurvo; nec acuto, rectiusculo. 5. *Capsula* rostrata.

Alpen-Fettkraut.

α. in alpibus Croatiae (*Kitaibel*); *β.* in alpibus et subalpinis humidis et uliginosis circuli Austriaci (*Scop., Crantz, Host.*) Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae (*Schrank*), Sueviae (*Kugle*), in Sudetis (*Hänke*), in Styria (*Sartori*). ♃. Fl. April. Maj.

17. UTRICULARIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 41. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 110. Gaertner de Fruct. Vol. III. p. 108. Tab. 198.

Calyx diphyllus, aequalis, inferus. *Corolla* personata, vel ringens, calcarata. *Stamina* duo. *Capsula* circumscissa, unilocularis, polysperma.

1. Utricularia *vulgaris.*

U. nectario conico, labio corollae superiore palato aequali, foliis pinnato-multifidis. *Schrader* Germ. 1. p. 54.

Utricularia vulgaris. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 112. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 26. *Ejusd.* Catalecta bot. 2. p. 1. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 71. *Gmelin* Badens. n. 37. *Hayne* in *Schrader* Journ. f. d. Bot. 1800. St. 1. pag. 17. Tab. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 63. *Pollich* palat. n. 24. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 195. *Schkuhr* Handb. 1. p. 14. Tab. 3. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 67. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 13. Flora Dan. Tab. 138.

Utricularia major. Vest Manuale p. 264.

Millefolium aquaticum. Flore luteo, galericulato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 775. *Lobel* Icon. 1. p. 791.

Lentibularia. *Rivin.* monop. irreg. Tab. 79.

Caulis sub aqua prostratus, filiformis, dichotomus. *Folia* pinnato-multifida, *ampullis* praedita: *Laciniis* capillaribus; *exterioribus* margine setis geminatis, minutis adspersis. *Pedunculus* scapiformis, supra aquam exsertus, teres, quadri- ad octoflorus, squamis nonnullis ovatis, membranaceis vestitus. *Flores* pedicellati, racemosi, vitellini. *Bractea* ad quemvis Florem solitaria, squamis pedunculi conformis. *Corolla* personata: *Labio superiore* subrotundo-ovato, concavo, obtuso, obsolete trilobo, erecto, margine subundulato; *inferiore* subrotundo, lateribus reflexis, subplicatis. *Palatum* bilobum, longitudine labii superioris, striis aurantiacis pictum. *Nectariferum Cornu* conicum, a labio superiore reclinatum. *Antherae* cohaerentes. *Stigma* planum, subrotundum.

Gemeiner Wasserschlauch.

In fossis et paludibus. 24. Fl. Jun. — Aug.

2. Utricularia *intermedia.*

U. nectario conico, labio superiori integro, palato duplo longiore, foliis tripartito-dichotomis. *Schrader* Germ. 1. p. 55.

Utricularia intermedia. Hayne in *Schrader* Journ. f. d. Bot. 1800. St. 1. p. 18. Tab. 5. *Ejusd.* Term. Bot. Fasc. 6. Tab. 26. Fig. 6. *Dreves* et *Hayne* Icon. 17. *Hoppe* bot. Taschenb. 1802. p. 60. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 64. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 2. p. 1. *Ejusd.* Neue Beitr. zur

Bot. 1. p. 22. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 68. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 17. *Vest* Manuale p. 264. Flora Dan. Tab. 1262.

Caulis filiformis, e *Propagine* ovata, paulo curvata, e squamis tripartitis composita et radiculas solitarias filiformes emittente, progredicns, sub aqua repens. *Ampullae* radicales vel cauli defoliato affixae (nunquam vero foliis ut in antecedente). *Folia* alterna, tripartito-dichotoma: *Laciniis* linearibus, angustissimis, margine ubique setis solitariis minutissimis obsessis. *Pedunculus* apice bi-seu triflorus, supra medium *squama* cordato-subrotunda praeditus. *Bractea* ad quemvis florem solitaria, squamae pedunculi similis. *Flores* alterni, pedicellati, sulphurei. *Corolla* personata: *Labio superiori* ovato, integro, obtuso, erecto, striis purpureis picto; *inferiori* subrotundo, planiusculo, deflexo. *Palatum* subrotundum, labio superiore minus, purpureo-striatum. *Nectariferum Cornu* conicum, labio inferiore corollae adpressum. *Antherae* liberae. *Stigma* planum, subrotundum.

Mittler Wasserschlauch.

Observ. Notatu dignissimus est duplex propagationis modus in hac specie, per semina scilicet et propagines. Differt insuper ab antecedente: 1. *Foliis* ampullis semper destitutis. 2. *Laciniis* foliorum latioribus, setis solitariis, minutissimis ubique vestitis; nec in exteriorum solum margine setis geminatis adspersis. 3. *Labio* corollae *superiore* palato duplo longiore.

Hujus speciei primus observator, oculatissimus *Hayne* prope Berolinum eam invenit et Iconibus nitidis illustravit. Postea prope Ratisbonam observavit Cel. *Meyer*, quae alibi in Germaniae inundatis et fossis passim provenit. 2|. Fl. Jun. — Aug.

3. Utricularia *minor.*

U. nectario carinato, labio superiore emarginato, petalo aequali, foliis tripartito-dichotomis. *Schrader* Germ. 1. p. 56.

Utricularia minor. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 118. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 28. *Ejusd.* Catalecta bot. Fasc. 2. p. 1. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 72. *Hayne* in *Schrader* Journ. f. d. Bot. 1800. St. 1. p. 22. *Dreves* et *Hayne* Icon. 1. *Gmelin* Badens. n. 38. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 65. *Pollich* palat. n. 25. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 196. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 69. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 17. *Vest* Manuale p. 264. *Schmidel* Icon. et Analys. 1. p. 79. Fig. 1 — 8.

Caulis sub aqua prostratus et nonnunquam radicans. *Folia* alterna, tripartito-dichotoma, ampullis praedita: *Laciniis* angustissimis, fere capillaceis, glabris. *Pedunculus* scapiformis, squamis paucis, cordato-subrotundis praeditus, apice tri-seu quadriflorus. *Bracteae* ad quemvis florem solitariae, squamis pedunculi conformes. *Flores* alterni, pedicellati, pallide flavescentes. *Corolla* ringens. *Labio superiori* ovato, emarginato, subplano, palato adpresso; *inferiori* obovato, acuto, plano. *Palatum* marginem elevatum, acutum, labium superius aequantem, striis ferrugineis pictum, constituens. *Cornu nectariferum* breve, obtusum, carinatum, deorsum spectans. *Antherae* cohaerentes. *Stigma* obtuse triangulare.

Kleiner Wasserschlauch.

Observ. I. Observante optimo *Hayne* (in *Dreves* et *Hayne* Icon. l. c.) ampullae hisce *Utricullariis* adhaerentes, ante florescentiam aqua repletae sunt. Versus florescentiae tempus aërem secernunt, quo facto planta emergere et florem extra aquam explicare valet. Post florescentiam ampullae, aëre evanescente, aqua iterum replentur et planta submergitur.

Observ. II. Florae Danicae Icon Tab. 128. ad hanc potius speciem spectare videtur Celeberrimo *Schrader*, quam ad antecedentem U. *intermediam*.

In aquis stagnantibus et fossis Germaniae. ♃. Fl. Jun.—Aug.

18. LYCOPUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 44. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 124.

Calyx tubulosus, quinquefidus, inferus. *Corolla* tubulosa, subaequalis, quadrifida: *Lacinia superiore* latiore, emarginata. *Stamina* duo. *Semina* quatuor, nuda.

1. Lycopus *europaeus.*

L. foliis ovato-lanceolatis, utrinque attenuatis, sinuato-serratis, pinnatifidisve.

a. Foliis ovato-lanceolatis, grosse et acute serratis.

Lycopus europaeus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 120. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 28. *Besser* Gali

n. 36. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 32. *Gmelin* Badens. n. 39. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 66. *Pollich* palat. n. 27. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 206. *Schkuhr* Handb. 1. p. 15. Tab. 4. *Schrader* Germ. 1. p. 57. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 70. *Vest* Manuale p. 264. Flora Dan. Tab. 1081.

Marubium aquaticum quorundam. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 318.

Marubium aquatile. *Dodon.* Pempt. p. 595.

Marubium aquaticum vulgi. *Lobel* Icon. 1. p. 524.

β. Foliis plus minus hirsutis: inferioribus basi pinnatifidis; superioribus profunde sinuato-serratis.

Pseudo-Marubium palustre. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 22.

γ. Foliis longius petiolatis, subtus hirsutioribus, omnibus pinnatifidis: pinnis in inferioribus apice inciso-serratis.

Lycopus exaltatus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. 1. P. 1. p. 121. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 27. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 206. *Schrader* Germ. 1. p. 58. *Schreber* in *Schweigger* Flora Erlang. pag. 7. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 71.

Lycopus europaeus. Var. *Roth* Flora Germ. l. c.

Marubium palustre hirsutum, tenuius laciniatum. *C. Bauh.* prodr. p. 110.

Pro more plantarum aquaticarum valde variat haec planta. 1. *Altitudine.* 2. *Pilositate* rariore, vel copiosiore. 3. *Foliis* brevius vel longius petiolatis, profunde serratis et pinnatifido-serratis. Sequentes notabiliores sunt formae, licet plures intermediae obveniant.

α. Folia ovata, vel ovato-lanceolata: *omnia* inaequaliter, grosse et obtuse serrata, glabra, vel pilis raris adspersa. *Petioli* perbreves. *Caulis* vel glabriusculus, vel praesertim superne pilis brevibus, depressis, vestitus.

β. Folia ovato-lanceolata, plus minus hirsuta: *inferiora* basi pinnatifida; *Laciniis* lanceolatis plus minus serratis; *superiora* profunde sinuato-serrata, iis in antecedente *α* similia, at serraturis multo acutioribus; *omnia* praesertim subtus hirsutiora. *Petioli* paulo longiores et basi ala foliacea, a folio decurrente ex parte destituti.

γ. *Folia* omnia pinnatifida: *Laciniis* mucronatis; *inferioribus* brevioribus et acutioribus, plerumque integerrimis, vel inprimis extrorsum, argute serratis; *superioribus* confluentibus in apicem lanceolatum et in supremis foliis longius acuminatum: *omnia* subtus hirsutiora. *Petioli* productiores, quatuor lineas ad semiunciam longi, basi attenuati. *Caulis* plerumque altior.

In sequentibus omnes conveniunt: *Radix* nodosa, fibrosa. *Caulis* erectus, tetragonus, sulcatus, simplex, vel ramosus. *Folia* opposita, supra punctis elevatis, subtus depressis, saepius resiniferis, notata. *Flores* dense verticillati, parvi, albi, vel purpureo - punctati. *Bracteae* lineari - lanceolatae. *Calycis laciniae* subulatae. *Corolla* fauce barbata: *Labio superiore* plus minus emarginato.

Gemeiner Wolfsfuss.

In humidis, ad fossas et rivulos. ♃. Fl. Aestate.

Observ. *Lycopi exaltati* specimina prope Erlangam ab optimo *Schreberо* lecta mecumque communicata viva, excepta magnitudine et foliorum divisione, omnibus in partibus exacte conveniunt cum enumeratis formis α et β ita, ut propria specie illum venditare nequeam. In omnibus hujus generis speciebus, etiam exoticis, quas observare mihi licuit, folia punctis depressis, plerumque resinosis, subtus adspersa sunt.

19. ROSMARINUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 49. Juss. Gen. ed. Roemer p. 125.

Calyx bilabiatus, inferus. *Corolla* ringens. *Stamina* duo. *Filamenta* longa, simplicia, cum dente. *Semina* quatuor, nuda.

1. Rosmarinus *officinalis.*

R. foliis sessilibus, linearibus.

Rosmarinus officinalis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 126. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 25. *Merten* et *Koch* Deutschl. Flora n. 68. *Römer* et *Schultes* Sys

Veg. 1. p. 214. *Scop.* Carn. 2. n. 30. *Schrader* Germ. 1. p. 59. *Vest* Manuale p. 267.

Rosmarinus coronarius fruticosus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 25.

Rosmarinus hortensis coronarius. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 311.

Rosmarinus coronarius. *Lobel* Icon. 1. p. 429.

Rosmarinus. *Rivini* Monop. irreg. Tab. 39.

Frutex humilis. *Rami* alterni: *juniores* subtetragoni, tomentosi. *Folia* opposita, linearia, integerrima, obtusa, margine revoluta, supra rugosa, nitida glabra, subtus albo-tomentosa, rigida, sessilia. *Flores* caerulescentes, in racemum laxum dispositi, pedunculati. *Calycis labium superius* integrum: *inferius* bifidum, reflexum. *Corollae labium superius* erectum, marginibus reflexis, bifidum; *inferius* trifidum, reflexum: *Lacinia intermedia* maxima. *Filamenta* ad apicem, versus corollae labium superius, dente aucta. *Stigma* bifidum.

Gemeiner Rosmarin.

In Istriae montosis *(Scopoli)*, in Litorali locis rupestribus ad mare inter *Flumen* et *Portum regium (Host)*. ♄. Fl. Aprili, Maj.

20. SALVIA.

Linn. Gen. Pant. ed. Schreber n. 50. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 125. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 516. Tab. 88. Ettlinger de Salvia Comment. Erlangae 1777.

Calyx bilabiatus, inferus. *Corolla* ringens. *Stamina* duo: *Filamenta* transverse pedicello affixa. *Semina* quatuor, nuda.

Observ. Filamentorum structura in hoc genere notatu dignissima est. Filamenta scilicet duo, ad medium fere, in duo crura divergentia, dividuntur, quorum superioris extremitati Anthera perfecta, inferioris Anthera imperfecta insidet. Hanc Antheram sterilem, imperfectam, non pro glandula habendam esse, ut contendunt nonnulli, ex eo patet, quod nonnihil, licet rarius, polline

aliquo scateat et in specie Indiae orientalis, sub *Salvia dianthera* a me descripta, (Vide Nov. Plant. Spec. praesertim Indiae orient. p. 18.) haec Anthera altera, quae in reliquis hujus generis speciebus imperfecta esse solet, aeque ac altera, perfecta et pollinifera observetur.

1. Salvia *sylvestris.*

S. foliis cordato-lanceolatis, biserratis, supra punctis resinosis adspersis, caule pilis articulatis, abbreviatis, deflexis, canescente, bracteis cordatis, longe acuminatis, flore brevioribus, calycis labio superiore aequaliter acute tridentato.

Salvia sylvestris. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 133. *Roth* Flora Germ. Tom. I. p. 11. *Besser* Galic. n. 37. *Jacq.* Flora Austr. 3. p. 7. Tab. 212. *Host* Synops. p. 16. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 249. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 72. *Schrader* Germ. 1. p. 62. (excluso syn. S. *nemorosae*) *Scop.* Carn. 2. n. 32. *Sprengel* Flora Halens. n. 32. *Vest* Manuale p. 265.

Salvia nemorosa. Roth Flor. Germ. T. II. P. I. p. 30.

Horminum sylvestre quinta species altera. *Clus.* Hist. 2. p. 31.

Galitrichum glabrum, folio Salviae; flore purpureo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 318.

Caules e radice plures, adscendentes, erecti, ramosi, tetragoni, pilis abbreviatis, articulatis, obtusis, crispis, deflexis, canescentes. *Folia* opposita, petiolata, cordato-lanceolata, biserrata, *serraturis* maxime approximatis, irregularibus, obtusiusculis, rugulosa, supra primo intuito laeviter pubescentia, at armato oculo punctis farinosis tantum adspersa, subtus tomento brevissimo et densissimo tecta: *superiora* acutiora. *Flores* caerulco-violacei, rarius purpurei vel albi, verticillati, in racemum ante florescentiam densum tetragonum, in florescentia laxum spicaeformem, palmarem et semipedalem, dispositi, breviter pedicellati. *Verticilli* plerumque sexflori. *Bracteae* sub quovis verticillo duae majores, oppositae, ante anthesin imbricatae, sub anthesi patentes, subcordato-acuminatae, integerrimae, pilis longioribus ciliatae, plus minus coloratae, nunc calycis longitudine nunc illo paullo longiores, tamen semper flore breviores: reliquae quatuor minores, setaceae, valde caducae. *Calyx* striatus, villosus, purpurascens: *Labio superiore* aequaliter tridentato. *Corollae labium superius* falcatum, compressum, emarginatum, pilis brevibus albis punctisque glandularibus, candidis conspersum

inferioris lacinia intermedia concava, emarginata, subtus barbata, immaculata; *laterales* parvae, obtusae, replicatae. *Stigmata* inaequalia.

Wald-Salbey.

In agris, ad vias, sepes Saxoniae *(Leyser, Scholler)*, Austriae *(Jacq., Host)*, Silesiae, Bohemiae *(Pohl)*. 24. Fl. Jul. Aug.

2. Salvia *nemorosa.*

S. foliis cordato-lanceolatis, aequaliter crenulatis, supra costa venisque majoribus tantum pilosis, caule pilis inarticulatis, elongatis, patulis, hirsuto, bracteis cordatis, longe acuminatis, coloratis, florem aequantibus, calycis labio superiore aequaliter acute tridentato.

Salvia nemorosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 131. *Roth* Florae Germ. T. I. p. 11. *Leyser* Flora Halens. n. 26. *Pohl* Bohem. n. 37. *Sprengel* Fl. Halens. n. 33. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 251. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 73. *Vest* Manuale p. 265.

Salvia sylvestris. Roth Fl. Germ. T. II. P. I. p. 29.

Perquam similis antecedentis, ut notae distinctivae aegre tantum eruendae sint, tamen differt: 1. *Statura* paullo minore. 2. *Caule* minus ramoso, plerumque simplici, pilis patulis, longioribus, subulatis, erectis, inarticulatis, hirsuto. 3. *Foliis* plerumque latioribus, aequaliter crenulatis, supra ad costam venasque majores evidenter pilosis, caeterum glabris, nudis, subtus villis copiosioribus et longioribus evidenter hirsutis. 4. *Bracteis* in omni aetate coloratis, violaceis, longioribus, corollam aequantibus. 5. *Lacinia intermedia labii inferioris corollae* plerumque reflexa, perpendiculari. 6. *Stigmatibus* aequalibus.

Hain-Salbey.

Observ. Omnes fere recentiores Floristae *Salviam nemorosam* varietatem putant *Salviae sylvestris* et Celeberr. *Schrader* l. c. ambas insuper pro una eademque planta declarat, licet *S. sylvestrem* tantum prae oculis habuisse videatur. Equidem iis non contradicam, qui *S. nemorosam* varietatem pronunciant *S. sylvestris*, tamen specie distinguere malui, quam priorem plane tradere oblivioni. *Semina*

ab ambabus 1777. in Mansfeldia collecta, patri optimo mittebam, qui per aliquot annos in horto cultas plantas mecum demum vivas communicavit, quas ultra viginti annos in horto meo, minus fertili, arenoso, asservavi, quae autem nullo modo habitum et structuram indicatam mutavere.

In Mansfeldia prope *Erdeborn* et in *Lochwitz* ante *Gerbstedt* rarius (*Leyser*, *Sprengel*, *Roth*), in Bohemia prope *Scharka*, *Gamaik*, *Mileschau*, *Leitmeritz* (*Pohl*). 4. Fl. Jul. Aug.

3. Salvia *officinalis*.

S. foliis lanceolato-ovatis, crenulatis, caule cum foliis subtus tomentoso, bracteis ovatis, acutis: inferioribus foliaceis, planis, flore longioribus: superioribus concavis illo brevioribus, calycis labio superiore aequaliter acute tridentato.

Salvia officinalis. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 129. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 69. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 238. *Schkuhr* Handb. 1. p. 16. Tab. 4. *Schrader* Germ. 1. p. 60. *Scop.* Carn. 2. n. 31. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale p. 265. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 5. p. 88.

Salvia latifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 304. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 71.

Caulis erectus, teretiusculus, suffruticosus, ramosus. *Rami* oppositi: *annui* tetragoni, albo-tomentosi. *Folia* opposita, petiolata, oblongo- vel lanceolato-ovata, erectiuscula, crenulata, supra tuberculoso-rugosa, subtus pubescenti-tomentosa: *adultiora* fere glabra. *Flores* in racemum laxum dispositi, verticillati, rubri vel violacei, rarius albi. *Verticilli* pauciflori: *inferiores* remotiores. *Bracteis* foliis similibus, at concaviusculis, suffulti; *superiores* vel nudi, vel *Bracteis* ovatis, acuminatis, concavis, calyce brevioribus, saepe coloratis, praediti. *Calyx* cum *Corolla* totus pubescens et glandulis pellucidis adspersus: *Labium superius* aequaliter acute tridentatum; *inferius* bidentatum. *Corollae Labium superius* subfalcatum; *inferius* trifidum, deflexum *Lacinia intermedia* majore obcordata; *lateralibus* oblique ovatis acutis.

Variat Foliis inferioribus basi uni-seu bilobato.

Salvia minor. *Rivin.* Monopet. irreg. Tab. 71.

Gemeine Salbey.

In saxosis maritimis Forijulii *(Senus)*, Litoralis copiosissime in agro Fluminensi *(Scopoli, Host, Wulfen)*. ♄. Fl. Jun. Jul.

4. Salvia *pratensis.*

S. foliis cordato-oblongis, plus minus inciso-duplicato-crenatis, subtus cum caule pubescentibus, bracteis ovatis, acuminatis, calyce glanduloso-villoso brevioribus, calycis labio superiore inaequaliter acute conniventi-tridentato.

Salvia pratensis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 135. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 30. *Besser* Galic. n. 38. *Gmelin* Badens. n. 40. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 2. *Host* Synops. p. 17. *Lumnitz.* Poson. n. 31. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora p. 71. *Pollich* palat. n. 28. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 244. *Schrader* Germ. 1. p. 63. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 74. *Scop.* Carn. 2. n. 37. *Vest* Manuale p. 266. *Wallroth* Annus bot. p. 4.

Salvia sylvestris. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 765.

Galitrichum sylvestre vulgo, sive sylvestris Sclarea flore purpureo caeruleo magno. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 311. Fig. 1.

Hormini sylvestris quarti prima species. *Clus.* Hist. 2. p. XXIX et XXX.

Horminum pratense. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 36.

β. Foliis minus incisis.

Salvia variegata. Willd. Enum. Plant. hort. bot. Berol. p. 36. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 244. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 75.

Caulis erectus, obtuse quadrangulus, hirsutus, superna cum Calyce et Corollae galea plus minus viscosus pilis glanduliferis. *Folia* rugosa, supra glabra, subtus hirsuta, plus minus incisa, duplicato-crenata: *radicalia* ovata, obtusa, longe petiolata; *caulina* opposita, ex ovato-oblonga; *summa* sessilia, amplexicaulia, lanceolata. *Flores* in racemum longum spectabilem dispositi, caerulei, vel purpurascentes, rarius albi, verticillati. *Verticilli* quinque-seu sexflori. *Bracteae* sub quovis verticillo duae, ovatae, acuminatae, in verticillis inferioribus serratae et calycibus paullo longiores, in superioribus integerrimae, calycibus breviores. *Calycis labium superius* subrecurvum, inaequaliter tridentatum; dentibus acutis, conniventibus; *inferius* rectum, bidenta-

tum. *Corollae labium superius* falcatum; *inferius* trifidum: *Lacinia intermedia* vel concolore, vel ut in β albida, majore, concava, margine undulato-crenulata; *lateralibus* reflexis.

Variat 1. Flore albo.
Salvia agrestis. Linn. Amoen. Acad. 3. p. 399.
Salvia pratensis. Roth Flora Germ. l. c. β. *Reichard* Fl. Moeno-Francof. n. 22. β. *Ejusd.* Auct. et Emend. p. 164. *Schrader* Germ. l. c. β. *Willd.* Prodr. Berol. n. 62. γ.

2. Flore purpureo et variegato. *Wallroth* Annus bot. l. c.

Wiesen-Salbey.

In pratis, collibus, versuris totius fere Germaniae. ♃. Fl. Jun. Jul.

5. Salvia *austriaca.*

S. foliis cordato-ovatis, oblongis, eroso-sinuatis, pinnatifidisve, supra glabris, subtus ad costam venasque pilosis, caule villoso, bracteis cordato-ovatis, acuminatis longitudine calycis, calycis labio superiore inaequaliter obsolete tridentato.

Salvia austriaca. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 138. *Host* Synops. p. 16. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 8. Tab. 112. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 72. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 247. *Schrader* Germ. 1. p. 64. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 76. *Vest* Manuale p. 266.

Salvia Sclarea. Crantz Austr. p. 236.

Salvia distans. Pohl Fl. Bohem. n. 30.

Hormini sylvestris quarti altera species. *Clus.* Hist. 2. p. XXX.

Radix crassa, fusca vel nigricans. *Caulis* plerumque simplex, erectus, strictus, sesquipedalis et major, tetragonus, dense villosus, villis articulatis patulis, superne praecipue viscidus. *Folia* fere omnia radicalia, terrae adpressa, petiolata, cordato-ovata, obtusa, eroso-sinuata, aut pinnatifida, inaequaliter crenata, rugosa, supra glabra, subtus ad costam venasque pubescentia: *caulina* duo vel quatuor, raro plura, opposita, minora, acutiora, amplexicaulia, profunde incisa. *Flores* in racemum laxum verticillatim dispositi, ochroleuci, vel sordide albi. *Verticilli* sexflori; inferiores remotiores, bracteis sex suffulti. *Bracteae exte-*

riores duae cordato-ovatae, acutae, planiusculae, calycem aequantes; *reliquae* setaceae cum calyce dense villosae. *Calycis labium superius* inaequaliter obsolete tridentatum, dente intermedio minore; *inferius* bifidum; *laciniis* bifidis, cuspidatis. *Corollae labium superius* falcatum, extus pilis brevibus, glanduliferis, e violaceo purpurascentibus, pubescens: *inferius* superiore paullo longius: *Lacinia intermedia* concava, crenulato-undulata. *Stamina* corolla duplo longiora, distantia.

Oestreichische Salbey.

In pratis et collibus graminosis Austriae circa *Vindobonam* rarius, circa *Schwachat*, *Bruck* ad *Leitham*, *Rohrau* frequentius et in finitima Pannonia (*Jacq.*, *Host*). ♃. Fl. Majo—Jul.

6. Salvia *verticillata.*

S. foliis hastato-cordatis obtusiusculis, duplicato-crenato-dentatis, simplicibus, auriculatisve cum caule, pilis brevibus articulatis pubescentibus, bracteis ovatis, acuminatis, marcescentibus, calycis labio superiore inaequaliter obtuse tridentato.

Salvia verticillata. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 142. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 32. *Besser* Galic. n. 39. *Crantz.* Austr. p. 141. *Host* Synops. p. 17. *Krocker* Siles. n. 45. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 70. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 241. *Schrader* Germ. 1. p. 66. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 77. *Scop.* Carn. 2. n. 33. *Vest* Manuale p. 266.

Horminum spurium. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 60.

Horminum sylvestre secundum. *Clus.* Hist. 2. p. XXIX.

Tota planta pilis brevibus, articulatis, pubescens. *Caulis* erectus, tetragonus, plerumque simplex. *Folia* cordata vel hastato-cordata, obtusa, vel in acumen breve desinentia, rugosa, duplicato-crenato-dentata: *inferiora* longe petiolata, vel simplicia, vel basi auriculis parvis subrotundis aucta; *superiora* breviter petiolata, cordato-subrotunda. *Flores* in racemum laxum verticillatim dispositi, parvi, caerulei vel e caeruleo-purpurascentes. *Verticilli* multiflori, densi, primo approximati, demum remotiores. *Bracteae* plerumque sex sub quovis verticillo, cito marcescentes: *majores duae* ovato-lanceolatae, longitudine calycis. *Calyces* ante et post anthesin deflexi: *Labio superiore* obtuse tridentato; *inferiore* acute bidentato. *Corollae Labium superius* fornicatum basi contractum; *inferius* trifidum: *Lacinia intermedia* subrotunda, biloba, demum reflexa; *lateralibus* bre-

vibus semper reflexis. *Stylus* labio corollae inferiori incumbens illoque longior.

Wirtelförmige Salbey.

Ad vias, sepes, in collibus herbidis, ruderatis circuli Austriaci (*Scop.*, *Jacq.*, *Host*), Galiciae (*Besser*), Styriae *Sartori*), Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae (*Schrank*), Misniae prope *Dresdam* (*Ettlinger*), Silesiae (*Krocker*), Bohemiae (*Pohl*). 2|. Fl. Aestate.

7. Salvia *glutinosa.*

S. foliis cordato-sagittatis, acuminatis, grosse serratis, cum caule villoso-viscidis, bracteis ovato-acuminatis, calycem subaequantibus, calycis labio superiore integro acuto.

Salvia glutinosa. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 143. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 33. *Besser* Galic. n. 40. *Crantz* Austr. p. 239. *Gmelin* Badens. n. 41. *Host* Synops. p. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 78. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 235. *Schrader* Germ. 1. p. 66. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 78. *Scop.* Carn. 2. n. 33. *Sturm* Deutschl. Flora Fasc. 17. *Vest* Manuale p. 266.

Horminum flore luteo. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 35.

Horminum sylvestre secundum, Colus Jovis. *Clus.* Hist. 2. p. XXIX.

Galeopsis species lutea, viscida, colorata, nemorensis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 314.

Colus Jovis. *Lobel* Icon. 1. p. 557.

Orvala tertia. *Dodon.* Pempt. p. 293.

Tota planta piloso-viscida. *Caulis* erectus, obtuse quadrangulus, sulcatus, simplex vel ramosus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-sagittata, acuminata, rugosa, crenata vel serrata. *Flores* in racemum laxum verticillatim dispositi, magni, flavi. *Verticilli* sex-ad octoflori, dissiti. *Bracteae* ovato-lanceolatae, integerrimae, calyce non longiores. *Calycis labium superius* integerrimum, acutum; *inferius* bifidum. *Corollae labium superius* falcatum; *inferius* trifidum: *laciniis* reflexis; *intermedia* majore, crenato-crispata.

Klebrige Salbey.

In nemorosis, sylvaticis, ad collium montiumque radices circuli Austriaci (*Jacq.*, *Scop.*), Galiciae (*Besser*), Styriae

(Sartori), Principatus Salisburgensis *(Schrank)*, Bohemiae *(Pohl)*, Marggrav. Badensis superioris *(Gmelin)*. 24. Fl. Aestate.

8. Salvia *Sclarea.*

S. foliis cordatis, oblongis, acutis, duplicato-acute crenatis, cum caule tomentoso-subviscidis, bracteis cordato-subrotundis, acuminatis, coloratis, calyce longioribus, calycis labio superiore inaequaliter tridentato; dentibus lateralibus aristatis.

Salvia Sclarea. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 147. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 33. *Host* Synops. p. 18. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 74. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 252. *Schrader* Germ. 1. p. 67. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 79. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 9. *Vest* Manuale p. 267. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 312.

Horminum. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 33.

Horminum sylvestre primum. *Clus.* Hist. 2. p. XXVIII.

Galitrichum sativum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 309.

Orvala. *Dodon.* Pempt. p. 292.

Radix fusiformis, longa, brunnea, fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus, tetragonus, villoso-subviscidus. *Folia* petiolata, rugosa, duplicato-acute crenata, villosa: *radicalia* oblongo-ovalia; *caulina* opposita, oblongo-cordata; *suprema* sessilia. *Flores* magni, in racemum verticillatim dispositi, pallide caerulei, brevissime pedicellati. *Verticilli* plerumque sexflori, in summis biflori. *Bracteae* oppositae, sub quovis verticillo, cordato-subrotundae, acuminatae, concavae, coloratae, calycibus longiores. *Calycis labium superius* inaequaliter tridentatum, dente intermedio brevissimo mutico, lateralibus aristatis; *inferius* bifidum: *Laciniis* aristatis. *Corollae labium superius* falcatum, compressum; *inferioris lacinia intermedia* orbiculata, emarginata.

Muskateller-Salbey.

Ad vias et agrorum margines, in Vineis Litoralis, in agro Fluminensi frequens in Insula *Cherso*, *Osero* etc. *(Wulfen, Senus, Host)*, Bohemiae circa *Trojam* prope Pragam, *Reboschitz*, *Lautschim (Pohl)*. ♂. Fl. Jun.

Observ. Secundum *Scopolium* in Flora Carn. 2. n. 29. *Salvia haematodes* in Istria provenire dicitur, at nullus recentiorum Floristarum illam ibidem invenit. Optimus

Wulfen l. c. suspicatur, *Scopolii* plantam eandem esse cum S. *Sclarea*, at *Scopoli* viginti et plures in verticillo numerat flores.

9. Salvia *nutans.*

S. foliis cordato-oblongis, acuminatis, basi subinaequalibus, duplicato-crenatis, supra scabriusculis, subtus cum caule pubescentibus, bracteis cordato-mucronatis, coloratis, calyce subbrevioribus, calycis labio superiore integro, acuto.

Salvia nutans. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 151. (excluso synon. *Ettlinger.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 246. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 81. *Waldst.* et *Kitaib.* Pl. rar. Hungar. 1. p. 63. Tab. 62.

Salvia pendula. Besser Galic. n. 41.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, inferne simplex et foliosus, superne divisus, nudus, pubescens. *Folia radicalia* magna, palmaria et spithamaea, longe petiolata, cordato-oblonga, acuminata, basi subinaequalia, sinu altero paullo superiore, subangulosa, duplicato-crenata, supra venoso-reticulata, subrugosa, scabriuscula, subtus pube tenui canescentia: *caulina* duo, vel quatuor, per paria opposita, radicalibus similia, at minora, in inferiore caulis parte. *Panicula* terminalis, ramosa, nuda, speciosa, *Racemis* densis, pedunculatis, florescentiae tempore nutantibus, composita. *Pedunculi* longi, pubescentes. *Flores* verticillati, brevissime pedicellati, caerulei. *Verticilli* approximati, sexflori. *Bracteae* sub quovis verticillo duae, oppositae, cordato-mucronatae, violaceo-coloratae, longitudine fere calycum, plerumque reflexae, villosae. *Calyx* truncatus, canescens villis brevissimis, cum interpositis punctis albis, per exsiccationem ferrugineis, resinosis: *Labio superiore* integro, e duobus dentibus quasi conflato, brevissimo mucrone terminato; *inferiore* vix parum longiore, acute tridentato. *Corollae labii inferioris lacinia intermedia* subrotunda, integra.

Hängende Salbey.

In pratis pinguibus Hungariae in comitatu *Bacser* et *Bekeser (Waldst. et Kit.)*, Galiciae circa *Zaleszezyki (Besser)*. 24. Fl. Jun. Jul.

10. Salvia *Aethiopis.*

S. lanata, foliis oblongo-ovatis: inferioribus pinnatifidis cum superioribus eroso-sinuatis, crenulatis, bracteis cordato-sub-

rotundis, acuminato-aristatis, calyce subbrevioribus, calycis labio superiore inaequaliter aristato-tridentato.

Salvia Aethiopis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 148. *Crantz* Austr. p. 238. *Host* Synops. p. 18. *Jacq.* Flora Austr. 3. p. 7. Tab. 211. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 2. 75. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 253. *Schrader* Germ. 1. p. 68. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 80. *Vest* Manuale p. 267.

Aethiopis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 315.

Horminum flore albo. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 34.

Tota planta lanata graveolens. *Caulis* erectus, firmus, obtuse tetragonus, superne ramosus. *Rami* adscendentes, oppositi, paniculati. *Folia* opposita, oblongo-ovata, rugosa, venosa, crenulata: *inferiora* petiolata, pinnatifida, incisa, basi non raro emarginata et ita subcordata; *superiora* sessilia, acutiora, subsinuata, vel crenata: *summa* sensim minora, mucronata apiceque recurva. *Flores* in paniculam brachiatam verticillatim dispositi, pedicellati, nivei, magni. *Verticilli* in spontanea planta bi-seu triflori, in culta quadri-ad sexflori, dissiti. *Bracteae* sub quovis verticillo duae, oppositae, cordato-subrotundae, acuminato-aristatae, apice recurvae, calycibus paullo longiores. *Calyx* striatus, dentibus aristatis: *Labio superiore* tridentato; dente intermedio minore; *inferiore* bifido. *Corolla* pubescens: *Labii inferioris lacinia intermedia* emarginata, postice fissa.

Ungarische Salbei.

In glareosis, campestribus, ad margines agrorum Austriae, circa *Vindobonam*, *Neustadium* alibique *(Jacq., Host)*, Styriae *(Sartori)*, quasi sponte in Hassia inferiore ad arcem *Bielstein* prope *Abderode (Mönch)*. ♂. Fl. Jun. Jul.

* * *

Salvia Horminum et *Verbenaca* dubiae Germaniae cives sunt.

††† *Flores superi.*

21. CIRCAEA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 31. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 354. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 114. Tab. 24.

Calyx diphyllus, superus. *Corolla* dipetala. *Stamina* duo. *Stigma* obtusum, emarginatum. *Capsula* subcoria-

cea, setis uncinatis hispida, bilocularis, evalvis: *Loculis* monospermis.

1. Circaea *lutetiana.*

C. foliis ovatis, denticulatis, opacis, cum caule pubescentibus, petiolis teretiusculis, petalis basi rotundatis.

Circaea lutetiana. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 53. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 34. *Besser* Galic. n. 9. *Gmelin* Badens. n. 10. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 80. *Pollich* palat. n. 5. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 270. *Schkuhr* Handb. 1. p. 8. Tab. 2. a. *Schrader* Germ. 1. p. 13. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 82. *Scop.* Carn. 2. n. 6. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 23. *Vest* Manuale p. 236. Flora Dan. Tab. 210.

Circaea lutetiana. *Lobel* Icon. 1. p. 266.

Ocymastrum verrucarium. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 977.

Radix repens, late expansa, stolonifera. *Caulis* adscendens, erectus, teres, pubescens, vel simplex, vel superne uno alterove ramorum pari divisus. *Rami* oppositi, patulo-erecti. *Folia* opposita, petiolata, ovata vel ovato-lanceolata, vel inferiora quandoque cordato-ovata, obscure viridia, opaca, pubescentia. *Petioli* aequales, folio duplo triplove breviores. *Racemus* terminalis in caule ramisque, longus, laxus, nudus. *Calyx* herbaceus, saepe rubicundus. *Petala* basi latiora, apice emarginata. *Fructus* ovato-subrotundus.

Gemeines Hexenkraut.

In umbrosis humidis, ad sepes. ♃. Fl. Aestate.

2. Circaea *alpina.*

C. foliis cordatis, subcordatisve, dentatis, pellucidis, cum caule glabris, margine subciliatis, petiolis subalatis, petalis basi attenuatis.

α. *minor:* caule minore adscendente, foliis laete viridibus, nitidis.

Circaea alpina. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 53. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 34. *Besser* Galic. n. 11. *Gmelin* Badens. n. 11. *Grimm* Isenac. in Nov. Act. N. C. 3. Append. p. 256. *Host* Synops. p. 4. *Krocker* Siles. n. 9. Tab. I. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 81. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 270. *Schrader* Germ. 1. p. 14. α.

Schultes Oestr. Fl. 2. n. 84. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 23. *Vest* Manuale p. 236. Flora Dan. Tab. 1323.

Circaea minima. *Columnae* Ecphras. p. 79.

β. major: caule majore, erecto, foliis obscure viridibus, opacis.

Cicaea alpina. Flora Dan. Tab. 256. mala!

Circaea alpina. β. major. Schrader Germ. 1. p. 14. *Willd.* Spec. Plant. Lin. 1. c. p. 54.

Circaea intermedia. Ehrhardt Beitr. 4. p. 42. *Besser* Galic. n. 10. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 35. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 270. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 83. *Trentepohl* in *Roth* Bot. Bemerk. u. Bericht. p. 59.

Radix ut in antecedente. *Caulis* glaber, ramosissimus (nonnihil erectus et simplicissimus) nodis purpureis geniculatus. *Rami* oppositi, densi, depressi, hinc caulis saepe prostratus et diffusus. *Folia* opposita, petiolata, glabra, margine tantum pilis dissitis subciliata, nitida, tenuia, omnia cordata, acutius dentata. *Petioli* margine membranaceo-subalati, folio plerumque longiores. *Racemus* terminalis, brevis, filiformis, fere semper solitarius. *Pedicilli* capillares hirsutiusculi. *Calyx* membranaceus plerumque albidus. *Petala* basi attenuata. *Fructus* obovatus.

β Differt: *Caule* altiore, erecto, minus ramoso; colore foliorum saturatiore et magnitudine omnium partium. A *Circaea lutetiana*, cui omnino habitu similis est, recedit: 1. *Glabritie* caulis et foliorum. 2. *Foliis* omnibus subcordatis. 3. *Petiolis* longioribus, margine fere membranaceo-subalatis. 4. *Petalis* basi attenuatis.

Alpen-Hexenkraut.

In sylvaticis subalpinis et depressis. *β* in umbrosis humidis. ♃. Fl. Jul. Aug.

††† *Flores incompleti.*

22. SALICORNIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 14. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 96. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 210. Tab. 127.

Calyx monophyllus, ventricosus, integer. *Corolla* nulla. *Stamina* duo: altero prius, altero serius e calyce progrediente. *Semen* unicum, calyce tectum.

1. Salicornia *herbacea.*

S. geniculis compressis, emarginatis, internodiis obconicis, spicis apicem versus plus minus attenuatis. *Schrader* Germ. 1. p. 69.

Salicornia herbacea. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 23. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 1. *Lumnitz.* Poson. n. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 7. *Möhring* in *Ehrhardt* Beitr. 7. p. 178. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 2. *Schkuhr* Handb. 1. p. 5. Tab. 1. *Scop.* Carn. 2. n. 1. *Vest* Manuale p. 229. Flora Dan. Tab. 303.

Salicornia sive Kali geniculatum vermiculatum. *Lobel* Icon. 1. p. 595.

Kali geniculatum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 121.

β radicans: caule basi radicante, sublignoso.

Salicornia radicans. Römer et *Schultes.* Syst. Veg. 1. p. 39. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 8.

Salicornia virginica. Scholler Suppl. Florae Barb. n. 1016?

γ procumbens: caule procumbente, basi tantum subramoso.

Salicornia procumbens. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. pag. 9.

Salicornia herbacea β procumbens. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 7.

Radix simplex, vel ramosa, subfibrosa. *Caulis* plerumque erectus, nonnihil basi procumbens, radicans, adscendens, a basi plus minus ramosus, inferne duriusculus et sublignosus, superne cum ramis carnosus, succulentus, glaberrimus, articulatus: *articulis* apicem versus plerumque incrassatis, apice dilatatis, compressis, margine submembranaceis, plus minus emarginato-bifidis. *Amenta* spicaeformia lateralia opposita et in caule ramisque terminalia, carnosa, articulata, cylindrica, apice plus minus attenuata, obtusa. *Flores* utrinque terni in quovis articulo, in triangulum dispositi, substantiae immersi, sibi contigui, quorum intermedius paullo inferior. *Calyx* ad quodvis germen *squama* carnosa, ventricosa, obtusa, peracta fructificatione magis evoluta. *Corolla* nulla. *Stamina* duo, quorum alterum primum prodit, alterum tandem post aliquot dies ad oppositum latus sequitur. *Germen* oblongo-ovatum. *Stigma* bifidum, rarius trifidum.

Krautartiges Glasschmalz.

Observ. I. Varietatis β *radicantis* singularem formam observavit optimus Prof. *Mertens* in Insula *Nordernay*, locis paullo a mari remotis 1824. *pusillam* ab Illo nominatam. *Caulis* basi setaceus, radicans, tunc adscendens, uncialis et biuncialis. *Amentum* lineam ad sesquilineam longum et semilineam latum, obtusum, fere obovatum.

Observ. II. Pro soli et aquae conditione, ut omnes fere plantae aquaticae, mirum in modum variat *Salicornia herbacea* caulis directione et magnitudine articulisque apice plus minus incrassatis et emarginatis.

Observ. III. In Germania semper monandra putata est *S. herbacea*, usque dum *Möhringius* errorem sustulit observationibus accuratissimis. In hunc errorem inciderunt botanici, quia unum tantum stamen pro tempore e calyce egrediens in conspectum venit. Resecto enim calyce, germen in forma lagenulae conspicitur, ad cujus utrumque latus filamentum cum anthera distincte visui sese offert. Confer. *Ehrhardt* Beitr. l. c. Plura de plantae evolutione et fructificatione legi merentur in *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora l. c.

Ad litora maris limosa et ad salinas Germaniae. ⊙. Fl. Aug. Sept.

2. Salicornia *fruticosa.*

S. geniculis teretibus, integris, internodiis aequalibus, spicis cylindricis obtusis. *Schrader* Germ. 1. p. 70.

Salicornia fruticosa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 24. *Host* Synops. p. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 9. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 40. *Vest* Manuale p. 229.

Affinis antecedenti, sed differt: 1. *Radice* lignosa, perenni. 2. *Caule* suffruticoso, minus ramoso. 3. *Articulis* omnibus crassitie fere aequalibus. 4. *Amentis* magis sessilibus, cylindraceis, obtusis; nec ad medium incrassatis, nec versus apicem attenuatis. 5. *Amentorum geniculis* brevissimis.

Strauchartiges Glasschmalz.

Ad litora maris Adriatici in arenosis, in Litorali (*Wulfen, Host*). ♄. Fl. Jul. Aug.

23. LEMNA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1400. Juss. Gen. ed. Roemer p. 20. Wolf Diss. de Lemna. Altorfi 1801.

Calyx monophyllus. *Corolla* nulla. *Stamina* duo. *Capsula* supera, uni-seu bilocularis, di-seu polysperma.

Observ. Ad monoicam Classem *Linneus* hoc genus retulit, recentioribus vero observationibus edocti sumus, nullam specierum sequentium esse monoicam et ob florum structuram majori jure locum sibi in hac Classe vindicare. Ulterius vero fructus erit adhuc inquirendus, ut dissensus auctorum de eo tollatur et generis character evadat firmior.

Omnes species inter se conveniunt: 1. *Radicibus* simplicibus, extremitatibus vaginula, muscorum calyptras simulante, obductis. 2. *Superficie* glaberrima. 3. *Substantia* subcarnosa, plus minus spongiosa. 4. *Prolificatione.* 5. *Numero* genitalium.

1. Lemna *trisulca.*

L. foliis petiolatis, elliptico-lanceolatis, utrinque planis, proliferis, radicibus solitariis.

Lemna trisulca. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. I. p. 93. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 420. *Besser* Galic. n. 1102. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 2. *Gmelin* Badens. n. 1409. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 10. *Pollich* palat. n. 861. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 282. *Schrader* Germ. 1. p. 71. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 140. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Wolf* de Lemna p. 20. Tab. 1. 2. Flora Dan. Tab. 1586.

Lenticula trisula. Scop. Carn. 2. n. 1143.

Lenticula ramosa monorrhiza, foliis oblongis pediculis longioribus donatis. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 16. Tab. 11. Fig. 5.

Lenticula aquatica trisulca. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 177. folio altero.

Hederula aquatica. *Lobel* Icon. 2. p. 36.

Radices solitariae, simplices, breves, ad basin foliorum. *Folia* elliptico-lanceolata, subrepanda vel denticulata, acutiuscula, in petiolum attenuata, utrinque plana, subtus in medio utrinque folium exserentia, hinc ternata, pallide viridia: duo lateralia folia, maxime et longius petiolata, succesu temporis pari-

ter utrinque subtus nova folia exserunt ita, ut non raro millena et plura hac propagatione orta individua, reticulatim invicem conjuncta reperiantur. *Flores* e rima foliorum marginali solitarii, hermaphroditi cum immixtis masculis nonnullis. *Calyx* integer. *Stamina* duo, adscendentia. *Antherae* didymae. *Germen* ovatum. *Stigma* bifidum.

Dreifurchige Wasserlinse.

In fossis, lacubus, stagnis. ♃. Fl. Jun. Jul.

2. Lemna *minor.*

L. foliis sessilibus, obovatis, utrinque planiusculis, radicibus solitariis.

Lemna minor. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. I. p. 194. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 42. *Besser* Galic. n. 1103. *Ehrhardt* Beiträge 1. p. 50. *Gmelin* Badens. n. 1410. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 11. *Pollich* palat. n. 868. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 283. *Schkuhr* Handb. 3. p. 220. Tab. 281. *Schrader* Germ. 1. p. 72. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 141. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Wolf* de Lemna p. 23. Fig. 4—10. Flora Dan. Tab. 1587.

Lenticula minor. Scop. Carn. 2. n. 1142.

Lenticula minor monorrhiza foliis subrotundis utrinque viridibus. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 16. Tab. 11. Fig. 3.

Folia duo vel tria, supra laete viridia, plana, subtus pallidiora, convexiuscula, obovata, integerrima, e dorsi medio radiculam solitariam, simplicem, emittentia, plantulam constituunt, latis caespitibus aquis innatantem et non raro totam earum superficiem tegentibus, diametro longitudinali lineam ad sesquilineam attingentem. *Flores* e foliorum margine omnes hermaphroditi. *Calyx* bilobus.

Kleine Wasserlinse.

In aquis stagnantibus, fossis, lacubus. ♃. Fl. Majo—Jul.

3. Lemna *gibba.*

L. foliis sessilibus, obovatis, convexiusculis, subtus hemisphaericis, radicibus solitariis.

Lemna gibba. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. I. p. 194. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. II. p. 421. *Ehrhardt* Beitr. 1. p. 43. *Gmelin* Badens. n. 1411. *Mertens* et *Koch* Deutschl.

Flora n. 12. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. pag. 283. *Schkuhr* Handb. 3. p. 220. Tab. 281. *Schrader* Germ. 1. p. 71. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 142. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Wolf* de Lemna pag. 86. Fig. 11—16. Flora Dan. Tab. 1588.

Lenticula palustris major, inferne magis convexa, fructu monospermo. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 15. Tab. 11. Fig. 2.

Habitu similis antecedentis, at paullo major. *Folia* subtus convexo-pulvinata seu hemisphaerica et magis spongiosa. *Flores* quoque hermaphroditi. *Calyx*, margo obsoletus, post anthesin cito evanescens. *Stamina* quoque duo, quorum alterum primo apparens, alterum anthera evanescente vel saltem effoeta, excipit, teste *Schkuhrio.*

Buckelige Wasserlinse.

Iisdem cum antecedente locis, sed rarior. 4. Fl. Jun. Jul.

4. Lemna *polyrrhiza.*

L. foliis sessilibus, rotundo-obovatis, convexiusculis, radicibus confertis.

Lemna polyrrhiza. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. IV. P. I. p. 195. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. II. p. 422. *Besser* Galic. n. 1104. *Gmelin* Badens. n. 1412. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 13. *Pollich* palat. n. 869. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 285. *Schkuhr* Handb. 3. p. 219. Tab. 281. *Schrader* Germ. 1. p. 73. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 143. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Wolf* de Lemna p. 28. Fig. 16—21. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsat. p. 68. Flora Dan. Tab. 1589.

Lenticula major polyrrhiza, inferne atropurpurea. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 16. Tab. 11. Fig. 1.

Duabus antecedentibus habitu proxima, sed differt: 1. *Foliis* duplo triplove majoribus, rotundioribus, obtusioribus, subtus minus convexis, quam in L. *gibba*, atropurpureis. 2. *Radicibus* ex inferiore foliorum pagina confertis, fasciculatis. 3. *Floribus* (secundum observationes Cel. *Weber* l. c.) inter duplicaturam laminae utriusque eo latere, ubi unum folium alteri insinuatur; nec e rima foliorum marginali.

Vielwurzelige Wasserlinse.

Iisdem in locis cum duabus antecedentibus. 4. Fl. Jun. Jul.

24. CLADIUM.

Schrader Flora Germ. 1. p. 74. Tab. 5. Fig. 7.

Calyx multivalvis, uniflorus. *Valvulis* glumaceis imbricatis: *exterioribus* minoribus. *Corolla* nulla. *Stamina* duo, rarissime tria. *Stylus* brevis. *Stigmata* duo, raro tria. *Nux* putamine duplici, monosperma.

1. Cladium *germanicum.*

C. culmo inferne tereti, superne trigono, corymbis confertis, floribus fasciculatis.

Cladium germanicum. Bönninghausen Flora Monast. n. 37. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 82. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 284. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 189. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. pag. 4. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44.

Schoenus Mariscus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 259. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 46. *Besser* Galic. Tom. II. Append. 330. *Ehrhardt* Beiträge 4. p. 48. *Host* Synops. p. 27. *Ejusd.* Gramina Austr. 3. Tab. 53. *Sprengel* Fl. Halens. n. 61. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. pag. 72. Flora Dan. Tab. 1202.

Mariscus. *Haller* Fl. Götting. p. 57.

Pseudo-Cyperus palustris, foliis et carina serratis. *Scheuchzer* Agrost. p. 375. Tab. 8. Fig. 7—11.

Cyperus longus inodorus sylvestris. *Lobel* Icon. 1. p. 76. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 503.

Cyperus longus inodorus germanicus. *C. Bauh.* Theatr. p. 220.

Radix repens, lignosa. *Culmus* ad humanam altitudinem accedens, erectus, firmus, striatus, articulatus, nodulosus, *nodis* oblongis, obsoletis, nitidis, glaberrimis, inferne teres, simplex, superne trigonus, ramosus. *Rami* axillares, gemini vel solitarii, floriferi, compressi, altero latere convexiores, versus apicem scabri. *Folia* sesquipedalia, bipedalia et longiora, lanceolato-linearia, canaliculata, triangula, carinata, margine carinaque aculeata, striata, basi ochreata, amplexicaulia. *Ochreae* ratione foliorum longitudinis semidigitales et digitales laeviter striatae, glaberrimae. *Panicula* terminalis, pedalis et sesquipedalis, laxa, sparsa, composita *corymbis* pedunculatis: *inferioribus* praecipue ramosis. *Spiculae* fuscae, in fasciculos seu capitula

pedunculata congestae, teretes, uniflorae. *Bractea* sub singula spicula, solitaria, concava, acuminata, glumis dilutior. *Glumae* quatuor seu quinque, imbricatae, concavae, acutiusculae, uninerves: *exteriores* minores, ovatae; *interiores* majores, oblongo-lanceolatae, genitalia includentes. *Corolla* nulla. *Stamina* tantum duo, rarissime tria, aequalia. *Filamenta* complanata, purpurascentia, persistentia, germini adpressa. *Antherae* lanceolatae. *Stylus* brevis, crassiusculus. *Stigmata* plerumque duo, rarius tria. *Nux* in quavis spicula, plerumque unica, *putamine* duplici: *exterius* substantiae tenerioris et fragilioris, ex ovata basi in apicem subtrigonum, obsolete corrugatum desinens, pagina exteriore laevissima, nitida, castanea; *interius* subrotundum, crassiusculum, osseum, griseum, nitore expers, striis quatuor concentricis exaratum (non quadrialatum.) *Nucleus* putaminis interioris cavitati conformis, punctato-scaber.

Deutsches Sumpfgras.

In paludibus, pratis udis et aquis stagnantibus, praesertim turfosis, in tota fere Germania. 24. Fl. Jul. Aug.

DIGYNIA.

25. WILIBALDA.

Calyx nullus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* majore, uninervi, aristata; *interiore* bifida, mutica, bicarinata. *Stamina* duo. *Styli* duo. *Semen* ellipticum, nudum, tesselatum, corollam superminens.

Observ. Quum jam *Smithiae* genus in Classe Diadelphia exstet et plura gramina coleantha sint, ad mentem Ill. Com. *de Sternberg* in der bot. Zeitung 1819. p. 6. *Wilibaldam* hoc genus melius nominandum esse duxi.

1. Wilibalda *subtilis.*

Schmidtia subtilis. Trattinnik Flora Austr. Fasc. 1. p. 12. Tab. 451. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 83.

Schmidtia utriculosa. Sternberg in Regensb. bot. Zeit. 1819. n. 1. cum Figura. *Idem* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 38.

Coleanthus subtilis. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 276. *Schultes* in Mantissa prima Syst. Veg. p. 70.

Radix caespitosa, fibrosa, tenacissima. *Culmi* plures, filiformes, tenues, ante anthesin decumbentes, demum adscendentes, erectiusculi, bi- seu triunciales, glabri, flexuosi, vaginis duabus vel tribus tecti, simplices vel basi ramosi. *Folia* linearia, latiuscula, acuta, laevia, canaliculata, recurva, fuscata. *Vaginae* inflatae, ventricosae. *Ligula* oblonga, acuta. *Paniculae* vix plane e vaginis egredientes, oblongae laxae, compositae spiculis pedunculatis. *Pedunculi* partim divisi, partim simplices, monostachyi, scabriusculi. *Spiculae* minutae, primum ovatae, demum pedicellis flosculorum elongatis, umbellatae, submultiflorae. *Calyx* nullus. *Corolla* bivalvis, inaequalis: *Valvula exteriore* majore, ovato-lanceolata, basi ventricosa, apice in *Aristam* attenuata, nervo dorsali solitario, setulis aspero; *interiore* duplo minore, ovata, bifida et nonnihil inciso-dentata, mutica, binervi, bicarinata, carinis dorso setoso-asperis. *Stamina* duo: *Filamenta* filiformia, alba. *Antherae* ovatae, didymae, flavae. *Germen* oblongo-ovatum. *Styli* duo, denticulati. *Semen* nudum, utrinque obtusum, oblongo-ovatum, viride, ratione plantae parvitatis magnum, ad dimidium fere corollam supereminens, ad lentem elegantissime tesselatum.

Feinblühtige Wilibalde.

In inundatis limosis ad ripas piscinarum Bohemiae (fratres *Presl; Tausch*, Com. *de Sternberg*). ☉. Fl. Aestate.

26. ANTHOXANTHUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 58. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 34.

Calyx glumaceus, bivalvis, uniflorus. *Corolla* glumacea, duplex, utraque bivalvis: *exteriore* aristata, aristis insertione variis; *interiore* (Nectarium *Linn.*) minima, mutica. *Semen* corollae interiori adnatum.

1. Anthoxanthum *odoratum.*

A. panicula spicata, cylindracea. *Schrader* Germ. 1. p. 77.

Anthoxanthum odoratum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 156. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 35. *Besser* Galic. n. 42. *Gmelin* Badens. n. 42. *Host* Gram. Austr. 1. p. 5. Tab. 5. *Köhler* Gram. p. 68. *Leers* Herborn. n. 25. Tab. 2.

Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 84. *Pollich* palat. n. 29. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 287. *Schkuhr* Handb. 1. p. 18. Tab. 4. *Schreber* Gram. 1. p. 49. Tab. 5. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 190. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 4. Flora Dan. Tab. 666.

Gramen pratense spica flavescente. *C. Bauh.* Theatr. p. 44. *Scheuchzer* Agrost. p. 88.

Gramen anthoxanthum spicatum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 466.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, erecti, nodosi. *Folia* utrinque scabra. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* obtusa, crenulata. *Panicula* spicata. *Pedicelli* breves, fasciculati, ante et post florescentiam coarctati; *inferiores* remotiores. *Spiculae* uniflorae. *Calyx* glaber, vel nonnihil pubescens, biglumis, inaequalis: *Gluma* altera duplo minore. *Corolla* duplex, exterior et interior bivalvis: *exterior* subaequalis, longitudine glumae minoris: *Valvulis* basi connatis, apice serrulatis, aristatis; *exterioris Arista* dorso in medio inserta, recta, gluma paullo brevior: *interioris Arista* ad basin, geniculata, demum tortilis, recurva, gluma paullo longior. *Corollae interioris* (Nectarii *Linn.*) *Valvulae* minimae, tenuissimae, subaequales, obtusae, muticae, glabrae: *exteriore* latiore, trinervi; *interiorem* angustiorem, uninervem, amplectente. *Stamina* et *Styli* duo.

Variat, licet rarius, *Spica* duplici, seu ramosa. *Leers* Herborn. l. c.

Gramen anthoxanthum majus. *Dillen.* Gies. Append. p. 44.

Gelbes Ruchgras.

In pratis, pascuis montanis et alpinis undique. 4. Fl. Majo, Jun.

CLASS. III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores superi.*

27. **VALERIANA.** *Cal.* Margo involutus, per maturitatem seminis in Pappum resolubilis. *Cor.* quinquefida, basi hinc gibba, vel calcarata. *Semen* pappo plumoso coronatum.

28. **FEDIA.** *Cal.* tri-ad sexdentatus. *Cor.* quinquefida, basi hinc gibba. *Nux* calyce coronata, uni-bi-, seu trilocularis.

29. **IRIS.** *Cal.* nullus. *Cor.* sexpartita: *Laciniis alternis* reflexis. *Stigmata* petaliformia, antheras tegentia. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

30. **IXIA.** *Cal.* nullus. *Cor.* sexpartita, aequalis, campanulato-patula. *Stigmata* tria, angustissima. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

31. **GLADIOLUS.** *Cal.* nullus. *Cor.* sexpartita, inaequalis: *Tubo* incurvato. *Stigmata* tria. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

32. CROCUS. *Cal.* nullus. *Cor.* sexpartita, subaequalis: *Tubo* longissimo. *Stigma* profunde partitum. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

†† *Flores inferi.*

33. POLYCNEMUM. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* nulla. *Utriculus* monospermus. *Semen* lenticulare.

34. FICUS. *Flores polygami. Receptaculum commune* turbinatum, carnosum, connivens, interne flosculis tectum. *Cal.* marium tri-partitus; femineorum quinque-partitus. *Cor.* nulla. *Semen* unicum.

Asperula tinctoria.
Juncus communis, uliginosus, capitatus.

Cyperoideae. Glumae simplices univalves.

35. SCHOENUS. *Cal. Glumae* in spiculas teretes undique imbricatae: *exteriores* nonnullae steriles. *Cor.* nulla. *Nux* unilocularis.

36. CYPERUS. *Cal. Glumae* distiche in spiculas compressas imbricatae: *duae exteriores* saepe steriles. *Cor.* nulla. *Semen* nudum.

37. SCIRPUS. *Cal. Glumae* in spicam vel spiculas undique imbricatae: *exteriorum* una vel altera saepe sterilis. *Cor.* nulla. *Nux* unilocularis.

38. ERIOPHORUM. *Cal. Glumae* in spicam vel spiculas undique imbricatae: *exteriorum* una vel altera saepe sterilis. *Cor.* nulla. *Nux* unilocularis, *Lana* longissima cincta.

Gramineae. Glumae bivalves.

39. NARDUS. *Cal.* nullus. *Cor.* bivalvis. *Semen* corolla corticatum.

40. SPARTINA. *Cal. Gluma* bivalvis, uniflora; *Valvulis* navicularibus. *Cor.* bivalvis. *Semen* nudum.

DIGYNIA.

GRAMINA.

† *Spiculis unifloris.*

* Hermaphrodita.

a) *Corolla univalvi.*

41. CHAMAGROSTIS. *Cal. Gluma* bivalvis, truncata. *Corollae* loco *Pili* basi conjuncti. *Semen* liberum.

42. ALOPECURUS. *Cal. Gluma* bivalvis: *Valvulis* basi connatis. *Cor.* univalvis, basi marginibus connata, dorso infra medium aristata. *Semen* liberum.

b) *Corollae bivalvi.*

43. SYNTHERISMA. *Cal. Gluma* trivalvis, inaequalis, adpressa: *Valvula tertia* minima. *Semen* corticatum.

44. DIGITARIA. *Cal. Gluma* bivalvis: *Valvulis* patentibus. *Cor.* calyce major. *Semen* corticatum.

45. CRYPSIS. *Cal. Gluma* bivalvis, compressa. *Corolla* calyce major. *Semen* liberum.

46. PHALARIS. *Cal. Gluma* bivalvis, subaequalis, *corollam duplicem* includens. *Semen* corolla interiore corticatum.

47. PHLEUM. *Cal. Gluma* bivalvis subaequalis, *corollam simplicem* includens. *Semen* liberum.

48. POLYPOGON. *Cal. Gluma* bivalvis, subaequalis, apice aristata. *Cor. Valvula exteriore* apice aristata. *Semen* liberum.

49. MILIUM. *Cal. Gluma* bivalvis, ventricosa. *Cor. Valvulae* muticae, vel apice aristatae. *Semen* corticatum.

50. AGROSTIS. *Cal. Gluma* bivalvis, compressa. *Cor.* basi uno alterove pilorum fasciculo stipata: *Valvula exteriore* aristata vel mutica; *interiore* interdum mutilata vel deficiente. *Semen* plerumque liberum.

51. ARUNDO. *Cal. Gluma* bivalvis, lanceolata. *Cor.* basi pilis distinctis persistentibus cincta: *Valvula exteriore* aristata vel mutica. *Semen* liberum.

52. SACCHARUM. *Cal. Gluma* bivalvis, extus lanugine sericea cincta. *Cor.* bi-s. trivalvis, extus nuda. *Semen* liberum.

53. LAGURUS. *Cal. Gluma* bivalvis, *Arista* villosa terminata. *Cor. Valvula exterior* apice biaristata cum *Arista* dorsuali retorta. *Semen* liberum.

54. STIPA. *Cal. Gluma* bivalvis. *Cor. Valvula exterior* Arista longissima, basi contorta terminata. *Semen* liberum.

55. LAPPAGO. *Cal. Gluma* bivalvis: *exteriore* cartilaginea echinata. *Cor.* mutica. *Semen* liberum.

56. LEERSIA. *Cal.* nullus. *Cor.* clausa, brevis. *Semen* liberum.

Ophiurus incurvatus.

** Polygama.

57. ANDROPOGON. *Cal. Gluma* bivalvis. *Cor.* Hermaphroditi *Valvula exterior* aristata; Masculi uni-s. bivalvis, submutica. *Semen* liberum.

58. HETEROPOGON. *Cal. Gluma* bivalvis. *Cor.* Hermaphroditi *Valvula altera* dorso superne Aristam tortam exserens; Masculi *Gluma exterior* ala membranacea cincta. *Cor.* trivalvis, mutica.

59. HORDEUM. *Cal. Gluma* bivalvis. *Cor.* conformis *Valvula exterior* apice aristata. *Semen* corticatum.

†† *Spiculis subbifloris et bifloris.*

* Hermaphrodita.

60. OPHIURUS. Flores rhacheos articulorum spuriorum scrobiculis insidentes. *Cal. Gluma* lateralis, uni-s. bivalvis, uni-s. biflora. *Cor.* bivalvis, mutica. *Semen* corticatum.

61. AIRA. *Cal. Gluma* bivalvis, biflora, absque interjecto rudimento tertii flosculi. *Cor. Valvula exterior* supra basin aristata, vel mutica. *Semen* liberum.

Elymus europaeus. Melica uniflora.

** Polygama.

62. PANICUM. *Cal. Gluma* bivalvis, biflora: flosculo altero neutro. *Cor.* mutica vel apice aristata: *neutrius* uni-s. bivalvis. *Semen* corticatum.

††† *Spiculis subtrifloris et trifloris.*

* Hermaphrodita.

63. MELICA. *Cal. Gluma* bivalvis, subtriflora, membranacea. *Cor.* bivalvis, mutica. *Semen* liberum.

64. ELYMUS. *Cal. Gluma* bivalvis, bi-s. triflora. *Cor.* bivalvis: *Valvula exteriore* acuminata, vel mutica, vel aristata. *Semen* corticatum.

Aira caespitosa.

** Polygama.

65. HOLCUS. *Cal. Gluma* bivalvis, bi-s. triflora. *Cor.* bivalvis: *mascula* dorso aristata. *Semen* corticatum vel liberum.

†††† *Spiculis multifloris.*

* Calyce subunivalvi.

66. LOLIUM. *Cal. Gluma* lateralis univalvis multiflora: in spicula terminali bivalvis. *Cor.* bivalvis. *Rhachis* scrobiculata. *Semen* corticatum.

** Calyce bivalvi.

67. SESLERIA. *Cal. Gluma* subquadriflora, subaristata. *Cor.* bivalvis, apice aristata: *Aristis* variis. *Semen* liberum.

68. AEGILOPS. *Cal. Gluma* subquadriflora, coriacea, truncata, cum corolla apice aristata: *Aristis* variis. *Corolla* bivalvis. *Semen* liberum.

69. FESTUCA. *Cal. Gluma* multiflora. *Cor.* bivalvis: *Valvula exteriore* dorso convexa, mutica, vel in aristam attenuata. *Semen* corticatum.

70. KOELERIA. *Calyx* bivalvis, bi- ad quinqueflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* carinata, apice bifida, intra fissuram *Aristam* rectam exserens. *Semen* liberum, corolla tectum.

71. POA. *Cal. Gluma* multiflora. *Cor.* bivalvis: *Valvulis* carinatis, acutiusculis, muticis. *Semen* liberum.

72. BRIZA. *Cal. Gluma* multiflora. *Cor.* bivalvis: *Valvulis* cordatis, obtusis, muticis. *Semen* corticatum.

73. DACTYLIS. *Cal. Gluma* multiflora: *majore* altero latere convexa, latiore: altero depressa, angustiore. *Cor.* bivalvis, mutica. *Semen* corticatum.

74a. LIBERTIA. *Cal. Gluma* multiflora. *Corol.* bivalvis: *Valvula exteriore* infra medium margine biaurita, apice triaristata; *arista* intermedio dimidio longiore. *Semen* corticatum?

74b. BROMUS. *Cal. Gluma* multiflora. *Cor.* bivalvis: *Valvula exteriore* sub apice aristata. *Semen* corticatum.

75. AVENA. *Cal. Gluma* submultiflora. *Cor.* bivalvis: *Valvula exteriore* dorso arista geniculata demum tortili. *Semen* corticatum.

76. TRIODIA. *Cal. Gluma* subquinqueflora. *Cor.* bivalvis, basi fasciculo pilorum cincta: *Valvula exteriore* apice tridentata; dente intermedio aristato. *Semen* liberum.

77. PHRAGMITES. *Cal. Gluma* multiflora. *Cor.* bivalvis, basi pilis persistentibus, ex axi oriundis, vestita: *Valvula exteriore* apice integra acuminata. *Semen* liberum.

78. SCOROCHLOA. *Cal.* *Gluma* subquinqueflora. *Cor.* bivalvis, basi pilis elongatis vestita: *Valvula exteriore* bifida cum Arista intermedia. *Semen* liberum.

79. TRITICUM. *Cal.* multiflorus: *Glumis* appositis, subaequalibus. *Cor.* bivalvis: *Valvulis* apice muticis vel aristatis. *Semen* corticatum.

80. CYNOSURUS. *Spiculae* involucro disticho, glumaceo munitae. *Cal.* subquinqueflorus. *Cor.* bivalvis, mutica, vel aristata. *Semen* corticatum.

81. LAMARCKIA. Flosculi hermaphroditi et neutri. *Cal.* *Glumis* linearibus. *Hermaphroditi Cor.* bivalvis: *Valvula exteriore* apice longius aristata; *Neutrorum Cor.* univalvis, mutica vel apice aristata. *Semen* corticatum.

TRIGYNIA.

82. MONTIA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* quinquefida, hinc fissa. *Capsula* bilocularis, trivalvis, trisperma.

83. HOLOSTEUM. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* pentaphylla. *Capsula* unilocularis, sexvalvis.

84. POLYCARPUM. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* pentapetala, minima. *Capsula* unilocularis, trivalvis.

Alsine media. Elatine triandra.

Crassula (Tillaea *Lin.*) *muscosa. Arenaria viscosa, segetali*

CLASS. III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores superi.*

27. VALERIANA.

Gaertner de Fruct. Vol. 2. p. 35. Tab. 86.

Calyx nullus (nisi margo involutus, germen coronans et per maturitatem seminis in pappum resolubilis). *Corolla* monopetala, supera, quinquefida, basi gibba, vel calcarata. *Semen* unicum, pappo plumoso coronatum.

1. Valeriana *dioica.*

V. floribus triandris, dioicis, foliis radicalibus ovatis, integris; caulinis lyrato-pinnatis, caule tetragono.

Valeriana dioica. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 176. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 37. *Besser* Galic. n. 43. *Gmelin* Badens. n. 43. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 31. *Lumnitz.* Poson. n. 37. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 94. *Pollich* palat. n. 30. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 349. *Schmidt* Flora Bohem. n. 101. *Schrader* Germ. 1. p. 84. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 191. *Scop.* Carn. 2. n. 40. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale p. 277. Flora Dan. Tab. 687.

Valeriana minor et flore exiguo. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 2.

Valeriana sylvestris secunda minor. *Clus.* Hist. 2. p. LV.

Valeriana minor pratensis vel aquatica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 211.

Valeriana minor sylvestris. *Lobel* Icon. 1. p. 715. *Ejusd.* Observ. p. 411.

Valeriana alpina minor. *C. Bauh.* prodr. p. 87. (Mas.)

Valeriana palustris inodora, parum laciniata. *C. Bauh.* prodr. p. 86. (Femina.)

Valeriana minima. *Dodon.* Pempt. p. 350.

Phu minus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 455.

Radix filiformis, horizontalis, geniculata, ad genicula fibrosa. Tota planta glabra, vel rarius pubescens. *Caulis* erectus, basi stolones emittens, pedalis, tetragonus, sulcatus. *Rami* oppositi. *Folia* opposita: *radicalia* ovalia, longe petiolata, integerrima; *caulina* petiolo lato amplexicaulia: *inferiora* pinnatifida, foliolo impari maximo; *superiora* pinnata, foliolo impari lanceolato, majore, pinnis lineari-lanceolatis. *Flores* dioici, corymbosi: *masculi* parvi purpurascentes. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida. *Filamenta* corolla longiora. *Antherae* purpurascentes. *Pistilli* rudimentum; *feminei* albidi, in Corymbo conglobati. *Corolla*, ut in masculis, at multo minor. *Pistillum* corollam supereminens. *Stigma* bi-seu trifidum. *Staminum* rudimenta perexigua.

Variat, licet rarius, floribus hermaphroditis.

Kleiner Baldrian.

In pratis humidis et palustribus. 2|. Fl. Majo, Jun.

2. Valeriana *officinalis.*

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis, caule tereti, sulcato.

Valeriana officinalis. Willd. Spec. Plant. Lin. P. I. T. I. p. 177. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 38. *Besser* Galic. n. 44. *Gmelin* Badens. n. 44. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 32. *Lumnitz.* Poson. n. 38. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 85. *Pollich* palat. n. 31. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 351. *Schkuhr* Handb. 1. p. 20. Tab. 5. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 103. *Schrader* Germ. 1. p. 85. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 192. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale p. 278.

α) *exaltata:* pinnis foliorum lato-ovatis, subintegerrimis.

Valeriana exaltata. Pohl Bohem. n. 51. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 194.

Valeriana officinalis α. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. l. c. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. l. c.

β) media: pinnis foliorum oblongis, dentatis.

Valeriana officinalis β latifolia Römer et *Schultes* Syst. Veg. l. c. *Hayne* Arzn. Gewächse l. c. *α. Schrader* Germ. l. c. *α.*

Valeriana officinalis. Flora Dan. Tab. 570.

Valeriana. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 1.

Valeriana sylvestris prima. *Clus.* Hist. 2. p. LV.

Phu vulgare. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 455.

Phu germanicum. *Fuchs* Hist. p. 857.

γ) tenuifolia: pinnis foliorum linearibus subintegerrimis.

Valeriana officinalis γ tenuifolia. Römer et *Schultes* Syst. Veg. l. c.

Valeriana officinalis β angustifolia. Hayne Arzn. Gewächse l. c. *Schrader* Germ. l. c. *Schultes* Oestr. Fl. l. c.

Valeriana foliis angustioribus. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 2.

Valeriana sylvestris. *Dodon.* pempt. p. 349.

Phu minus. *Camerar.* Epit. p. 22.

Pro loci natalis conditione variat altitudine et pinnarum foliorum latitudine.

Radix subpraemorsa, fibris fasciculatis. *Caulis* erectus, teres, sulcatus, glaber, geniculatus, ad genicula pubescens, inferne plerumque simplex. *Folia* omnia pinnata: *radicalia* longius petiolata; *caulina* opposita: *Pinnis* apice confluentibus: in *α)* ovato-lanceolatis, inciso-dentatis; in *β)* oblongo-lanceolatis, margine exteriore serratis; in *γ)* linearibus, integerrimis. *Corymbus* in caule ramisque terminalis, plerumque trifidus. *Flores* albi vel pallide rosei, omnes hermaphroditi, suaveolentes. *Bracteae* sub quovis flore duae, oppositae, lanceolatae, acutae. *Stamina* tria. *Stigma* trifidum. *Semen* oblongo-ovatum, compressum, pappo multiradiato coronatum.

Gemeiner Baldrian.

α) in locis uliginosis nemorosis Bohemiae (*Pohl*), Saxoniae et Thuringiae (*Reichenbach*); *β)* undique in locis nemorosis humidis; *γ)* in montibus et rupestribus prope *Görtz*

(Wulfen), in Thuringia aliisque Germaniae australioris locis. 24. Fl. Julio.

3. Valeriana *sambucifolia.*

V. floribus triandris, foliis radicalibus caulinisque pinnatis; summis simplicibus, integerrimis, caule tereti, striato.

Valeriana sambucifolia. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 351. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 40. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 86. *Pohl* Bohem. n. 52. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 194.

Differt ab antecedente: 1. *Pinnis foliorum radicalium* late ovatis, grosse dentatis; *caulinorum inferiorum et superiorum* lanceolatis, dentatis. 2. *Foliis supremis* simplicibus, lanceolatis, integerrimis; *floralibus* linearibus, margine scariosis. 3. *Panicula* thyrsoidea, trichotoma.

Hollunderblättriger Baldrian.

In montosis paludosis Sudetorum *(Mikan)*, in Monasterio *(Bönninghausen)*. 24. Fl. Aestate.

4. Valeriana *Phu.*

V. floribus triandris, foliis radicalibus obovatis, integris; caulinis sublyrato-pinnatifidis, caule tereti, laevi.

Valeriana Phu. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 177. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 39. *Gmelin* Badens. n. 45. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 33. *Krocker* Siles. n. 50. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 87. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 349. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 104. *Schrader* Germ. 1. p. 86. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 195. *Vest* Manuale p. 278.

Valeriana major, odorata radice. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 309.

Valeriana major, Phu. *Lobel* Icon. 1. p. 714.

Valeriana hortensis, flore albo. *Rivin.* Monop. irreg. Tab. 3.

Phu verum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 454.

Phu magnum. *Fuchs* Hist. p. 856.

Radix subpraemorsa, obliqua annulata, fibras demittens. *Caulis* erectus, teres, glaber, laevis, quadri-seu quinquepedalis. *Folia* glabra: *radicalia* ex ovali oblonga, in petiolum longio-

rem decurrentia, integerrima; *caulina* opposita; *inferiora* pinnatifida, breviter petiolata; *pinnis* ex ovali lanceolatis, integerrimis; *suprema* pinnata; *pinnis* linearibus. *Corymbi* in caule ramisque terminales, densi. *Flores* omnes hermaphroditi, triandri, albi, suaveolentes. *Bracteae* lanceolatae. *Stigma* plerumque trifidum.

Grosser Baldrian.

In sylvis montosis humidis Marggrav. Badensis (*Gmelin*), prope Hechingen (*Schreckenstein*), Silesiae (*Mattuschka*), Bohemiae (*Schmidt.*). ♄. Fl. Jun. et Jul.

5. Valeriana *tripteris.*

V. floribus triandris, foliis radicalibus cordatis; caulinis superioribus ternatis; summis simplicibus, integerrimis, caule superne tetragono.

Valeriana tripteris. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 177. *Besser* Galic. n. 45. *Braune* Salisburg. n. 38. *Gmelin.* Badens. n. 46. *Hoppe* bot. Taschenb. 1802. pag. 237. *Host* Synops. pag. 20. *Jacq.* Fl. Austr. 2. p. 38. Tab. 268. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 88. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. pag. 355. *Schmidt* Flora Bohem. n. 105. *Schrader* Germ. 1. p. 87. *Schrank* Bavar. n. 99. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 196. *Scop.* Carn. 2. n. 41. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Vest* Manuale p. 278.

Valeriana alpina. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 208.

Valeriana alpina prima. *C. Bauh.* prodr. p. 86.

Radix teretiuscula, articulata. fibrosa, multiceps. *Caulis* erectus, pedalis et sesquipedalis, glaber, inferne teres, superne cum ramis tetragonus. *Folia* plus minus pubescentia, praesertim ad petiolorum basin: *radicalia* cordata, obtusa, subdentata, vel integerrima; *caulina* opposita: *inferiora* radicalibus similia; *superiora* ternata, rarius quinata, subsessilia: *foliolis* ovatis, vel oblongo-ovatis, acutis, evidentius dentatis, inaequalibus, vel nonnihil magnitudine subaequalibus, *summa* simplicia, sessilia, lineari-lanceolata, integerrima. *Flores* corymbosi, hermaphroditi, rarius feminei, dilute carnei, vel albi. *Bracteae* subulatae. *Stamina* tria, corolla nunc longiora nunc breviora. *Stylus* corolla longior, vel nonnihil brevissimus. *Stigma* trifidum.

Dreiblättriger Baldrian.

In montosis rupestribus, sylvis subalpinis et alpinis Germaniae australioris. ♄. Fl. Jun. et Jul.

6. Valeriana *montana.*

V. floribus triandris, foliis ovatis: omnibus simplicibus, indivisis, inferioribus obtusis; superioribus acutis, caule tereti, sulcato.

Valeriana montana. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 178. *Braune* Salisburg. n. 39. *Gmelin* Badens. n. 47. *Jacq.* Flora Austr. 3. p. 30. Tab. 269. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 89. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 354. *Schmidt* Bohem. n. 106. *Schrader* Germ. 1. p. 88. *Schrank* Bavar. n. 100. *Ejusd.* Bergtesgad. n. 19. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 197. *Scop.* Carn. 2. n. 42. *Vest* Manuale p. 278.

Valeriana alpina, folio Scrophulariae. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 208. *C. Bauh.* prodr. p. 81.

Valeriana sylvestris, alpina, prima, latifolia. *Clus.* Hist. 2. p. LV.

Differt ab antecedente, cui quodammodo similis: 1. *Caule* profunde sulcato, pubescente, inprimis ad foliorum oppositiones. 2. *Foliis* omnibus simplicibus. 3. *Corymbo* majore, densiore.

Berg-Baldrian.

In montosis rupestribus, in sylvis subalpinis et alpinis Germaniae australioris. ♃. Fl. Jun. Jul. Aug.

7. Valeriana *tuberosa.*

V. floribus triandris, foliis obtusis: radicalibus oblongo-ovatis, integris; caulinis pinnatifidis, caule tereti, laevi.

Valeriana tuberosa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 178. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 90. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 356.

Nardus montana. *Lobel* Icon. 1. p. 717.

Nardus montana longius radicata. *Camerar.* Epit. p. 16.

Structura *Valer. Phu* proxima, at, exceptis corollis, omnibus in partibus multo minor.

Radix carnosa, oblonga, vel plus minus globosa, sub terra stolonifera. *Caulis* erectus, teres, laevis, glaber, semipedalis

et pedalis, simplex. *Folia* glaberrima, margine integerrima, obtusa: *radicalia* indivisa, oblongo-ovata vel ex oblongo sublinearia, in petiolum attenuata; *caulina* pinnatifida; *pinnis* oblongo-linearibus, distantibus: *terminali* longiore: *summa floralia* angusto-linearia, indivisa, basi dilatata. *Flores* in Corymbum terminalem, compactum, hemisphaericum, congesti, majusculi, rubicundi, suaveolentes, hermaphroditi, brevissime pedicellati. *Stamina* tria.

Knolliger Baldrian.

In petrosis, pratis sylvaticis Carniae, ad montem *Speccato* prope Tergestem. *(Hoppe.)* 2|. Fl. Majo.

8. Valeriana *saxatilis.*

V. floribus triandris, dioicis, foliis omnibus indivisis: radicalibus ovalibus, in petiolum decurrentibus; caulinis duobus oppositis, sessilibus, lineari-lanceolatis, caule inferne angulato.

Valeriana saxatilis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 179. *Braune* Salisburg n. 41. *Host* Synops. p. 21. *Jacq.* Flora Austr. 3. p. 37. Tab. 267. *Krocker* Siles. n. 52. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 95. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 357. *Schrank* Bavar. n. 101. *Ejusd.* Bergtesgad. n. 20. *Schrader* Germ. 1. p. 89. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 198. *Scop.* Carn. 2. n. 43. *Vest* Manuale p. 279.

Valeriana nardifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 206.

Valeriana sylvestris alpina secunda saxatilis. *Clus.* Hist. 2. p. LVII.

Valeriana, celticae similis, inodora. *C. Bauh.* prodr. p. 88.

Radix obliqua, subfusca. *Caulis* gracilis, semipedalis et pedalis, glaberrimus, striatus, inferne angulosus, supra medium in ramos duos aphyllos divisus. *Folia radicalia* elliptica, vel elliptico-ovata, vel obverse ovata, obtusa, utrinque, inprimis versus marginem, pilis brevibus adspersa, trinervia, subincisa, vel integerrima, in petiolum longum decurrentia: *caulina* duo, opposita, sessilia, lineari-lanceolata, obtusa; *floralia* multo minora, linearia, angustissima, acuta, integerrima. *Flores* dioici, triandri, albi, in paniculam corymbosam dispositi. *Corolla* in *mascula* planta major, infundibuliformis; in *feminea* rotata, tubo brevissimo.

Stein-Baldrian.

Variat, licet rarius, *Caule* nudo, tamen foliis floralibus praedito.

In rupestribus alpinis et subalpinis Circuli Austriaci *(Jacq., Host)*, Styriae *(Sartori)*, Bohemiae *(Pohl)*, Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae *(Schrank.)* 2|. Fl. Jun. — Aug.

9. Valeriana *celtica.*

V. floribus triandris, foliis omnibus indivisis, integerrimis, oblongo-obovatis; radicalibus in petiolum attenuatis, caule tereti, sulcato.

Valeriana celtica. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 178. *Braune* Salisburg n. 40. *Host* Synops. p. 21 *Jacq.* Enum. Vindob. p. 203. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 96. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 358. *Schrader* Germ. 1. p. 91. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 199. *Scop.* Carn. 2. n. 45. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Vest* Manuale p. 279. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 24. Tab. 1.

Nardus celtica. Joh. Bauh. Hist. 3. p. 305. *Lobel* Icon. 1. p. 313. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1256.

Nardus alpina. *Clus.* Hist. 2. p. LVII.

Spica altera fastigiato florum ordine, a praecedente differens. *Camerar.* Epit. p. 14.

Radix obliqua, multiceps, squamis fuscis imbricata. *Caules* erecti, teretes, striati, glabri, unciales ad quadriunciales. *Folia* glabra, subcarnosa, crassiuscula, integerrima: *radicalia* oblongo-obovata, in petiolum attenuata, nervosa, subtus pallidiora; *caulina* paullo supra basin et in medio duo opposita; *floralia* parva, linearia. *Flores* triste lutei, vel flavi, hermaphroditi, in racemum laxum, elongatum, e corymbulis oppositis compositum, digesti. *Corymbuli* dichotomi: *inferiores* pedunculati; *superiores* sessiles et floribus paucioribus compositi. *Corolla* infundibuliformis: *Laciniis* acutis, extus pallide rubentibus. *Stamina* tria. *Stigma* crassiusculum.

Celtischer Baldrian.

Variat: Floribus omnibus sessilibus. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. l. c. Fig. c.

In montibus et alpibus, inprimis Granito et Gneuso, vel ex simili saxo constructis Styriae superioris prope *Eisenärze* in monte

Reichenstein dicto, in alpibus Secaviensibus, Wasserbergensibus, Judenbergensibus etc. (*Jacq.*, *Host*, *Wulfen*), Principatus Salisburgensis *in der Schilherhöhe* inter *Heiterahe* et *Bundschuh* (*Schrank*, *Braune*). 4. Fl. Aestate.

10. Valeriana *elongata.*

V. floribus triandris, foliis omnibus indivisis, ovatis: inferioribus obtusis; superioribus inciso-hastatis, caule tereti, striato.

Valeriana elongata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 179. *Jacq.* Enum. Vindob. p. 205. Tab. 1. *Ejusd.* Flora Austr. 3. p. 11. Tab. 219. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 91. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 357. *Schrader* Germ. 1. p. 99. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 200. *Scop.* Carn. 2. n. 44. *Vest* Manuale p. 279.

Radix multiceps, recta descendens. Tota planta glabra. *Caulis* palmaris et altior, teres, striatus, simplex, gracilis. *Folia* rigidiuscula, venosa, subtus pallidiora; *radicalia* ovata, obtusa, subintegerrima, basi in petiolum attenuata: *sequentia duo* brevius petiolata, plus minus dentata; *caulina media* et *superiora* sessilia, amplexicaulia, ovata, vel cordato-ovata, dentata; dentibus inferioribus profundioribus, hinc quasi inciso-hastata. *Flores* in racemum elongatum, corymbulis oppositis pedunculatis compositum, dispositi, omnes pedicellati, sordide lutescentes, vel subfusci, parvi. *Corymbuli* dichotomi, conferti, pauciflori. *Bracteae* lineares, vel setaceae, oppositae. *Corolla* infundibuliformis: *Laciniis* obtusis. *Stamina* tria, corolla breviora.

Verlängerter Baldrian.

In locis campestribus humidiusculis summarum alpium Circuli Austriaci (*Jacq.*), in alpibus noricis *Schneeberg* (*Frölich*). 4. Fl. Jul. Aug.

11. Valeriana *supina.*

V. floribus triandris, tetrandrisve, foliis omnibus indivisis: radicalibus cuneiformibus; caulinis oblongo-obovatis, caule tereti, striato.

Valeriana supina. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 180. *Host* Synops. p. 23. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 92. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 357. *Römer* Fl. Europaea Fasc. 3. *Reiner* et *Hohenwart* Iter Istr. et Dalmat. p. 76. *Schrader* Germ. 1. p. 91. *Schultes*

Oestr. Fl. 2. n. 201. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 23. *Vest* Manuale p. 279. *Wulfen* in *Jacq.* Miscell. 2. p. 114. Tab. 17. Fig. 2.

Congenerum minima. *Radix* nodosa, lenta, repens, ramosa, sordide ex albo lutescens, superne ramos plures diffusos cauliferos producens. *Caules* plus minus unciales, suberecti, teretiusculi, striati, pubescentes. *Folia* vel integerrima, vel magis aut minus dentata, margine pilis brevibus ciliata: *radicalia* in rosulam digesta, cuneiformia: *caulina* opposita, connato-sessilia, radicalibus paullo majora, paribus duobus vel tribus approximatis, subovato-lanceolata, vel oblonga. *Flores* in corymbum terminalem, simplicem, solitarium, non raro adhuc basi pedunculis duobus oppositis, ejusdem longitudinis, bi-seu trifloris, auctum, collecti, omnes *Bracteis* geminis, lineari-lanceolatis, ciliatis suffulti, ita, ut si tres flores in pedunculo adsint, bracteae quasi involucrum mentiantur, amoene rubelli. *Corolla* infundibuliformis: *Laciniis* oblongo-ovatis. *Stamina* tria, vel quatuor, corolla longiora. *Stigma* obtusum, subcapitatum.

Niedriger Baldrian.

Observ. An *Valeriana Saliunca, Allion. Pedemont.* n. 9. Tab. 70. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 93. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 358. quae in summis alpibus Styriae superioris ab Ill. *de Vest* observata est, specie re vera differat, determinare non possum, quia mihi adhucdum ignota est.

In humidis locis summarum alpium Tyrolin inter et Gilliensem Carinthiae vallem, *in dem innersten Laserz gegen die Lugau zu;* in summa alpe Kirschbaumensi prope *Lienz*, ubi ultra adscenditur per horam, parumper versus orientem, ad ipsas nives *(Wulfen)*; in humidis Tyrolis celsissimi montis *Donnersberg* prope *Sterzing (Host)*. ♃. Fl. Jul. et Aug.

* * *

Observ. Secundum *Joh. Host Valeriana rubra Linn.* (Centranthus ruber *Römer et Schultes* Syst. Veg. 1. p. 35.) in Croatia prope *Fucine* provenire dicitur, at nemo Floristarum austriacorum ejusdem mentionem fecit.

28. FEDIA.

Gaertner de Fruct. Vol II. p. 36. Tab. 86.

Calyx tri-ad sexdentatus, superus. *Corolla* monope-

tala, quinquefida, basi hinc gibba. *Stamina* tria. *Nux* calyce persistente coronata, uni-, bi-seu trilocularis: *loculo* uno alterove sterili.

Observ. Cum *Valeriana* convenit *Fedia:* corolla monopetala, basi hinc gibba, supera, evidenter tamen recedit: 1. *Calyce* dentato; nec ejusdem loco margo involutus, demum in pappum, semen coronantem, resolubilis. 2. *Nuce* loculari.

a) *Nuce uniloculari.*

1. Fedia *dentata.*

F. fructu ovato, oblique tri-seu sexdentato, latere planiusculo, quinquecostato, pedunculis sulcatis.

α. Fructu glabro.

Fedia dentata. Besser Galic. n. 47. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 42. *Gmelin* Badens. n. 49. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 97. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 361. *Schrader* Germ. 1. p. 96. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 203. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 23.

Fedia olitoria. Gärtner de Fruct. et Sem. l. c.

Valeriana dentata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 183. (exclusis synon. *Linne, Morisoni plerorumque.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 40. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 109.

Valeriana olitoria. Flora Dan. Tab. 738.

β. Fructu pubescente.

Fedia dentata β eriocarpa. Koch et *Ziz* Catal. Plant. Palat. p. 3 et p. 77. n. 2. *Wallroth* Schedulae crit. l. c.

Fedia Morisoni. Sprengel Pugill. 1. p. 4. *Wallroth* Annus bot. p. 6. (exclus. Syn. *Desveaux* et *Loiseleur*).

Fedia mixta. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 364.

Radix simplex, descendens. *Caulis* erectus, simplex, superne divisus, tetragonus, articulatus, angulis praesertim ad articulos setis rigidis, reversis, superiora versus sensim brevioribus et demum ad ramos tenuissime uncinatis obsessus. *Folia radicalia* et *caulina infima* oblonga, obtusa, glabra; *caulina reliqua* opposita, setis brevibus scabriuscula: *media* linearia, basi uno alterove dente plus minus aucta. *Flores* in ramorum axillis solitarii, terminales corymbosi, pedunculati, pallide rubri. *Bracteae* lineares, margine membranaceae, subciliatae in *α*, corymbo plerumque breviores, in *β* illum superantes. *Fructus* ovatus, hinc convexus, costa tenui notatus, illinc planiusculus et costis quinque,

quatuor lateralibus evidentioribus, intermedia tenuiore, praeditus, in α glaber, in β pubescens, apice dentibus minoribus tribus ad quinque, cum intermedio majore, retuso, oblique coronatus.

Gezähnte Fedie.

In arvis, cultis β. rarior in Thuringia (*Sprengel*), Palatinatu (*Koch* et *Ziz*). ☉. Fl. Jun.—Aug.

2. Fedia *eriocarpa.*

F. fructu ovato, oblique tri-seu sexdentato, latere planiusculo, quinquecostato, pedunculis alatis.

Fedia eriocarpa. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 364. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 98.

Differt ab antecedente, cujus varietati β structura fructus proxima: 1. *Foliis radicalibus* spathulatis. 2. *Floribus terminalibus* in spiculas subdigitatas subsecundas, ternis et quaternis dispositis. 3. *Pedunculis* argute alatis. 4. *Fructus corona* majore, ejusdem longitudinem fere aequante, hinc dentibus evidentioribus.

Haarstreifige Fedie.

In arvis prope Zweibrücken (*Koch*), prope Göttingam (*Nolte*). ☉. Fl. Aprili et Majo.

b) *Nuce subtriloculari.*

3. Fedia *olitoria.*

F. fructu subrotundo, compressiusculo, utrinque bicostato, obsolete tridentato, pedunculis angulatis.

Fedia olitoria. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 361. *Besser* Galic. n. 46. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 44. *Gmelin* Badens. n. 48. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 99. *Schrader* Germ. 1. p. 91. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 204. Flora Dan. Tab. 1681.

Valeriana olitoria. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. I. Pars I. p. 182. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 39. *Schmidt* Bohem. n. 108. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 2.

Valerianella olitoria. Pollich palat. n. 32.

Lactuca anguina prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 460.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, angulosus, striatus, ad angu-

los pubesceus, ramosus. *Rami* patuli, attenuati. *Folia* glabra, margine tenuissime ciliata, lineari-lingulata: *caulina* opposita; *inferiora* integerrima; *superiora* versus basin plerumque dentata; *summa* angustiora et acutiora. *Flores* in ramorum dichotomia solitarii, terminales fasciculato-corymbosi, caerulescentes. *Bracteae* lineares, acutae, argute marginatae, ciliatae. *Fructus* subrotundus, subcompressus, glaber, utrinque costis binis exaratus, calyce parvo, oblique truncato et obsolete inaequaliter tridentato, coronatus.

Rapunzel-Fedie.

In agris, arvis, cultis. ⊙. Fl. Aprili et Majo.

4. Fedia *carinata.*

F. fructu oblongo, hinc profunde sulcato, inde carinato, subedentulo, pedunculis angulosis.

Fedia carinata. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 361. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 100.

Excepto fructu, omnibus in partibus convenit cum *Fedia olitoria. Fructus* oblongus, obtusus, saepe curvulus, glaber, hinc profunde canaliculatus, inde convexus et linea elevata, apice in dentem brevissimum abeunte, carinatus et ita quasi navicularis.

Gekielte Fedie.

In rupestribus meridiem versus montis *Donnersberg*, in vineis prope *Moguntium* invenit oculatissimus *Koch*. ⊙. Fl. Apr. et Majo.

5. Fedia *Auricula.*

F. fructu subrotundo-ovato, hinc laeviter sulcato, inde ventricoso, quinquecostato, oblique subtridentato, dente unico acuto, auriculiformi, pedunculis membranaceo-marginatis.

Fedia Auricula. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 363. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 45. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 101.

Radix simplex. *Caulis* erectus, dichotomus, subalato-angulosus, sulcatus, inferne praecipue retrorsum scabriusculus. *Folia* obtusa, margine subciliata: *radicalia* et *caulina infima* spathulata, longe petiolata, integerrima; *superiora* linearia, basi parum dilatata et dentibus nonnullis praelongis subpinnati-

fida. *Florum corymbuli* compositi, laxi, bi-seu triflori. *Pedunculi* membranaceo-marginati. *Bracteae* oblongae, minutae, margine membranaceae, ciliatae. *Fructus* subrotundo-ovatus, glaber, hinc laeviter sulcatus, inde ventricosus et lineis quinque elevatis notatus, apice dentibus plerumque tantum tribus, dente unico, concavo, auriculam Felis non male referente, oblique coronatus.

Ohrenrandige Fedie.

In Palatinatu cis et ultra Rhenum prope *Moguntium (Koch)*, in Monasterio *(Bönninghausen)*. ⊙. Fl. Jul. Aug.

6. Fedia *coronata.*

F. fructu obconico, striato, calyce in orbem membranaceum, sexdentatum, explanato, coronato, pedunculis striato-angulosis.

Fedia coronata. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 362. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 102. *Schrader* Germ. 1. p. 76.

Valeriana coronata. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 362. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 102. *Schrader* Germ. 1. p. 76.

Valeriana coronata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 184.

Valerianella semine Scabiosae stellato, hirsuto et etiam imbricato. *Columnae* Ecphras. p. 209.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, simplex, sulcatus, angulosus, plus minus pilosus. *Folia radicalia* obovata, integerrima, cum caulinis infimis glabra: *caulina infima* lanceolata, obtusa, inaequaliter obtuse dentata; *sequentia* sensim angustiora, acutiora et magis incisa; *ramea* linearia: *omnia* plus minus pubescentia. *Corymbi* terminales, subglobosi. *Fructus* obconicus, striatus, hinc convexus, inde excavatus, calyce campanulato, explanato, membranaceo, reticulato, glabro, sexdentato, coronatus: *dentibus* primo rectis, demum uncinatis.

Gekrönte Fedie.

In Litorali *(Host)*, inter segetes prope Göttingam am *Hainberge (Rohde)*. ⊙. Fl. Jun. Jul.

7. Fedia *echinata.*

F. fructu lineari, compresso, striato, fungoso, oblique tridentato; dente unico majore, uncinato, pedunculis subincrassatis.

Fedia echinata. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 361. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 103. *Schrader* Germ. 1. p. 91.

Valeriana echinata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 182. *Vest* Manuale p. 280.

Valerianella cornucopioides echinata, *Columnae* Ecphras. p. 206.

Radix filiformis, fibrosa. *Caulis* erectus, angulosus, dichotomus, glaber. *Rami* patentes: *superiores* cum pedunculis subincrassati. *Folia* opposita, glabra, subcarnosa: *inferiora* spathulata, sinuato-dentata; *superiora* lanceolata, profunde dentata, quasi incisa. *Flores* parvi, albi vel caerulescente dilute purpurei, in dichotomia ramorum solitarii; *terminales* in fasciculos densos compacti. *Bracteae* lineari-lanceolatae, fructu breviores. *Fructus* linearis, compressiusculus, striatus, fungosus, oblique tridentatus: *dentibus* reflexis; *interiore* majore uncinato.

Igelstachelige Fedie.

In monte *Nanas* Carnioliae, in loçis sylvaticis Carniae *(Host)*. ☉. Fl. Junio.

29. IRIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 79. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 65. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 58. Tab. 13. Schkuhr Handb. 1. p. 22. b. Tab. 5. b.

Calyx nullus. *Corolla* sexpartita, supera: *Laciniis alternis* reflexis: *Tubo* contracto, pervio. *Stigmata* tria, petaliformia, bilabiata, antheras tegentia: *Labio inferiore* minimo. *Capsula* trilocularis, trivalvis, polysperma.

Observ. Floris mira structura et in regno vegetabili sane rarissima! Stigmata enim tria, petaliformia, colorata, apice plerumque bifida, supereminent teguntque Antheras, illis adpressas. Subtus ad apicem antherae cujusvis invenitur *Squamula*, ante fructificationis tempus adpressa et eodem tempore aegre observanda, durante fruc-

tificatione autem patens, quae *Labellum inferius* stigmatum dici potest et solum stigmatis muneri dicata est, ut optime demonstravit *Schkuhrius* noster l. c.

a) *Laciniis corollae reflexis barbatis.*

1. Iris *pumila.*

I. foliis ensiformibus, longioribus scapo tereti, unifloro, tubo corollae exserto: laciniis oblongis, obtusis.

Iris pumila. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 224. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 42. *Besser* Galic. n. 51. *Jacq.* Fl. Austr. 1. p. 5. Tab. 1. *Lumnitz.* Poson. n. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 113. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 464. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 307. *Schrader* Germ. 1. p. 102. (exclusis synon. *Leyser* et *Roth* I. *german. pygmaeae*) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 209. *Sprengel* Halens. n. 45. *Vest* Manuale p. 282. *Hayne* Term. bot. Tab. 6. Fig. 2. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40.

Iris humilis latifolia minor. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 724.

Iris violacea parva. *Lobel* Icon. 1. p. 63.

Iris perpusilla latifolia. *Lobel* Observ. p. 33.

Iris minor. *Dodon.* Pempt. p. 244.

Chamaeiris latifolia minor. *Clus.* Hist. 1. p. 225.

Radix repens, nodosa, articulata, fibrosa. *Scapus* brevissimus, constanter uniflorus. *Folia* ensiformia, erecta, acuta, laete viridia, nervosa, scapo longiora. *Spatha* diphylla membranacea, laxa, subaequalis. *Corolla* violaceo-caerulea, rarius purpurea. *Tubus* spatham supereminens, bi-seu triuncialis, tenuis, e viridi violaceus. *Laciniae* oblongae, obtusae: *exteriores* reflexae, barbatae, margine undulatae; barbae pili caerulei, apice flavescentes: *interiores* erectae, glabrae, apice conniventes, margine repando-undulatae. *Stigmata* apice bifida, acuta, pallidiora. *Capsula* ovata, obsolete trigona.

Niedriger Schwertel.

In collibus apricis herbidis Austriae *(Clusius, Jacq.)*, Bohemiae *(Schmidt)*, Styriae *(Sartori)*, Galiciae *(Besser)*, quasi sponte in muris limosis prope Berolinum, Halam Saxonum, Erfordam, Lipsiam etc. ♃. Fl. Aprili et Majo.

2 Iris *lutescens.*

I. foliis ensiformibus, brevioribus scapo tereti, subbifloro, tubo corollae arcte incluso, laciniis oblongis, obtusis.

Iris lutescens. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 225. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 114. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 461. *Vest* Manuale p. 282.

Chamaeiris latifolia minor nona. *Clus.* Hist. 1. p. 227.

Chamaeiris minor ochroleuca. *C. Bauh.* Theatrum p. 612.

Iridi pumilae proxima, at differt: 1. *Foliis* glauco-viridibus, scapo brevioribus. 2. *Scapo* plerumque bifloro. 3. *Spathis* tubum corollae aequantibus illumque arete includentibus. 4. *Corolla* albido-lutescente: *Tubo* incluso: *Laciniis exterioribus* apice fuscescentibus, basi violaceo-reticulatis. 5. *Barba* flava.

Gelblicher Schwertel.

In montosis Tyrolis et Carniae (*Vest*). ♄. Fl. Majo.

3. Iris *arenaria.*

I. foliis angusto-ensiformibus, scapo tereti, bifloro longioribus, tubo corollae laxe incluso, laciniis oblongis, obtusis.

Iris arenaria. Waldst. et *Kitaib.* Plant. rar. Hungar. 1. p. 57. Tab. 57. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 463. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 210. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 62.

Affinis antecedenti *I. lutescenti*, at differre dicitur: 1. *Foliis* angustioribus, scapo longioribus. 2. *Scapo* brevissimo, bifloro: *flore terminali* prius evoluto semper abortiente. 3. *Spathis* ventricosis, tubum corollae laxe involventibus. 4. *Corollae laciniis* apice subemarginatis.

Sand-Schwertel.

In clivis arenosis, Hungariae, *Danubium* inter et *Tibiscum*, etiam circa *Strigonium* (*Waldst.* et *Kitaibel*). ⊙. Fl. Aprili.

4. Iris *germanica.*

I. foliis ensiformibus, brevioribus scapo tereti-compresso, multifloro, tubo corollae exserto: laciniis obovatis.

Iris germanica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 229. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 41. *Besser* Galic. Vol. II. Append. p. 329. *Gmelin* Badens. n. 52. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 116. *Pollich* palat. n. 34. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 257. *Schrader* Germ. 1. p. 104.

Schultes Oestr. Fl. 2. n. 212. *Sprengel* Halens. n. 47. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40. *Vest* Manuale p. 281.

Iris vulgaris violacea, sive purpurea hortensis et sylvestris. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 709.

Iris vulgaris germanica. *C. Bauh.* Theatr. p. 571.

Iris nostras vulgaris. *Lobel* Icon. 1. p. 59.

Iris vulgaris. *Lobel* Observ. p. 32.

Iris latifolia major vulgaris. *Clus.* Hist. 1. p. 224.

Iris. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1033.

β. pumila. Roth Fl. Germ. l. c. *Leyser* Fl. Halens. ed. 2. n. 34. *β.*

Radix magna, horizontalis, nodosa, fibras longas emittens. *Scapus* erectus, teres, vel e tereti subcompressus, sesquipedalis et bipedalis, in *β* digitalis et vix palmaris, tri-, rarius quadriflorus. *Folia* lata, ensiformia, falcata, scapo breviora, glaucescentia, nervosa: in *β* pro ratione parvitatis plantae angustiora. *Spatha* diphylla, membranacea, ventricosa, obtusa: *Corolla* violacea vel ex purpureo violacea: *Tubo* germine duplo longiore, spatham supereminente, subtetragono; *Laciniis exterioribus* reflexis, oblongo-obovatis, a basi ad medium pilis flavis, apice saepe fuscescentibus barbatis; *interioribus* erectis, subrotundo-obovatis, glabris, dilutioris coloris. *Stigmata* apice bifida, acuta. *Capsula* ovata, trigona, subsulcata.

Observ. Varietatem nostram *β*, quam post optimum *Leyserum* in muro limoso Halae Saxonum 1777. collegi, pro varietate *Iridis pumilae* declarat veneratiss. *Schrader* in Flora Germ. l. c. fide speciminum a *Kohlio* illi missorum. At nostra planta scapo tri- et quadrifloro gaudet, nunquam unifloro. *Kohlii* specimina verosimile minora sunt *Iridis pumilae*, etiam in muris Halensibus provenientia.

Deutscher Schwertel.

In nemorosis, glaminosis, muris, ruderatis per totam Germaniam australiorem. ♃. Fl. Majo et Jun.

Observ. Iris florentina, Iridi germanicae proxima, sponte in Carniolia provenire dicitur ab Ill. *de Vest*, at nemo Floristarum austriacorum ejusdem mentionem fecit vel locum specialiorem natalem indicavit.

5. Iris *variegata.*

I. foliis ensiformibus, subaequantibus caulem tereti-compressum, multiflorum, tubo corollae incluso, laciniis oblongis; interioribus marginatis, acutis.

Iris variegata. Jacq. Flora Austr. 1. p. 7. Tab. 5. *Lumnitz.* Poson. n. 43. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 115. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 306. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 306. *Schrader* Germ. 1. pag. 103. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 211. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40. *Trattinnik* Oestr. Flora Tab. 158. *Vest* Manuale p. 282.

Iris latifolia major decima quinta. *Clus.* Hist. 1. p. 221.

Iris lutea, foliis florum repandis variegatis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 720.

Caulis e tereti subcompressus, subnudus, subflexuosus, erectus, multiflorus, glaucus, foliis vix paullo altior. *Folia* ensiformia, acuta, subfalcata, glauca. *Spathae* diphyllae, ventricosae, acuminatae, subherbaceae. *Flores* quatuor seu quinque, alterni, speciosi, inferiores pedunculati. *Corollae tubus* in Spatha latitans, germine duplo longior: *Laciniae* luteae: *exteriores* reflexae, oblongo-obovatae, planae, in medio albidae, venis purpureis punctisque inspersis eleganter variegatae, luteo-barbatae; *interiores* erectae, glabrae, paullo angustiores, oblongae, subundulatae, apice conniventes, a basi ad medium usque venis interruptis purpurascentibus pictae. *Stigmata* bifida, acuta. *Capsula* oblongo-ovata, hexagona, angulis alternis eminentioribus, sexsulcata.

Bunter Schwertel.

Observ. Hanc cum sequente *Willdenow* in Spec. Plant. T. I. P. I. p. 227. male conjunxit.

In collibus herbidis Austriae *Leithaberg* supra *Mannersdorf*, non procul ab *Encersdorf* im *Langenthale (Clusius, Jacq., Host)*, Bohemiae in montosis apricis gramineis versus Comitatum Glacensem et versus Moraviam *(Schmidt)*. 4. Fl. Majo et Junio.

6. Iris *squalens.*

I. foliis ensiformibus, caule multifloro, tereti, brevioribus, tubo corollae subincluso, laciniis obovatis; interioribus emarginatis, obtusis.

Iris squalens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p.

228. (excluso syn. *Jacq.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 118. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 459. *Vest* Manuale p. 282. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 313.

Differt ab antecedente *I. variegata:* 1. *Caule* tereti, foliis altiore. 2. *Spathis* obtusis scariosis, corollae tubum ex parte tantum includentibus. 3. *Corollae laciniis exterioribus* reflexis, sursum margine replicatis, squalide purpureo-caerulescentibus, inferne flavescentibus et venis ramosis purpurascentibus versus latera pictis: *interioribus* erectis, obtusis, squalide flavescentibus; nec cum exterioribus concoloribus, acutis. 4. *Germine* obtuse hexagono.

Gelbbunter Schwertel.

Ad marginem fossae prope pagum *Radapuglio* Forijulii detexit *Berini* secundum *Wulfen;* in montibus et collibus umbrosis, graminosis Bohemiae inter *Elbogen* et *Schlackenwerth (Pohl).* 4. Fl. Junio et Jul.

7. Iris *sambucina.*

I. foliis ensiformibus, falcatis, brevioribus caule tereti, superne diviso, multifloro, tubo corollae subincluso, laciniis interioribus obovatis, laeviter emarginatis.

Iris sambucina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 228. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 118. b. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 459. *Vest* Manuale pag. 283. *Jacq.* Hort. Vindob. 1. p. 1. Tab. 2.

Iridi squalenti proxima, at recedit: 1. *Caule* altiore, superne diviso, floribus pluribus onusto. 2. *Foliis* falcatis. 3. *Corollae laciniis exterioribus* reflexis, oblongis, margine planis, in medio albis, supra medium violaceis, versus basin venis violaceis pictis; *interioribus* erectis, laeviter tantum emarginatis, caeruleo-flavescentibus, basi violaceo-venosis. 4. *Odore* Sambuci florum.

Holderduftiger Schwertel.

In apricis *Podbabae* prope Pragam *(Schmidt)*, Croatiae in montibus, a Fluminensibus *Mala Flanina* vocatis, *(Host.)* 4. Fl. Majo et Jun.

8. Iris *bohemica.*

I. foliis ensiformi-falcatis, recurvis, brevioribus scapo te

reti, subnudo, paucifloro, tubo corollae arcte subincluso, laciniis interioribus margine undulatis, stigmatibus apice revolutis.

Iris bohemica. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 466. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 303. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 213. *Hoppe* bot. Taschenb. 1807. p. 70.

Iris extrafoliacea. Mikan in *Pohl* Flora Bohem. n. 61.

Iris nudicaulis. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 119.

Radix crassa, articulata, cylindrica, horizontalis, extus flavescens. *Scapus* semipedalis et pedalis, teres, debilis, subnudus, glaucescens, plerumque biflorus, basi ramo solitario auctus. *Folia* ensiformi-falcata, recurva, scapo dimidio breviora, disticha. *Spathae* diphyllae, herbaceae, ventricosae, acutae, apice rubicundae, tubum corollae maxima ex parte arcte includentes. *Corollae laciniae exteriores* dependentes, purpureo-caeruleae, venis violaceis pictae, barba inferne alba, superne caerulescente auctae: *interiores* concolores, basi pallide virides, venis rubris, apice arcuatim conniventes, margine undulatae. *Stigmata* apice bifida, acuta, revoluta, cum corolla concoloria, margine serrulata.

Böhmischer Schwertel.

In aridis, apricis, schistosis Bohemiae prope *Krigelbadt (Schmidt)*, et in rupibus prope St. *Procop. (Pohl)*. 4. Fl. Majo.

9. Iris *hungarica.*

I. foliis ensiformibus, subaequantibus caulem subcompressum, multiflorum, tubo corollae incluso, laciniis obovato-cuneiformibus, stigmatibus apice eroso-dentatis.

Iris hungarica. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 64. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. pag. 165. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 214. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungariae 3. p. 251. Tab. 226.

Caulis pedalis et sesquipedalis, subcompressus, tri- seu quadriflorus. *Folia* ensiformia, profunde lineata, ad lentem punctis albis obsessa, longitudine fere caulis. *Spathae* subviolaceae, bivalves, corollae tubo duplo longiores, supremae plerumque biflorae. *Corollae laciniae* obovato-cuneiformes, saturate violaceae, margine lineis albis. *Barba* albido-flavescens. *Stigmata* apice eroso-dentata.

Ungarnscher Schwertel.

In graminosis Hungariae circa *Tohay (Waldst. et Kitaib.)*. 24. Fl. Majo.

b) *Laciniis corollae reflexis, imberbibus.*

10. Iris *Pseud-Acorus.*

I. foliis ensiformibus, subaequantibus caulem tereti-compressum, ramosum, multiflorum, tubo corollae subincluso, laciniis interioribus stigmate minoribus, germine trigono.

Iris Pseud-Acorus. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. I. P. I. p. 232. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 43. *Besser* Galic. n. 52. *Gmelin* Badens. n. 53. *Lumnitz.* Poson. n. 44. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 120. *Pollich* palat. n. 35. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. I. p. 466. *Schkuhr* Handb. I. p. 22. Tab. 5. a. b. *Schmidt* Bohem. n. 308. *Schrader* Germ. I. p. 106. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 216. *Vest* Manuale p. 283. Flora Dan. Tab. 494.

Iris palustris lutea sive Acorus adulterinus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 732.

Iris palustris lutea. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1032.

Pseud-Acorus. *Dodon.* Pempt. p. 248.

Acorus adulterinus. *C. Bauh.* Theatr. p. 633.

Radix horizontalis, articulata, cylindrica, crassa, fibrosa. *Caulis* erectus, tereti-compressus, cubitalis et altior, superne flexuosus, ramosus, multiflorus. *Folia* cum ramis alterna, ensiformia, striata, vaginantia et basi amplexicaulia, longitudine circiter caulis. *Spathae* lanceolatae, acutae, herbaceae, longitudine tubi corollae. *Corolla* flava: *Laciniae exteriores* ovatae, reflexae, loco barbae macula fulva striata pictae; *interiores* erectae, stigmatibus breviores. *Stigmata* flava, sesquiuncialia, apice inaequaliter profunde serrata, quasi laciniata. *Capsula* oblongo-ovata, trigona, angulis sulco exaratis.

Wasser-Schwertel.

Ad ripas fluviorum, in fossis et paludibus. 24. Fl. Majo et Jun.

11. Iris *sibirica.*

I. foliis angusto-linearibus, brevioribus scapo tereti, subtrifloro, tubo corollae brevissimo, subexserto, germine trigono.

Iris sibirica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 237. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 43. *Besser* Galic. n. 53. *Gmelin* Badens. n. 54. *Jacq.* Fl. Austr. 1. p. 6. Tab. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 122. *Pollich* palat. n. 36. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 470. *Schmidt* Bohem. n. 309. *Schrader* Germ. 1. p. 107. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 218. *Vest* Manuale p. 284.

Iris tenuifolia major, flore caeruleo et striato. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 727 et 728.

Iris pratensis angustifolia, non foetida, altior. *C. Bauh.* Theatr. p. 597.

Iris sylvestris angustifolia major. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1036.

Iris angustifolia alterna. *Clus.* Hist. 1. p. 229.

Iris sylvestris byzantina peramoena. *Lobel* Icon. 1. p. 69.

Radix brevis, crassa, fibris pluribus fasciculata. *Caulis* erectus, teres, strictus, simplex, fistulosus, superne nudus, subdivisus, bi-seu tripedalis, bi-seu triflorus. *Folia* angusto-linearia, acuminata, stricta, utrinque plana, striata, caule breviora. *Spathae* lanceolatae, acuminatae; *inferiores* subherbaceae; *superiores* scariosae, brunneae, laxae. *Corollae tubus* brevissimus: *Laciniae exteriores*, recurvae, ovatae, integerrimae, laete caeruleae venis violaceis pictae; *interiores* erectae, elliptico-lanceolatae, purpureo-violaceae, striatae, margine undulatae. *Stigmata* violacea, apice adscendentia, bifida, serrata. *Capsula* trigona, absque sulcis.

Sibirischer Schwertel.

In pratis et sylvaticis montosis, inprimis humidis Germaniae praesertim australioris. 24. Fl. Jun. Jul.

12. Iris *spuria.*

I. foliis lineari-ensiformibus, caulem tereti-compressum, subtriflorum, aequantibus, tubo corollae incluso, germine hexagono.

Iris spuria. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 237. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 44. *Jacq.* Fl. Austr. 1. p. 6. Tab. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 121. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 468. *Schmidt* Bohem. n. 310. *Schrader* Germ. 1. p. 108. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 319. *Vest* Manuale p. 284.

Iris tenuifolia Michelfeldensis spontanea. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 729.

Iris angustifolia prima. *Clus.* Hist. 1. p. 208.

Radix teres, longa, crassa, nodosa, fibrosa. *Caulis* tereti-compressus, erectus, superne plus minus flexuosus, simplex, foliorum vaginis tectus, bi-et triflorus, pedalis et bipedalis. *Folia* lineari-ensiformia, subulata, utrinque plana, striata; *radicalia* caule paullo longiora; *caulina* alterna, breviora. *Spathae* lanceolatae, herbaceae, margine et apice membranaceae, longitudine tubi corollae. *Corolla* amoene caerulea, venis violaceis picta: *Tubo* brevi: *Laciniis exterioribus* patulis, subrotundo-spathulatis, in unguem longum, alatum, desinentibus, loco barbae linea ex albido flava pictis; *interioribus* erectiusculis, subovatis, apice undulato-crenulatis. *Stigmata* fere linearia, apice subincurva. *Capsula* oblonga, hexagona, inaequaliter sulcata.

Bastard-Schwertel.

In pratis udis circa *Mistelbach*, *Waltersdorf*, *Mannersden* Austriae (*Clusius*, *Jacq.*, *Host*), Styriae, (*Sartori*), Bohemiae (*Schmidt*), Palatinatus prope *Laubenheim* (*Koch* et *Ziz*). 4. Fl. Jun. Jul.

13. Iris *graminea.*

I. foliis angusto-linearibus, caule ancipiti, bifloro, duplo longioribus, tubo corollae incluso, capsula hexagona.

Iris graminea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I p. 236. *Besser* Galic. n. 54. *Jacq.* Fl. Austr. 1. p. 5. Tab. 2 *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 123. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 476. *Schmidt* Flora Bohem n. 311. *Schrader* Germ. 1. p. 109. *Schultes* Oestr. Fl. 2 n. 220. *Scop.* Carn. 2. n. 50. *Sturm* Deutschl. Flora I Fasc. 40. *Vest* Manuale p. 283.

Iris graminea, cui quotannis pereunt folia. *Joh. Bauh* Hist. 2. p. 727.

Iris angustifolia sexta. *Clus.* Hist. 1. p. 230.

Iris angustifolia, prunum redolens, minor. *C. Bauh* Theatr. p. 603.

Chamaeiris. *Dodon.* Pempt. p. 247.

Chamaeiris angustifolia. *Lobel* Icon. 1. p. 69.

Chamaeiris angustifolia minor. *Tabernaem.* Kräuterb p. 1037.

Radix teres, nodosa, fibris longis donata. *Caules* plures, semipedales et longiores, ancipites, foliorum vaginis toti inclusi, simplices, plerumque biflori. *Folia* lineari-angustissima, acuminata, utrinque plana, striata, caule duplo longiora. *Spathae* diphyllae, lanceolato-acuminatae, herbaceae. *Flores* purpureo-caerulei, suaveolentes. *Corollae tubus* brevissimus: *Laciniae exteriores* patulae, oblongae, in medio dilatatae; *interiores* erectae, lanceolatae, obtusae, apice integrae. *Stigmata* purpurascentia, apice bifida, subserrata. *Capsula* ovata, hexagona; *angulis* exstantibus, lateribus profunde sulcatis.

Grossblättriger Schwertel.

In pratis et collibus herbidis in Monte *Nanas* (*Scopoli*), *Goriziae* Austriae (*Mathiolus*), inter *Gumpoldkirchen* et *Baden* (*Clusius*, *Jacq.*, *Host*), Galiciae (*Besser*), Styriae (*Sartori*), Bavariae circa *Hohenschwangau et Reisting* (*Schrank*), Bohemiae versus Palatinatum inferiorem (*Schmidt*). ♃ Fl. Majo, Jun.

* * *

Observ. Secundum *Kitaibel* in *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 217. *Iris foetidissima* ad fossas Hungariae provenire dicitur, at locus specialior non indicatus est.

30. IXIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 76. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 65. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 40. Tab. 13.

Corolla sexpartita, aequalis, campanulato-patula, supera: *Tubo* infundibuliformi. *Stigmata* tria, angustissima, bifida. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

Observ. Ab *Iride* recedit *Ixia* praesertim: 1. *Corolla* aequali: *Tubo* infundibuliformi; nec contracto, pervio. 2. *Stigmatibus* simplicibus; nec bilabiatis.

1. Ixia *Bulbocodium.*

I. caule unifloro, foliis linearibus tereti-compressis, sulcatis. *Schrader* Germ. 1. p. 100.

Ixia Bulbocodium. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 106. *Host* Synops. p. 24. *Jacq.* Collect. 3. p. 265. *Ejusd.* Icon. rar. 2. Tab. 271. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 373.

Ixia Bulbocodium α major. Roth Neue Beiträge zur Bot. 1. p. 78.

Trichonema Bulbocodium. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 110.

Crocus vernus angustifolius, violaceo flore. *Clus.* Hist. 1. p. 208. quoad figuram, exclusa descriptione!

Bulbus subrotundus, albus, tunica fuscescente obductus. *Folia* linearia, complicata, sulcata, glabra, omnia radicalia demum caule elongato caulina. *Caulis* sesqui-ad biuncialis, teretiusculus, superne hinc convexus, inde planus, uniflorus. *Spatha* bivalvis; *foliolis* lanceolatis, acutis, concavis: *altero* viridi, erecto, corollam fere aequante; *altero* paullo breviore, dorso virente. *Flos* dilute violaceus, basin versus lutescens. *Corollae laciniae* lanceolatae, acutae, planae: *tribus exterioribus* paullo augustioribus. *Stamina* tria. *Stigmata* tria, profunde bifida: *laciniis* angustissimis, linearibus. *Capsula* subrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.

Europäische Ixie.

In pratis siccis aliisque herbidis locis agri Fluminensis in *Belvedere*, *Braida*, *San Nicolo*, *Bergudi*, inter *Terfactum* et ecclesiam *St. Laurentii* alibique. (*Host*, *Jacquin*). 4. Fl. Febr. Mart.

31. GLADIOLUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 77. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 66. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 31 Tab. 11.

Corolla sexpartita, inaequalis, supera: *Tubo* incurvato; *Laciniis tribus superioribus* latioribus. *Stamina* tria, adscendentia. *Stigmata* tria, revoluto-patentia. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

1. Gladiolus *communis.*

G. foliis ensiformibus, nervosis, spathis tubo corollae multo longioribus, corollae laciniis lateralibus superioribus conniventibus, inferioribus aequilongis.

Gladiolus communis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I p. 213. *Roth* Flor. Germ. T. II. P. I. p. 44. *Besser* Galic n. 49. *Braune* Salisburg. n. 44. *Gmelin* Badens. n. 51. *Lumnitz.* Poson. n. 41. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 111 *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 418. *Schmidt* Bohem n. 312. *Schrader* Germ. 1. p. 101. *Schkuhr* Handb. I

p. 22. Tab. 6. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 207. *Scop.* Carn. 2. n. 48. *Vest* Manuale p. 281.

Gladiolus germanicus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1024.

Gladiolus narbonensis. *Lobel* Icon. 1. p. 98.

Gladiolus. *Rivin.* monop. irreg. Tab. 110. *Dodon.* Pempt. p. 209.

Bulbus subrotundus, depressus, solitarius, post anthesin tantum duplicatus. *Caulis* erectus, teres, simplex, arcuatus, glaber. *Folia* ensiformia, alterna, vaginantia, stricta, glabra, nervosa. *Flores* in racemum laxum, longum, terminalem, secundum, flexuosum dispositi, solitarii, cernui, purpurei vel carnei. *Spatha* diphylla, aequalis, subherbacea: *foliolis* lanceolatis, acutis. *Corolla* hians: *Tubus* incurvus, spatha multo brevior; *Laciniae tres superiores* fere horizontales, conniventes, latiores: *laterales* intermediae incumbentes: *tres inferiores* depressae, paullo angustiores, lanceolato-obovatae, obtusiusculae, aequilongae. *Stamina* tria, adscendentia. *Stigmata* tria. *Capsula* obtuse trigona.

Gemeine Siegwurz.

In pratis, herbidis Germaniae, praesertim australioris. 24. Fl. Majo et Jun.

2. Gladiolus *neglectus.*

G. foliis lineari-ensiformibus, nervosis, spathis tubo corollae vix dimidio longioribus, corollae laciniis lateralibus superioribus patentibus, tribus inferioribus inaequalibus: duabus lateralibus exterioribus obtusissimis, mucronatis, brevioribus intermedia.

Gladiolus neglectus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 418. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 112. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 208. *Ejusd.* Observ. bot. p. 14.

Gladiolus galiciensis. Besser Galic. n. 50.

Similis antecedentis, at diversus: 1. *Bulbo* dimidio minore, ovato, demum duplicato; *inferiore* depresso. 2. *Caule* plerumque minore et tenuiore. 3. *Foliis* brevioribus et angustioribus. 4. *Racemo* densiore. 5. *Spathis* minus inaequalibus, plerumque coloratis, tubo corollae vix dimidio brevioribus. 6. *Corollis* dimidio minoribus: *Laciniis tribus superioribus lateralibus* parte antica et superiore patentibus; nec intermediae incumbentibus: *tribus inferioribus* inaequalibus; *lateralibus* late spathulatis, obtusissimis cum mucrone, intermedia brevioribus. 7. *Florendi tempore* seriore.

Verkannte Siegwurz.

Habitat Leopoli in pratis herbidis infra *Krzywayce*; in fruticetis extra fontem martialem Dn. *Kratter*; circa *Zychow* Croatiae in pratis versus *Mogyla*; in fruticetis versus *Wola (Besser)*, in Pannonia *(Kitaib.)*, prope *Wratislaviam (Treviranus)*. 4. Fl. Jul. et Aug.

32. CROCUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 57. Juss. Gen. ed. Roemer p. 66.

Corolla sexpartita, erecto-patens, aequalis, supera: *Tubo* longissimo. *Stamina* tria, inclusa. *Stigma* profunde partitum. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

1. Crocus *vernus.*

C. corollae laciniis obtusis, emarginatis, stigmatibus inclusis, patentibus, cucullato-involutis, foliis sub anthesi prodeuntibus.

Crocus vernus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 195. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 26. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 107. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 367. *Roth* Bot. Abhandl. und Beob. p. 18. *Schrader* Germ. 1. p. 98. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 204. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22. *Vest* Manuale p. 280. *Wulfen* in *Jacq.* Flora Austr. Append. p. 47. Tab. 36.

Crocus sativus vernus. Schkuhr Handb. 1. p. 21. Tab. 6. *Scop.* Carn. 2. n. 47.

Crocus vernus latifolius cum varietatibus suis. *Clus.* Hist. 1. p. 203.

Bulbus solidus, plerumque duplex, alter alteri impositus: *inferiore* globoso-depresso, radiculas fibrosas demittente; *superiore* minore, subgloboso, florem unum vel alterum cum foliis emittente. *Folia* sub anthesi provenientia, tria vel quatuor, angusto-linearia, obtusa, margine revoluta, supra canaliculata cum nervo dorsali albido, subtus obtuse carinata, basi inclusa *Vaginis* tribus vel quatuor inaequalibus, membranaceis, striatis, diaphanis. *Spatha* diphylla: *interiore* longitudine tubi corollae. *Corolla* brevi pedunculo insidens, violacea, vel ex albo et violaceo variegata, vel alba, sexpartita: *Tubo* longissimo; *Fauce* barbata; *Laciniis* oblongo-obovatis, obtusis, emarginatis, aequalibus, erecto-patulis. *Stamina* tria, fauci corollae inserta, co-

rolla breviora. *Filamenta* longitudine fere antherarum. *Stylus* filiformis, longitudine fere staminum. *Stigmata* tria, corolla breviora, cucullato-involuta, plicata, apice inciso-laciniata. *Capsula* brevis, ovato-trigona, tuberculosa.

Frühlings-Safran.

In pratis montosis et subalpinis Litoralis, Forijulii, Carniolae, Carinthiae (*Wulfen, Scopoli, Host*), Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburgensis, Bavariae (*Schrank*). 4. Fl. Martio et Aprili.

2. Crocus *albiflorus.*

C. corollae laciniis obtusis, integerrimis, stigmatibus inclusis, cuneiformibus, foliis sub anthesi prodeuntibus.

Crocus albiflorus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 367. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 108. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 205. *Hoppe* et *Hornschuch* Reisetagebuch. p. 187.

Differt ab antecedente 1. *Foliis* plerumque tantum duobus e quovis bulbo. 2. *Corolla* semper alba: *Tubo* flavescente; *Limbi laciniis* semper apice integerrimis, *exterioribus tribus* longioribus. 3. *Filamentis* anthera duplo longioribus. 4. *Stigmate* laeviter trifido: *Laciniis* cuneiformibus, apice crenulatis.

Milchweisser Safran.

In alpibus Tyrolis (*Schultes*), Carinthiae et Carniae (*Hoppe* et *Hornschuch*). 4. Fl. Aprili.

3. Crocus *nudiflorus.*

C. corollae laciniis obtusis, integerrimis, stigmatibus inclusis, multifido-laciniatis, penicilliformibus, foliis post anthesin demum prodeuntibus.

Crocus nudiflorus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. pag. 369. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 206.

Crocus sylvestris autumnalis. *Dodon.* Pempt. p. 214. Fig. 1.

Crocum montanum secundum. *Clus.* Hist. 1. p. 208.

Plantam nondum vidi, at sequentibus describitur: *Flores* Septembri vel Octobri mense provenientes, purpureo-violacei ut in *Colchico autumnali*, aphylli, *Vaginis* tantum tribus, ut in antecedentibus vestiti: *Laciniis* aequalibus, obtusiusculis, integerrimis. *Stigma* inclusum, erectum, saturate fulvum, triparti-

tum: *Laciniis* profunde multifidis, penicilliformibus. *Folia* post anthesin e vaginis propullulant, erectiora, pallidiora, quam in antecedentibus, vix revoluta. *Capsula* elliptica, trisulca erecta, Majo mense anni sequentis matura.

Nacktblumiger Safran.

In sylvis umbrosis Transsylvaniae prope *Szalathna* et in Comitatu Bibar prope *Rezbanga* (*Kitaibel*). 4. Fl. Aug. Sept.

4. Crocus *variegatus.*

C. corollae laciniis lanceolatis, acutis, integerrimis, stigmatibus inclusis, linearibus, suberosis, foliis sub anthesi prodeuntibus.

Crocus variegatus. *Hoppe* et *Hornschuch* Reisetagebuch 1. p. 187. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 109. *Schultes* Mantissa ad Vol. I. Syst. Veget. p. 275.

Bulbi duo, alter alteri impositus, ovato-subrotundi: *superiore* majore, tunicis reticulato-cancellatis obducto. *Folia* plerumque quatuor, angustiora, quam in *Croco verno*, fere subulata. *Corolla* caerulescens: *Fauce* glabra: *Laciniis* lanceolatis, acutiusculis, aequalibus; *exterioribus tribus* dorso lineis saturatioribus pictis. *Stamina* tria, longitudine fere Styli: *Filamenta* antheris breviora. *Stigma* profunde trifidum, lineare *Laciniis* inaequalibus, suberosis.

Buntfarbiger Safran.

In pratis montanis lapidosis sylvae *Lippizzae* prope Terge stem et Montefalconem ad Ariam (*Hoppe* et *Hornschuch*) 4. Fl. Martio et Aprili.

* * *

Observ. In Austria inferiore ad Donaufluvium copiose co litur *Crocus sativus*, *Hayne* Arzn. Gewächse Band Tab. 25. et non raro in vicinos agros migrat, tamen no pro Germaniae spontanea planta declarari potest.

†† *Flores inferi.*

33. POLYCNEMUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 72. Juss. Gen. Plant. e Roemer pag. 94. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 21 Tab. 128.

Calyx pentaphyllus, inferus. *Corolla* nulla. *Stamina* sa

pius tria, rarius unum, duo vel quinque. *Stylus* tenuis, bifidus, rarius duo simplices. *Utriculus* monospermus. *Semen* lenticulare, punctatum, erectum.

1. Polycnemum *arvense.*

P. foliis prismaticis, subulatis.

Polycnemum arvense. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 192. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 45. *Besser* Galic. n. 48. *Gmelin* Badens. n. 50. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 105. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 523. *Schkuhr* Handb. 1. p. 2. Tab. 5. a. *Schmidt* Fl. Bohem. n. 284. *Schrader* Germ. 1. p. 97. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 227. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44. *Vest* Manuale p. 285. *Wallroth* Schedulae bot. 1. p. 24.

α. Caule erecto.

Polycnemum arvense. *Jacq.* Fl. Austr. 4. p. 34. Tab. 365. Fig. inferior. *Krocker* Siles. n. 54. Tab. 7. *Schrank* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1791. p. 203. Tab. 1. 1798. p. 201.

β. Caule procumbente.

Polycnemum arvense. *Jacq.* Fl. Austr. l. c. Tab. 365. Fig. superior. *Leers* Herborn. n. 31.

Polycnemum inundatum. *Schrank* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1791. p. 203. Tab. 2. 1798. p. 201.

Radix tenuis, fibrosa. *Caulis* a basi ramosus, teretiusculus, undique foliosus, in *α* erectus, bi- seu triuncialis, in *β* procumbens, ramosissimus, diffusus, saepe pedalis et sesquipedalis. *Rami* striati, basi interiore calloso-nodosi. *Folia* sparsa, triangula, carinata, mucronata. *Flores* axillares, sessiles, solitarii, nonnihil gemini. *Bracteae* duae vel tres, membranaceae, aristatae, florem includentes. *Calycis foliola* lanceolata, aristata, subaequalia, bracteis minora. *Stamina* saepius tria, inter duo vel quinque, corolla minora. *Germen* subrotundum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* penicilliformia. *Utriculus* membranaceus, basi demittens *Semen* lenticulare, punctatum.

Acker-Knorpelkraut.

Observ. Pro soli conditione variat: 1. *Foliis* magis vel minus rigidis, brevioribus et longioribus. 2. *Superficie*, praesertim caulis, glabra et tomentosa. 3. *Staminum* numero 1—5.

In arvis arenosis, locis sterilibus; β in arenosis humidis et inundatis. ☉. Fl. Jul. Aug.

34. FICUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1613. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 439. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 66. Tab. 91.

Receptaculum commune, turbinatum, carnosum, concavum, connivens, ad internam superficiem flosculis tectum, vel in eodem, vel in distincto, superioribus masculis, inferioribus femineis. *Maris Calyx* tripartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* tria. *Pistilli* rudimentum: *Feminei Calyx* quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Germen* ovale. *Stylus* unicus. *Stigmata* duo, reflexa. *Semen* in fundo calycis unicum.

1. Ficus *Carica.*

F. foliis cordatis, tri-quinquelobisve, repando-dentatis, lobis obtusis, supra scabris, subtus pubescentibus, receptaculis pyriformibus, glabris.

Ficus Carica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 1131. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 520. *Scopoli* Carn. 2. n. 1251. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 9. Tab. 13.

Ficus. *Dodon.* Pempt. p. 812.

Caprificus. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 134.

Frutex cortice cinereo obductus. *Rami* brachiati, flexiles, glabri. *Folia* alterna, petiolata, cordata, tri-seu quinqueloba, sinubus rotundatis, lobis obtusis, repando-dentata, supra scabra, subtus vel etiam scabra, vel pubescentia. *Fructus* axillares, solitarii, pedunculati, magnitudine et figura *Pyri*, glabri, succosi.

Gemeine Feige.

In Maceriis, muris vetustis Litoralis, Forijulii (*Host*); ad sepes circa *Duinum* (*Scopoli*); circa *Cherso* et *Osero* ut et in Insula *Veglia* (*Senus*). ♄. Fl. Martio et Aprili.

††† *Cyperoideae. Glumae simplices univalves.*

Observ. Cyperacearum ordinis naturalis, ad quem pertinent cum aliis nonnullis, *Schoenus*, *Cyperus*, *Scirpus*, *Eriophorum* proprius character, in quo omnes hujus ordini plantae conveniunt et a *Graminibus* differunt, foliorum

structura nititur. *Folia* enim *caulina* triangula, canaliculata, carinata, vel teretia, vel raro plana, isthmis interrupta, originem ducunt versus basin e *tubulo*, ore obliquo, secundum longitudinem non diviso seu fisso, culmum Ochreae in modum obducente, infra nodos, si adsunt, a culmo producto. Hinc nodi quasi obsoleti et culmi perfoliati evadunt.

In Graminibus e contrario folia basi vaginantia, ortum suum e nodis trahunt, quorum Vaginae secundum longitudinem divisae, margine membranaceae, culmum involventes et vaginantes, superne ad folii originem *Ligula* plerumque, plus minus evidente, coronatae. Hinc culmi magis articulati et nodi evidentiores sunt. In Cyperoideis aeque ac in Graminibus folia radicalia vaginis secundum longitudinem fissis et dilatatis gaudent.

35. SCHOENUS.

Linn, Gen. Plant. ed. Schreber n. 92. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 31.

Calyx Glumae univalves, in spiculas undique imbricatae; *interioribus* fertilibus convolutis; *exterioribus* sterilibus, plerumque minoribus. *Corolla* nulla. *Nux* unilocularis, nuda, vel setis e receptaculo ortis, obvallata.

Observ. *Schoeni* character essentialis consistit in squamis spicularum inferioribus exterioribus, pluribus quam duae, sterilibus, planiusculis, imbricatis; superioribus, interioribus fertilibus.

a) *Culmo nudo.*

1. Schoenus *coarctatus.*

S. culmo nudo tereti, panicula coarctata, elongata, involucri diphylli folio majore paniculam superante, valido, pungente, receptaculo nudo.

Schoenus coarctatus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 63. *Senus* Reise nach Istrien, Dalmat. p. 22. 25 et 74.

Culmus bi- seu tripedalis, teres, glaber, enodis, nudus, ad basin vaginatus Foliis culmum subaequantibus subulatis. *Vaginae* rufae. *Panicula* terminalis, elongata, coarctata, basi involucrata. *Involucrum* diphyllum, valde inaequale, basi vaginans: *foliolum majus* paniculam superans, validum, pungens. *Pedunculi* semiteretes, nudi, inaequales, terminali fasciculo spicularum,

in brevioribus simplici, in longioribus plus minus composito. *Vaginae* ad basin pedunculorum acuminatae. *Spiculae* sessiles et pedunculatae, albido-virides. *Glumae infimae duae* reliquis majores magisque carinatae, acuminatae; *sequentes* minores, omnes steriles; *superiores* iterum majores, fertiles. *Nux* triquetra, lanceolata, hinc convexa, inde plana. *Setae* in receptaculo nullae.

Gedrängtes Knopfgras.

In locis paludosis circa urbes *Osero* et *Cherso* (*Senus*). ♃. Fl. Aestate.

2. Schoenus *mucronatus.*

S. culmo nudo, tereti, spiculis fasciculato-capitatis, sessilibus, involucro tri-ad hexaphyllo, longissimo, receptaculo nudo.

Schoenus mucronatus. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 259. (excluso synon. *Barrelier.*) *Host* Gram. Austr. IV. Tab. 78. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 157. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 63. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40.

Scirpus maritimus capite glomerato. *Scheuchzer* Agrost. p. 367. Tab. 8. Fig. 1.

Gramen marinum cyperoides. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 498. *C. Bauh.* Theatr. p. 91.

Juncus maritimus. *Lobel* Icon. 1. p. 87.

Culmus erectus, teres, striatus, glaber, enodis, farctus, nudus, semipedalis et pedalis, basi vaginatus *Foliis* rigidis, linearibus, angustissimis, canaliculatis, margine tantum scabris, striatis, mucronatis, modo erectis, modo reflexis aut decumbentibus, culmo nunc longioribus, nunc brevioribus. *Vaginae* membranaceae, fissae, striatae, glabrae, fuscescentes. *Capitulum* terminale, subrotundum, compositum spiculis pluribus sessilibus. *Spiculae* oblongo-ovatae, vel lanceolatae, acutiusculae, compressae, tri-seu quadriflorae. *Involucrum* tri-ad hexaphyllum: *foliis* inaequalibus, ad summum triuncialibus, basi sua latiore, marginem versus membranacea capitulum includentibus. *Glumae* lato-lanceolatae, glabrae, nitidae, purpurascentes vel fuscescentes, compressae, nervosae, nervo dorsali validiore, in mucronem plus minus evidentem, exeunte. *Stigmata* tria. *Nux* trigona, fusca, basi attenuata, apice mucrone parvo terminata. *Setae* in receptaculo nullae.

Spitziges Knopfgras.

In arenoso litore maris Adriatici, ad aquas gradatas, haud infrequens *(Wulfen)*. 24. Fl. Jun. Jul.

3. Schoenus *nigricans.*

S. culmo nudo, tereti, rigidiusculo, spicis fasciculatis, sessilibus, involucri diphylli valvula exteriore spiculas longe superante, receptaculo nudo.

Schoenus nigricans. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 261. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 47. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 158. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 59. *Gmelin* Badens. n. 55. *Ehrhardt* Beitr. 4. p. 48. *Host* Gram. Austr. III. Tab. 54. *Ejusd.* Synops. p. 20. *Pollich* palat. n. 37. *Schrader* Germ. 1. p. 113. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 230. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40. *Vest* Manuale p. 286.

Junco affinis, capitulo glomerato nigricante. *Scheuchz.* Agrost. p. 349. Tab. 7. Fig. 12—14.

Radix fibrosa, fasciculata, caespitem densum foliorum et culmorum producens. *Culmi* erecti, rigidiusculi, teretes, striati, nudi, glaberrimi, enodes, pedales et altiores, basi vaginis foliorum tecti. *Folia* triquetra, superne canaliculata, margine scabriuscula, digitalia. *Vaginae* striatae, glabrae, excepta interiore ad basin Culmi omnes fissae, margine superiore membranaceae, compressae, fusco-ferrugineae; *interior* tubulosa, integra. *Capitulum* terminale, solitarium, sessile, ovatum, spiculis quinque ad decem, sessilibus, compositum. *Involucrum* diphyllum, basi latissimum, nigrum, nitidum, basi vaginans et capitulum basi arcte amplectens, inaequale. *Valvula exteriore* majore, in folium triquetrum, canaliculatum, rigidum, unciale et longius abeunte; *interiore* minore, capitulo raro longiore, emarginata, cum acumine brevi intermedio. *Spiculae* subovato-lanceolatae, compressae, purpurascentes, tri-, rarius quadriflorae. *Glumae* ovato-lanceolatae, concavae, carinatae, e brunneo nigricantes, splendentes. *Stigma* trifidum. *Nux* subrotundo-ovata, trigona, laevissima, albida, nitida.

Schwärzliches Knopfgras.

In turfosis, palustribus, pratis et pascuis udis fere in tota Germania. 24. Fl. Majo—Jul.

4. Schoenus *ferrugineus.*

S. culmo nudo, tereti, flaccido, spiculis fasciculatis, pedicellatis, involucri diphylli valvula exteriore spiculas subaequante, receptaculo setoso.

Schoenus ferrugineus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 261. (excluso synon. *Morison*). *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 159. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 59. *Host* Gram. Austr. IV. Tab. 71. *Sprengel* Mantissa 1. p. 4. n. 4. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 231. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 40. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 25. Flora Dan. Tab. 1503.

Schoenus nigricans. Hoppe bot. Taschenb. 1800. p. 135. et 1802. p. 55.

Schoenus nigricans β ferrugineus. Schultz Suppl. Flor. Stargard. p. 4.

Proximus antecedenti et cum illo saepius commutatus est, at diversus: 1. *Culmis* tenuioribus et flaccidioribus. 2. *Foliis* brevioribus, vix uncialibus, acutioribus. 3. *Spiculis* gracilioribus, laxioribus, plerumque tantum tribus, pedunculatis: *exteriore* majore, evidentius pedunculata, glumis paucioribus (quinque seu sex) composita, quarum duae interiores tantum fertiles, reliquae omnes steriles. 4. *Involucris* oblongo-ovalibus, *exteriori* spiculam exteriorem tantum aequante, non superante. 5. *Setis* quatuor seu quinque hispidis, nucem ovatam cingentibus.

Rostfarbenes Knopfgras.

Observ. Celeber. *Schultzii* planta quoad descriptionem partium optime respondet *S. ferrugineo*, at receptaculum nudum observavit.

Iisdem in locis cum praecedente Carinthiae (*Wulfen*), Styriae prope *Almont* (*Sartori*), prope Salisburgum inter *Glaneg und der Torfstecherei* (*Hoppe*), prope Halam Saxonum *auf der Benndorfer Wiese am Löberbache* (*Sprengel*), Marchiae Brandenb. prope *Prenzlau* (*Müller*). ♃. Fl. Majo, Jun.

b) *Culmo folioso.*

5. Schoenus *fuscus.*

S. culmo folioso, trigono, foliis setaceis, canaliculato-carinatis, fasciculis spicularum subgeminis, pedunculatis, involucri longe brevioribus, stigmatibus stylo longioribus, receptaculo setos

Schoenus fuscus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P.

p. 262. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 48. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 68. *Gmelin* Badens. n. 56. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 156. *Pollich* palat. n. 40. *Schrader* Germ. 1. p. 110. *Sprengel* Mantissa 2. p. 6. n. 5. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 40. *Wallroth* Annus bot. p. 9. n. 8.

Rhynchospora fusca. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 88.

Scirpus spicis gemellis obesis. *Hall.* Gött. p. 57.

Radix repens, fibrosa. *Culmus* semipedalis, erectus, trigonus, *angulis* obtusis. *Folia* setacea, erecta, canaliculata, carinata: *radicalia* longitudine plerumque totius culmi; *culmea* breviora. *Fasciculi* spiculis coaretatis compositi, pedunculati. *Pedunculus lateralis* duplo longior terminali, nudus absque involucro. *Fasciculi terminales* plerumque duo, breviter iterum pedicellati; *unico* multo minore, nudo. *Involucrum commune* monophyllum, basi vaginans et pedicellos includens, triplo longius involucris partialibus et fasciculum ipsum superans; *involucra partialia* ad fasciculos terminales duo vel tria, inaequalia, basi latiora, omnia figura foliorum. *Spiculae* ovato-oblongae, sub omni aetate lanugineae, nitidae, subtriflorae, basi *Bractea* parva dilutiore suffultae. *Glumae* ovatae, concavae, carinatae, acuminatae: *inferiores* duae vel tres minores, steriles. *Stigmata* duo, stylo longiora, capillaria. *Nux* ovato-subrotunda, glabra, nitida, stylo persistente coronata, basi setis tribus seu quatuor, longioribus, obvallata.

Braunes Knopfgras.

In turfosis hieme inundatis, palustribus, pascuis udis non rarus in Germania. 2. Fl. Jun. et Jul.

6. Schoenus *albus.*

S. culmo folioso, trigono, foliis linearibus, carinatis, fasciculis spicularum pedunculatis, subcorymbosis, involucrum aequantibus, stigmatibus stylo brevioribus.

Schoenus albus. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 267. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 49. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 67. *Ehrhardt* Beitr. 4. p. 154. *Gmelin* Badens. n. 57. *Host* Synops. p. 28. *Ejusd.* Gram. Austr. IV. Tab. 72. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 155. *Pollich* palat. n. 39. *Schkuhr* Handb. 1. p. 25. Tab. 7. *Schrader* Germ. 1. p. 111. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 229. *Sprengel* Halens. n. 51. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40. Flora Dan. Tab. 320.

Rhynchospora alba. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 87.

Gramen cyperoides palustre, leucanthemum. *Scheuchzer* Agrost. p. 503. Tab. 11. Fig. 11.

Radix repens fibrosa. *Culmus* palmaris et pedalis, erectus, superne trigonus. *Folia* lineam ad sesquilineam lata, linearia, canaliculata, carinata nervo tenuissimo albicante, per exsiccationem convoluta, culmea radicalibus conformia. *Pedunculi* tres seu quatuor, solitarii alterni, unciales et longiores, filiformes, fasciculis spicularum fere corymbosis terminati. *Pedicelli* saepe divisi, setacei. *Involucri foliola* reliquis foliis similia, fasciculis non longiora. *Spiculae* lanceolatae, pauciflorae, niveae, nitentes, post florescentiam et per exsiccationem fulvae. *Glumae* ovatae, tres seu quatuor, sensim majores, acuminatae. *Stamina* tria, interdum duo tantum. *Stigmata* duo, stylo duplo breviora. *Nux* obovalis, stylo persistente coronata, basi setis sex ad octo obvallata.

Weisses Knopfgras.

Observ. I. Differt ab antecedente *S. fusco*: 1. *Foliis* latioribus. 2. *Spicularum fasciculis* subcorymbosis, niveis, demum tantum fulvescentibus. 3. *Involucro* vix longitudine pedunculorum nunquam illos superante. 4. *Stigmatibus* stylo brevioribus. 5. *Nuce* obovali, basi setis duplo pluribus obvallata.

Observ. II. Colore spicularum post florescentiam, ut etiam per exsiccationem, fulvescente, deducti Floristae nonnulli hoc in statu hanc speciem pro *Schoeno fusco* habuerunt, quod accidit Celeber. *Smith* in Flora brit. Vol. I. p. 46. et veneratiss. *Sprengel* in Mantissa prima Fl. Halens. p. 4. n. 3.

Observ. III. Ex hac et antecedente Schoeni specie cum aliis similibus hujus generis, ob stylum basi incrassatum, et persistentem, proprium genus condidit b. *Vahl*, sub nomine *Rhynchospora*. At quum omnibus reliquis in partibus floris et fructus cum *Schoeno* conveniant, haec styli conditio non sufficere mihi videtur, quo ab hoc genere removeantur et genere distinguantur.

In turfosis palustribus, aquis stagnantibus. 2|. Fl. Jun. — Au

36. CYPERUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 93. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 31. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 9. Tab. 2.

Calyx Glumae univalves, uniflorae, distiche in spiculas compressas imbricatae: *duabus exterioribus* saepe sterilibus. *Corolla* nulla. *Semen* nudum.

1. Cyperus *pannonicus.*

C. umbella simplici, sessili, subtriphylla, spiculis sessilibus, ovatis, glumis ovato-subrotundis, obtusis, radice fasciculata.

Cyperus pannonicus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 273. *Host* Synops. p. 30. *Ejusd.* Gram. Austr. 3. p. 47. Tab. 70. *Jacq.* Flora Austr. 5. p. 29. Append. Tab. 6. *Lumnitz.* Poson. n. 48. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 169. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 232. *Vest* Manuale p. 293.

Radix fasciculata, fibrillosa, fuscescens. *Culmi* plures plerumque, basi saltem decumbentes et caespitem densum formantes, oblique adscendentes, unciales ad semipedales, obsolete triquetri, aphylli, glabri. *Folia* linearia, canaliculata, culmo breviora. *Umbella* terminalis, composita spiculis tribus vel quatuor, sessilibus. *Involucrum* di-, rarius triphyllum: *foliolis* longitudine inaequalibus, e lata concava basi umbellam obvallantibus, caeterum reliquis foliis similibus, quorum *exterius* longissimum, sesqui- ad biunciale, versus apicem saepius recurvum. *Spicae* ovato-oblongae, obtusae, compressae, plerumque laeviter incurvatae, sesquilineam ad duas lineas longae. *Glumae* imbricatae, subrotundo-ovatae, membranaceae, concavae, carinatae, apice brevissimo obtusoque mucrone terminatae, pallidae, dorso striis viridibus pictae, margine albidae et non raro macula atropurpurea notatae. *Stigmata* duo. *Semen* dilute badium, lenticulare.

Ungarnsches Cyperngras.

In insulis Danubialibus, ad *Neusiedeler See* Austriae (*Wulfen, Jacq.*), in Insula *Schütt* ad Posoniam (*Lumnitzer*), in Hungariae paludosis salsis (*Schultes*), in litore lacus *Peisonis* Pannoniae (*Host*). ⊙. Fl. Aug. Sept.

2. Cyperus *flavescens.*

C. umbella subcomposita, subtriphylla, spiculis subsessilibus, lanceolatis, glumis oblongo-ovatis, obtusis, radice fasciculata.

Cyperus flavescens. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I.

p. 279. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 50. *Besser* Galic. n. 58. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 49. *Gmelin* Badens. n. 59. *Krocker* Siles. n. 67. Tab. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 124. *Host* Gram. Austr. 3. p. 48. Tab. 7. *Lumnitz.* Poson. n. 46. *Pollich* palat. n. 41. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 191. *Schkuhr* Handb. 1. p. 25. Tab. 7. *Schrader* Germ. 1. p. 117. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 234. Flora Dan. Tab. 1682.

Cyperus minimus, panicula sparsa, subflavescente. *Scheuchz.* Agrost. p. 385.

Gramen pulchrum parvum, panicula laxa compressa. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 470 et 471.

Gramen cyperoides minus, panicula sparsa. *C. Bauh.* Theatr. p. 89.

Radix fibrosa, fasciculata, Caules plures producens. *Caules* basi foliosi, maxima ex parte nudi, triquetri, glabri, tenues, semidigitales, digitales et longiores. *Folia* augusto-linearia, acuminata, carinata, vix culmi longitudine, margine carinaque scabriuscula. *Vaginae* laxae, glabrae. *Involucrum* tri-seu tetraphyllum: *foliolis* inaequalibus, caeterum foliis similibus, quorum maximum unciale vel sesquiunciale. *Spiculae* lanceolatae, subsessiles obtusae, planae, flavae, fasciculatae, inaequales, Umbellam constituentes. *Glumae* membranaceae, oblongo-ovatae, obtusae, dorso nervo viridi carinatae, compressae, nitidae: *duabus inferioribus* paullo minoribus. *Stigmata* plerumque tantum duo. *Semen* subrotundum, lenticulare, basi alternatum, apice mucrone exiguo terminatum, nigrum, obsolete punctatum.

Gelbliches Cyperngras.

In pascuis et pratis paludosis. ⊙. Fl. Jun. — Aug.

3. Cyperus *fuscus.*

C. umbella composita, triphylla, umbellulis sessilibus pedunculatisque, spiculis lineari-lanceolatis, glumis acutiusculis, radice fasciculata.

Cyperus fuscus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 280. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 50. *Besser* Galic. n. 56. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 50. *Gmelin.* Badens. n. 60. *Krocker* Siles. n. 68. Tab. 11. *Leers* Herborn. n. 33. Tab. 2. *Host* Gram. Austr. 3. p. 49. Tab. 73. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 125. *Pollich* palat. n. 42. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 191. *Schkuhr* Handb. 1. p. 25. Tab. 7. *Schrader* Germ. 1. p. 118. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 235. Flora Dan. Tab. 1562.

Cyperus minimus, panicula sparsa nigricante. *Scheuchz.* Agrost. p. 334.

Gramen parvum pulchrum aliud, panicula compressa nigricante. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 471.

β. virescens spiculis tenuioribus, virescentibus.

Cyperus virescens. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 280. *Hoffmann* Germ. ed. 2. p. 21. *Gmelin* Badens. n. 61.

Cyperus fuscus β virescens. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *Schrader* Germ. l. c.

Cyperus compressus nostras seu viridis. *Krocker* Siles. n. 69. Tab. 13.

Differt ab antecedente: 1. *Culmis* plerumque altioribus, praesertim in *β virescente.* 2. *Umbella* composita: umbellulis sessilibus et pedunculatis: *Pedunculis* triquetris, basi *Ochrea* albida, oblique truncata laxe indutis. 3. *Spiculis* lineari-lanceolatis e fusco-purpureis, in *β* dilutioribus virescentibus tenuioribus. 4. *Glumis* remotiusculis, acutiusculis, nervo dorsali latiore. 5. *Stigmatibus* semper tribus. 6. *Semine* exacte triquetro, albido.

Braunes Cyperngras.

In pratis humidis et paludosis. ⊙. Floret Jun. et Jul.

4. Cyperus *australis.*

C. umbellae capitulis ovato-subrotundis, sessilibus pedunculatisque, involucro subhexaphyllo, spiculis linearibus, glumis lineari-lanceolatis, obtusiusculis, radice fasciculata.

Cyperus australis. *Schrader* Germ. 1. p. 116. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 129. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 199.

Cyperus glomeratus. *Host* Gram. Austr. 3. p. 48. Tab. 71. (exeluso synon. *Linn.*)

Cyperus aquaticus italicus, procerior, lacustris, tenuissimis in racemis in densum congestis, semine cinereo, longo, perangusto. *Michel* Nov. Plant. Genera. p. 45. n. 12. *Seguier* Veron. 3. p. 68.

Cyperus paniculis glomeratim congestis, seminibus aristatis. *Monti* Gram. 14. Tab. 1. Nr. 1.

Radix fibrosa, crassiuscula, fusca. *Culmi* plures sesquipedales ad tripedales, adscendentes, triquetri, glabri, vaginati,

superne nudi. *Folia* linearia, acuminata, carinata, margine carinaque apicem versus plus minus scabra: *inferiora* culmo breviora; *superiora* plerumque illo longiora. *Vaginae* ex glauco flavescentes, *Involucri universalis folia* quinque seu sex, reliquis conformia, at margine et carina evidentius scabra, umbellam superantia, inaequalia, quorum exterius maxumum sesqui-ad bipedale, sequentia magnitudine decrescentia; *partialis* singulo florum capitulo subjecti *folia* duo vel tria, reliquis similia, quoque inaequalia, sed longe minora et teneriora. *Ochreae* laxae, truncatae, dilute ferrugineae. *Umbella* capitulis quinque ad octo pedunculatis sessilibusve composita. *Pedunculi* compressi, circiter unciales. *Capitula* ovata, vel subrotundo-ovata, saepius subtriquetra, e spiculis numerosis conglomerata. *Spiculae* lineares exiguae, novem ad tredecimflorae. *Glumae* minutissimae, lineari-lanceolatae, obtusiusculae, compressae, glabrae, rufescentes, nervo dorsali viridi, primum imbricatae, demum remotiusculae: *inferiores duae* lanceolato-acuminatae; *exteriore* paullo majore, acutiore, plerumque sterili. *Semen* triquetrum.

Südliches Cyperngras.

Observ. In locis minus humidis omnibus in partibus minor evadit.

In Litoralis maritimis prope *Duinum* et *Monfalconium* (*Wulfen*). ♃. Fl. Jul. et Aug.

5. Cyperus *esculentus.*

C. umbella supra decomposita, subpentaphylla, spiculis lanceolatis, glumis oblongo-ovalibus, obtusis, radice tuberosa.

Cyperus esculentus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. p. 284. *Host* Gram. Austr. 3. p. 50. Tab. 75. *Mertens* *Koch* Deutschl. Flora n. 126. *Schrader* Germ. 1. p 11 *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 202.

Cyperus rotundus esculentus angustifolius. *C. Bauh.* Theat p. 222. *Scheuchz.* Agrost. p. 382.

Trasi. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 504 et 505.

Trasi Veronensium vel esculenti Cyperi Dulechinum Guilandini et Cyperus dulcis Theophrasti. *Lobel* Icon. 1. p. 178.

Radix e fibris tortuosis, ramosis simplicibusque composit quibus hinc inde adhaerent tubera parva, ovato-subrotund *Culmi* plures, caespitosi, semipedales et longiores, triquetri, gl bri, inferne vaginati, caeterum nudi. *Folia* linearia, acuminat margine carinaque, praesertim versus apicem scabra, vel culmu

aequantia vel illo longiora. *Involucrum* tetra- vel hexaphyllum: *foliis* inaequalibus reliquis foliis conformibus: *duobus* majoribus, umbellam superantibus. *Ochreae* laxae, oblique truncatae, pedunculos et pedicellos vaginantes. *Umbellae* radii seu pedunculi novem ad duodecim, subcompressi, glabri, diversae longitudinis. *Spiculae* ad apicem pedunculorum alternae, lanceolatae, obtusae, glabrae, nitidae, ferrugineae, vel e ferrugineo et purpurascente variae, subdecemflorae, in minoribus pedunculis omnes sessiles et solitariae, in majoribus inferiores plerumque geminae et pedicellatae. *Glumae* oblongo-ovales, obtusae, compressae, imbricatae: *duae inferiores* inaequales, steriles, quarum exterior in spiculis inferioribus, praeprimis pedicellatis, longe major et in acumen serrulatum attenuata.

Essbares Cyperngras. Erdmandel.

In humidis prope Aquilejam (*Wulfen*). 2|. Fl. Aug. Sept.

6. Cyperus *patulus.*

C. umbella decomposita, triphylla, spicis oblongis, erectis: fructiferis patulis, glumis mucronatis, carina scabris, radice fasciculata.

Cyperus patulus. *Host* Gram. Austr. 3. p. 44. Tab. 74. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 203. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 236. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 73.

Radix fibrosa. *Culmi* inferne tantum trigoni, superne triquetri, vaginis foliorum tecti. *Folia* linearia, glabra, canaliculata, carinata, superne scabra, margine carinaque aculeata. *Vaginae* glabrae, laeves; *infimae* squamaeformes, aphyllae. *Involucrum uuiversale* triphyllum, longissimum, reliquis foliis simile. *Umbella* subquinqueradiata, paniculata. *Pedunculi* inaequales, basi incrassati: *inferiores* longi, ramosi, primum erecti, dein obliqui aut divaricati: *ramulis* brevissimis; inferioribus squamula suffultis, in foliolum attenuata; *reliquis* squamula aphylla. *Spiculae* compressae, alternae: *floriferae* ovatae, erectae, imbricatae: *fructiferae* oblongae patulae. *Glumae* mucronatae, carina scabrae, e flavescenti, ferrugineo et viridi variae. *Stigma* trifidum, villosum. *Semen* trigonum, minimum.

Abstehendes Cyperngras.

In Pannoniae arenosis humidis Danubii et in Bannatus fossis et pratis humidis (*Kitaibel*, *Host*). ⊙. Fl. Aug.

7. Cyperus *Monti.*

C. umbella decomposita, subpentaphylla, spiculis lanceolatis, glumis ovatis, obtusis: fructiferis remotiusculis, patulis, radice repente.

Cyperus Monti. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 286. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 67. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 128. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 207. *Schrader* Germ. 1. p. 122. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 238.

Cyperus serotinus, odoratus, radice longa, panicula e locustis latis, ferrugineis compactis. *Monti* prodr. p. 12. Tab. 1. n. 2. *Scheuchz.* Agrost. p. 380.

Cum sequente *Cypero longo* proxime cognatus est et convenit cum illo: *Radice*, *Culmis*, *Foliis*, *Involucris* et *Umbella* multiradiata, differt autem: 1. *Umbella* minus composita. 2. *Pedunculis* compressis, brevioribus, *majoribus* inferne uno alterove ramulo auctis; *reliquis* sensim minoribus et indivisis. 3. *Spiculis* copiosioribus, numerosis alterne pinnatim radiis seu pedunculis et ramulis (si adsint) insidentibus (nec sparsis alternis tantum) latioribus, lanceolatis, obtusis, crassiusculis, laxioribus, patulis. 4. *Glumis* magis ovatis, vix carinatis, apice tantum pallidioribus, septemnerviis, nervo intermedio evidentiore viridi: *juvenilibus* recentibus quidem imbricatis: *adultioribus* autem et *fructiferis*, ut etiam per exsiccationem, remotiusculis. 5. *Semine* obovato, compresso, pallide fusco; nec triquetro, nigro.

Montisches Cyperngras.

Variat: Spiculis angustioribus, vinginti-ad trigintifloris.

In maritimis Litoralis prope *Duinum*, *Monfalconium*, *Aquilejam* alibique *(Wulfen).* 24. Fl. Jul. et Aug.

8. Cyperus *longus.*

C. umbella supradecomposita, subhexaphylla, spiculis linearibus, glumis oblongo-ovalibus, acutiusculis, dense imbricatis, radice repente.

Cyperus longus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 285. (excluso syn. *Rottboël*) *Host* Synops. p. 29. *Ejusd.* Gram. Austr. 3. p. 51. Tab. 76. *Hayne* Termini bot. Tab. 45. Fig. 2. *Jacq.* Collect. 3. p. 191. *Ejusd.* Icon. rar. 2. Tab. 297. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 127. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 204. *Schrader* Germ. 1. p. 120. (excluso syn. *Rottboël*) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 237. *Senus* Iter Istr. et Dalmat. p. 33. *Vest* Manuale p. 293.

Cyperus odoratus radice longa, seu Cyperus officinarum. *Scheuchz.* Agrost. p. 378. Tab. 8. Fig. 12.

Cyperus longus, odoratns. *C. Bauh.* Theatr. p. 216.

Cyperus panicula sparsa speciosa. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 493.

Radix repens crassa, fusco-nigra, fibras plures emittens, odorata. *Culmi* triquetri, acutanguli, glabri, nitidi, basi vaginati, bi-seu tripedales et longiores. *Folia* linearia, acuminata, nitida, culmum aequantia, vel breviora, margine carinaque, praesertim superne, scabra. *Vaginae* fuscescentes, quandoque purpureo-maculatae. *Involucrum universale* tetra-vel hexaphyllum, foliis simile: *folia* inaequalia, *maximum* saepe ultra pedem longum; *partiale* umbellulis subjectum, di-vel triphyllum: *foliolis* setaceis, inaequalibus, umbellula brevioribus. *Ochreae* laxae, truncatae, dilute ferrugineae. *Umbella* multiradiata, supradecomposita, cum umbellula centrali sessili. *Pedunculi* compresso-triquetri: *majores* umbella simplici, pariter inaequali, terminati. *Spiculae* lineares, acutiusculae, glabrae, undecim-ad vigintiflorae. *Glumae* imbricatae, oblongo-ovales, compressae, ferrugineo-purpurascentes, margine dilutiores, nervo carinali viridi: *duabus inferioribus* minoribus, plerumque sterilibus. *Semen* triquetrum, nigrum.

Langes Cyperngras.

In Litorali in fossis *Duini*, *Aquilejae*, in Forijulii locis palustribus et inundatis *(Wulfen, Scopoli, Host)*, in Insula Veglia *(Senus)*, ad Thermas Badenses et rivulos Austriae *(Jacq.)*. 2|. Fl. Jul. et Aug.

* * *

Cyperus badius. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 203. (Cyperus longus *Lejeune* Flore des environs de Spaa) secundum *Mösler* Handb. ad piscinam prope *Aachen* sponte provenire fertur.

37. SCIRPUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 94. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 31. Gaertner de Fruct. Vol I. p. 10. Tab. 12.

Calyx Glumae univalves, uniflorae, in spicam vel spiculas undique imbricatae: *exteriorum* una vel altera saepe ste-

rili. *Corolla* nulla. *Nux* uniloculari, vel nuda, vel setis e receptaculo obvallata.

Observ. Scirpus *Schoeno* proximus, at differt: 1. *Flosculis* pluribus in spica vel spicula. 2. *Gluma* una vel altera tantum ex inferioribus sterili, in quibusdam omnibus fertilibus. 3. *Glumis floriferis* concavis quidem, imbricatis, sed non convolutis.

A. *Spica unica*

a) *simplici.*

1. Scirpus *palustris.*

S. radice repente, culmo subtereti, ochreis aphyllis, spica nuda, glumis acutiusculis, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

α. major.

Scirpus palustris. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 291. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 52. *Besser* Galic. n. 57. *Gmelin* Badens. n. 62. *Host* Gram. Austr. 3. p. 38. Tab. 55. *Leers* Herborn. n. 34. Tab. 1. Fig. 3. *Lumnitz.* Poson. n. 49. *Pollich* palat. n. 43. *Schrader* Germ. I. pag. 127. *α. Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 130. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 24. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 9. Flora Dan. Tab. 273.

Eleocharis palustris. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 151.

Scirpus Equiseti capitulo major. *Scheuchz.* Agrost. p. 360. Tab. 7. Fig. 17.

Juncus capitulis longis, sive clavatis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 523.

Juncus Equiseti capitulis. *C. Bauh.* Theatr. p. 186.

Juncellus cyperoides, capitulo simplici. *Lösel* Pruss. pag. 131. Tab. 36.

β. maximus.

Scirpus palustris *β. Schulz* Suppl. Florae Stargard. p. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *β. Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 75. *β.*

γ. minor.

Scirpus palustris. Roth Flora Germ. l. c. *β.* (excluso s.

non. *Scheuchz.*) *Gmelin* Badens. l. c. Var. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. γ. *Schrader* Germ. l. l. c. β.

Scirpus Baeothrion. Wohlleben Suppl. Florae Halens. pag. 3.

Scirpus acicularis. Flora Dan. Tab. 167. secundum *Trentepohl* in *Roth* bot. Bemerk. u. Berichtig. p. 57.

Scirpus caule aphyllo, spicis subrotundis, glumis obtusis. *Berger* Flora Francof. p. 315. secundum *Schrader.*

Scirpus Equiseti capitulis crassioribus et habitioribus, pumilus et multicaulis. *Rupp.* Jen. ed. *Haller* pag. 319. secundum *Schrader.*

Radix teres, articulata, squamata, subrepens, in γ fere lignosa. *Culmi* caespitosi, teretiusculi, aphylli, erecti, laeves, basi vaginis truncatis, aphyllis vestiti: in α semipedales et pedales; in β ultra bipedalis, e tereti compressiusculus; in γ digitalis et sesquidigitalis, tenuior, rigidior et minus strictus. *Spica* terminalis, solitaria, nuda, oblonga, multiflora, in α semiuncialis, vix longior; in β pollicaris, cylindracea; in γ duas ad tres lineas longa. *Glumae* imbricatae, subcarinatae, fuscescentes; *duae inferiores* subrotundo-ovatae, obtusae, steriles, reliquae superiores oblongo-ovatae, sensim angustiores, acutiusculae, fertiles. *Stylus* apice bifidus. *Nux* obovata, lenticulari-compressa, pallide flava, basi *setis* quatuor obvallata.

Sumpf-Binse.

In fossis, paludibus, rivulis; γ in pascuis et pratis humidis. 2|. Fl. Jun. — Aug.

2. Scirpus *multicaulis.*

S. radice fasciculata, fibrosa, culmo tereti, ochreis aphyllis, spica nuda, glumis obtusis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus multicaulis. Römer et Schultes Syst. Veg. 2. p. 125. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 53.

β. *viviparus*, culmis procumbentibus, flosculis viviparis. *Bönninghausen* Fl. Monast. l. c.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* numerosi, in caespitem conjuncti, diffusi, vel procumbentes, teretes, graciles, spithamaei et pedales, basi ochreati, caeterum nudi. *Ochreae* duae aphyllae: interiore apice oblique truncata, subacuta. *Spica* terminalis, solitaria, elliptica, ferruginea, nuda, multiflora. *Glu-*

mae ovatae, obtusae, apice rotundatae, subscariosae, demum emarginato-crenatae: inferioribus reliquis fere aequantibus, at latitudine inaequalibus. *Stigmata* tria. *Nux* acute triquetra, basi angustata, apice rudimento styli acuto terminata.

Vielhalmige Binse.

In locis turfoso-paludosis Westphaliae versus *Gronau* et *Bentheim*, prope *Dinslaken* (*De Bönninghausen*). ♃. Fl. Jun. Jul.

3. Scirpus *uniglumis.*

S. radice repente, culmo teretiusculo, ochreis aphyllis, glumis obtusis: infima basi spicam nudam amplectente, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus uniglumis. Link Jahrb. der Gewächskunde 1. 3. p. 77. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 131.

Scirpus tenuis. Schreber in *Schweigger* et *Körte* Fl. Erlang. p. 12 et 159.

Scirpo palustri proximus et cum illo facile commutandus, a differt: 1. *Culmo* graciliore. 2. *Spica* saturatiore, flosculis paucioribus. 3. *Glumis* obtusis, dorso linea multo angustiore notatis: *infima* culmam spicamque basi involvente, marginibus sibi contiguis.

Einbalgige Binse.

In turfosis circa *Rostock* (*Link*), Erlangam (*Bischoff*) in Wetteravia (*Kröber*), in Palatinatu (*Ziz*), prope *Münster*, in *Mauritz-Heide*, inter *Nobiskrug* et *Telgte*, *Dissen*, *Bentheim* (*Bönninghausen*). ♃. Fl. Jun. — Aug.

4. Scirpus *ovatus.*

S. radice fasciculata, culmo subcompresso, ochreis aphyllis, spica nuda, glumis obtusis, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus ovatus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 294. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 562. (exclusis syn. *Bergen* et *Rupp.*) *Ejusd.* Catalecta bot. 1. p. 5. *Besser* Galic. n. 58. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 54. *Host* Gram. Austr. 3. p. 38. Tab. 56. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 54. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 132. *Schrader* Germ. 1. p. 12? *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 242. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 1(

Scirpus capitatus. *Schreber* Lips. p. 60. *Roth* Flora Germ. T. I. p. 21. T. II. P. I. p. 54. (exclusis synonymis.)

Scirpus multicaulis. *Gmelin* Badens. n. 65. (exclus. syn. *Smith. Rupp. Moris.*)

Eleocharis ovata. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 152.

Carex caespitosa. Flora Dan. Tab. 372. (exclus. synon.)

Radix fibrosa, fasciculata, densum culmorum caespitem producens. *Culmi* digitales, palmares, erectiusculi, vel patentes, subcompressi, glabri, graciles, versus apicem contracti, inferne vaginati *Ochreis* truncatis, aphyllis. *Spica* terminalis, solitaria, ovata, obtusa, multiflora, nuda. *Glumae* ovatae, obtusae, glabrae, nitidae, fusco-ferrugineae, apice pallidiores, nervo dorsali viridi distinctae: *duabus inferioribus* obtusioribus, sterilibus. *Stamina* et *Stigmata* plerumque duo. *Nux* obovata, exigua, lenticulari-compressa, basi attenuata, obvallata *Setis* sex, retrorsum hispidis, illam supereminentibus.

Eiförmige Binse.

In limosis humidis, aquis stagnantibus et palustribus fere in tota Germania, praesertim australiore. ⊙. Fl. Jun. Jul.

5. Scirpus *caespitosus.*

S. radice fasciculata, culmo tereti, ochreis in rudimentum folii desinentibus, spica involucro diphyllo inclusa, glumis obtusis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus caespitosus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 292. (excluso synon. *Morisoni.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 52. *Ejusd.* Catalecta bot. I. p. 7. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 56. *Gmelin* Badens. n. 63. *Krocker* Siles. n. 72. Tab 14. *Host* Gram. Austr. 3. p. 40. Tab. 59. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 134. *Pollich* palat. n. 44. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 122. *Schrader* Germ. I. pag. 123. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 239. *Schulz* Suppl. Florae Stargard. p. 5. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 10.

Scirpus montanus, capitulo breviore. *Scheuchz.* Agrost. p. 363. Tab. 7. Fig. 18.

β. nemorosus.

Scirpus caespitosus β. *Roth* Fl. Germ. l. c. *Schrader* Germ. l. c. *Schulz* Suppl. Fl. Stargard. l. c.

Radix fibrosa fasciculata. *Culmi* plures caespitosi, erecti,

semidigitales, digitales et paullo altiores, in β pedales et sesquipedales, striati, nudi, basi *Ochreis* apice in rudimentum folii desinentibus vestiti. *Involucrum* diphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, obtusis, in mucronem foliaceum brevem desinentibus, spicae adpressis illamque maxima ex parte includentibus, fusco-ferrugineis, cum nervo dorsali viridi crassiusculo: *altero* paullo breviore. *Spica* terminalis, pauciflora, exigua, ovalis. *Glumae* involucri foliolis conformes, at angustiores, structurae tenuioris et mucrone foliaceo destitutae, omnes fertiles. *Stigmata* tria. *Nux* triquetra, styli rudimento coronata, nigra, *Setis* sex obvallata.

Moor-Binse.

Variat Spicis maturo semine coma foliacea coronatis. *Bönninghausen* Fl. Monast. l. c.

In ericetis et pascuis turfosis humidis. ♃. Fl. Majo et Jun.

6. Scirpus *Boeothryon.*

S. radice subrepente, culmo tereti, ochreis aphyllis, spica nuda, glumis obtusis: duabus inferioribus majoribus, involucrum mentientibus, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

α. major.

Scirpus Boeothryon. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 293. (excluso synon. Florae Dan.) *Ehrhardt* Beiträge 2. p. 81. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 54. (excluso syn. Florae Dan.). *Ejusd.* Catalecta bot. 1. p. 8. *Host* Gram. Austr. 3. p. 40. Tab. 58. *Dreves* et *Hayne* Icon. 1. Tab. 22. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 135. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 123. *Schrader* Germ. 1. pag. 125. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 240. *Schulz* Suppl. Florae Stargard. p. 5. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10.

Scirpus Halleri. Gmelin Badens. n. 61.

Scirpus pauciflorus. Schreber in *Schweigger* Flora Erlang. 2. p. 137. *Sprengel* Fl. Halens. n. 56.

Scirpus minimus, capitulo squamoso, breviore et crassiore fusco. *Scheuchz.* Agrost. p. 366. Tab. 7. Fig. 21.

β. minor.

Scirpus Boeothryon β minor. Schrader Germ. l. c.

Scirpus Boeothryon β campestris. Bönninghausen Fl. Monast. n. 57.

Scirpus campestris. Roth Catalecta bot. 1. p. 5. *Willd.*

Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 293. *Dreves* et *Hayne* Icon. 1. Tab. 23. *Hayne* Term. bot. Tab. 25. Fig. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 123.

Scirpus minimus, spica breviore squamosa spadicea. *Scheuchz.* Agrost. p. 364. Tab. 7. Fig. 19.

Radix plus minus repens. *Culmi* nonnulli, vel plures, erecti, teretes, striati, graciles, a biunciali ad palmarem altitudinem assurgentes; in β breviores, plerumque oblique adscendentes. *Ochreae* culmum arcte investientes, aphyllae. *Spica* terminalis, solitaria, nuda; *florifera* oblongo-ovata; *fructifera* ovata, obesa et nonnunquam apice subbifida: in β minor, flosculis pancioribus onusta, etiam fructifera angustiore. *Glumae* oblongo-ovatae vel ex ovato lanceolatae, obtusae, compressae, glabrae, nitidae; *duae exteriores* majores, involucrum mentientes, sed plerumque quoque fertiles inaequales, spica ipsa sesqui- vel duplo fere breviores, obtusiores, absque mucrone foliaceo: in β *duae exteriores* ob minorem florum numerum spicam ipsam longitudine fere aequantes et maturo fructu illa dimidio saltem breviores. *Germen* pilis brevibus, demum evanescentibus, adspersum. *Stigmata* tria. *Nux* trigona, fuscescenti-flava, nitida, basi *Setis* sex obvallata.

Torf-Binse.

In uliginosis, turfosis, palustribus: β in campis arenosis humidis. 4. Fl. Jun. Jul.

Observ. Posterioribus observationibus edoctus, Var. β *minorem*, quam antea cum b. *Trentepohl* pro propria specie venditabam, originem tantum ducere contendo a solo maciore, arenoso. Confer. *Schrader* Journ. für die Bot. 1801. St. 1. p. 740.

7. Scirpus *acicularis.*

S. radice fasciculata, culmo quadrangulo, ochreis aphyllis, spica nuda (subdecemflora), glumis obtusiusculis, stigmatibus tribus, receptaculo subnudo.

Scirpus acicularis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 295. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 55. T. II. P. II. p. 562. *Besser* Galic. n. 59. *Gmelin* Badens. n. 66. *Host* Gram. Austr. 3. p. 41. Tab. 60. *Lumnitz.* Poson. n. 50. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 134. *Pollich* palat. n. 45. *Schrader* Germ. 1. pag. 130. *Sprengel* Fl. Halens. n. 57.

Schultes Oestr. Fl. 2. n. 243. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. Flora Dan. Tab. 287.

Eleocharis acicularis. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 154.

Radix fibrosa, tenuis, fasciculata. *Culmi* plures, partim fertiles, partim steriles, erecti, setacei, tenuissimi, quadranguli, striati, articulato-nodosi, nudi, basin versus attenuati, basi *Ochrea* oblique truncata, aphylla, vestiti, binnciales et longiores. *Spica* terminalis, solitaria, nuda, exigua, ovata, acutiuscula, e fusco nigricans, septem-ad undecimflora. *Glumae* ovatae, obtusae, fusco-purpureae cum nervo dorsali viridi; *infima* paullo minor et obtusior, plerumque etiam fertilis. *Stigmata* tria. *Nux* obovata, lenticulari-compressa, alba, nitida, *Setis* basi plerumque destituta.

Nadelförmige Binse.

Variat in aquis profundioribus *Culmis* semipedalibus et pedalibus tenuioribus, nonnihil natantibus.

In palustribus, inundatis, ad lacus et fossas. ⊙. Fl. Jun. — Aug.

8. Scirpus *parvulus.*

S. radice fasciculata, culmo teretiusculo, evaginata, folia semiteretia subaequante, spica involucro diphyllo subaequali (subquadriflora), glumis obtusiusculis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus parvulus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 124. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 136.

Scirpus nanus. Sprengel Pugill. 1. p. 4. *Wallroth* Annus bot. p. 7.

Scirpus humilis. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 27.

Scirpus fluitans. Sprengel Mantiss. 1. pag. 4. (exclus. syn. Flor. Dan.

Radix fibrosa, albida, tenuis. Planta vix pollicaris, glabra. *Culmi* plerumque plures, ex una radice, teretiusculi, vaginis basi destituti, erecti, graciles, aphylli, pallide virescentes basin versus albescentes, folia subaequantes. *Folia* terna, aut quaterna, (potius culmi steriles) teretiuscula, linearia, stricta acuta, per exsiccationem subtrinervia, venis hinc inde transversis, ut etiam in culmis, interstincta. *Spica* terminalis, solitaria, exigua, ovata, tri-seu quadriflora, acuta. *Glumae* ovatae

obtusiusculae, carinatae, uninerves, virides, margine albidae: *duae inferiores* paullo majores, latiores, obtusiores. *Stigmata* tria. *Setae* in receptaculo quatuor seu quinque, retrorsum hispidae.

Zwerg - Binse.

Observ. Primo intuitu *Subulariam aquaticam* refert haec plantula. Celeberr. *Wallroth* in Anno bot. l. c. affinem dicit *Scirpo fluitanti*, at, secundum specimina a Viris veneratiss. *Sprengel* et *Wallroth* accepta, mihi quidem propius accedere videtur ad *Scirpum aciculare*m, ut varietatem ejusdem pusillam putes, a quo tamen evidenter recedit: defectu Vaginarum ad culmorum basin, Glumis duabus inferioribus reliquis paullo majoribus et praesentia setarum in receptaculo, etiam flosculorum numero in spica.

In inundatis stagni *Koelmensis* latere occidentali, arundinibus denudato, in Mansfeldia (*Wallroth*, *Sprengel*). ☉. Fl. Jul. Aug.

9. Scirpus *fluitans.*

S. culmo geniculato, diffuso, geniculis radicantibus, foliiferis, foliis fasciculatis, planis, pedunculis terminalibus, alternis, spica nuda subquadriflora, glumis obtusiusculis: inferioribus duabus majoribus, involucrum mentientibus, stigmatibus duobus, receptaculo nudo.

Scirpus fluitans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 295. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 55. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 58. *Gmelin* Badens. n. 67. *Ehrhardt* Hannov. Magaz. 1787. p. 109. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 137. *Schrader* Germ. 1. p. 130. Flora Dan. Tab. 1082.

Isolepis fluitans. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 105.

Scirpus Equiseti capitulo minori. *Scheuchz.* Agrost. p. 368. Tab. 7. Fig. 20.

Culmi filiformes, semiteretes, altero latere convexiusculo, altero excavato, glabri, striati, articulati, ad genicula, praesertim inferiora, radices fibrosas emittentes, foliosi, natantes. *Folia* ad genicula fasciculata, linearia cum venis hinc inde transversis interstincta, sesquiuncialia, flaccida, natantia, canaliculata, glabra, basi vaginantia. *Vaginae* fissae, multinerves.

Pedunculi terminales, alterni, canaliculato-convexi, circiter sesquiunciales, nudi, glabri. *Spica* terminalis, solitaria, ovata, exigua, subquadriflora. *Glumae* ovatae, obtusiusculae, carinatae, virides, margine albidae, uninerviae: *duae inferiores* paullo majores, dimidiam fere spicae longitudinem aequantes, quoque fertiles, margine albidae, nervo dorsali evidentiore. *Stigmata* duo. *Nux* obovata, albida, basi *setis* plerumque destituta.

Schwimmende Binse.

Variat ad stagna et inundata, aestate exsiccata, ducatus Oldenburgici prope *Westerstede*, *auf dem Ammerlande* Culmis procumbentibus, longioribus, ramosissimis, diffusis, ex omnibus fere geniculis radices in terram demittentibus et ita densos caespites formantibus.

Scirpus stolonifer. Roth in *Usteri* neuen Annal. d. Bot. 4. p. 36. et 8. p. 18.

In fossis et stagnis passim in Germania. ♃. Fl. Jul. Aug.

10. Scirpus *bifolius.*

S. radice repente, culmo tereti, ochreis foliiferis, foliis canaliculato-teretiusculis, spica laterali-sessili, involucro diphyllo suffulta, glumis submucronatis, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus bifolius. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 27.

Sequentibus Celeberr. *Wallroth* hanc novam speciem describit: *Radix* repens, fibris plurimis circa genicula et stolonibus aucta, ut in *Tritico repente*, culmos plures et remotos sustinens *Culmi* pedales, sesquipedales. *Junci glauci* molem aequantes stricti, diphylli, inferne squamis fuscis tecti, vaginati. *Vaginae* teretes, striatae, foliosae. *Folia* duo (vix unquam plura) culmo breviora, digitos duos longa, superne canaliculata, inferne convexa indeque complicato-teretiuscula, striata, glauca, marginibus integerrima, apice callosa. *Involucra* duo: *externum* digitum parvum longum, ut folia culmea; *internum* multo brevius spiculam subaequans. *Spica* sessilis, ovata octo-ad novemflora nitido-ferruginea, involucro suffulta. *Glumae* ovatae, integerrimae, nitido-ferrugineae, scariosae, marginem versus diaphanae trinerviae, nervo carinali in mucronem brevissimum sub apice desinente. *Stigmata* duo. *Nux* subtrigona, basi attenuata, apice mucrone mediocri fusco-nigricante coronata. *Setae* receptaculo tres, flexuosae, apice corpusculis parvis armatae; nec, ut in *Scirpo lacustri*, retrorsum hispidae.

Zweiblättrige Binse.

Ad locum *Koelmensem* et piscinas *Wanslebenses* prope Halam Saxonum *(Wallroth)*. 2. Fl. Jun. — Aug.

b) *Spica composita.*

11. Scirpus *caricinus.*

S. radice repente, culmo teretiusculo, ochreis foliiferis, foliis canaliculato-carinatis, spica disticha, involucro monophyllo breviore, spiculis multifloris, glumis acutis, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus caricinus. Besser Galic. n. 60. *Schrader* Germ. 1. p. 132. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 244.

Scirpus caricis. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. I. P. I. p. 292. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 56. *Host* Gram. Austr. 3. p. 39. Tab. 57.

Scirpus caricifolius. Vest Manuale p. 287.

Scirpus compressus. Bönninghausen Fl. Monast. n. 66.

Schoenus compressus. Gmelin Badens. n. 58. *Host* Synops. p. 28. *Krocker* Siles. n. 59. Tab. 9. *Leers* Herborn. n. 32. Tab. 1. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 153. *Pollich* palat. n. 38. Tab. 1. Fig. 2. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 64. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 72. Flora Dan. Tab. 1622.

Gramen cyperoides, spica simplici, compressa, disticha. *Scheuchz.* Agrost. p. 490. Tab. 11. Fig. 6. mala!

Radix repens, articulata, fibrosa. *Culmus* erectus, digitalis, palmaris et interdum altior, inferne foliosus, supra medium nudus, teretiusculus, laevis, infra spicam triqueter, scaber. *Folia radicalia* brevia, vaginis longioribus, margine membranaceis praedita; *culmea* acuminata, striata, inferne canaliculata, dorso convexa, glabra, a medio ad apicem carinata, carina marginibusque scabriuscula, basi ochreata. *Involucrum* seu folium florale, solitarium, e basi latiuscula lineari-setaceum, triquetrum, scabrum, spica vix longius. *Spica* terminalis, solitaria, composita spiculis novem ad duodecim, alternis, distichis. *Spiculae* sessiles, ovato-oblongae, ferrugineae, plerumque octoflorae. *Glumae* lanceolatae, acutae vel mucronatae, carinatae: *infima* lata, ovata, minore, obtusiore, sterili. *Stigmata* duo. *Nux* subtrigona, pallide fusca, basi *Setis* sex longioribus obvallata.

Riedgrasartige Binse.

In turfosis, palustribus, pratis et pascuis humidis. 2|. Fl. Jun. — Aug.

12. Scirpus *rufus.*

S. radice repente, culmo tereti, ochreis foliiferis, foliis canaliculatis, carinatis, spica disticha, involucro monophyllo longiore, spiculis subquinquefloris, glumis obtusiusculis, stigmatibus duobus, receptaculo nudo.

Scirpus rufus. Schrader Germ. 1. p. 133. Tab. 1. Fig. 3. *Wallroth* Annus bot. p. 8. Flora Dan. Tab. 1504.

Schoenus rufus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 65. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 154.

Similis antecedentis, at diversus: 1. *Culmo* toto tereti et glabro. 2. *Foliis* semiteretibus, supra canaliculatis, laevibus, obtusioribus. 3. *Involucro* foliis simili, at saepius nullo, vel brevissimo, spica plerumque breviore. 4. *Spiculis* paucioribus, magis approximatis, subquinquefloris; nec suboctofloris. 5. *Glumis* latioribus, obtusioribus, margine dilutioribus; nec apice saepius mucronatis. 6. *Nuce* oblonga, basi setis destituta.

Braunrothe Binse.

Ad litora maris baltici prope *Swienemünde (Flugge)*, prope *Warnemünde (Treviranus)*; in litoribus graminosis juxta stagnum *Koelmense* in Mansfeldia, versus occidentem *(Wallroth)*. 2|. Fl. Jun. Jul.

B. *Spiculis pluribus.*

a) *Culmo tereti.*

13. Scirpus *lacustris.*

S. radice repente, culmo tereti, ochreis interioribus in folium breve desinentibus, anthela terminali, decomposita, involucro diphyllo suffulta, glumis mucronatis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus lacustris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 296. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 57. *Besser* Galic. n. 61. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 59. *Gmelin* Badens. n. 68. *Host* Gram. Austr. 3. p. 41. Tab. 61. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 138. *Pollich* palat. n. 46. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 135. *Schrader* Germ. 1. p. 133.

Schultes Oestr. Fl. 2. n. 245. *Scop.* Carn. 2. n. 59. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36. Flora Dan. Tab. 1142.

Scirpus palustris, altissimus. *Scheuchz.* Agrost. p. 354.

Juncus maximus Holoschoenus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 522.

Juncus maximus seu Scirpus. *C. Bauh.* Theatr. p. 178.

Juncus palustris major. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 565.

Radix crassa, longe lateque repens. *Culmus* erectus, teres, glaberrimus, laete viridis, ad duodecim pedes saepe altus, ad basin ochreis vestitus, caeterum nudus. *Ochreae* membranaceae, purpurascentes, nervosae; *superiores* sensim longiores et acutiores: *suprema* terminata folio canaliculato, rigido, unciali et biunciali. *Anthela* terminalis, decomposita, involucrata. *Involucrum* diphyllum: *altero* multo longiore. *Pedunculi* semiteretes, fasciculati, basi *Ochrea* laxa, inaequaliter fissa vestiti, alii compressi, glabri, alii ad angulos scabri, valde inaequales, *longiores* Cyma simplici, *breviores* fasciculo spicularum tantum terminati. *Spiculae* subsessiles, omnes teretes, oblongae. *Glumae* lato-ovatae, carinatae, margine dilutiores, fimbriatae, apice subtrifidae, *lacinia intermedia* a nervo dorsali supra apicem producto, rigido, mucronem brevem hispidulum referens; *laterales* membranaceae, obtusiusculae, fimbriatae: *infima* seu *exterior gluma* sterilis. *Stigmata* tria. *Nux* subrotunda, subtrigona, basi *setis* sex obvallata.

See-Binse.

In lacubus, stagnis, piscinis. 2|. Fl. Jun. Jul.

14. Scirpus *Tabernaemontani.*

S. radice repente, culmo tereti glauco, ochreis interioribus in folium breve desinentibus, anthela terminali, subdecomposita, compacta, involucro diphyllo suffulta, glumis mucronatis, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus Tabernaemontani. Gmelin Badens. n. 69. *Böninghausen* Fl. Monast. n. 60. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 139. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 136. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 28.

Scirpus lacustris β minor. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 57. *Pollich* palat. n. 46. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 57. *Willd.* prodr. Fl. Berol. n. 75.

Scirpus lacustris γ minor. Schrader Germ. l. c.

Scirpus palustris humilior. *Scheuchz.* Agrost. p. 356.

Juncus sylvaticus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 566.

Juncus sive Scirpus medius. *C. Bauh.* Theatr. p. 181.

Differt ab antecedente: 1. *Culmis* tenerioribus et humilioribus, pedalibus et sesquipedalibus, constanter glauco-viridibus, sub anthela triangulis. 2. *Anthela* minore, compactiore. 3. *Pedunculis* brevioribus, rigidioribus. 4. *Spiculis* paucioribus, minoribus, omnibus sessilibus, conglomeratis. 5. *Stigmatibus* duobus tantum. 6. *Glumis* punctato-scabris. 7. *Nuce* compressa, ancipiti; nec obtuse triquetra.

Tabernämontans-Binse.

Ad ripas fluviorum, in fossis et aquis stagnantibus passim in Germania. ♃. Fl. Jun. Jul.

Observ. Prope *Gestendorf* in Ducatu Bremensi, ad ripas limosas Visurgis, aqua marina jam imbutae, hujus varietatem legi, *spiculis* minoribus, in capitulum ovato-subrotundum conglobatis, pedunculo uno vel altero communi seu radio, brevissimo, vix tres seu quatuor lineas longo. Similem varietatem legit *Vahl* in Hispania. (Enum. Plant. 2. p. 257.)

15. Scirpus *Holoschoenus.*

S. radice fasciculata, culmo tereti, ochreis foliiferis, capitulis terminalibus pedunculatis, sessilibusque, involucro diphyllo subfultis, glumis mucronatis, stigmatibus tribus, receptaculo nudo.

Scirpus Holoschoenus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 297. (exclusis syn. *Roth* et Flor. Dan.) *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 58. *Ejusd.* Neue Beiträge 1. p. 86. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 147. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 246. *Schrader* Germ. 1. p. 135. *Senus* Iter Ist. et Dalmat. p. 33.

Isolepis Holoschoenus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 115.

α. Capitulis maxima ex parte pedunculatis.

Scirpus Holoschoenus. Host Gram. Austr. 3. p. 41. Tab. 3. *Scholler* Fl. Barb. n. 42. *Ejusd.* Suppl. Fl. Barb. p. 3. *Scop.* Carn. 2. n. 51. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 3. *Vest* Manuale p. 289.

Scirpoides maritimum, capitulis sparsis glomeratis. *Scheuchz.* Agrost. p. 371. Tab. 8. Fig. 2 — 5.

Juncus acutus, maritimus, capitulis rotundis. *C. Bauh.* Theatr. p. 117.

β. Capitulis subsessilibus.

Scirpus australis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 297.

Scirpus romanus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 298. *Host* Synops. p. 31. *Jacq.* Flora Austr. 5. p. 23. Tab. 418. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36.

Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato, solitario. *Scheuchz.* Agrost. p. 373. Tab. 8. Fig. 6.

Radix crassa, fibrosa, fusca, culmos plures cum foliorum fasciculis producens. *Culmi* erecti, teretes, aut ex tereti compressi, striati, glabri, farcti, laete virides, quoad aquae profunditatem, bi-ad quinquepedales, basi vaginati, caeterum nudi, in α crassitie culmi tritici repentis vel etiam secalini, in β tenuiores, filiformes. *Folia* culmis similia illosque longitudine subaequantia, sed semiteretia, supra canaliculata, margine scabra, apice acuta. *Vaginae* glabrae, nitidae, nervosae, margine tenuissime membranaceae: *exteriores* minores, mucronatae: *interiores* majores, foliiferae. *Involucrum universale* diphyllum, foliis simile, inaequale: *foliolo superiore* ex apice culmi producto, rectiusculo, vel in culmis unicum capitulum tantum gerentibus, retrofracto, diversae longitudinis; *inferiore* semper retrofracto, longe minore; *partiale* consistit *Squamis* membranaceis, acutis, pedunculorum basin involventibus. *Capitula* terminalia, diversae magnitudinis ratione culmorum altitudinis, *Spiculis* numerosis, sessilibus conglobata: in α plura pedunculata, uno alterove subsessili; in β plerumque solitaria, sessilia. *Pedunculi*, si adsunt, foliis structura similes, bi-seu triunciales. *Glumae* obovatae, basi attenuatae, compressae, superne pubescentes et nervo carinali viridi in mucronem brevem producto apice terminatae. *Stigmata* tria. *Nux* triquetra, basi setis destituta.

Knopfgrasartige Binse.

In maritimis et palustribus Litoralis (*Scopoli*, *Host*), Bohemiae (*Pohl*); in Insula Veglia (*Senus*), in pratis humidis Austriae (*Jacq.*), et prope Barby (*Scholler*). 2|. Fl. Jul. Aug.

Observ. Jam *C. Bauhinus* in Theatro bot. l. c. hujus Scirpi specimina capitulis sessilibus (*Scirp. australem* et praesertim *romanum Linn.*) pro vera varietate prioris declarat.

16. Scirpus *setaceus.*

S. radice fasciculata, culmo tereti, ochreis foliiferis, spiculis terminalibus, subternis, involucro diphyllo suffultis, glumis submucronatis apice reflexis, stigmatibus tribus, receptaculo nudo.

Scirpus setaceus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 298. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 58. *Bönningh.* Flora Monast. n. 52. *Gmelin* Badens. n. 70. *Host* Gram. Austr. 3. p. 41. Tab. 65. *Krocker* Siles. n. 77. Tab. 16. *Leers* Herborn. n. 35. Tab. 1. Fig. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 146. *Pollich* palat. n. 47. *Schrader* Germ. 1. p. 137. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 247. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 10. Flora Dan. Tab. 311.

Isolepis setacea. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 108.

Scirpus omnium minimus, capitulo breviore. *Scheuchz.* Agrost. p. 358.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmi* plures, setacei, basi ochreati, caeterum nudi, erecti, caespitosi, teretes, striati, glabri, biunciali ad digitalem et palmarem longitudinem accedentes, plerumque simplices, quandoque basi decumbentes et ex geniculi terrae adpressis ramos atque radices producentes, ut repentes appareant. *Folia* pauca ad radicem, setacea, brevia, obtusiuscula, canaliculata, dorso striata. *Ochreae* membranaceae, fusco-purpurascentes, striatae. *Involucrum* diphyllum: *superiori* culmi apicem mentiente, erecto, canaliculato, acuto, duas ad quatuor lineas longo, basin versus dilatato membranaceo et spicularum basin vaginante; *inferiori* spiculis minore, glumaceo, mucronato. *Spiculae* aut solitariae, aut duae, raro tres, terminales, sessiles, ovatae, exiguae, multiflorae, interdum brevissime pedunculatae. *Glumae* ovatae, concavae, apice reflexae, purpurascentes cum nervo dorsali viridi; *infima* plerumque sterili, rarius fertili. *Stigmata* tria. *Nux* minutissima, obovata, subtrigona, longitudinaliter costata, fusca, basi setis destituta.

Borstenartige Binse.

In locis inundatis, pascuis et pratis humidis, litoribus marinis, ad ripas fossarum, fluviorum et lacuum. ♃. Fl. Jul. Aug.

b) *Culmo triquetro vel trigono.*

17. Scirpus *Duvalii.*

S. radice repente, culmo obsolete trigono, hinc planior

ochreis aphyllis, anthela supra decomposita, terminali, involucro diphyllo suffulta, glumis emarginatis, cum mucrone intermedio, stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus Duvalii. Hoppe in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 140. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 136.

Habitu proximus *Scirpo lacustri*, at minor, evidenter tamen recedit: 1. *Culmo* obsolete trigono, hinc planiore, inde convexiore. 2. *Ochreis* omnibus aphyllis. 3. *Stigmatibus* duobus. 4. *Nuce* compressa.

Duvals-Binse.

In humidis ad Danubium prope *Ratisbonam (Hoppe)*. 4.

18. Scirpus *mucronatus.*

S. radice fasciculata, culmi triquetri apice demum horizontaliter refracto, ochreis aphyllis, spiculis lateralibus, sessilibus, glomeratis, nudis, glumis submucronatis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus mucronatus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 303. (excluso synon. *Halleri* et *Michelii.*) *Roth* Neue Beiträge 1. p. 91. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 144. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 130. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 249. (excluso synon. *Hostii.*) *Schrader* Germ. 1. p. 139. *Schweigger* Flora Erlang. p. 13. *Vest* Manuale p. 290. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36.

Scirpus glomeratus. Scop. Carn. 2. n. 63. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 68. *Hoffmann* Deutschl. Flora 1791. p. 18.

Scirpo-Cyperus palustris, caule molli, panicula nitida glomerata, semine nigro. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 47.

Scirpo-Cyperus panicula glomerata e spicis imbricatis composita. *Scheuchz.* Agrost. p. 404. Tab. 9. Fig. 14. (juniorem culmi statum, apice adhuc erecto repraesentat).

Radix lignosa, fibrosa. *Culmi* plures, erecti, triquetri, acutanguli, lateribus excavatis seu canaliculatis, striati, glabri, medulla spongiosa farcti, ratione aquae profunditatis bi-ad quadripedales, basi ochreati, *apice* supra spicularum glomerulum primo erecto, demum horizontaliter refracto, digitali et longiore, crassitie et figura culmi, acuto, terminati. *Ochreae* membranaceae, in apicem acutiusculum desinentes. *Spiculae* decem ad quindecim, in capitulum densum, ebracteatum conglobatae,

omnes sessiles, ovatae, crassiusculae, multiflorae. *Glumae* lato-ovatae, scariosae, striatae, virescentes, versus marginem fuscescentes, integerrimae, tenuissime ciliatae, obtusae, tamen nervo carinali elongato, brevissimo, mucronatae. *Stigmata* tria. *Nux* obovata, lata, subtrigona, obsolete transversim undulata, castanea, nitida, basi *Setis* quinque seu sex paullo longioribus, circumdata.

Zugespitzte Binse.

In paludosis, ad lacus et fossas in Litorali et similibus locis Carinthiae et Carnioliae (*Wulfen*, *Scopoli*), in stagnis prope *Weissenburg* ad Erlangam (*Schreber*, *Schweigger*). 2. Fl. Jul. et Aug.

19. Scirpus *triqueter.*

S. radice repente, culmi trigoni apice erectiusculo, ochreis foliiferis, spiculis lateralibus sessilibus pedunculatisque glomeratis, subnudis, glumis emarginatis, cum mucrone intermedio stigmatibus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus triqueter. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I p. 302. (exclusa Var. *β.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 59 *Gmelin* Badens. n. 73. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flor n. 142. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 141. *Schrader* Germ. 1. p. 140. *α.* *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 250. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36. *Vest* Manuale p. 290.

Scirpus trigonus. *Roth* Neue Beiträge 1. p. 90.

Scirpus mucronatus. *Pollich* palat. n. 48. (exclusis synonymis.) *Host* Gram. Austr. 3. Tab. 66.

Scirpus. *R. Schmidt* in *Hoppe* bot. Taschenb. 180 p. 1. Descriptio optima!

Juncus acutus maritimus, culmo triquetro, maximo, moll procerior nostras. *Pluknet* Alm. pag. 200. Tab. 40. Fig. bona!

Radix repens, articulata, crassitie pennae anserinae. *Culmus* erectus, strictus, trigonus, lateribus duobus planis tert anthelam emittente laeviter canaliculato, angulis obtusis, laevi nudus, spongiosus, basi ochreatus, bi-seu tripedalis. *Ochre* ad culmi basin una et altera, vel aphylla, vel ut plerumqu folio brevi, carinato, acutiusculo terminata. *Anthela* lateral duas circiter uncias infra culmi apicem acuminatum, erectu erumpens, uncialis et sesquiuncialis. *Spiculae* ovatae, obtusa

duas ad tres lineas longae, plures ad culmum conglomeratae, sessiles, reliquae pedunculis nunc paucioribus, nunc pluribus, canaliculatis, culmi apicem rarissime aequantibus, plerumque illo brevioribus, insidentes, vel solitariae, vel geminae, ternae et quaternae, sessiles. *Glumae* ovatae, imbricatae, ferrugineae, margine pallidiores, fimbriatae, apice obtuse emarginatae cum mucrone intermedio, apicem aequante, a nervo carinali oborto: *infima* una vel altera fere orbiculata sterili. *Stamina* tria. *Stigmata* duo. *Nux* obovata, convexa, inde plana, flavescens, basi *Setis* quatuor, fuscis, retrorsum hispidolis, ipsam subaequantibus, cincta.

Dreikantige Binse.

Observ. Quoad diagnosin *Linné* in Mantissa p. 29. *Scirpi triquetri*, ob spiculas subsessiles pedunculatasque, hanc speciem potius, quam sequentem, prae oculis habuisse videtur; licet culmus non sit triqueter, sed trigonus.

Ad fluviorum ripas, in piscinis Austriae (*Vest*, *Host*), Palatinatus (*Pollich*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*), ad ripas Danubii prope *Nienheim* et *Neustadt* (*Schmidt*); prope *Elsfleth* et *Orth* Ducatus Oldenburgici, ad Visurgim, copiose (*Trentepohl*); prope *St. Magnum* Ducatus Bremensis rarius (*Roth*). 2|. Fl. Jul. et Aug.

20. Scirpus *Rothii.*

S. radice repente, culmi triquetri apice stricto, ochreis foliiferis, spiculis lateralibus, sessilibus, glomeratis, subnudis, Glumis bifidis cum mucrone intermedio, stigmatibus duobus, receptaculo nudo.

Scirpus Rothii. Hoppe in *Sturm* Deutschlands Flora 1. Fasc. 36. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 143.

Scirpus triqueter. Roth Neue Beiträge 1. p. 91. *Schrader* Germ. 1. p. 140. *β. Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 250. *β. Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. 1. p. 302. *β.*

Scirpus mucronatus. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 50. (exclusis synonymis.) *Gmelin* Badens. n. 72. *Host* Gram. Austr. 3. p. 44. Tab. 66. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 59. *Scop.* Carn. 2. n. 60. (exclusis synonymis praeter *Michelium.*)

Scirpus pungens. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 128.

Scirpo-Cyperus maritimus humilis, caule pallide virens, panicula glomerata. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 47. Ord. II.

Juncus maritimus, caule triangulo. *C. Bauh.* prodr. p. 22. *Ejusd.* Theatr. p. 175.

Juncus acutus maritimus, caule triquetro rigido, mucrone pungente. *Plukn.* Phythogr. p. 205. Tab. 40. Fig. 1. bona!

Distinctissimus ab antecedente: 1. *Culmi* rigidioris et brevioris angulis acutis, lateribus planis, in nonnullis vere excavatis et ita triangularis. 2. *Spicis* paucioribus, tribus ad sex, constanter omnibus sessilibus, ad caulem conglomeratis, duplo majoribus et acutioribus. 3. *Glumis* omnibus ovatis, profunde bifidis: interiorum nervo extra apicem producto. 4. *Nuce* semper basi setis destituta.

Rothische Binse.

Variat, licet rarius, Culmo monostachyo.

Iisdem in locis cum praecedente. ♃. Fl. Jul. et Aug.

Observ. *Scirpus triqueter* Flora Dan. Tab. 1563. quoad inflorescentiam huc quoque pertinere videtur, at folio justo multo longiora.

21. Scirpus *litoralis.*

S. radice repente? culmi triquetri apice erectiuscul ochreis foliiferis, anthela laterali decomposita, involucro mon phyllo suffulta, spiculis solitariis, glumis mucronatis, stigmat bus duobus, receptaculo setoso.

Scirpus litoralis. *Schrader* Germ. 1. p. 142. Tab. Fig. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 141. *Römer Schultes* Syst. Veget. 2. p. 130.

Habitus omnino *Scirpi triquetri*, tamen distinctissimus inf rescentia et spiculis.

Culmi apex seu mucro anthelam supereminens, plerumq incurvus. *Involucrum universale* anthelae subjectum, mon phyllum, semiunciam ad unciam longum, anthelae adpressu foliaceum, e latiore basi lineari-acutum: *partiale* constituit liolum triplo minus, acuminatum, membranaceum. *Anthela* teralis, decomposita, pedunculis et pedicellis basi *Bracteat* me branacea fuscescente, involucro partiali simili ochreatis, lon tudine inaequalibus. *Spiculae* fere omnes pedicellatae, obl gae, obtusae. *Glumae* lato-ovatae, obtusissimae, nitidae, ni gine dilutiores, nervo dorsali in mucronem longiorem, quam *Scirpo triquetro* et apice magis reflexum producto, terminat

duabus vel *tribus* inferioribus obtusioribus, plerumque sterilibus. *Stigmata* et reliqua fere *Sc. triquetri.*

Meerstrands-Binse.

In lacustribus et inundatis maritimis Duini et Monfalconii (*Wulfen*). 2. Fl. Jul. Aug.

22. Scirpus *Michelianus.*

S. radice fasciculata, culmo triquetro, ochreis foliiferis, capitulo terminali involucro subpolyphyllo cincto, glumis mucronatis, stigmatibus duobus, receptaculo nudo.

Scirpus Michelianus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 309. (excluso utroque *Bauhini* synonymo.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 563. (excluso utroque *Bauhini* synon.) *Host* Gram. Austr. 3. p. 47. Tab. 69. *Ejusd.* Synops. p. 33. *Hertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 152. *Schkuhr* in *Römer* et *Usteri* Diar. botan. 5. pag. 53. *Idem* in *Usteri* Annal. der Bot. 2. p. 20. Tab. 2. *Schrader* Germ. 1. p. 147. *Vest* Manuale p. 291.

Isolepis Micheliana. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 114.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmi* plures, bi-seu triunciales, triquetri, nudi, basi uno alterove folio aucti. *Folia* canaliculata, carinata, triquetra, mucronata, angusto-linearia: *radicalia* culmi circiter longitudine aut paullo longiora, non raro cum culmis rubicunda. *Ochreae* striatae purpurascentes. *Involucrum* penta-ad enneaphyllum, reliquis foliis conforme: *foliolis* valde inaequalibus; *duabus* vel *tribus exterioribus* culmo triplo vel duplo longioribus, versus apicem plerumque recurvis; *reliquis interioribus* longe minoribus. *Capitulum* sessile, flavescens, magnitudine *nucis Avellanae*, fasciculis florum quinque ad decem, *Bracteis* sensim minoribus interstinctis, conglobatum. *Fasciculi* compositi spiculis multifloris, imbricatis. *Glumae* lanceolatae, carinatae, in apicem mucronatum, parum reflexum, attenuatae: *inferiore* reliquis majore et longius mucronata. *Stamina* et *Stigmata* plerumque duo. *Nux* trigona, utrinque attenuata, fuscescens, basi setis destituta.

Michelische Binse.

Ad ripas fluviorum, in locis inundatis, palustribus, prope Tergestem (*Host*), Carinthiae (*Wulfen*), ad Albim prope *Wittebergam* (*Schkuhr*). ⊙. Fl. Jul.—Sept.

23. Scirpus *maritimus.*

S. radice repente, culmo triquetro, ochreis foliiferis, spiculis terminalibus, fasciculatis, pedunculatis, sessilibusve, involucro polyphyllo cinctis, glumis subtridentatis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus maritimus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 306. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 60. *Besser* Galic. n. 62. *Bönningh.* Flora Monast. n. 63. *Gmelin* Badens. n. 73. *Host* Gram. Austr. 3. p. 45. Tab. 67. *Lumnitz.* Poson. n. 55. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 149. *Pollich* palat. n. 49. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 138. *Schrader* Germ. 1. pag. 143. *Sprengel* Fl. Halens. n. 61. *Scop.* Carn. 2. n. 57.

A. *Vulgaris* radice repente fibrosa.

α) *Culmis altioribus, spiculis pedunculatis sessilibusve.*

Scirpus maritimus. Roth Flora Germ. l. c. β.

Gramen cyperoides vulgatius, aquaticum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 495.

Gramen cyperoides, panicula sparsa, majus. *C. Bauh.* Theatr. p. 86.

β) *Culmis humilioribus, spiculis paucioribus sessilibus.*

Scirpus maritimus. Roth Flora Germ. l. c. α. *Hoffmann* Deutschl. Flora 1791. pag. 18. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 60. α. *Krocker* Siles. n. 78. Var. minor. Tab. 15.

Scirpus compactus. Hoffmann Deutschl. Fl. ed. 2. p. 25.

B. *Tuberosa* radice repente, tuberculis filis suspensis.

α) *Culmis altioribus, spiculis pedunculatis sessilibusve.*

Scirpus maritimus. Schkuhr Handb. 1. pag. 27. Tab. 8. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 13.

Cyperus rotundus inodorus germanicus. *C. Bauh.* prodr. p. 24. *Ejusd.* Theatr. p. 215.

β) *Culmis humilioribus, spiculis paucioribus sessilibus.*

Scirpus compactus. Schreber in *Schweigger* et *Körte* Fl. Erlang. 2. p. 160.

Radix repens, squamosa, plures culmos producens, ve

fibrosa, vel tuberculosa, tuberculis globosis, extus fuscis, intus albis, filis suspensis. *Culmi* erecti, triquetri, striati, pro loci natalis conditione diversae altitudinis, pedales, bi-, tri-pedales et altiores, foliosi, superne inprimis scabri. *Folia* rigida, canaliculata, carinata, striata, margine carinaque plus minus scabra, in mucronem attenuata; superiora sensim majora, culmum plerumque superantia. *Ochreae* striatae, glabrae. *Involucrum* di-ad tetraphyllum, foliis simile, inaequale. *Spiculae* terminales, fasciculatae, teretes, oblongo-ovatae, vel in pedunculis elongatis cum glomerulo centrali sessili, anthelam constituentes, vel omnes in glomerulo sessili coacervatae. *Glumae* lato-ovatae, apice inaequaliter tri- seu quadridentatae, cum dente intermedio longiore, aristaeformi, a nervo dorsali elongato producto: *duae inferiores* paullo majores, plerumque steriles. *Stigmata* tria. *Nux* triquetra, basi attenuata et *Setis* quinque seu sex obvallata.

See-Binse.

Ad litora maris, ad ripas fluviornm et fossarum limosas, in lacubus et fossis. 2|. Fl. Jul. Aug.

24. Scirpus *annuus.*

S. radice fasciculata, culmo subtriquetro, ochreis foliiferis, anthela terminali, cymosa, simplici et composita, involucro subtriphyllo cincta, spiculis solitariis, glumis mucronatis, stigmatibus subtribus, receptaculo nudo.

Scirpus annuus. *Host* Gram. Austr. 3. p. 42. Tab. 63. *Allion.* Fl. Pedemont. n. 2371. Tab. 88. Fig. 5. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 148. *Schrader* Germ. 1. p. 418.

Fimbristylis annua. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 95.

Scirpo-Cyperus aquaticus, annuus, minimus, capitulis ferrugineis, semine striato pulchro. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 49.

Radix fasciculata, fibrosa, fusca. *Culmi* plures, tri-ad sexunciales, erectiusculi, tenues, subtriquetri, glabri, inferne vaginati, caeterum nudi. *Folia* linearia, angustissima, acuta, primo canaliculata, dein planiuscula, inferne cum ochreis pilis brevibus sparsis obsessa, margine scabra. *Involucrum* di-aut triphyllum, foliis conforme, valde inaequilongum: *foliolo unico* anthelam vel aequante vel saepius longe superante. *Anthela* cymosa, semiuncialis simplex aut composita. *Pedunculi* compresso-

triquetri, basi *Ochrea* laxa, pilosiuscula vestiti, inaequales, in minoribus speciminibus fere omnes simplices et unica tantum spicula onusti, in majoribus unus vel alter longior, cymam partialem gerit. *Spiculae* omnes pedunculatae, excepta centrali sessili, basi squamula parva, acuminata bracteatae, primo ovatae, dein oblongo-ovatae. *Glumae* lato-ovatae, nitidae, glabrae, ferrugineae, in mucronem brevem, a nervo dorsali productum, desinentes, superioribus magnitudine decrescentibus, obtusioribus. *Stamina* tria, seu non raro duo. *Stylus* glumam supereminens, compressus, margine pilis exstantibus ciliatus. *Stigmata* tria *Schrader* (in speciminibus meis Tyrolensibus et Italicis a *Schmidelio* collectis, fere semper tantum duo). *Nux* obovata, subtrigona, longitudinaliter costata, basi setis destituta.

Jährige Binse.

In humidis Tyrolis calidioris *(J. Vaena, Schmidel)*. ⊙. Fl. Aug. Sept.

25. Scirpus *sylvaticus.*

S. radice repente, culmo triquetro, folioso, anthela cymosa, terminali, supra decomposita, involucro polyphyllo [cincta, spiculis congestis, glumis mucronatis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus sylvaticus. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. I P. I. p. 307. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 61. *Besser* Galic. n. 63. *Gmelin* Badens. n. 74. *Host* Gram. Austr. 3 p. 46. Tab. 68. *Leers* Herborn. n. 36. Tab. I. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 150. *Pollich* palat. n. 5(*Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 142. *Schkuhr* i *Usteri* Annal. der Bot. 4. p. 48. Tab. 1. *Schrader* Germ. p. 145. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 252. *Sturm* Deutsch Flora 1. Fasc. 36. Flora Dan. Tab. 307.

Cyperus gramineus. *J. Bauh.* Hist. 2. p. 504. *Scheuch* Agrost. p. 393.

Gramen arundinaceum paniceum, divisa panicula. *Löse* Pruss. p. 119. Tab. 33.

Gramen cyperoides miliaceum. *C. Bauh.* Theatr. p. 90.

Radix repens, crassa, dura, fibrosa. *Culmus* erectus, sul trigonus, striatus, glaber, geniculatus, supra medium foliosu sesqui-ad bipedalis. *Folia* pedalia et sesquipedalia, latiuscul nitida, rigida, acuta, superiora sensim minora, margine carin que scabra. *Ochreae* lineatae, scabrae. *Involucrum* di-aut tr

phyllum, foliis simile: *foliolis* inaequalibus; *unico* multo majore, anthelam superante. *Anthela* terminalis, supra decomposita, cymosa. *Pedunculi* et *pedicelli* trigoni, longitudine inaequales, basi *Ochrea* truncata, demum laciniata vestiti. *Spiculae* exiguae, ovatae, solitariae et confertae, sessiles et pedunculatae. *Bracteae* glumis similes, at breviores. *Glumae* oblongo-ovatae carinatae, mucronatae, apice subpubescentes: *inferiore* paullo majore, subinde sterili. *Stigmata* tria. *Nux* trigona, basi attenuata, *Setis* quatuor ad sex cincta, apice breviter mucronata.

Wald-Binse.

In sylvis et nemoribus humidis, pratis udis, ad fossas, lacus et fluviorum ripas. 2|. Fl. Jun. Jul.

26. Scirpus *radicans.*

S. radice repente, culmis triquetris, foliosis: sterilibus demum reflexis et apice radicantibus, anthela terminali, supra decomposita, involucro polyphyllo cincta, spiculis congestis, glumis muticis, stigmatibus tribus, receptaculo setoso.

Scirpus radicans. Schkuhr in *Usteri* Annal. der Bot. 4. p. 48. Tab. 1. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 65. *Hoppe* bot. Taschenb. 1796. p. 158. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 151. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 142. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 563. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 253. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 36. *Schrader* Germ. 1. p. 146.

Scirpus sylvaticus β radicans. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 308. *Hoppe* bot. Taschenb. 1791. p. 143.

Omnino distinctissima planta ab antecedente, cui culmi floriferi pluribus notis respondent, differt autem: 1. *Culmis* pluribus ex una radice, floriferis et sterilibus: *sterilibus* tenuioribus et minoribus florigeris, post defloreseentiam elongatis, tri-quadripedalibus, magis minusque dependentibus, apicibus, terrae vicinis, radicantibus et novos culmos pro sequenti anno, plerumque florigeros, producentibus. 2. *Anthela* laxiore magisque effusa. 3. *Spiculis* solitariis omnibus, nec fasciculatis, majoribus oblongo-obovatis, pedicellis longioribus insidentibus. 4. *Nervo carinali* glumarum infra apicem evanescente, hinc Glumae muticae. 5. *Setis* receptaculi nuce triplo saltem longioribus, vario modo curvatis, superne tantum hispidis; nec totis hispidis. 6. *Florendi tempore* seriori.

Wurzelnde Binse.

Ad ripas fluviorum, in locis inundatis prope Salisburgum (*Braune*), Ratisbonam (*Hoppe*), Erlangam (*Delavigne*), Wittebergam (*Schkuhr*), Lusatiae (*Ortel*), Silesiae (*Heide*, *Günther*), prope Rheine Westphaliae (*Bönninghausen*). 2. Fl. Jul. — Sept.

38. ERIOPHORUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 95. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 31. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 10. Tab. 2.

Glumae univalves, uniflorae, in spicam vel spiculas undique imbricatae: *exteriorum* una vel altera saepe sterili. *Corolla* nulla. *Nux* unilocularis, lana longissima cincta.

Observ. *Scirpo* Eriophorum proximum et non, nisi setis in receptaculo pluribus, demum in lanam, spicam spiculasve longe superantem, excrescentibus, recedit.

a) *Spica solitaria.*

1. Eriophorum *alpinum.*

E. radice repente, culmis triquetris, nudis, foliis brevissimis, carinatis, spica oblonga.

Eriophorum alpinum. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 314. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 64. *Ehrhardt* Beitr. 4. p. 155. *Host* Synops. p. 37. *Ejusd.* Gramina Austr. 1. p. 31. Tab. 40. *Hoppe* bot. Taschenb. 1800. p. 102. *Krocker* Siles. n. 82. Tab. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 160. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 156. *Schrader* Germ. 1. p. 149. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 255. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. *Vest* Manuale p. 292. Flora Dan. Tab. 620.

Linagrostis alpina. *Scop.* Carn. 2. n. 65.

Linagrostis juncea alpina, capitulo parvo, tomento rariore. *Scheuchz.* Agrost. p. 305. Tab. 7. Fig. 4. *Ejusd.* prodr. p. 6. Tab. 8.

Juncus alpinus bombycinus. *C. Bauh.* prodr. p. 6. *Ejusd.* Theatr. p. 188.

Radix repens, squamosa, fusca. *Culmi* plures, caespitosi, filiformes, triquetri, digitales, palmares, immo pedales, enodes, erecti, stricti, vel varie flexi, nudi, basi ochreati. *Ochreae*

pallide virides, striatae, glabrae: *interiores* in folium brevissimum desinentes. *Folia* carinata obtusa, margine scabra, vix ultra lineam longa. *Spica* terminalis, exigua, lanceolata pauciflora. *Glumae* oblongo-ovatae, obtusae, carinatae, glauco-ferrugineae, nervo carinali viridi: *infima* lato-obovata, mucrone brevi obtuso, foliaceo, a nervo carinali producto terminata, sterili. *Nux* obovata, subtrigona, mucrone brevi terminata, cincta *Lana*, spicam demum duplo triplove longitudine superante.

Variat Floribus monandris et diandris in eadem spica et subinde etiam polygamis.

Alpen-Wollgras.

Observ. Caveas, ne floriferam plantam cum *Scirpo caespitoso* confundas! Facile distinguitur Culmo triquetro et defectu involucri diphylli, spicam includentis. Lana longissima penicillum refert.

In uliginosis turfosis Carnioliae *(Scopoli)*, Tyrolis *(Host)*, Principatus Salisburgensis prope *Saalfelden* et *Gleneck (Iratek* et *Hoppe)*, Bavariae *(Schrank)*, in Sudetis *(Krocker)*, in demissis Ducatus Bremensis prope *Rothenburg (Mertens)*, prope Hamburgam versus *Eppendorf (Hayne)*, et in Holsatia prope *Münkeberg* et *Hamburgerbaum (Weber)*. 2. Fl. Aprili et Majo.

2. Eriophorum *vaginatum.*

E. radice fasciculata, culmis trigonis, vaginatis, foliis ecarinatis, spica oblongo-ovata.

Eriophorum vaginatum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 312. (excluso synonymo *Scheuchzeri* Append. Tab. 5. Fig. 2. *dextra.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 62. *Gmelin* Badens. n. 75. (exclusa Var. *β.*) *Hoppe* bot. Taschenbuch 1800. p. 103. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 161. *Pollich* palat. n. 57. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 159. *Sprengel* Fl. Halens. n. 63. *Schultes* Oestr. Fl. 2 n. 256. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 10. Fl. Dan. Tab. 236.

Eriophorum caespitosum. Host Gram. Austr. 1. pag. 30. Tab. 39. *Schrader* Germ. 1. p. 150.

Juncus alpinus, capitulo lanuginoso, seu Schoeno-Lagurus. *Scheuchz.* Agrost. Tab. 7. Fig. 1—3. Append. Tab. 7. Fig. 1. *sinistra.*

Juncus alpinus cum cauda leporina. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 54.

Juncus alpinus, capitulo lanuginoso. *C. Bauh.* prodr. p. 23. *Ejusd.* Theatr. p. 188.

Radix horizontalis, crassa, fibris copiosis fasciculata, culmos plures et foliorum fasciculos, in caespitem densum coacervatos, producens. *Culmi* erecti, inferne teretes, superne trigoni, sub anthesi tri-, quadriunciales, fere toti, post anthesin elongati, pedales et bipedales, infra medium tantum, vaginati. *Folia* linearia, angusta, dorso convexiuscula, supra canaliculata, versus apicem compressa, culmum plerumque superantia. *Ochreae culmeae* tot, quot genicula: *inferiores* in folium breve abeuntes; *superiores* plus minus inflatae: *suprema* brevior minusque inflata et apice folio obtuse mucronato terminata, glumis concolor. *Spica* solitaria, terminalis, oblongo-ovata, nuda, multiflora. *Glumae* oblongo-ovatae, acuminatae, carinatae, uninerves, plumbei coloris, vel nigrescentes: *inferiores* septem ad decem steriles, apice patentes. *Nux* obovata, subtrigona, fusca, basi *Lana* per aetatem spica duplo triplove longiore cincta.

Scheidentragendes Wollgras.

In uliginosis, turfosis, alpinis et subalpinis atque demissis. 2|. Fl. Aprili et Majo.

3. Eriophorum *capitatum.*

E. radice repente, culmis teretibus, vaginatis, foliis obscure carinatis, spica subrotunda.

Eriophorum capitatum. Host Gram. Austr. 1. p. 30. Tab. 34 *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 157. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 257. *Schrader* Germ. 1. p. 151. Flora Dan. Tab. 1502.

Eriophorum Scheuchzeri. Hoppe Bot. Taschenb. 1800 p. 104. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 162. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. *Vest* Manuale p. 292.

Eriophorum vaginatum β. Gmelin Badens. n. 75.

Juncus alpinus, capitulo tomentoso, majori. *Scheuchzer* Agrost. p. 304. Append. Tab. 7. Fig. 2. *dextra.*

Differt ab antecedente, cum quo commutatum est: 1. *Radice* repente, culmos quidem plures et foliorum fasciculos, sed per intervalla unum et alterum tantum producente. 2. *Culmi* humilioribus, teretibus, duobus, rarius tribus geniculis praediti et jam sub anthesi fere nudis. 3. *Foliis* culmum floriferum vi-

aequantibus, fructifero semper brevioribus, dorso saepe obscure carinatis. 4. *Vagina* culmi *intermedia* folio longiori terminata. 5. *Spica* subrotunda. 6. *Glumis* angustioribus, arcte imbricatis: *exteriore* majore quinque-seu septemnervi, spicam floriferam involucri in modum involvente. 7. *Nuce* oblongo-obovata.

Kopfförmiges Wollgras.

In uliginosis, ad rivulos lacuumque ripas alpium montiumque Styriae (*Sartori*), Carinthiae, Tyrolis (*Vest*, *Host*), Principatus Salisburgensis (*Hoppe*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*). 24. Fl. Jun. — Aug.

b) *Spicis pluribus, pedunculatis.*

4. Eriophorum *latifolium.*

E. radice fasciculata, culmis trigonis, foliis planiusculis, apice triquetris, pedunculis scabris.

Eriophorum latifolium. Besser Galic. n. 65. *Bönningh.* Flora Monast. n. 70. *Hoppe* bot. Taschenb. 1800. pag. 108. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 163. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 159. *Schrader* Germ. 1. p. 154. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 260. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. Flora Dan. Tab. 1381.

Eriophorum polystachyum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 312. (exclusa Var. β.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 63. *Ejusdem* Neue Beiträge 1. p. 94. *Gmelin* Badens. n. 76. (exclusa Var. β.) *Leers* Herborn. n. 37. Tab. 1. Fig. 5. *Wallroth* Annus bot. p. 12.

Linagrostis panicula ampliore. *Scheuchz.* Agrost. p. 306.

Gramen tomentosum pratense, panicula sparsa. *C. Bauh.* Theatr. p. 61.

Radix fasciculata, fibrosa. *Culmi* erecti, trigoni, glabri, tri-, quadrinodes: *floriferi* pedales et sesquipedales, toti vaginati; *fructiferi* multo altiores et superiore parte nudi. *Folia* planiuscula, obsolete carinata, apice triquetra, supra ad oras et carinam scabra: *radicalia* et *culmea inferiora* culmo semper breviora. *Involucra* ut et Vaginarum culmearum superior pars, glutinosa. *Spicae* quinque ad septem et plures, longe pedunculatae, demum nutantes. *Pedunculi* retrorsum hispido-scabri. *Glumae* uninerves, fusco-vel nigricanti-virides.

Breitblättriges Wollgras.

In uliginosis et palustribus inprimis turfosis. 2. Fl. Aprili et Majo.

5. Eriophorum *angustifolium.*

E. radice repente, culmis superne trigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris.

Eriophorum angustifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 313. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 63. *Ejusd.* Neue Beiträge 1. p. 94. *Besser* Galic. n. 64. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 71. *Gmelin* Badens. n. 77. *Hoppe* bot. Taschenb. 1800. p. 107. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 161. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 158. *Schrader* Germ. 1. p. 153. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 259. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. *Wallroth* Annus bot. p. 12. Flora Dan. Tab. 1442.

Eriophorum polystachyum. Pollich palat. n. 52. (exclus. synon.) *Willd.* Spec. Plant. Lin. l. c. *β. Gmelin* Badens. n. 76. *β.*

Eriophorum . . . culmis foliosis teretibus, foliis canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis, erectis. *Reichard* Flora Moeno-Francof. n. 54. et Append. p. 165.

Medium quasi tenet inter antecedentem speciem et sequentem, tamen priori E. *latifolio* proximum. Differt ab hoc: 1. *Radice* repente; nec fasciculata. 2. Toto habitu teneriori. 3. *Foliis* duplo saltem longioribus. 4. *Involucris* et *Vaginis* glabris. 5. *Spicis* paucioribus, brevius pedunculatis.

Ab utroque recedit: 1. *Culmis* basi teretibus, superne subtrigonis. 2. *Foliis* canaliculato-triquetris. 3. *Pedunculis* glabris. 4. *Glumis* obscure rugosis. 5. *Lana* omnium longissima.

Schmalblättriges Wollgras.

Observ. Hanc et praecedentem speciem Cel. *Host* Gram. Austr. 1. p. 29. Tab. 37. sub *Erioph. polystachyo*, confudisse videtur. Figura sinistra ad *E. latifolium* spectat; intermedia vero et dextra *E. angustifolium* potius indigitare videtur.

Variat Floribus hermaphroditis, subinde quoque polygamis dioicis.

Iisdem cum praecedente locis. 2. Fl. Aprili et Majo.

6. Eriophorum *gracile.*

E. radice repente, culmis trigonis, foliis triquetris, pedunculis scabris.

Eriophorum gracile. Roth Catalecta bot. 2. Addend. p. 259. (exclusis synon.) *Ejusd.* Neue Beiträge 1. p. 95. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 165. *Bönningh.* Flora Monast. n. 72.

Eriophorum triquetrum. Hoppe bot. Taschenb. 1800. p. 100. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 157. *Schrader* Germ. 1. p. 152. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 258. *Schulz* Suppl. Florae Stargard. p. 5. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. *Schweigger* Fl. Erlang. p. 14. Flora Dan. Tab. 1441.

Ab *Erioph. latifolio* differt; cui proximum est: 1. *Radice* repente. 2. Habitu toto minori. 3. *Foliis* brevioribus, triquetris. 4. *Pedunculis* brevioribus, compressis, dense tenuissime tomentoso-hirsutis; nec retrorsum hispidis. 5. *Glumis* obtusioribus, minoribus, elevato-nervosis. 6. *Nuce* oblongo-lanceolata, basi attenuata, obtusa; nec obovata. 7. *Lana* per aetatem spica duplo fere tantum longiore et triplo vel quadruplo breviore, quam in illo.

Ab *Erioph. angustifolio* dignoscitur: 1. *Culmis* tenuioribus, exacte trigonis. 2. *Foliis* exacte triquetris: *culmeis* brevibus, angustissimis, ultra medium ancipitibus. 3. *Pedunculis* pubescentibus, brevioribus; nec glabris. 4. *Lana* triplo breviore.

Schlankes Wollgras.

In uliginosis, paludosis Carinthiae *(Wulfen)*, Principatus Salisburgensis et prope Ratisbonam *(Hoppe)*, prope Erlangam *(Delavigne, Schweigger)*, Swinefurtum *(Wolf)*, Palatinatus prope *Lautern (Koch)*, Wetteraviae *(G. M. S.)*, Principatus Stargardiensis *(Schulz)*, prope Halam Saxonum *(Wallroth)*, prope *Cösfeld*, *Dorsten* Westphaliae *(Bönningh.)*, Ducatus Oldenburgici *im Büttel neben dem Loier Wege (Trentepohl)*. ♃ Fl. Majo et Jun.

†††† *Gramineae: Gluma bivalvis.*

49. NARDUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 97. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 38.

Calyx nullus. *Corolla* bivalvis. *Semen* corolla corticatum.

1. Nardus *stricta*.

N. spica erecta, secunda. *Schrader* Germ. 1. p. 157.

Nardus stricta. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. pag. 314. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 65. *Besser* Galic. n. 66. *Bönningh.* Flora Monast. n. 73. *Gmelin* Badens. n. 78. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 4. Tab. 4. *Köler* Gram. pag. 312. *Leers* Herborn. n. 38. Tab. 1. Fig. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 169. *Pollich* palat. n. 53. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 263. *Schkuhr* Handb. 1. p. 29. Tab. 9. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 261. *Scop.* Carn. 2. n. 68. Flora Dan. Tab. 1022.

Gramen loliaceum minimum, foliolis junceis, panicula unam partem spectante. *Monti* prodr. p. 43. Fig. 31.

Gramen sparteum juncifolium. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 513. *C. Bauh.* Theatr. p. 70. *Scheuchz.* Agrost. p. 90. Tab. 2. Fig. 10.

Radix horizontalis, fibrosa, culmos foliaque numerosa in caespitem densissimum coacervata producens. *Culmi* erecti, rigidi, tenues, subtetragoni, glaucescentes, basi uno alterove geniculo praediti, caeterum nudi, florentes bi-, triunciales, fructiferi duplo vel triplo altiores, glabri vel nonnihil pubescentes. *Folia* canaliculato-setacea, acuminata, rigida, striata, glaucescentia, glabra vel pubescentia: *culmea* duo vel tria radicalibus breviora, patentia. *Vaginae* teretes, striatae, glaberrimae, basi squamis muticis vestitae. *Ligula* brevis, obtusa. *Spica* terminalis erecta, stricta, gracilis, secunda, ante florescentiam teres, contracta. *Rhachis* hinc convexa, inde excavata, margine hispida et dentibus alternis pro flosculorum exceptione instructa, apice in mucronem attenuata. *Calyx* nullus. *Corollae* subsessiles solitariae, sed per paria quodammodo approximatae, dilute violaceae, bivalves: *Valvula exteriore* lineari-lanceolata, apice sensim in *Aristam* brevem attenuata; *interiore* lineari obtusa, minore. *Stamina* tria. *Stylus* filiformis. *Stigma* exsertum.

Steifes Borstengras.

In asperis, arenosis; ericetis, nemorosis, in solo tam sicco quam humido. ♃. Fl. Jun. et Jul.

40. SPARTINA.

Linn. Gen. Pant. ed. Schreber n. 98.

Calyx Gluma bivalvis, uniflora: *Valvulis* naviculariibus

Corolla bivalvis, subaequalis. *Stamina* tria. *Stylus* e duobus quasi conflatus. *Stigmata* duo, plumosa.

1. Spartina *stricta.*

S. spicis terminalibus, geminis, spiculis secundis adpressis, laxius imbricatis, erectis, corollis calyce longioribus, foliis convolutis. *Roth* Catalecta bot. 3. p. 9.

Spartina stricta. Roth Neue Beiträge 1. p. 101. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 168. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 261.

Dactylis stricta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 407.

Limnetis pungens. Host Gram. Austr. 4. p. 38. Tab. 66.

Radix repens, articulata, ad genicula radicans. *Culmus* adscendens, erectus, teres, glaber, vaginis foliorum tectus, simplex, vel basi ramosus, semipedalis, et fere pedalis. *Folia* linearia, involuta, saturate viridia, erecta, stricta, apice subulato-mucronata, glabra. *Vaginae* sibi contiguae et fere imbricatae, arcte culmum investientes. *Ligula* brevis, incisa. *Spicae* terminales, geminae vel ternae, longitudine fere aequales, dorso sese invicem amplectentes, fere biunciales. *Rhachis* triangula, recta, dorso laevis, striata et angulata. *Spiculae* secundae, laxe et alternatim imbricatae, erecto-adpressae. *Glumae calycinae* uniflorae, lineares, erectae acutae: *exteriore* pubescente; *interiore* breviore, multo angustiore, glabra. *Valvulae corollinae* glumae exterioris similes illaque dimidio saltem longiores. *Stamina* tria. *Stylus* basi simplex, superne bifidus. *Stigmata* longa. *Semen* liberum, oblongum, compressum.

Steifes Besengras.

In locis limosis maris Adriatici prope *Monfalcone* (*Bartling*). 24. Fl. Jul. et Aug.

DIGYNIA.

GRAMINA.

† *Spiculis unifloris.*

* Hermaphrodita.

a) *Corolla univalvi.*

---

41. CHAMAGROSTIS.

Calyx uniflorus, bivalvis, truncatus. *Corollae* loc *Pili* paralleli, basi conjuncti et genitalia includentes. *An therae* basi bicornes. *Semen* maturum, pilis jam laxioribu et crispatis, liberum, calyce clauso obvallatum.

Observ. Singulari et ab omnibus graminibus distinctissim floris structura hocce gramen tenellum gaudet, ut ma ximo sane cum jure proprium constituat genus, a me ritissimo *Borckhausenio Chamagrostis* dictum. Co rolla enim, strictiori sensu, in hac deest et ejusdem vi cem gerunt Pili conferti, paralleli, vel simplices, vel ra mosi, inaequilongi, argenteo-albi, basi conjuncti et ge nitalia includentes, qui Calyptram *Polytrichorum* no male simulant. Hanc floris structuram primo observa vit oculatissimus *Dillenius* et in catalogi plantarum Gissensium Appendice Tab. 16. Fig. 1. D. ad oculos de monstravit.

1. Chamagrostis *minima.*

Chamagrostis. Schrader Germ. 1. p. 158. *Römer* e *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 389. *Schultes* Oestr. Flora 2 n. 167. *Wibel* Wertheim. p. 126. *Borckhausen* Flora Ober Katzenellenbogen. Rhein. Magaz. Band. 1.

Sturmia minima. Hoppe in *Sturm* Deutschl. Flora 1 Fasc. 7.

Agrostis minima. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. 1 p. 372. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 87. *Gmelin* Baden n. 109. *Köler* Gram. p. 94. *Pollich* palat. n. 76. *G. M. S* Flora Wetterau n. 93. *Vest* Manuale p. 308.

Mibora verna. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 184.

Gramen sparteum, capillaceo folio, minimum. *Dill.* Gissens. Append. p. 172. Tab. 16. Fig. 1.

Gramen minimum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 465.

Gramen minimum, paniculis elegantissimis. *C. Bauh.* Theatr. p. 26. *Scheuchz.* Agrost. p. 40. Tab. 1. Fig. 7.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, caespitosi, erecti, setacei, unciales et biunciales, rarius longiores, maxima ex parte nudi, basi foliis nonnullis vestiti, laevissimi, glabri, inferne argenteo-nitidi, superne plerumque purpurascentes. *Folia* setacea, pauca, brevissima, canaliculata vel complicata, obtusa, glabra. *Vaginae inferiores* squamaeformes, laxae, aphyllae; *superiores* culmum basi vestientes, glabrae, foliiferae. *Ligula* brevis, obtusa. *Racemus* simplex, spicatus, erectus, terminalis, pauciflorus. *Rhachis* teretiuscula, flexuosa. *Flosculi* octo ad decem vel duodecim, brevissime pedicellati, exigui, mutici, alterni, secundi, rhachi adpressi, e fusco purpurascentes. *Glumae calycinae* oblongo-lanceolatae, truncatae, apice crenulatae, uninerves, aequales. *Corollae* loco *Pili* basi conjuncti, conferte parallelî, argenteo-albi, genitalia includentes. *Stamina* tria, longitudine stylorum. *Antherae* subrotundo-ovatae, basi bicornes. *Styli* duo, longissimi. *Semen* maturum liberum, pilis jam laxioribus et crispatis circumdatum, calyce inclusum.

Röthliches Zwerggras.

In arenosis humidis Germaniae, praesertim australioris. ⊙. Fl. Martio et Aprili.

41. ALOPECURUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 102. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 34. Gaertner de Fruct. 1. p. 2. Tab. 1.

Calyx uniflorus, bivalvis: *Valvulis* subaequalibus, basi connatis. *Corolla* univalvis, basi marginibus connata, dorso ad basin, seu infra medium aristata. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Alopecurus *pratensis.*

A. culmo erecto, glabro, panicula subspicata, cylindracea, obtusa, glumis infra medium connatis, acutis, villosis, corollae valvula supra basin aristata, radice fibrosa, fasciculata.

Alopecurus pratensis. ***Willd.*** Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 357. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 77. *Besser* Galic. n. 69. *Gmelin* Badens. n. 92. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 105. Tab. 31. *Köler* Gram. p. 31. *Leers* Herborn. n. 43. Tab. 2. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 185. *Pollich* palat. n. 64. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 269. *Schkuhr* Handb. 1. p. 34. Tab. 11. *Schrader* Germ. 1. p. 170. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 363. *Schreber* Gram. 1. p. 133. Tab. 19. Fig. 1. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 8.

Gramen myurum, spica molli, candicante, villosa. *Scheuchz.* Agrost. p. 70.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* adscendentes, erecti, geniculati, glabri, sesqui-ad bipedales. *Folia* linearia acuta, plus minus scabra, patula. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae: *suprema* longissima, subinflata, laxa. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, obtusa. *Rhachis* striata, glabriuscula. *Rami* teretiusculi, inferiores breves, ramulosi, superiores brevissimi, plus minus divisi. *Glumae calycinae* lanceolatae, subaequales, infra medium connatae, trinerviae, ad carinam praesertim villosae, compressae, acutae. *Corollae valvula* lanceolata, acuta, glumis paullo brevior, quinquenervis basi, dorso *Aristam* exserens tortilem, scabriusculam, glumis duplo longiorem, primo erectam, demum geniculatam, reflexam. *Styli* duo connati. *Antherae* flavae, aetate ferrugineae.

Wiesen-Fuchsschwanz.

In pratis et pascuis. ♃. Fl. Majo et Jun.

2. Alopecurus *ruthenicus.*

A. culmo erecto, glabro, panicula subspicata cylindracea, obtusa, glumis calycinis, basi connatis, acutis, carina pilosissimis, corollae valvula paullo infra medium aristata, radice articulata, repente.

Alopecurus ruthenicus. ***Reichenbach*** in Regensb. bot. Zeitung 1822. p. 538.

Alopecurus nigricans. ***Römer*** et ***Schultes*** Syst. Veg. 2. p. 270. *Schultes* Syst. Veg. Mantissa Vol. 2. p. 153.

Differt ab *Alopecuro pratensi*: 1. *Radice* articulata, longe lateque repente. 2. *Culmo* plerumque altiore. 3. *Foliis* setaceo-acuminatis, supra scaberrimis. 4. *Panicula* post anthesin livido-nigricante. 5. *Glumis calycinis* basi tantum, nec infra medium, connatis, carinatis, carina pilis exstantibus maxime ciliata. 6.

Corollae valvula dorso mox infra medium, nec basi, aristam exserente, nunc illa breviorem, nunc illa dimidio longiorem. 7. *Florendi tempore* praecociori.

Schwärzlicher Fuchsschwanz.

In Saxonia circa *Lipsiam* et *Dresdam* (*Bock*, *Reichenbach*). 4. Fl. Aprili et Majo.

Observ. Primo vere optimum pecoribus praebet pabulum, hinc culturam prae caeteris meretur.

3. Alopecurus *agrestis.*

A. culmo erecto, superne scabriusculo, panicula subspicata, cylindracea, acuta, glumis ultra medium connatis, acutis, nudiusculis, corollae valvula basi aristata.

Alopecurus agrestis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 357. *Rath* Flora Germ. T. II. P. I. p. 78. *Gmelin* Badens. n. 93. *Host* Gram. Austr. 3. p. 9. Tab. 12. *Köler* Gram. p. 34. *Leers* Herborn. n. 44. Tab. 2. Fig. 5. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 186. *Pollich* palat. n. 65. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 272. *Schrader* Germ. 1. p. 171. *Schreber* Gram. 1. p. 140. Tab. 19. Fig. 2. Flora Dan. Tab. 697.

Gramen spicatum, spica cylindracea, tenuissima, longiore. *Scheuchz.* Agrost. p. 69. Tab. 2. Fig. 6. A. B.

Gramen typhodes, spica angustiore, longiore. *Monti* prodr. p. 42. Fig. 5.

Gramen typhodes, spica angustiore. *C. Bauh.* Theatr. p. 53.

Gramen cum cauda muris, purpurascens. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 473.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus, superne scabriusculus, caeterum glaber, geniculatus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* linearia, acuta, supra, margine et ad superiorem dorsi partem scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, apice attenuata, acuta. *Rhachis* glabra, striata. *Rami* teretes, plus minus divisi, brevissime pilosi. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, quadrinerves, subaequales, ultra medium connatae, basi cyatho parvo, pedicello insidente, suffultae, carina ciliatae, ad lentem glanduloso-punctatae. *Corollina valvula* glabra, basi *Aristam* exserens, duplo majorem, medio geniculatam.

Acker-Fuchsschwanz.

In agris, praesertim solo limoso. ⊙. Fl. Jun. Jul.

4. Alopecurus *geniculatus.*

A. culmo adscendente, panicula subspicata, cylindracea, obtusa, glumis basi connatis, obtusis, subvillosis, corollae valvula infra medium seu medio aristata.

α) *Corollae valvula paullo infra medium aristata.*

Alopecurus geniculatus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 358. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 79. *Besser* Galic. n. 70. *Gmelin* Badens. n. 94. *Köler* Gram. p. 37. *Leers* Herborn. n. 45. Tab. 2. Fig. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 187. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 273. *Schrader* Germ. 1. p. 173.

Alopecurus paniceus. Flora Dan. Tab. 861.

Gramen aquaticum, geniculatum, spicatum. *C. Bauh.* Theatr. p. 41. *Scheuchzer* Agrost. p. 72. Tab. 2. Fig. 6.

Gramen aquaticum, spicatum. *Lobel* Icon. 1. p. 13.

β) *Corollae valvula in medio aristata.*

Alopecurus geniculatus. *Host* Gram. Austr. 2. p. 24. Tab. 32. *Pollich* palat. n. 66.

Alopecurus fulvus. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 85. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 274. *Weihe* in Regensb. bot. Zeitung 1820. p. 441.

Alopecurus paludosus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 88.

Radix fibrosa. *Culmi* geniculati, ad genicula infracti, et ad inferiora non raro radicantes, basi plus minus ramosi, tunc adscendentes, glabri, cum foliis vel laete viridia, vel ut in β, glaucescentes, in aquosis cum foliis natantes. *Folia* linearia, acuta, brevia, supra margineque scabra. *Vaginae* compressiusculae, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, obtusa, e viridi violacea, vel purpurascens, vel in aquosis pallidior, brevior et tenuior, quam in praecedentibus speciebus. *Rhachis* cum ramis pilis brevibus adspersa. *Rami* breves, teretes plus minus divisi. *Glumae* lanceolatae, obtusae, compressae, apice saepe crenulatae, subaequales, trinerviae, basi connatae, pilis adpressis pubescentes, carina ciliatae. *Corollae valvula* glabra obtusissima, glumis similis, at paullo minor, in α infra medium, in β in medio dorsi *Aristam* exserens, duplo plerumque longiorem, in medio geniculatam. *Antherae* lineares: deflo ratae in α fuscae, in β croceae.

Geknieter Fuchsschwanz.

Observ. Varietatem β distinctam speciem esse, vix credo, differentiae enim minoris momenti sunt minusque stabiles et potius a loco natali sicciore dependere videntur.

α. In pratis humidis, aquis stagnantibus, fossis, *β.* in fossis exsiccatis. 2|. Fl. Jun. — Aug.

5. Alopecurus *utriculatus.*

A. culmo adscendente, racemo spicato, obovato, glumis basi connatis, carina ultra medium dilatatis, ciliatis, corollae valvula basi aristata.

Alopecurus utriculatus. Schrader Germ. 1. p. 174. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 189. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 274.

Phalaris utriculata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 329. *Host* Gram. Austr. 3. p. 6. Tab. 7. *Köler* Gram. p. 41. *Scop.* Delic. Insubr. 1. p. 28. Tab. 12. *Vest* Manuale p. 305.

Gramen phalarioides, spica ex squamis duriusculis aristatis congesta. *Monti* prodr. p. 47. Fig. 46.

Gramen pratense, spica purpurea ex utriculo prodeunte. *C. Bauh.* Theatr. p. 44. *Scheuchz.* Agrost. p. 55. Tab. 2. Fig. 3.

Radix fibrosa. *Culmi* simplices, tenues, glabri, geniculati, adscendentes, erectiusculi, fere usque ad apicem vaginis foliorum tecti. *Folia* angusto-linearia, acuta, supra scabriuscula. *Vaginae* striatae, glabrae: *summa* maxime inflata. *Ligula* obtusa; crenulata, demum fissa. *Racemus* spicaeformis, ovatus, vel oblongo-ovatus, obtusus. *Pedunculi* conferti, brevissimi, simplices, uni-, rarius biflori, apice cyatho parvo ad flosculum recipiendum instructi, glabriusculi. *Rhachis* angulata, glabra. *Glumae* subaequales, acutiusculae, scabrae, nervis elevatis distinctae, basi connatae, carina ultra medium dilatata, et ala cartilaginea, ciliata auctae. *Corollae Valvula* vix calyce major, membranacea, oblongo-lanceolata, carina superne scabra, basi *Aristam* glumas saepe longe superantem, geniculatam, producens. *Stylus* unicus.

Schlauchartiger Fuchsschwanz.

Variat, licet rarius, *Racemo* basi Urceolo hemisphaerico, integerrimo, consistentia foliorum, aucto. Huc spectat *Cornucopiae alopecuroides Linn.* Mantiss. 29. *Willd.*

Spec. Plant. T. I. P. I. p. 319. ut demonstravit Herbarium *Linnei*. (Confer *Edu. Smith* in Transact. of the *Linn.* Soc. Vol. 7. p. 245. Tab. 12.)

In pratis Litoralis circa *Tergestem (Host)*, in Palatinatu circa Zweibrücken *(Bruch)*. ⊙. Fl. Majo, Jun.

b) *Corolla bivalvi.*

43. SYNTHERISMA.

Calyx Gluma uniflora, trivalvis: *Valvulis* corollae adpressis, inaequalibus; *tertia* minima. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* convexa, *interiorem* planiusculam amplectente. *Semen* corolla corticatum.

Observ. A *Panico* recedit Syntherisma: 1. Calyce unifloro, trivalvi; nec bifloro, bivalvi. 2. *Flosculis* omnibus hermaphroditis; nec polygamis.

1. Syntherisma *ciliare.*

S. foliis vaginisque pilosis, flosculis oblongis, ciliatis, glumarum nervis scabris.

Syntherisma ciliare. Schrader Germ. 1. p. 160. Tab. 3. Fig. 7. (exclusis synon. *Willd.* et *Retzii.*) *Besser* Galic. n. 68. *Hoppe* bot. Taschenb. 1809. p. 205. *Pohl* Bohem. n. 90. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 367.

Digitaria ciliaris. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 472. *Köler* Gram. p. 27. *Willd.* Enum. Plant. h. Berol. p. 93.

Panicum ciliare. Host Gram. Austr. 4. Tab. 15. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 171.

Panicum ciliatum. Roth Flora Germ. T. II. P. II. Addend. p. 564. (excluso synon. *Retzii.*) *Märklin* in den Schrift. der Regensb. bot. Gesellsch. Vol. I. p. 332. (exclus. syn.)

Radix fibrosa. *Culmi* plures, caespitosi, basi ramosi, decumbentes, tunc adscendentes erecti, teretiusculi, striati, glabri, geniculati, geniculis pilosis, inferioribus terrae vicinis non raro radicantibus, pedales et sesquipedales. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, plana, margine scabra, utrinque cum vaginis tuberculis piliferis adspersa. *Vaginae* laxae, compressae, tenuissime striatae. *Ligula* brevis, ovata, obtusa, glabra. *Rhachis communis* brevis, angulata, plerumque glabra: *partiales* racemorum lineares, flexuosae, compressae, margine hispidae, altero latere pla-

nae, altero linea longitudinali praedita. *Racemi* lineares, spicatae, subdigitatae quinque ad septem, primo erectae, sibi approximatae, demum patentes, bi-et triunciales. *Flosculi* secundi, parte convexa rhachi adpressi, oblongi, acuti, mutici. *Pedicelli* breves, semiteretes, biflori, flosculo altero subsessili. *Glumae* tres, membranaceae, corollae adpressae, valde inaequales: *exteriore* majore, oblonga, acuta, corollae longitudinis illamque amplectente, dorso plana, nervis quinque, interdum septem, plerumque cum margine scabris, notata; *nervo utroque laterali* pilis rigidulis, exstantibus, ciliato; *interiore* exteriori opposita, quadruplo minore, ovato-lanceolata, acuta, dorso planiuscula, bi- seu trinervi, tota cum margine pilis adpressis obsessa; *infima* ad basin exterioris majoris posita, minima, ovata, concava, enervis, glabra. *Corollae valvulae* cartilagineae, nitidae, tenuissime striatae, glabrae: *interiore* lanceolata, plana. *Antherae* atropurpureae. *Semen* nitidum, corolla corticatum.

Gefranzte Bluthirse.

In agris arenosis Carinthiae *(Wulfen)*, Palatinatus prope *Weissenheim (Märklin)*, Galiciae (*Besser*), Styriae *(Sartori)*. ⊙. Fl. Jul. Aug.

2. Syntherisma *vulgare.*

S. foliis vaginisque subpilosis, flosculis oblongis, margine pubescentibus, glumarum nervis scabris.

Syntherisma vulgare. *Schrader* Germ. 1. pag. 161. *Besser* Galic. n. 59. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 368.

Digitaria glabra. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 471.

Digitaria sanguinalis. *Scop.* Carn. 2. n. 72. *Köler* Gram. p. 23.

Panicum sanguinale. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 342. *Host* Gram. Austr. 2. p. 14. Tab. 17. *Schreber* Gram. 1. p. 119. Tab. 16. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 172.

Gramen Dactylon folio latiore. *C. Bauh.* Theatr. p. 114. *Scheuchz.* Agrost. p. 101.

Perquam simile antecedentis, at differt: 1. *Pilis* paucioribus et brevioribus in foliis vaginisque. 2. *Gluma majore* bi-vel trinervi, nervis scabris, ad oras tantum pubescente; nec quinque- ad septemnervi, secundum nervos marginales ciliis patulis obsessa.

Gemeine Bluthirse.

Observ. In Bohemia colitur sub nomine *Himmelsthau. Pohl* Tent. Florae Bohem. pag. 90.

In hortis, vineis, rarius in arvis, collibus et ad vias. ⊙. Fl. Jun. — Aug.

3. Syntherisma *glabrum.*

S. foliis vaginisque glabris, flosculis ovatis, dorso pubescentibus, glumarum nervis glabris.

Syntherisma glabrum. Schrader Germ. 1. p. 160. Tab. 3. Fig. 6. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 369. *Wallroth* Annus bot. p. 13.

Digitaria filiformis. Köler Gram. p. 25.

Panicum glabrum. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 173.

Digitaria glabra. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 471.

Paniculum sanguinale. Roth Fl. Germ. Tom. II. P. I. p. 73. (exclusis synon. plerisque.) *Pollich* palat. n. 60. *Leers* Herborn. n. 42. Tab. 2. Fig. 6.

Panicum Ischaemum. Schreber in *Schweigger* et *Körte* Flora Erlang. p. 16.

A duobus praecedentibus distinguitur: 1. *Statura* minore et teneriore. 2. *Foliis Vaginisque* glabris. 3. *Flosculis* ovatis, vel ex subrotundo ovatis. 4. *Gluma infima* minutissima et obtusiore *exteriore majore* nervis quinque glabris notata, quorum interstitia inter nervos exteriores et margine tenuissime pubescunt; *interiore* tota superficie tenuissima pube obsessa et nervis tribus pariter glabris praedita.

Kahle Bluthirse.

Observ. I. Hujus et praecedentis speciei synonyma Floristarum plerorumque germanicorum in dubio sunt, quum partim unam cum altera commutariut, partim ulteriorem pro varietate praecedentis habuerint. De flosculorum figura et superficie fere omnes silent.

Observ. II. Pro soli conditione florum colore et nonnihil etiam foliorum plus minus e viridi purpurascente et purpureo *variat.*

Habitat in cultis et incultis arenosis, ad vias alibique. ⊙. Fl. Jul. Aug.

* * *

Panicum aegyptiacum, *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 343., quod hujus generis quoque species est, in *Neomarchiae* hortis oleraceis sponte provenire dicitur a Cal. *Rebentisch* in Flora Neomarch. n. 119., vix pro Germaniae spontanea planta haberi potest.

44. DIGITARIA.

Schrader Flora Germ. 1. p. 165. Tab. 3. Fig. 9.

Calyx bivalvis, uniflorus: *Glumis* inaequalibus patentibus. *Corolla* bivalvis, calyce major, compressa: *Valvulis* subaequilongis; *interiore* angustissima, ab exteriore inclusa. *Semen* corolla corticatum.

Observ. A *Syntherismate* recedit hoc genus *Calyce* bivalvi, patulo, glumis carinatis, corollam compressam basi tantum ampleetente; nec triglumi, adpresso. Eadem calycis structura et insuper unifloro a *Panico* genuino distinguitur, cui adscripserat *Linneus.*

1. Digitaria *stolonifera.*

D. stolonibus repentibus. *Schrader* Germ. l. c. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 371.

Digitaria Dactylon. *Scop.* Carn. 2. n. 73.

Fibichia umbellata. *Köler* Gram. p. 308.

Cynodon Dactylon. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 410. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 81. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 180.

Panicum Dactylon. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 342. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 74. *Gmelin* Badens. n. 88. *Host* Gram. Austr. 2. p. 15. Tab. 18. *Ejusd.* Synops. p. 38. *Lumnitz.* Poson. n. 66. *Pollich* palat. n. 61. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 74. *Vest* Manuale p. 303.

Gramen Dactylon, folio arundinaceo, majus et minus, cum appendice. *Monti* Prodr. p. 61. Fig. 99.

Gramen Dactylon, radice repente, sive officinarum. *Scheuchz.* Agrost. p. 104. Tab. 2. Fig. 11. I.

Gramen Dactylon, folio arundinaceo, majus. *C. Bauh.* Theatr. p. 112.

Gramen legitimum. *Clus.* Hist. 2. p. CCXVII.

Gramen Canarium alterum. *Lobel* Icon. 1. p. 23. *Ejusd.* Hist. p. 12.

Radix longe lateque repens, gracilis, teres, squamosa, ad genicula radiculas in terram demittens, sursum culmos et foliorum fasciculos producens, *Culmi* adscendentes, erectiusculi, teretiusculi, striati glabri, basi stoloniferi, procumbentes et non raro radicantes, semipedales ad sesquipedales. *Folia* linearia, acuminata, carinata, dein plana, plus minus pilosa. *Vaginae* compressae, laxae, glabrae, rarius pilosae. *Ligulae* loco series pilorum. *Spicae* terminales, quatuor ad sex umbellatae, secundae unciales et sesquiunciales, e viridi purpurascentes, demum stramineae, primum erectae, demum horizontaliter patentes. *Rhachis* linearis, subflexuosa, triquetra, scabra. *Flosculi* rhacheos lateris exterioris excavatae margini alternatim insidentes, imbricati, solitarii, ovati, compressi, acuti, mutici. *Glumae* lanceolatae, compressae, carinatae, carina scabrae, patentes, inaequales: *altera* majore et acutiore. *Corolla* calyce major: *Valvulis* compressis, cartilagineis; *exteriore* oblongo-ovata, obtusa, nervo carinali scabriuscula; *interiore* exteriore vix majore, at multo angustiore, utrinque margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Semen corolla corticatum.

Wucherndes Fingergras.

Observ. I. Inter valvulam corollae interiorem et Glumam majorem, interdum pedicellus brevis, subcapitatus, rarissime alterius flosculi rudimento praeditus observatur.

Observ. II. Rarius, observante *Pollichio* l. c., e culmi apice, e centro umbellae, adhuc scapus brevis efflorescit spicis nonnullis terminatus.

In pratis, pascuis, ad vias, locis tam siccis, quam humidis inprimis solo arenoso, Germaniae australioris. 2|. Fl. Jul. — Sep

45. CRYPSIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1710. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 7. Tab. 80. sub Antritago.

Calyx Gluma bivalvis, uniflora, compressa, inaequalis. *Corolla* bivalvis, inaequalis, calyce major. *Stamina* tria vel duo. *Semen* liberum corolla tectum.

Observ. Cum Agroste proxime cognatum est hoc genus

praeprimis ab illa recedit: Calyce corolla minore; nec majore.

1. Crypsis *alopecuroides.*

C. culmis simplicibus, teretiusculis, paniculis subspicatis, oblongo-cylindraceis, nudis, floribus triandris. *Schrader* Germ. 1. p. 167.

Crypsis alopecuroides. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 183. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 375. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 372. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26.

Heleochloa alopecuroides. Host Gram. Austr. 1. p. 23. Tab. 29.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, caespitosi, teretiusculi, procumbentes, adscendentes, glabri, simplices, geniculis pluribus infracti, vaginis foliorum tecti. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, brevia, margine et praesertim carina sursum versus scabra. *Vaginae* teretes, glabrae, striatae: *suprema* laxiuscula. *Ligulae* loco pilorum barba. *Panicula* spicaeformis, ex oblongo cylindracea, obtusa, basi attenuata. *Rami* brevissimi, subdivisi, *Flosculi* ovato-lanceolati, acuti, mutici. *Glumae* compressae, lanceolatae, acutae, uninerves, carina tenuissime ciliatae. *Corolla* calyce major: *Valvulis* glumis conformibus; *majore* ad latem obsolete ciliata. *Stamina* tria.

Fuchsschwanzartiges Dornengras.

In uliginosis agri Vindobonensis prope *Hervenals*, *Berthosdorf* alibique *(Host)*, prope Ratisbonam (*Mertens* et *Koch*). ☉. Fl. Aug. Sept.

2. Crypsis *schoenoides.*

C. culmis ramosis, compressis, paniculis subspicatis, oblongis, basi vaginatis, floribus subtriandris.

Crypsis schoenoides. Köler Gram. p. 60. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 182. *Schrader* Germ. 1. p. 168. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 373. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26.

Crypsis aculeata β. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 158.

Heleochloa schoenoides. Host Gram. Austr. 1. p. 25. Tab. 30.

Phleum schoenoides. Jacq. Collect. 1. p. 111. *Ejusd.* Icon. 1. Tab. 15. *Vest* Manuale p. 294.

Spartina phleoides. Roth Neue Beitr. 1. p. 101. (descript.)

Gramen typhinum maritimum, quam brevi crassiore spica ad genicula prodeunte. *Monti* Prodr. p. 50. Fig. 55.

Gramen maritimum typhinum brevi et crassiore spica ad genicula prodeunte. *Scheuchz.* Agrost. p. 85. 86.

Habitu crescendique modo praecedentis similis est, at dignoscitur: 1. *Culmis* magis compressis, plerumque ramosis, rigidioribus. 2. *Foliis* magis scabris et versus basin praesertim pilis brevibus adspersis. 3. *Panicula* quoque quidem spicaeformi, at breviore, oblongo-ovata, non plane e summi folii vagina inflata, prodeunte. 4. *Glumis* et *Corollae valvulis* majoribus, carina aculeis brevissimis, rigidulis scabris. 5. *Pistillis* basi connatis.

Knopfgrasartiges Dornengras.

Variat pro soli natura et expositione *Culmis*, *Foliis Vaginisque* nunc viridibus, nunc e viridi glaucescentibus et quandoque purpurascentibus et *Staminibus* duobus.

Observ. In culta planta Styli ad medium fere usque connati observantur.

Habitat in palustribus ad mare Adriaticum alibique similibus locis circuli Austriaci (*Wulfen*, *Host*). ⊙. Fl. Jul. Aug.

3. Crypsis *aculeata.*

C. culmis ramosis, compressis, paniculis subspicatis, hemisphaericis, involucro foliaceo cinctis, floribus diandris.

Crypsis aculeata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 158. *Host* Gram. Austr. 1. p. 24. Tab. 31. *Köler* Gram. 61. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 181. *Römer* *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 376. *Schrader* Germ. 1. 169. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 374. *Sturm* Deutschl. 1. Fasc. 26. *Vest* Manuale p. 268.

Schoenus aculeatus. Schreber Gram. 2. p. 62. Tab. 32.

Anthoxanthum aculeatum. Linn. Supplem. p. 89.

Phleum schoenoides. Jacq. Fl. Austr. Append. p. 29. Tab.

Agrostis aculeata. Scop. Carn. 2. n. 89.

Gramen aculeatum. *Camerar.* Epit. p. 745.

Gramen supinum, aculeatum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 46

Gramen album capitulis aculeatis italicum. *C. Bau* Theatr. p. 108. *Scheuchz.* Agrost. p. 85. Tab. 2. Fig. 9. C.

Differt ab antecedente, cui proxime accedit: 1. *Foliis floralibus* pluribus, approximatis, horizontaliter patentibus, rigidioribus, mucronatis et quasi pungentibus; nec solitariis, erectis. 2. *Panicula* hemisphaerica infra basin dilatatam foliorum floralium quasi immersa. 3. *Flosculis* purpurascentibus, rarius lividis. 4. *Staminibus* duobus, rarius tribus.

Stechendes Dornengras.

Observ. In omnibus hujus generis speciebus flosculi quandoque imperfecti perfectis immixti reperiuntur.

Habitat iisdem cum praecedente locis (*Scopoli, Wulfen, Host*). ⊙. Fl. Jul. Aug.

46. PHALARIS.

Schrader Germ. 1. p. 177.

Calyx Gluma bivalvis, uniflora: *valvulis* subaequalibus, *corollam* duplicem includentibus; *interiore* majore. *Semen* corolla interiore corticatum.

1. Phalaris *canariensis.*

P. panicula subspicata, ovata, glumis navicularibus, apice integerrimis, corolla exteriore bivalvi, cum interiore majore, pubescente.

Phalaris canariensis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 326. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 66. *Gärtner* de Fruct. Vol. 2. p. 6. Tab. 80. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 28. Tab. 38. *Köler* Gram. p. 40. *Leers* Herborn. n. 44. Tab. 7. Fig. 3. †. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 191. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 402. *Schrader* Germ. 1 p. 177. *Schreber* Gram. 1. p. 83. Tab. 10. Fig. 2. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 375.

Phalaris major, semine albo. *C. Bauh.* Theatr. pag. 534. *Scheuchz.* Agrost. p. 52. Tab. 2. Fig. 3. A. B. C.

Phalaris. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 442.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, geniculati, striati, teretes vel subcompressi, sesqui ad bipedales. *Folia* lineari-lanceolata, plana, scabra. *Vaginae* scabriusculae, striatae, laxae; *duae superiores* inflatae, apice constrictae. *Ligula* exserta, obtusa. *Panicula* subspicata, oblongo-ovata, densa. *Glumae* corollis duplo fere longiores, subaequales, lanceolatae, naviculares, compressae, trinerviae, latere exteriore subpilosae, ad superiorem ca-

rinae partem membrana auctae apice integerrimae. *Corolla* utraque bivalvis; *exterior* minor interiore: *Valvulis* subaequalibus, lanceolatis, acutis, compressis, carinatis, uninervibus, ad apicem subpubescentibus; *interior* cartilaginea: *Valvulis* oblongo-ovatis: *exteriore* acutiuscula, apicem versus compressa, obsolete quinquenervi, sericeo-villosa: *interiore* paullo minore, angustiore, apice bi-, rarius trifida, pubescente. *Semen* corolla interiore corticatum, flavidum, nitidum, interdum griseum vel fuscescens.

Canarisches Glanzgras.

Ad vias, fimeta, in locis cultis Austriae (*Host*), Styriae (*Sartori*). ☉. Fl. Aestate.

2. Phalaris *aquatica.*

P. panicula subspicata, oblonga, glumis navicularibus, apice denticulatis, corolla exteriore univalvi, cum interiore majore, pubescente.

Phalaris aquatica. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 326. *Host* Gram. Austr. 2. p. 29. Tab. 39. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 192. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2 p. 402. *Schrader* Germ. 1. p. 179.

Habitu similis antecedenti, at minor. *Panicula* quoque subspicata, at oblonga vel ex oblongo cylindracea. *Glumae* ut in antecedente, at apice ad carinam membrana denticulata auctae. *Corolla exterior* univalvis, minima, lineari-lanceolata; *interioris valvula exterior* ovata, acuta, compressa, pubescens; *interior* minor, magis compressa, carina ciliata.

Wasser-Glanzgras.

Variat Flosculis inferioribus paniculae sterilibus.

In Litorali inter *Flumen* et *Lauranam* (*Host*). ☉. Fl. Maj et Jun.

3. Phalaris *paradoxa.*

P. panicula subspicata, cylindracea, flosculis sexu et forma variis, glumis infra carinae medium membranula auctis, corolla exteriore bivalvi, multo minori interiore, subpilosa.

Phalaris paradoxa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 32 *Host* Gram. Austr. 2. p. 30. Tab. 40. *Köler* Gram. pag. 17 *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 193. *Römer* et *Schu*

tes Syst. Veget. 2. pag. 405. *Schrader* Germ. 1. pag. 179. *Schreber* Gram. 1. p. 93. Tab. 12.

Radix fibrosa. *Culmi* teretes, striati, scabriusculi, fere toti vaginis foliorum tecti. *Folia* linearia, acuminata, plana, plus minus scabra. *Vaginae* scabriusculae: *duae superiores* subinflatae. *Ligula* ovata, acutiuscula, demum fissa, *Panicula* subspicata, cylindracea, compacta. *Flosculi* in quovis rami fasciculo quinque ad septem, compressi, quorum medius major et hermaphroditus, duo vel tres posteriores hermaphrodito conformes, sed paullo minores et corollis genitalibusque destituti, reliqui seu anteriores duplo minores, praemorsi et quoque steriles. *Flosculi hermaphroditi Glumae* subaequales, acuminatae, infra carinae scabrae medium membrana parva, albida, saepius ciliata, auctae. *Corollae exterioris Valvulae* minimae, interiori multo majori subjectae: *interioris Valvula exterior* pilis sparsis obsessa; *interior* ad apicem carina ciliata.

Abgenagtes Glanzgras.

Observ. Subinde superior paniculae pars flosculis lanceolato-acuminatis, uno alterove hermaphrodito immixtis, composita reperitur.

In cultis, ad sepes Istriae, prope *Umago*, *Rovigno*, *Pola* alibique *(Host)*. ⊙. Fl. Majo et Jun.

4. Phalaris *arundinacea.*

P. panicula patente, glomerata, corolla exteriore bivalvi, cum interiori majore supra basin pilosa.

Phalaris arundinacea. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 67. *Besser* Galic. n. 73. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 88. *Gmelin* Badens. n. 82. *Host* Gram. Austr. 2. p. 25. Tab. 33. *Köler* Gram. p. 45. *Leers* Herborn. n. 49. Tab. 7. Fig. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 194. *Pollich* palat. n. 55. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 405. *Schkuhr* Handb. 1. p. 30. Tab. 9. *Schrader* Germ. 1. pag. 180. Tab. 6. Fig. 5. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 316. Flora Dan. Tab. 259.

Arundo colorata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 457. *Wallroth* Annus bot. p. 13.

Baldingera colorata. G. M. S. Flora der Wetterau n. 99.

Gramen aquaticum, paniculatum, Phalaridis semine. *Scheuchz.* Agrost. p. 126. Tab. 3. Fig. 4.

β) Foliis variegatis.

Phalaris arundinacea. Roth Flora Germ. l. c. *β. Schrader* Germ. l. c. *β.*

Arundo colorata. Willd. Spec. Plant. l. c. *β.*

Gramen paniculatum, aquaticum, Phalaridis semine, folio variegato. *Scheuchz.* Agrost. p. 127.

Gramen striis pictum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 476.

Gramen paniculatum, folio variegato. *C. Bauh.* Theatr. p. 37.

Radix repens. *Culmi* erecti, teretes, firmi, bi-ad quadripedales, glabri. *Folia* lanceolato-linearia, acuminata, plana, glauco-viridia, in *β* striis albis vel purpurascentibus variegata, margine scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae, culmum arcte investientes. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* speciosa, elongata, acuta, ramosissima, erecta, sub anthesi patens, ante et post anthesin contracta. *Rami ramulique* hispidi. *Flosculi* ovato-lanceolati, compressi, glomerati, secundi. *Glumae* subaequales, trinerviae, compressae. *Corolla* utraque bivalvis: *exterior* minor; *Valvulis* linearibus, exiguis, basi nudis et gibbis caeterum pilis erectis niveis obsessis: *interior* cartilaginea, nitida, glumis brevior; *Valvula exteriore* apice bifida, pilis brevibus adspersa; *interiore* angustiore, minus pilosa.

Rohrblättriges Glanzgras.

Observ. Ob corollam duplicem, interiorem cartilagineam omnino hujus generis est et propter eandem ad *Arundinem* referri nequit hoc gramen. Neque corollae basi pilis circumdatae sunt, ut in *Arundine*, sed basi nudae et superficie tantum pilosae observantur, nec semen liberum est, ut in illa, sed corolla interiore corticatum.

Ad ripas fossarum, fluviorum, lacuum alibique in humidis. ♃. Fl. Jun. et Jul.

47. PHLEUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 109. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 34. Gaertner de Fruct. 1 p. 1. Tab. 1.

Calyx bivalvis, uniflorus: *Glumis* subaequalibus, apice vel truncatis, vel acuminatis, mucronato-subaristatis, basi liberis. *Corolla* bivalvis, mutica, calyce inclusa. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. In nonnullis hujus generis speciebus *Glumae* truncatae et mucronatae observantur, ut ita flosculi emarginati, et quasi bicornes in conspectum veniant: in aliis e contrario Glumae lanceolatae, acuminatae et carinatae conspiciuntur, iis in *Phalaride* similes, hinc ad *Phalaridem* quoque hujusmodi species ab auctoribus pluribus relatae sunt. At ob corollam simplicem et semen liberum, nec duplicem et semen corticatum ad *Phalaridem* referri nequeunt. Nec ad *Alopecurum* ob corollam bivalvem; nec univalvem, numerari possunt. Multo minus proprium genus constituant necesse est ulteriores species, ut voluit Cel. *Palisot de Beauvois*, ab illo *Chilochloam* dictum.

a) *Glumis truncatis.*

1. Paleum *pratense.*

P. racemo spicato, cylindraceo, glumis truncatis, mucronato-aristatis, carina ciliatis; aristis gluma brevioribus, radice fasciculata.

Phleum pratense. Besser Galic. n. 63. *Bönningh.* Flora Monast. n. 89. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 196. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 378. *Schrader* Germ. 1. p. 182.

α) *Culmis altioribus, racemo spicato longiore.*

Phleum pratense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 354. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 75. *Gmelin* Badens. n. 90. *Host* Gram. Austr. 3. p. 7. Tab. 9. *Köler* Gram. p. 48. *Leers* Herborn. n. 46. Tab. 3. Fig. 1. *Pollich* palat. n. 62. *Schkuhr* Handb. 1. p. 46. Tab. 10. *Schreber* Gram. 1. p. 102. α. Tab. 14.

Gramen cum cauda muris longa majus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 472.

Gramen typhoides maximum, spica longissima. *C. Bauh.* Theatr. p. 49. *Ejusd.* prodr. p. 10. *Scheuchz.* Agrost. p. 60.

β) *Culmis humilioribus, basi bulbosis, racemo spicato breviore.*

Phleum nodosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 355. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 76. *Gärtner* de Fruct. Vol. 1. p. 11. Tab. 1. *Gmelin* Badens. n. 91. *Köler* Gram. p. 50. *Leers* Herborn. n. 47. Tab. 3. Fig. 2. *Pollich* palat. n. 63. Flora Dan. Tab. 380.

Gramen typhoides asperum alterum. *C. Bauh.* Theatr. pag. 52. *Scheuchz.* Agrost. p. 62.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, bi-ad tripedales, in β humiliores, basi in bulbum plus minus dilatati, geniculis inferioribus plerumque infractis et basi procumbentes. *Folia* linearia, acuminata, plana, margine scabra. *Vaginae* teretes striatae, glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, demum fissa. *Racemus* spicaeformis, densus, cylindraceus, obtusus, tri-ad quadriuncialis, viridis; in β uncialis et sesquiuncialis e purpurascente viridis. *Rhachis* angulata, plus minus scabriuscula. *Flosculi* compressi. *Pedicelli* brevissimi. *Glumae* superne parum latiores truncatae, trinerviae, nervo carinali in *Aristam* gluma sua duplo breviorem, subdivaricatam excurrente, dorso punctatae et pilis brevissimis adspersae, margine membranaceae, diaphanae carina ciliatae. *Corolla* calyce minor, subaequalis: *Valvula exterior* major, quinquenervis, obtusa, crenulata; *interior* paullo minor, apice bifida. *Semen* liberum, corolla membranacea tectum.

Wiesen-Lieschgras.

Variat, licet rarius, *Spica* ramosa et autumnali tempore vivipara.

In pratis, pascuis humidis, β, in sterilibus arenosis aridis. 2|. Fl. tota Aestate.

2. Phleum *alpinum.*

P. racemo subspicato, ovato-oblongo, glumis truncatis mucronato-aristatis, carina ciliatis, aristis glumam aequantibus, radice subrepente.

Phleum alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 355. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 77. *Besser* Gallic. n. 64. *Host* Gram. Austr. 3. p. 8. Tab. 10. *Köler* Gram. pag. 55. *Krocker* Siles. n. 100. Tab. 20. a. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 197. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 379. *Schrader* Germ. 1. p. 184. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 378. *Scop.* Carn. 2. n. 75. *Vest* Manuale 294. Flora Dan. Tab. 213.

Gramen typhodes alpinum, spica brevi, densa et velut villosa. *Scheuchz.* Agrost. p. 64. *Ejusd.* prodr. p. 17. Tab.

Differt ab antecedente et inprimis ab ejusdem varietate cui proximum: 1. *Culmis* pedalem altitudinem fere nunquam excedentibus. 2. *Vaginis* foliorum *superioribus* laxioribus, su

inflatis. 3. *Racemo* ovato, vel ovato-oblongo, quandoque subrotundo, magis hirsuto, fere semper e purpurascente viridi. 4. *Flosculis* majoribus. 5 *Glumis* longius aristatis, dorso magis ciliatis: *Aristis* glumarum fere longitudinis.

Alpen-Lieschgras.

In pratis alpinis et subalpinis Austriae (*Jacq.*, *Scop.*, *Host*), Styriae (*Sartori*), Galiciae (*Besser*), Principatus Salisburgensis et Bergtesgadensis Bavariae (*Schrank*), Silesiae (*Krocker*). 2. Fl. Jun. — Aug.

3. Phleum *echinatum.*

P. racemo spicato, subovato, glumis truncatis, mucronato-aristatis, dorso scabriusculis, arista gluma longioribus, radice fasciculata.

Phleum echinatum. Host Gram. Austr. 3. pag. 8. Tab. 11. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 198. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 381. *Schrader* Germ. 1. p. 420.

Simillimum antecedentis *Phlei alpini*, at differt praesertim: 1. *Radice* annua. 2. *Glumis* dorso scabriusculis, margine ciliatis; *ciliis* ut et *Aristis* ipsis glumis longioribus. 3. *Corollae valvula interiore* ad flexurae angulos ciliata.

Weichstachliges Lieschgras.

In Dalmatia inter *Breviaqua* et *Anona* (*Host*). ⊙. Fl. Aprili et Majo.

b) *Glumis apice attenuatis.*

4. Phleum *asperum.*

P. panicula subspicata, cylindracea, glumis cuneiformibus, mucronatis, scabris, corollae valvula exteriore integerrima.

Phleum asperum. Jacq. Collect. 1. p. 110. *Ejusd.* Icon. Par. 1. Tab. 14. *Köler* Gram. pag. 54. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 200. *Schrader* Germ. 1. p. 185. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 379. *Schweigger* Erlang. 1. p. 17. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 29.

Phalaris aspera. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 328. *Gmelin* Badens. n. 81. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 28. Tab. 37.

Chilochloa aspera. Römer et Schultes Syst. Veget. 2. p. 409.

Radix fibrosa. *Culmi* plerumque plures, caespitosi, semipedales, teretes, glaberrimi. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, plana, margine scabra. *Vaginae* teretes, striatae; *suprema* subinflata. *Ligula* exserta, obtusa. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, rigida, scabra. *Glumae* cuneiformes, apice rotundatae et mucrone brevi terminatae, corolla duplo majores, fere aequales, scabrae. *Corollae valvula exterior* oblongo-ovata, obtusa, pubescens; *interior* paullo minor et angustior, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Scharfes Lieschgras.

Variat: 1. *Culmis* solitariis et multo minoribus. 2. *Foliis* quandoque odoratis. *Schweigger* l. c.

Observ. Totum gramen sub anthesi viret, post anthesin straminis instar pallet, quibus notis et spiculae asperitate a congeneribus, similibus facile potest distingui. *Wallroth* l. c.

In agris, collibus, siccis Istriae (*Host*), Franconiae prope *Erlangam* (*Schweigger*), Swinefurtum (*Wolff*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*), Wetteraviae (*Wibel*), prope Moguntiam (*Köler*, *Koch*), Göttingam (*Ehrhardt*), Halam Saxonum (*Wallroth*). ☉. Fl. Jul. et Aug.

5. Phleum *Böhmeri.*

P. panicula subspicata, cylindracea, glumis lanceolatis, obtusis, submucronatis, scabriusculis, corollae valvula exteriore integerrima.

Phleum Böhmeri. *Besser* Galic. n. 64. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 201. *Schrader* Germ. 1. p. 486. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 380. *Wibel* Wertheim p. 125.

Phleum phalarioides. *Köler* Gram. p. 52. *Schweigger* Erlang. 1. p. 17.

Phalaris phleoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 328. (exclusis synon. pluribus.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 67. *Gmelin* Badens. n. 80. *Host* Gram. Austr. 2. p. 26. Tab. 34. *Lumnitz.* Poson. n. 58. *Pollich* palat. n. 54. Flora Dan. Tab. 531.

Chilochloa Böhmeri. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 408.

Radix fibrosa. *Culmi* fasciculati, erecti, palmares, pedales, simplices, interdum ramosi et minores, basi bulbi in mo-

dum incrassati, teretes, glabri. *Vaginae* teretes, striati: suprema subinflata. *Ligula* truncata, vix exserta. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, utrinque parum attenuata, obtusa, e viridi et purpurascente saepe varia, racemulis densis, multifloris composita. *Rhachis* cum *ramis* angulata, scabriuscula. *Flosculi* parvi, versus apicem latiores, emarginati, quasi bicornes. *Glumae* subaequales, lanceolatae, apice oblique truncatae et mucrone brevi terminatae, plus minus scabrae, carina plerumque ciliatae. *Corolla* calyce duplo fere minor: *Valvula exterior* ovato-lanceolata, obtusa; *interior* paullo minor, acuta, margine utrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Böhmersches Lieschgras.

Variat: 1. *Culmo* basi minus bulboso, altiore et paniculae ramis minus divisis, in solo fertiliore. 2. *Floribus* viviparis.

In pratis, pomariis, collibus, locis sterilibus et arenosis in Germania, inprimis australiore. ♃. Fl. Jun. et Jul.

6. Phleum *Michelii.*

P. panicula subspicata, cylindracea, glumis lanceolatis, acuminatis, muticis, carina ciliatis, corollae valvula exteriore integerrima.

Phleum Michelii. Schrader Germ. 1. pag. 187. Tab. 1. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 202. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 381. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 380.

Phalaris alpina. Hänke in *Jaeq.* Collect. 2. p. 91. *Host* Gram. Austr. 2. p. 26. Tab. 35.

Gramen typhodes alpinum, spica graciliore delicata et villosa. *Scheuchz.* Agrost. p. 65.

Differt ab antecedente, cui habitu similis est: 1. *Radice* subrepente. 2. *Culmis* basi crassitie aequalibus: nec unquam bulbi in modum incrassatis. 3. *Glumis* lanceolatis quidem, sed apice in acumen breve attenuatis, totis purpurascentibus, vel ex purpurascente et viridi variis, trinerviis; nec oblique truncatis, nec quinquenerviis. 4. *Corollae valvula interiore* apice bifida, ad basin plerumque processu parvo, aristaeformi, dorso adpresso, aucta nec apice acuta, integra.

Michelisches Lieschgras.

In pratis alpinis et subalpinis circuli Austriaci (*Hänke, Host*),

Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburgensis (*Flörke*), Bavariae (*Düval*). 24. Fl. Jun. et Jul.

7. Phleum *arenarium.*

P. panicula subspicata, oblongo-obovata, glumis lanceolatis, acutis, muticis, carina ciliatis, corollae valvula exteriore crenulata.

Phleum arenarium. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 77. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 2. p. 153. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 204. *Schrader* Germ. 1. p. 189. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 382. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 29. *Weber* in *Wiggers* Prim. Fl. Holsat. p. 6. Flora Dan. Tab. 915.

Phalaris arenaria. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 328. *Köler* Gram. p. 42.

Chilochloa arenaria. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 409.

Gramen typhinum maritimum minus. *Scheuchz.* Agrost. p. 63.

Radix fibrosa. *Culmi* plerumque fasciculati adscendentes, erecti, teretes, tenues, filiformes, a biunciali ad palmarem altitudinem accedentes, simplices et ramosi, glaberrimi, vaginis foliorum tecti. *Folia* lineari-lanceolata, brevia, plana, acuta, margine scabra, glaucescentia. *Vaginae* omnes inflatae, glabrae, striatae. *Ligula* exserta, obtusa. *Panicula* oblongo-obovata, obtusa, subspicata, rarius cylindracea, semiuncialis et uncialis. *Rhachis* cum ramis subdivisis, pubescenti-scabra. *Glumae* compressae, lanceolatae, fere aequales, acutae, margine carinaque ciliatae: *Corollae valvulae* glumis breviores: *exterior* apice crenulata vel denticulata.

Sand-Lieschgras.

In maritimis, arenosis, Dynastiae Jeveranae (*Jürgens*) Ducatus Bremensis (*Roth*), Holsatiae (*Weber*), Duc. Megapolitani (*Timm*), Silesiae (*Krocker*), Bohemiae (*Schmidt*) Palatinatus (*Koch*). ☉. Fl. Jun. et Jul.

8. Phleum *trigynum.*

P. panicula subspicata, cylindracea, flosculis trigynis, glumis lanceolatis, apice aristatis, carina ciliatis, corollae valvula exteriore integerrima.

Phleum trigynum. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flo. n. 203.

Phalaris trigyna. *Host* Gram. Austr. 4. p. 12. Tab. 20.

Chilochloa cuspidata. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 409.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, glabri, pedales et longiores. *Folia* linearia, canaliculata, margine cartilaginea, aspera, basin versus ciliata. *Vaginae* glabrae. *Ligula* ovata, obtusiuscula. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, praelonga. *Flosculi* lanceolati. *Glumae* compressae, lanceolatae, in *Aristam* brevem attenuatae, subaequales, punctatae, margine carinaque ciliatae. *Corollae valvula exterior* quinquenervis, carina aculeata; *interior* ad flexurae angulos ciliata. *Styli* tres, plumosi.

Dreiweibiges Lieschgras.

In Tyroli calidiore (*Host*). ♃. Fl. Majo et Jun.

9. Phleum *Gerardi.*

P. racemo spicato, subrotundo, glumis lanceolatis, acuminatis, aristatis, villosis, corollae valvula exteriore truncata, denticulata, basi dorso aristata.

Phleum Gerardi. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 355. *Jacq.* Icon. rar. 2. Tab. 301. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 199. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 380. *Schrader* Germ. 1. p. 189. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 383. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 29.

Phleum capitatum. *Scop.* Carn. 2. n. 79.

Radix primi et secundi anni tantum fibrosa, fasciculata, demum bulbi in modum incrassata et transversalis, tuncque annuatim culmos plures et foliorum fasciculos producens. *Culmi* teretes, striati, glabri, simplices: *florentes* tri- ad octo-unciales, ad spicae exortum usque fere foliorum vaginis tecti; *fructiferi* elongati et superiore parte magis nudi. *Folia* linearia, acuta, margine scabra, apicem versus carinata. *Vaginae* glabrae, superiores inprimis inflatae. *Ligula* brevissima, truncata, crenulata. *Racemus* spicatus, subrotundus, vel ex ovato-subrotundus, compactus. *Pedicelli* flosculorum breves, cum *Rhachi* scabriusculi. *Glumae* lanceolatae in acumen longum aristaeformem attenuatae, subaequales, extus totae pilis albis vestitae. *Corolla* Gluma, demto acumine, paullo minor: *Valvula exteriore* oblonga, truncata, apice denticulata, basin versus e dorso *Aristam* emittente, valvula sua nunc longiorem nunc breviorem; *interiore* exteriori subaequali, sed angustiore.

Gerardisches Lieschgras.

In summis alpibus Styriae, Carnioliae et Carinthiae. (*Sartori*, *Scopoli*, *Wulfen*, *Hoppe*). 4. Fl. Jun. — Aug.

10. Phleum *tenue.*

P. panicula subspicata, cylindracea, glumis oblongo-ellipticis, mucronatis, scabriusculis, corollae valvula exteriore truncata, dentata.

Phleum tenue. *Schrader* Germ. I. p. 191. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 195.

Phalaris tenuis. *Host* Gram. Austr. 2. p. 27. Tab. 36.

Phalaris bulbosa. *Willd.* Spec. Plant. Lin. Tom. I. P. I. p. 327. (exclusis synonymis, excepto *Linn.* Amoen. Acad. 4. p. 264.)

Achnodonton tenue. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 381.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, teretes, graciles, laeves, non raro ramosi, infra medium foliosi, supra medium nudi. *Folia* linearia, acuta, scabra. *Vaginae* scabriusculae, striatae: *superiores* subinflatae. *Ligula* exserta, acutiuscula. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, tenuis, obtusiuscula. *Glumae* subaequales, oblongo-ellipticae, apice mucronulatae, scabriusculae carina hispidae. *Corollae valvula exterior* ovata, apice truncata et dentata, pilis brevissimis, sparsis obsessa; *interior* paullo minor, ovato-lanceolata, acuta, apice bifida, ad flexurae angulo inprimis scabra.

Zartes Lieschgras.

In graminosis, ad vias, vineas Istriae prope *Umago*, *Rovigno*, *Parenzo*, *Pola* alibique (*Host*). ⊙. Fl. Majo et Jun.

48. POLYPOGON.

Calyx bivalvis, uniflorus: *Glumis* subaequalibus, compressis, apice aristatis. *Corolla* bivalvis, calyce inclusa. *Valvula exteriore* arista terminata. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Polypogon *monspeliensis.*

P. panicula coarctata, lobata, glumis oblongis, apice subemarginatis, aristatis, radice fasciculata, fibrosa.

Polypogon monspeliensis. *Schrader* Germ. 1. p. 192. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 205. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 384.

Agrostis panicea. *Willd.* Spec. Plant. Lin. Tom. I. P. I. p. 363. *Vest* Manuale p. 306.

Phleum monspeliense. *Köler* Gram. p. 57. (exclusis synon. plur.)

Phleum crinitum. *Schreber* Gram. 1. p. 151. Tab. 20. Fig. 3.

α. Panicula majore.

Phleum crinitum. *Schreber* Gram. l. c. *α.*

Agrostis panicea. *Host* Gram. Austr. 3. p. 23. Tab. 46.

Gramen alopecurum majus, spica virescente, divulsa, pilis longioribus. *Scheuchz.* Agrost. p. 155.

β. Panicula minore, minus divisa.

Phleum crinitum. *Schreber* Gram. l. c. *β.*

Alopecurus paniceus. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 79.

Gramen alopecuros minus, spica longiore. *Scheuchz.* Agrost. p. 154.

Radix fibrosa. *Culmi* erectiusculi, teretes, graciles, laeves, simplices, semipedales et pedales. *Folia* linearia, acuta, plana, scabriuscula. *Vaginae* teretes, striatae, laxiusculae. *Ligula* oblonga, obtusa, subpilosa, demum lacera. *Panicula* erecta, coarctata, ramosissima. *Rhachis* inferne semiteres, superne cum ramis angulata. *Rami* inaequales ramulosi, conferti, alterni et semiverticillati, sub anthesi patentes, ante et post anthesin *rhachi* adpressi. *Flosculi* compressi. *Pedicelli* incrassati. *Glumae* subaequales, lineari-lanceolatae, obtusae, albidae, nervo carinali viridi paullo infra apicem subemarginatum, in *Aristam* longissimam, tenuem producto, extus pilis brevissimis obsessae. *Corolla* glumis duplo fere minor, glabra, nitida: *Valvula exteriore* oblongo-ovata, apice obtusa et denticulata, sub apice *Arista* brevi calycem vix excedente, praedita; *interiore* paullo minore, mutica, bifida, margine inflexa.

Französisches Bürstengras.

Circa Tergestum in incultis subhumidis (*Host*). ⊙. Fl. Jul. Aug.

2. Polypogon *litoralis.*

P. panicula coarctata, lobata, glumis lineari-lanceolatis, apice attenuatis, aristatis, radice repente.

Polypogon litoralis. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 206.

Differt ab antecedente, cui similis: 1. *Radice* repente. 2. *Culmis* basi procumbentibus, tunc adscendentibus. 3. *Foliis* glabris, margine tantum scabriusculis. 4. *Glumis* apice attenuatis integerrimis, mox sub apice aristatis. 5. *Corollae valvulis* utrisque apice bidentatis; *exteriore*, ut in antecedente, sub apice aristata.

Ad litora maris septentrionalis lutosa Insulae *Norderney (Mertens).* ♃. Fl. Jul. Aug.

49. MILIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 110. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 34.

Calyx bivalvis, uniflorus, ventricosus. *Corolla* bivalvis, calyce inclusa: *Valvula majore* mutica, vel saepius apice aristata. *Semen* corolla corticatum.

1. Milium *effusum.*

M. panicula diffusa, multiflora, flosculis muticis, gluma utraque trinervi.

Milium effusum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. Tom. I. P. I. p. 360. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 79. *Besser* Galic. n. 65. *Gmelin* Badens. n. 95. *Host* Gram. Austr. 3. p. 16. Tab. 22. *Köler* Gram. p. 66. *Leers* Herborn. n. 50. Tab. 8. Fig. 7. *Pollich* palat. n. 67. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 207. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 319. *Schkuhr* Handb. 1. p. 34. Tab. 11. *Schrader* Germ. 1. p. 197. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 387. Flora Dan. Tab. 1143.

Gramen sylvaticum et montanum, panicula miliacea, sparsa. *Monti* Prodr. p. 51. Fig. 61.

Gramen sylvaticum, panicula miliacea sparsa. *C. Bauh.* Theatr. p. 141. *Scheuchz.* Agrost. p. 133. Tab. 3. Fig. 6.

Radix repens. *Culmi* erecti, striati, glabri, bi- ad quadripedales. *Folia* lanceolata, acuta, margine scabra, laete viridia. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* oblonga, exserta, truncata, demum lacera. *Panicula* laxa, patentissima, semipedalis et pedalis, multiflora. *Rami* alternatim fasciculati, angulati, scabri, primum horizontaliter patentes, demum deflexi. *Flosculi* ovati, mutici. *Glumae* ovatae, obtusae, subaequales, scabriusculae:

altera paullo angustiore, trinerviae. *Corollae valvulae* cartilagineae, oblongo-ovatae, acutiusculae, enerves, laevissimae; *interiore* angustiore.

Ausgebreitetes Hirsegras.

In sylvaticis et nemorosis totius Germaniae. 2|. Fl. Maj. Jun.

2. Milium *paradoxon.*

M. panicula patente, laxa, pauciflora, flosculis aristatis, gluma exteriore quinquenervi; interiore trinervi.

Milium paradoxon. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 360. *Host* Gram. Austr. 3. p. 16. Tab. 23. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 208. *Schrader* Germ. 1. p. 196. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 386. *Schreber* Gram. 2. p. 50. Tab. 28. Fig. 2. *Scop.* Carn. 2. n. 83. Tab. 1. *Vest* Manuale p. 309.

Piptatherum paradoxum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 328.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, striati, glabri, bi-seu tripedales. *Folia* plana, lineari-lanceolata, margine scrabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* brevissima, truncata, ad vaginae exortum utrinque pilorum fasciculo barbata. *Panicula* laxissima, sub anthesi patens, ante et post anthesin contracta, apice nutans. *Rhachis* flexuosa, scabra. *Rami* flexuosi, scabri, angulata, binati et ternati, subdivisi, basi pilis brevibus praediti. *Flosculi* hujus generis fere maximi, ventricosi, nitidi. *Glumae* subaequales, ovato-lanceolatae, acuminatae, superne compressae, ad nervos scabrae: *exteriore* quinquenervi; *nervis lateralibus* ad medium Glumae evanescentibus: *tribus intermediis* apicem attingentibus: *interiore* trinervi. *Corolla* cartilaginea, nitida, calyce duplo minor: *Valvula exteriore* oblongo-lanceolata, concava, in *Aristam* flexuosam, scabram, longissimam desinente, extus primum pilis brevibus adspersa, demum nuda; *interiore* mutica, angustiore.

Fremdartiges Hirsegras.

Observ. In diagnosi hujus speciei Cel. *Schrader* l. c. Glumam calycinam utramque dicit trinervem et in descriptione exteriorem quinquenervem, interiorem trinervem refert. In sequentis speciei M. *multiflori* diagnosi gluma calycina exterior dicitur quinquenervis et in descriptione trinervis

describitur. An diagnosium commutatio per errorem typographi hic locum habet?

In sylvis Carnioliae circa Idriam prope viam regiam inter *Loitsch* et *Oberlaibach* (*Scopoli*), agri Fluminensis in *Rezzine*, *Grohovo*, *Lopazzae* (*Host*). 4. Fl. Jul.

3. Milium *multiflorum.*

M. panicula patente, multiflora, flosculis aristatis, gluma utraque trinervi.

Milium multiflorum. *Schrader* Germ. 1. p. 195. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 209. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 385.

Agrostis miliacea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 363. *Host* Gram. Austr. 3. p. 31. Tab. 45. *Köler* Gram. p. 19.

Piptatherum multiflorum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 329.

Radix fibrosa, villosa. *Culmi* striati, glabri, basi bulborum minorum forma incrassati, sesqui- et bipedales. *Folia* linearia, acuminata, supra et margine scabra. *Vaginae* glabrae *Ligula* brevis, truncata. *Panicula* semipedalis et pedalis, ramosissima, multiflora, sub anthesi patens, erectiuscula, ante et post anthesin contracta, secunda et subnutans. *Rami* flexuosi, angulosi, scabri. *Flosculi* ovato-lanceolati, aristati. *Glumae* ovato-lanceolatae, acuminatae, trinerves, glabrae: *exteriore* paullo minore. *Corolla* cartilaginea, nitida, laevis: *Valvula exteriore* paullo majore, terminata *Arista* calycem parum superante, recta, scabriuscula.

Vielblühtiges Hirsegras.

Observ. Habitu proxima *Agrosti spicae venti*, praesertim sub anthesi, distinguitur vero: 1. *Gluma utraque* trinervi, margine laevi; nec utraque margine carinaque hispida, nec exteriore minore tantum uninervi. *Corollae* cartilaginea, basi nuda; nec membranacea, basi pilorum fasciculo ad latus valvulae exterioris aucta. 3. *Corollae valvula exteriore* tota laevi; nec versus apicem hispida, nec *Aristam* calycem triplo vel quadruplo superantem producente: *interiore* acuminata, integra; nec apice bifida. 4. *Radice* perenni; nec annua.

In sylvaticis Tyrolis calidioris (*J. Vaena*), in graminosis prope Ratisbonam (*Hoppe*). 4. Fl. Jun. Jul.

4. Milium *lendigerum.*

M. panicula subspicata, multiflora, flosculis aristatis, gluma utraque uninervi.

Milium lendigerum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 359. *Host* Gram. Austr. 3. p. 17. Tab. 14. *Köler* Gram. p. 64. *Schrader* Germ. 1. p. 194. *Schreber* Gram. 2. p. 14. Tab. 23. Fig. 3. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 26.

Gastridium australe. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 210. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 342.

Gramen serotinum arvense, panicula contracta, pyramidali. *Scheuchz.* Agrost. p. 148.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, basi saepe procumbentes et geniculis inferioribus radiculas producentes, glabri, semipedales et pedales. *Folia* angusto-linearia, acuminata, scabra. *Vaginae* glabrae; *suprema* longissima, laxa, subventricosa. *Ligula* exserta, demum laciniata. *Panicula* erecta, subspicata, e viridi argentea. *Flosculi* lanceolati, parvi, aristati, basi ventricosi, laevissimi, caeterum compressi. *Rami* rhachi adpressi, ramulosi. *Glumae* uninerves, carina scabrae. *Corolla* calyce triplo fere minor: *Valvula exteriore* ovata, concava, villosa, infra apicem obtusum et denticulatum *Aristam* producente, primo erectam, demum geniculatam et tortilem, calycem vix superantem: *interiore* minore, mutica, basi pilosa, apice bifida.

Aehrentragendes Hirsegras.

In Istria ad sepes, vias, in pratis (*Host*). ⊙. Fl. Maj. Jun.

50. AGROSTIS.

Calyx bivalvis, uniflorus, compressus. *Corolla* calyce minor, basi uno alterove pilorum fasciculo stipata, bivalvis seu subbivalvis: *Valvula majore* vel aristata, vel mutica; *minore* interdum mutilata, vel deficiente. *Semen* liberum, vel rarius corollae adnatum.

Observ. In hujus generis speciebus Aristae dorsalis praesentia vel absentia minus constans est, quam in reliquis graminibus, hinc minus valet pro specierum distinctione. Aristae vero insertio, vel in medio, vel infra vel supra medium, vel ad basin corollae exterioris Valvulae, majoris momenti est et constans. In omnibus corolla basi fasciculo pilorum uno alterove brevissimorum et saepe non, nisi lentis augentis ope, observabilium, stipata est et hinc

in iis speciebus, quae corolla univalvi tantum gaudent, a terius deficientis valvulae vicem ferre nequit pilorum fa ciculus. Defectus, vel mutilatio alterius petali per se solum non sufficit, ut ab hoc genere removeantur gramin quae caeterum omnibus in partibus exactissime conveniu cum reliquis speciebus, corolla bivalvi, perfecta praediti Novum itaque genus *Trichodium*, sub quo complectit *Michaux* ejusmodi *Agrostes* et quod a recentioribus b tanicis pluribus receptum est, servare nequeo.

A. *Aristatae.*

a) *Corolla bivalvi, perfecta.*

1. Agrostis *Spica venti.*

A. panicula diffusa, petalo exteriore infra apicem arista lo gissima, subflexuosa, instructo, antheris lineari oblongis.

Agrostis Spica venti. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 361. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 80. *Besser* Gali n. 77. *Gmelin* Badens. n. 96. *Host* Gram. Austr. 3. p. 3 Tab. 47. *Köler* Gram. p. 80. *Leers* Herborn. n. 51. Tab. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 211. *Pollic* palat. n. 68. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 36 *Schrader* Germ. 1. p. 203. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 38 Flora Dan. Tab. 853.

Gramen segetum, altissimum, panicula sparsa. *Scheuch* Agrost. p. 144. Tab. 3. Fig. 10.

Gramen agrorum *Lobelii. Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 461.

Gramen segetum panicula arundinacea. *C. Bauh.* Theat p. 35.

Gramen venti spica et gramen agrorum, latiore, arundin cea, comosa panicula. *Lobel* Icon. 1. p. 3.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus, teres, glaber, bi,-triped lis. *Folia* linearia, acuminata, supra plerumque pubescenti subtus margineque scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligu* elongata, obtusa, fissa. *Panicula* ampla, diffusa. *Rami* pl res subverticillati, capillacei, ramosissimi, multiflori, compress hispiduli, subflexuosi, sub anthesi horizontaliter patentes, po anthesin erectiusculi. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, apice versus scabrae, inaequales: *exteriore* seu *minore* uninervi; *in teriore* majore trinervi. *Corolla* calyce minor; *Valvula ext riore* basi utrinque fasciculo pilorum praedita, dorso punctat subquinquenervi, infra apicem *Aristam* quadruplo longiore

capillarem, subflexuosam producente; *interiore* angustiore, apice bifida, mutica.

Gemeiner Windhalm.

Variat: 1. *Panicula* purpurascente, glauca et alba.
2. *Calycibus* plurimis bifloris: flosculo altero mutico.

Inter segetes communis. ⊙. Fl. Jun. Jul.

2. Agrostis *interrupta.*

A. panicula contracta, attenuata, petalo exteriore infra apicem arista longissima, subflexuosa, instructo, antheris subrotundo-ovatis.

Agrostis interrupta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 362. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 81. *Host* Gram. Austr. 3. pag. 33. Tab. 48. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 212. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 370. *Schrader* Germ. 1. pag. 204. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 389. *Scop.* Carn. 2. n. 85. *Vest* Manuale p. 306.

Gramen arvense paniculatum, spica interrupta. *Scheuchz.* Agrost. p. 146.

Gramen capillatum, panicula angustiore et interrupta. *Vaill.* Paris. Tab. 17. Fig. 1.

Differt ab antecedente, cui simillima: 1. *Culmo* breviore, tenuiore ut et omnibus partibus minoribus. 2. *Panicula* semper contracta, non raro interrupta. 3. *Ramorum verticillis* inferioribus remotioribus et paucioribus ramis compositis. 4. *Antheris* subrotundo-ovatis.

Unterbrochener Windhalm.

In cultis Carnioliae calidioris (*Scopoli*, *Wulfen*), ad vias agri vindobonensis (*Host*). ⊙. Fl. Jun. Jul.

b) *Corolla subbivalvi seu univalvi.*

3. Agrostis *canina.*

A. paniculae ramis subtrichotomis, hispidulis; ramulis divergentibus, flexuosis, calycibus acutis, arista dorsali infra medium petali prodeunte, radice repente.

α) *Floribus purpurascentibus, arista calycem excedente.*

Agrostis canina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 367. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 81. *Gmelin* Badens. n. 100. *Köler* Gram. pag. 84. *Leers* Herborn. n. 52. Tab. 4. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 215. *Pollich* palat. n. 70. Flora Dan. Tab. 1443.

Trichodium caninum. Schrader Germ. 1. p. 198. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 357. α. *Schulz* Suppl. Fl. Stargard. p. 6. α.

Gramen paniculatum, supinum, ad infima culmorum geniculo foliorum capillarium fasciculis donatum. *Scheuchz.* Agrost. p. 141. Tab. 3. Fig. 9. C.

β) *Floribus purpurascenti et viridi-variis, arista calycem excedente.*

Trichodium caninum. Schrader Germ. l. c. β. *Schultes* Oestr. Flora l. c. β.

γ) *Floribus stramineis, arista calycem excedente.*

Trichodium caninum. Schrader Germ. l. c. γ.

δ) *Floribus purpurascentibus, arista calycem vix excedente.*

Trichodium caninum. Schrader Germ. l. c. δ.

Agrostis canina. Host Gram. Austr. 4. Tab. 53.

ε) *Floribus stramineis vel pallide flavescentibus, arista calycem vix excedente.*

Trichodium caninum. Schrader Germ. l. c. ε.

Agrostis pallida. Schkuhr Handb. 3. Nachtr. p. 1. *Hoffmann* Germ. 2. p. 34.

ζ) *Floribus omnibus muticis.*

Trichodium caninum. Schrader Germ. l. c. ζ.

Radix plerumque repens, culmos plures et foliorum fasciculos, solo quoque commodo, stolones reptantes producens. *Culmi* graciles, striati, glabri, geniculati, ex inferioribus geniculis plerumque ramos et saepe etiam foliorum fasciculos emittentes. *Folia* angusto-linearia, utrinque et margine scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* oblonga, obtusa, demum lacera. *Panicula* sub anthesi patens, *ramis* trichotomis, dichotomis, cum ramulis divergentibus et flexuosis, hispidulis, post anthesin in-

aequaliter contracta. *Glumae* acutae uninerves, compressae, in aliis ovato-lanceolatae et minores, in aliis lanceolatae et ut omnes partes majores: *altera* longiore ad totam fere carinam, *altera* minore, vix, nisi apicem versus, hispidula. *Corolla* plerumque univalvis, ovato-lanceolata, apice obtusa et crenulata, quinquenervis, paullo infra medium *Aristam*, supra apicem corollae geniculatam et adultiore aetate infra geniculum laeviter tortam producens, latere exteriori fasciculo pilorum, lentis ope tantum dignoscendo, praedita.

α, *β* et *γ* conveniunt Arista calycem plerumque excedente et colore florum tantum inter se differunt. In *δ* et *ε* flores plures mutici reperiuntur et Var. *ε* insuper recedit Panicula minore minusque ramosa.

Hunde-Windhalm.

In pratis, pascuis, pomariis, nemorosis et uliginosis. ♃. Fl. Jul. Aug.

Observ. *Trichodium Kitaibelii*, *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 361. *Agrostis Kitaibelii*, *Schultes* l. c. n. 392. et *Agrostis neglecta*, *Schultes* l. c. n. 393. ab *Agroste canina* vix specie differre mihi videntur.

4. Agrostis *alpina.*

A. paniculae angustae pauciflorae ramis subdivisis, patentibus, glabris, calycibus acutis, arista dorsali infra medium petali, apice integri, mutici, prodeunte, radice fasciculata.

Agrostis alpina. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 82. *Köler* Gram. p. 88. *Leyser* in Act. Soc. Nat. curios. Halens. 1. p. 364. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 217. *Scopoli* Carn. 2. n. 86.

Agrostis rupestris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 368. (secundum *Mert.* et *Koch.*) *Host* Gram. Austr. 3. p. 34. Tab. 50.

Trichodium alpinum. *Schrader* Germ. 1. p. 200. Tab. 3. Fig. 4. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 358. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 278.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, tenues, simplices, striati, digitales et sesquidigitales. *Folia radicalia* setacea, filiformia; *culmea* paullo latiora, plana, per exsiccationem convoluta, filiformia, supra et margine scabriuscula. *Vaginae* glabrae, profunde striatae. *Ligula* oblonga, obtusa, demum

plerumque fissa. *Panicula* pauciflora, angusta, uncialis et sesquiuncialis, sub anthesi patens, ante et post anthesin contracta. *Rami* simplices et subdivisi, parum flexuosi, cum *Rhachi* glabri; *inferiores* binati et ternati; *superiores* plerumque solitarii. *Glumae* lanceolatae, paullo majores et acutiores, quam in antecedente, uninerves, compressae, carina et margine scabrae, e violaceo et purpureo fuscescentes, aetate stramineo-fuscescentes; *altera* paullo minore. *Corollae valvula exterior* ovato-lanceolata, mutica, dorso convexa, quinquenervis, nervis lateralibus saepe in mucrones brevissimos elongatis, infra dorsi medium *Aristam*, calycem parum excedentem, albam, geniculatam et scabram producens, basi ad anterius latus pilorum fasciculo brevissimorum aucta; *interior* plerumque nulla, aut brevissima.

Alpen-Windhalm.

Observ. Semen interdum ustilagine corrumpitur.

In pascuis montosis et pratis alpinis et subalpinis passim in Germania. 2|. Fl. Julio.

5. Agrostis *rupestris.*

A. paniculae ramis subtrichotomis, hispidulis, calycibus acuminatis, arista dorsali supra basin petali, apice biaristati prodeunte, radice fasciculata.

Agrostis rupestris. Allion. Pedem. n. 2161. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 216.

Agrostis alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 368. *Besser* Galic. n. 78. *Host* Gram. Austr. 3. p. 34. Tab. 49. *Melichhofer* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1801. p. 183. *Vest* Manuale p. 306.

Agrostis festucoides. Gmelin Badens. n. 104.

Trichodium rupestre. Schrader Germ. 1. p. 201. Tab. 3. Fig. 5. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 271. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 360.

Gramen parvum paniculatum alpinum, panicula spadicea aristatum. *Scheuchz.* Agrost. p. 140. Append. Tab. 4.

Respectu paniculae medium quasi tenet inter *Agrostem caninam* et *alpinam.* Majora specimina quoad paniculae ramositatem et ramorum directionem priori magis accedunt, minora e contrario specimina ut in *A. alpina* angustiore et minus divisa panicula gaudent, cum qua etiam radice, foliis, florum colore aliisque notis convenit, differt autem: 1. *Rhachi* et *pan*

culae ramis hispidulis; nec ut in A. *alpina* glabris. 2. *Floribus*, etiam in minoribus speciminibus, duplo fere majoribus. 3. *Calycibus* acutiusculis. Ab ambabus vero recedit: 1. *Corollae valvula exteriore*, mox supra basin Aristam exserente, ut ita tantum quadrinervis appareat, nervo utroque exteriore in aristam brevem, rectam producto. 2. *Arista* quoque quidem infra apicem corollae geniculata, at evidentius torta. 3. *Fasciculis* pilorum basin corollae cingentium, saepe quatuor, quorum duo majores anteriore parte, reliqui plerumque ad latus positi sunt.

Felsen-Windhalm.

In alpibus Moraviae, Styriae, Austriae, Carinthiae, Tyrolis (*Host*, *Frölich*), Principatus Salisburgensis (*Melichhofer*), Bohemiae (*Schmidt*), in monte *Belchen* Marggrav. Badensis superioris (*Gmelin*). ♃. Fl. Jul.—Sept.

Observ. Ab hac vix specie differre videtur: *Trichodium neglectum*. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 362. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 280.

6. Agrostis *flavescens.*

A paniculae ramis subtrichotomis, calycibus acuminatis, arista dorsali supra basin petali apice uniaristati, prodeunte, radice repente.

Agrostis flavescens. *Host* Gram. Austr. 4. p. 30. Tab. 52.

Trichodium flavescens. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 280. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 359.

Agrostis alpinae varietatem declarant hanc speciem amici *Mertens* et *Koch* in Deutschl. Flora l. c., at differre videtur: 1. *Radice* repente; nec fasciculata. 2. *Culmis vaginis*que scabris. 3. *Gluma exteriori* trinervi; nec uninervi. 4. *Corollae valvulae exterioris* nervis quatuor, apice in aristam brevissimam confluentibus. 5. *Arista dorsali* corollae valvula duplo fere longiore.

Gelblicher Windhalm.

In summis Carnioliae alpibus (*Host*). ♃. Fl. Jul. Aug.

B. *Muticae.*

7. Agrostis *vulgaris.*

A. paniculae ramis laeviusculis, ramulis divergentibus, ligula brevissima truncata, corollae valvula exteriore trinervi.

Agrostis vulgaris. *Besser* Galic. n. 79. *Hoffmann* Germ. 2. p. 36. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 59. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 213. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 350. *Schrader* Germ. 1. p. 206. Tab. 2. Fig. 3. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 396.

Agrostis capillaris. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 85. (excluso synon. *Leersii.*) *Schkuhr* Handb. 1. p. 37. Tab. 12.

Agrostis stolonifera. *Leers* Herborn. n. 53. Tab. 4. Fig. 6. *Gmelin* Badens. n. 105. et aliorum floristarum germanicorum.

Agrostis divaricata. *Hoffmann* Germ. 2. p. 37.

Agrostis hispida. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 370.

β) Floribus aristatis.

Agrostis vulgaris. *Schrader* Germ. l. c. *β.* Tab. 3. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *ε.*

Agrostis vinealis. *Schreber* Spic. Florae Lips. pag. 47. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 82. *Gmelin* Badens. n. 101.

γ) Floribus ustilagine corruptis, muticis.

Agrostis vulgaris. *Schrader* Germ. l. c. *γ.*

Agrostis pumila. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 371. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 86. *Köler* Gram. p. 93. *Gmelin* Badens. n. 108. *Pollich* palat. n. 75.

Gramen minimum palustre, panicula spadicea, delicata tenuifolium, semine rotundo exiguo. *Scheuchz.* Agrost. p. 131.

δ) Floribus ustilagine correptis, aristatis.

Agrostis vulgaris. *Schrader* Germ. l. c. *δ.*

ε) Floribus viviparis.

Agrostis vulgaris. *Schrader* Germ. l. c. *ε.*

Agrostis sylvatica. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 86. *Köler* Gram. p. 92. *Pollich* palat. n. 73. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 90.

Pro soli conditione et loci natalis diversitate haec et sequens species maxime polymorphae observantur, hinc auctorum dissensus et eorum innumerae species, ut vix ac ne vix quidem erui possit, utrum ad hanc vel ad illam speciem vel varietatem pertineant. Celeberr. *Schrader* l. c. ad indicatas varietates reduxit, quem sequor.

Radix repens, culmos plures, foliorum fasciculos et stolones producens. *Culmi* diversae altitudinis, graciles, striati, adscendentes, ex inferioribus geniculis radices et ramos plerumque agentes. *Folia* linearia, acuta, scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* brevissima, vix exserta, truncata. *Panicula multiflora*, purpurascens, vel e purpureo et viridi varia, sub anthesi patens, ante et post anthesin contracta. *Rami* trichotomi et dichotomi cum ramulis divergentibus, flexuosis hispiduli. *Pedicelli* glabri. *Glumae* lanceolatae, acutae, uninerves: *altera* paullo majore, carina apicem versus hispidula; *altera* glabra. *Corollae valvula exterior* longitudine glumae minoris seu interioris, punctata, ovato-lanceolata, trinervis, nervo dorsali saepe in mucronem brevem desinente, apice obtusa et tenuissime denticulata, antheris exsertis, margine interiore contracto, paullo longior et minus obtusa apparens; *interior* duplo vel triplo minor, apice bifida, basi fasciculo pilorum brevissimorum stipata.

Haec in *pratis et locis fertilibus* non rara est. — In *nemorosis* culmi graciliores, altiores. Panicula major, ramulis valde divergentibus; in *locis siccis* et *sterilibus* e contrario Radix subrepens, pauciores foliorum fasciculos, aut nullos, aut brevissimos tantum producit stolones: Culmi magis erecti et humiliores: Pedicelli magis incrassati; Calyces breviores, ovato-lanceolati cum omnibus partibus tenuioribus et minoribus.

β. Recedit *Flosculis aristatis* cum muticis commixtis, nervo dorsali infra medium *Aristam* diversae longitudinis, modo infra, modo supra corollae apicem geniculatam emittente. Haecce varietas habitu proxima est *Agrosti caninae* (Trichodio canino *Schrad.*) a qua recedit: 1. *Foliis* radicalibus seu potius fasciculorum latioribus; nec setaceis. 2. *Geniculis* culmi *inferioribus* nunquam foliorum fasciculos producentibus. 3. *Ligula* brevissima; nec oblonga. 4. *Paniculae ramis* et florum superficie minus hispidis. 5. *Floribus* plerisque muticis, paucioribus tantum aristatis. 6. *Corolla* semper et evidenter bivalvi.

γ. In locis sterilibus siccis praecipue proveniens, statura humiliore praesertim differt et raro altitudinem semipedalem acquirit.

δ. Est varietas *aristata* praecedentis *γ*.

ε. Corollis elongatis viviparis recedit.

Gemeiner Windhalm.

In versuris, pratis, pascuis, nemorosis, collibus. 2|. Fl. Jul. Aug.

8. Agrostis *alba.*

A. paniculae ramis hispidis, ramulis patentibus, ligula oblonga, corollae valvula exteriore quinquenervi.

Agrostis alba. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 214. *Schrader* Germ. 1. p. 209. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 399. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 346.

α. Floribus albis vel albidis.

Agrostis alba. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 371. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 86. *Gmelin* Badens. n. 107. *Leers* Herborn. n. 55. Tab. 4. Fig. 5. *Pollich* palat. n. 74. Flora Dan. Tab. 1623.

Agrostis stolonifera. Host Gram. Austr. 4. p. 32. Tab. 56.

β. Floribus purpurascentibus.

Agrostis alba. Schrader Germ. l. c. *β.* Tab. 2. Fig. 1. *Köler* Gram. p. 95. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. l. c. *β.*

Agrostis capillaris. Leers Herborn. n. 54. Tab. 4. Fig. 3. *Gmelin* Badens. n. 106. *Pollich* palat. n. 72.

Agrostis stolonifera. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 84. et nonnull. auct. Florae Germ.

Agrostis coarctata. Hoffmann Deutschl. Fl. 2. p. 37. *Köler* Gram. p. 99.

Agrostis varia. Host Gram. Austr. 4. p. 33. Tab. 57. Fig. *sinistra. Besser* Galic. n. 81.

γ, Floribus infra apicem corollae obsolete aristatis.

Agrostis alba. Schrader Germ. l. c. *γ.* Tab. 2. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. l. c. *δ.*

Agrostis dubia. Leers Herborn. n. 56. Tab. 4. Fig. 4. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 84. *Gmelin* Badens. n. 102.

Agrostis gigantea. Roth Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 83. *Köler* Gram. p. 86.

Agrostis vinealis β. gigantea. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. 1. p. 369.

Agrostis compressa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. p. 368.

Hujus loci quoque esse videtur:

Agrostis diffusa. *Host* Gram. Austr. 4. p. 32. Tab. 55. *Besser* Galic. n. 80.

δ. Floribus supra medium longius aristatis.

Agrostis alba. *Mertens* et *Koch* Deutschl. l. c. *δ.*

Agrostis pauciflora. *Schrader* Germ. 1. p. 205. Tab. 3. Fig. 2.

ε. Floribus viviparis.

Agrostis alba. *Schrader* Germ. 1. p. 209. *δ.*

Agrostis capillaris. *Leers* Herborn. n. 54. Var. Tab. 4. Fig. 3. †.

Agrostis sylvatica. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 371.

Et haec quoque pro soli diversitate mirum in modum variat. Habitu similis praecedentis, at *Culmi* altiores, rigidiores et *Folia* latiora, magis scabra. *Panicula* major, e verticillis et ramis pluribus composita. *Flores* majores; *Gluma* Aristam, si adest, infra apicem, nec infra medium, emittens. Inprimis vero dignoscitur: 1. *Ligula* oblonga, exserta; nec brevissima, vix exserta. 2. *Paniculae ramis* sub anthesi horizontalibus, minus laxis et ramulis exterioribus patentibus; nec ramis divergentibus. 3. *Glumarum carina* cum Rhachi et paniculae ramis magis hispida. 4. *Corollae valvula exteriore* quinquenervi: *nervis lateralibus* in mucrones desinentibus; nec trinervi, apice tenuissime denticulata.

Weisser Windhalm.

In nemorosis, pascuis, pratis hnmidis, ad ripas fluviorum. 4. Fl. Jul. Aug.

51. ARUNDO.

Calyx bivalvis, uniflorus. *Corolla* bivalvis, basi pilis persistentibus cincta. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. I. Ab Agroste recedit Arundo: *Calycibus* magis lanceolatis et apice attenuatis, acutioribus: *Corolla* basi pilis distinctis, etiam semine maturo, persistentibus, longioribus, circumdata; nec pilorum fasciculo uno alterove, versus seminis maturitatem saepius evanescente, brevissimo, aucta.

Observ. II. Ab hoc genere eae *Linnei* species removendae

sunt, calycibus multifloris gaudentes, quae in posterum sub generico nomine *Phragmites* describuntur.

a) *Aristatae.*

1. Arundo *Epigejos.*

A. panicula stricta, patente, calycibus acuminatis, arista dorsali infra medium egrediente, recta, pilis breviore, pilis calycem subaequantibus.

Arundo Epigejos. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 456. *Ehrhardt* Beitr. 6. p. 135. *Gmelin* Badens. n. 180. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 220. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 501. *Schrader* Germ. 1. p. 211. Tab. 4. Fig. 1. *Scop.* Carn. 2. n. 125. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 402.

Calamagrostis Epigejos. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 91. *Besser* Galic. n. 83. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 42. *Köler* Gram. p. 110.

Gramen arundinaceum panicula molli, spadicea, majus. *C. Bauh.* Theatr. p. 94. 95. *Scheuchz.* Agrost. p. 122. Tab. 3. Fig. 3. et Append. Tab. 5.

β. minor. Trentepohl Florae Oldenburg. Manuscpt.

Gramen arundinaceum panicula molli, spadicea, minus. *C. Bauh.* Theatr. p. 95. *Scheuchz.* Agrost. p. 124.

γ. intermedia: panicula patente, ovato-lanceolata.

Arundo intermedia. Gmelin Badens. n. 181. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 501.

Radix repens. *Culmi* erecti, teretes, rigidi, ad humanam saepe altitudinem accedentes, superne inprimis scabri, simplices. *Folia* lanceolato-linearia, acuminata, rigidula, striata, ultra pedem saepe longa et semiunciam ad unciam lata, margine praesertim scabra. *Vaginae* scabriusculae, striatae. *Ligula* exserta, acuta, demum fissa. *Panicula* stricta, semipedalis et pedalis, plus minus contracta, utrinque attenuata, ramosissima, purpurascens. *Rami* flexuosi, cum *Rhachi* scabri. *Flosculi* conferti, plerumque secundi, subfalcati. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, subaequales, dorso praecipue scabrae: *exteriore* acutiore, uninervi; *interiore* vix parum minore, trinervi: nervis vix ultra medium productis. *Corolla* calyce dimidio minor, inaequalis, basi pilis copiosis, calycem longitudine subaequantibus, sericeis, cincta: *Valvula exteriore* apice bifida, quadrinervi; ad nervos et margine scabra, dorso infra medium *Aristam* rectam, hispidam, paullo valvula longiorem, exserente

interiore duplo fere minore, emarginata, subbifida, margine scabra.

β *minor* differt: *Culmis* ut plurimum brevioribus et tenuioribus; *Foliis* angustioribus; *Panicula* semipedali, digitali et breviore, *ramis* longioribus, semiuncialibus et uncialibus.

γ *intermedia* non, nisi habitu quodammodo recedit. *Culmus* demissior, strictior. *Folia* margine magis retrorsum aspera et secantia; *Panicula* ex ovato lanceolata, *pedunculis* brevioribus. *Pili* corollam cingentes calyce sublongiores.

Land-Reithgras.

In collibus aridis, fruticetis, etiam locis humidis et ad fossas. β prope *Dangast* non procul a litore maris septentrionalis et alibi in Ducatu Oldenburgico *(Trentepohl)*. γ prope *Carlsruhe* im *Fasanengarten*, ad partem *der Hirschpark*, copiose *(Gmelin)*. 24. Fl. Julio, Augusto.

2. Arundo *litorea.*

A. panicula diffusa, calycibus acuminatis, arista terminali, brevi pilisque calycem subaequantibus.

Arundo litorea. Schrader Germ. 1. p. 212. Tab. 4. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 219. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 502. *Schultes* Oestr. Fl. n. 403.

β *major:* panicula laxa, apice nutante.

Arundo effusa. Gmelin Badens. n. 179. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 405.

Arundo laxa. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 502.

Calamagrostis laxa. Host Gram. Austr. 4. p. 25. Tab. 48.

Differt ab antecedente: 1. *Culmo* plerumque humiliore. 2. *Ligula* obtusa; nec acuta. *Panicula* diffusa, plerumque minore. 4. *Glumis* paullo minoribus, tenuioribus et minus scabris. 5. *Corollae valvula exteriore* inter apicis lacinias inaequales *Aristam* subflexuosam, pilis vix breviorem producente; nec dorso infra medium.

β *major.* Habitu quidem diversa videtur, at florum structura omnimode convenit cum *A. litorea. Culmis* major et robustior. *Folia* magis acumi-

nata, subtus laevia, supra tantum scabra. *Panicula* speciosa, pedalis circiter, laxa, subsecunda, apice nutans.

Ufer-Reithgras.

In arenosis Litoralis Austriaci litoribus (*Wulfen*), et in similibus locis; in Insulis Danubialibus (*Host*), β in insulis Danubii et Rheni (*Host*), circa *Carlsruhe* ad fossas (*Gmelin*). 24. Fl. Jul. Aug.

3. Arundo *sylvatica.*

A. panicula patente, calycibus acutis, arista infra dorsi medium egrediente, geniculata, calycem excedente, pilis brevissimis.

Arundo sylvatica. *Schrader* Germ. 1. pag. 218. Tab. 4. Fig. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 226. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 507. *Wallroth* Annus bot. p. 14. Flora Dan. Tab. 1683.

Arundo Agrostis. *Vest* Manuale p. 320.

Calamagrostis arundinacea. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 89. (exclusis synonymis pluribus.) *Köler* Gram. p. 108. (exclusis syn. pluribus.)

Calamagrostis pyramidalis. *Host* Gram. Austr. 4. p. 28. Tab. 49.

Agrostis arundinacea. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 364. (exclusis syn. pluribus.)

Radix repens. *Culmi* erecti, simplices, teretes, rigiduli, glabri, vel non raro infra paniculam scabriusculi, tri- vel quadripedales. *Folia* lanceolato-linearia, acuminata, margine scabra, ad vaginam pilosa. *Vaginae* scabriusculae; inferiores saepe pubescentes. *Ligula* exserta, ovata, obtusa, demum fissa. *Panicula* erecta, palmaris et semipedalis, ramosissima, patens, e viridi flavescens. *Rami* subflexuosi cum *Rhachi* scabri. *Glumae* subaequales, lanceolatae, acutae, scabrae, margine carinaque hispidae: *exteriore* uninervi; *interiore* paullo minore, trinervi. *Corollae valvulae* subaequales, calyce paullo minores: *exteriore* scabra, quinquenervi, nervis et margine hispida, apice bifida, lacinia utraque iterum fissa et hinc quasi quadrifida, nervo dorsali infra medium *Aristam* producente geniculatam, calycem excedentem, sub geniculo demum tortam, supra geniculum hispidam, basi pilis brevibus cincta; *interiore* angustiore apice bifida, ad flexurae angulos hispida, basi insuper penicillo pilorum parvo, adpresso munita.

Wald-Reithgras.

Observ. In siccioribus locis *variat: Radice* subrepente; *Culmis* humilioribus, rigidioribus, magis scabris; *Foliis* angustioribus, rigidioribus, magis pubescentibus; *Panicula* minore, magis colorata.

In sylvatis, nemorosis, tam siccis, quam humidis passim in Germania. ♃. Fl. Jun. et Jul.

4. Arundo *varia.*

A. panicula patente, calycibus acutis, arista dorsali supra basin egrediente, geniculata, calycem vix excedente, pilis corollam aequantibus, calyce paullo brevioribus.

Arundo varia: Schrader Germ. 1. p. 216. Tab. 4. Fig. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 224. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 505. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 404. *Wallroth* Annus bot. p. 14.

Calamagrostis varia. Host Gram. Austr. 4. Tab. 47.

Calamagrostis arundinacea. Wibel Wertheim. p. 122. (exclus. synon.)

Pro vario solo et expositione polymorphum gramen, varians *Culmis* nunc humilioribus, semipedalibus ad bipedalibus, nunc altioribus; *Foliis* angustioribus et latioribus *Vaginis*que vel scabriusculis, vel praesertim inferioribus pubescentibus et subvillosis, glaucescentibus et viridibus; *Floribus* fusco-purpureis et virescenti-albidis; *Arista* calycem ad lineae vel sesquilineae longitudinem excedente, vel calyce vix majore; *Pilis* calycem aequantibus, vel paullo brevioribus. Hinc aegre ab antecedente distinguenda est. Evidenter tamen recedit ab *Arundine sylvatica: Pilis* patentibus, corollam superantibus et calycis acumen attingentibus, copiosioribus; nec brevissimis, corollae adpressis.

Veränderliches Reithgras.

Observ. Ab hac specie non separanda videtur *Calamagrostis sylvatica Host* Gram. Austr. 4. Tab. 48., cui proxima quoque *Calamagrostis montana. Host* Gram. Austr. 4. Tab. 46.

In uliginosis et palustribus locis, tam alpinis, quam montanis Germaniae praesertim australioris. ♃. Fl. Jul. Aug.

5. Arundo *acutiflora.*

A. panicula patente, calycibus acuminatis, arista dorsali su-

pra basin egrediente, geniculata, calycem vix excedente, pili corolla calyceque brevioribus.

Arundo acutiflora. *Schrader* Germ. 1. p. 217. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 225. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 506.

Arundo Agrostis. *Scop.* Carn. 2. n. 126. (teste *Wulfenio*). *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 410.

Gramen avenaceum montanum, panicula angustiore e dilutissimo fusco albicante et papposa. *Scheuchz.* Agrost. p. 507.

Media quasi inter *Arund. sylvaticam* et *variam*, ab utraque vero recedit *Calycibus* magis acuminatis et *Corolla* calyce dimidio breviore. In specie vero ab *Arund. sylvatica* distinguitur: 1. *Pilis* corollam undique cingentibus, frequentioribus et triplo longioribus. 2. *Defectu* penicilli ad corollae valvulam interiorem. 3. *Arista* calycem vix excedente; nec bi-vel trilineari, calycem excedente. Ab *Arund. varia*, cui proxima, differt: 1. *Culmis* plerumque altioribus, rigidioribus. 2. *Panicula* stricta, majore. 4. *Floribus* majoribus. 5. *Pilis* paucioribus, corolla paullo brevioribus.

Spitzblühtiges Reithgras.

In arenosis humidis paludosis, ad rivulorum ripas, inprimis Germaniae australioris. ♃. Fl. Jun. Jul.

6. Arundo *Calamagrostis.*

A. panicula diffusa, calycibus acuminatis, arista terminali brevi, pilis corolla longioribus, calyce brevioribus.

Arundo Calamagrostis. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 456. (exclus. syn. *Linn.*, *Scheuchz.* et *Bauh.*) *Bönninghausen* Flor. Monast. n. 95. *Ehrhardt* Beiträge 6. p. 136. *Gmelin* Badens. n. 182. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 218. *Pollich* palat. n. 128. *Schrader* Germ. 1. p. 214. Tab. 4. Fig. 4. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 406. Flora Dan. Tab. 1624.

Arundo lanceolata. *Vest* Manuale p. 321.

Calamagrostis lanceolata. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 90.

Calamagrostis ramosa. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 44.

Calamagrostis Schleicheri. *Besser* Galic. n. 84.

Agrostis lanceolata. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 363.

Radix repens. *Culmi* plures erecti, teretes, glabri, plerumque ramosi, bi-, tripedales. *Folia* linearia acuminata, plana, dorso et margine plus minus scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* exserta, brevis, obtusa, demum fissa. *Panicula* quadriad sexuncialis, sub anthesi diffusa, laxa, post anthesin contracta, lanceolata, demum apice cernua. *Rami* cum *Rhachi* flexuosi, scabri. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, subaequales: *exteriore* uninervi, acutiore; *interiore* trinervi, paullo minore. *Corolla* calyce minor, basi pilis illa longioribus, sed calyce brevioribus cincta: *Valvula exteriore* quadrinervi, ad nervos hispidula, apice bifida, lacinia altera iterum fissa, nervo intermedio inter fissuram in *Aristam* parvam, terminalem, apice subhispidam, exeunte; *interiore* duplo fere minore, glabra, emarginata.

Vielhalmiges Reithgras.

In pratis uliginosis, turfosis, ad rivulorum ripas, rarius in nemoribus. 24. Fl. Jul. Aug.

7. Arundo *Halleriana.*

A. panicula diffusa, calycibus acuminatis, arista dorsali versus basin egrediente, recta pilisque corolla paullo longioribus, calyce parum brevioribus.

Arundo Halleriana. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 221.

Arundo pseudo-phragmites. Schrader Germ. 1. p. 213. Tab. 4. Fig. 3. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 503. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 404.

Habitus antecedentis *Arund. Calamagrostis*, sed differt: 1. *Panicula* erectiuscula: nec demum apice cernua. 2. *Arista* versus basin valvulae corollae exterioris prodeunte, recta, pilos longitudine aequante; nec apice inter fissuram parva, magis minusve curva.

Hallerisches Reithgras.

Variat: 1. *Foliis* undique scabris, vel supra tantum pubescentibus.
2. *Culmo Rhachique* inferne glabris et scabriusculis.
3. *Floribus* majoribus et minoribus.

In nemorosis uliginosis et ad fluviorum ripas Germaniae australioris. 24. Fl. Jul. Aug.

8. Arundo *stricta.*

A. panicula stricta, patente, calycibus acutis, arista dorsali ad basin prodeunte, recta, corollam subaequante, pilis corolla calyceque brevioribus.

Arundo stricta. Schrader Germ. 1. p. 215. Tab. 4. Fig. 5. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 223. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 504. *Roth* Neue Beiträge zur Bot. 1. p. 118. *Schultz* Fl. Stargard. n. 108. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 20. *Timm* in *Siemss.* Meklenb. Magaz. 2. p. 235.

Arundo neglecta. Ehrhardt Beitr. 6. p. 137.

Calamagrostis neglecta. G. M. S. Flora der Wetterau n. 95.

Radix repens. *Culmi* erecti, stricti, teretes, semper trinodi, bi-ad quadripedales. *Folia* linearia, acuminata, plana, margine scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* exserta obtusa, demum fissa. *Panicula* e viridi fusca, sub anthesi patens, ante et post anthesin in formam spicae coarctata, stricta. *Rami* breves cum *Rhachi* hispiduli. *Glumae* subaequales, lanceolatae, acutae, uninerves, scabrae, carina margineque hispidae. *Corollae valvula exterior* longitudine Glumae interioris striis purpureis variegata, trinervis, ad nervos et margine hispida, caeterum scabra, apice bifida et laciniata, dorso supra basin *Aristam* rectam, scabram, valvulam subaequantem vel demum parum superantem, producens; *interior* duplo fere minor, apice emarginata et denticulata. *Pili* corollam circumdantes longitudine corollae valvulae interioris.

Steifähriges Reithgras.

In pratis aquosis Ducatus Megapolitani prope *Malchin (Timm)*, et Neobrandenburgum *(Brückner, Schultz)* prope Berolinum *(Sprengel)*. 2|. Fl. Jun. Jul.

9. Arundo *speciosa.*

A. panicula diffusa, calycibus acutis, petalo exteriore basi et versus marginem piloso, apice bifido, arista inter fissuram terminali, retrofracto-divaricata, pilis corollae longitudine, calyce subbrevioribus.

Arundo speciosa. Schrader Germ. 1. p. 219. Tab. Fig. 8. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 413.

Agrostis Calamagrostis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. P. I. p. 365. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 36 *Vest* Manuale p. 321.

Calamagrostis speciosa. Host Gram. Austr. 4. Tab. 45.

Stipa Calamagrostis. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 234.

Gramen arundinaceum, panicula densa, viridi-argentea, splendente, aristata. *Scheuchz.* Agrost. p. 146. Tab. 3. Fig. 11. A. B.

Radix fibrosa. *Culmi* bi-, tripedales, erecti, rigiduli, glabri. *Folia* linearia, longe acuminata, plana, per exsiccationem convoluta, ad vaginarum exortum utrinque pilorum fasciculo praedita, margine, inprimis apicem versus scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obsoleta. *Panicula* speciosa, diffusa, erectiuscula, circiter palmaris. *Glumae* lanceolatae, acutae, trinerves, nitentes, margine membranaceae et eleganter sericeo-albae, plus minus aequales, ad nervos et carinam hispidae: *interiore* minore, emarginata cum apicula. *Corollae valvulae* inaequales, uninerves, diaphanae, ex argenteo albidae: *exterior* plerumque longitudine glumae interioris, basi pilis circumdata et insuper latere versus marginem pilis sericeis, introrsum spectantibus, vestita, dorso glabra, apice bifida et inter fissuram e nervo dorsali *Aristam* calyce duplo longiorem, scabram, retrofracto-divaricatam producens; *interior* minor, apice fasciculo denticulorum coronata, margine hispida. *Antherae* pilorum fasciculis duobus terminatae.

Silberfarbiges Reithgras.

Observ. Ob aristam basi non articulatam et valvulam corollae exteriorem apice bifidam vix commode ad *Stipam* referri potest. Ob antherarum structuram singularem proprium potius genus constitueret.

In rupestribus alpium Carinthiae et Tyrolis (*Wulfen*, *Host*). 24. Fl. Jul. Aug.

10. Arundo *Plinii.*

A. panicula coarctata, lanceolata, calycibus acuminatis, petalo exteriore basi et supra basin piloso, apice in mucronem aristatum, calycem aequantem, rectum, attenuato, pilis longitudine petali interioris, calyce brevioribus.

Arundo Plinii. Vest Manuale p. 321.

Arundo semifarcta Rheni bononiensis Plinii. *Monti* prodrom. p. 32. Fig. D. F.

Arundo tyberina vulgaris D. Scherard. *Raji* Hist. 3. 615.

Habitu omnino similis *Arundinis Donacis* Linn., cum qua commutata est, at dimidio plerumque minor et tenerior. *Culmi* teretes, laeves, rigidi, fere lignescentes, crassitie circiter pennae anserinae minoris. *Folia* erecta, lanceolato-linearia, in mucronem longum tenuissimum attenuata, glauco-viridia, plana, per exsiccationem praesertim versus apicem convoluta, utrinque laevia, at margine asperrima et scindentia. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, parum exserta, truncata, fissa. *Panicula* pedalis et ultra, (vix plane e summi folii vagina egredien in meo saltem specimine) coarctata, oblongo-lanceolata. *Rhachis* cum *ramis ramulis*que scabra. *Glumae* subaequales, trinerves, lanceolato-subulatae; *exterior* paullo major, basi involven *interiorem* et paullo superiorem. *Corollae valvula exterior* longitudine calycis, basi pilis brevibus adpressis stipata, supra basin pilis patulis argenteis, valvulam interiorem vix superantibus circumdata, caeterum glabra, apice in mucronem aristaeformem scabriusculum, rectum, valvula sua dimidio breviorem attenuata *interior* duplo fere minor, apice attenuata et bidentata.

Plinisches Reithgras.

Observ. Ab *Arundine Donace* facile distinguitur: *Ligula* praesentia; *Panicula* apice magis elongata et attenuata *Calycibus* unifloris et *Corollae valvulae exterioris* structura.

Ad stagna et in vineis cis Alpes noricas frequens (*Wulfen*) 2|. Fl. Jul. Aug.

11. Arundo *humilis.*

A. panicula patente, calycibus acuminatis, ciliatis, petal exteriore basi piloso, arista dorsali e medio prodeunte, brevi, p lis corolla longioribus.

Arundo humilis. Römer et *Schultes* Syst. Veget. p. 510.

Arundo tenella. Schultes Oestr. Flora 2. n. 415.

Calamagrostis tenella. Host Gram. Austr. 4. pag. 2 Tab. 50.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, tenues, glabri. *Folia* pl niuscula, supra pilis brevibus, sparsis, deciduis, basi copiosior bus obsessa. *Vaginae* valde scabrae. *Ligula* oblonga, pube cens, *Panicula* oblonga, ante et post anthesin contracta, plerun que incurva. *Rami* scaberrimi: *inferiores* saepe foliolo membra naceo, lineari, aucti. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, scabr

usculae, ciliatae; *exterior* major, uninervis; *interior* trinervis. *Corolla* basi pilis illa longioribus praedita; *Valvula exterior* oblonga, quinquenervis, nervis lateralibus in denticulum excurrentibus, dorso in medio *Aristam* producens illa breviorem; *interior* duplo brevior.

Niedriges Reithgras.

In alpibus et subalpinis Bohemiae et Hungariae *(Host)*. 4. Fl. Jul. Aug.

b) *Muticae.*

12. Arundo *tenella.*

A. panicula diffusa, calycibus acutis, pilis corolla mutica subbrevioribus, foliis planis.

Arundo tenella. Schrader Germ. 1. p. 220. Tab. 5. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 222.

Agrostis tenella. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 346.

Agrostis spuria. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 346.

Calamagrostis alpina. Host Gram. Austr. 2. pag. 30. Tab. 51.

Culmi graciles, simplices, erecti, glabri. *Folia* linearia, acuminata, plana, glabra vel nonnihil supra pilosa, margine scabriuscula. *Vaginae* glabrae vel scabriusculae. *Ligula* exserta, obtusa, demum laciniata. *Panicula* erectiuscula, diffusa, bi-seu triuncialis. *Glumae* lanceolatae, acutae, subaequales, uninerves: *exteriore* apicem versus carina hispidula; *interiore* glabra. *Corolla* calyce minor, pellucida, mutica, basi pilis paucis, basi conjunctis, ipsa paullo brevioribus vel illam subaequantibus, circumdata: *Valvula exterior* ovato-lanceolata, nervis quinque scabris praedita, apice lacinulis margine denticulatis instructa; *interior* multo minor, emarginata.

Zartes Reithgras.

In alpibus Tyrolensibus Helvetiae conterminis *(Darcot)*, Pannoniae et Styriae superioris *(Host)*. 4. Fl. Julio.

13. Arundo *arenaria.*

A. panicula subspicata, aequali, calycibus acutis, pilis corolla mutica triplo brevioribus, foliis involutis.

Arundo arenaria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 457. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 227. *Roth* Beiträge 1. pag. 8. *Schrader* Germ. 1. pag. 221. Tab. 5. Fig. 2. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 47. *Weber* Götting. p. 5. Flora Dan. Tab. 917.

Ammophila arundinacea. Host Gram. Austr. 4. Tab. 41.

Calamagrostis arenaria. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 93. *Köler* Gram. p. 100. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 98.

Psamma arenaria. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 845.

Gramen spicatum, secalinum, maritimum, maximum, spica longiore. *Scheuchz.* Agrost. p. 138. Tab. 3. Fig. 8.

Gramen sparteum spicatum, foliis mucronatis seu spica secalina. *C. Bauh.* Theatr. p. 67.

Spartum spicatum, pungens, oceanicum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 512.

Spartum herba tertium maritimum. *Clus.* Hist. 2. p. CCXXI.

Spartum nostras et Spartum tertium Clusii. *Lobel* Hist. p. 45. *Ejusd.* Icon. 1. p. 89.

Radix repens, articulata. *Culmi* erecti, simplices, teretes, tenuissime striati, glabri, sub panicula scabri, bipedales et altiores. *Folia* pedalia et longiora, culmum plerumque superantia, involuta, teretia, mucronato-pungentia, glaucescentia, extus e margine glabra, nitida, intus seu pagina superiore lineis eminentioribus striata et scabra. *Vaginae* longae, striatae, scabriusculae, saepe purpurascentes. *Ligula* semiuncialis, lanceolato-acuminata, profunde bifida et demum fissa. *Panicula* dense spicata fere cylindracea, straminei coloris, stricta, digitalis et paullo longior. *Rami* cum *Rhachi* scabri illique adpressi, inferiores et superiores breviores, medii longiores et magis divisi. *Glumae* inaequales, compressae, lanceolatae, acutae, carinatae, ad carinam scabrae: *exteriore* uninervi; *interiore* paullo majore, trinervi. *Corolla* inaequalis, calyce paullo minor, scabra, muticis basi pilis ipsa corolla triplo brevibus, basi conjunctis circumdata. *Valvula exteriore* quinquenervi interdum brevissime mucronata, nervo dorsali ex incisura mucronem brevissimum exserente; *interiore* paullo minore et angustiore, quadrinervis apice quadridentata, margine inflexa, ad flexurae angulos hispidula.

Sand-Reithgras.

Observ. Ustilagine quam maxime vexantur flores.

In arenosis et marinis fere in tota Germania. 24. Fl. Jul. Aug.

14. Arundo *baltica.*

A. panicula subspicata, lobata, calycibus acuminatis, pilis corolla mutica duplo brevioribus, foliis involutis.

Arundo baltica. Schrader German. 1. pag. 223. Tab. 5. Fig. 5. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 228. Flora Dan. Tab. 1684.

Pluribus convenit cum *Arund. arenaria*, at differt: 1. *Panicula* crassiore, colorata, lobata: *ramis* inaequalibus ramosioribus, rhachi minus adpressis. 3. *Glumis* acutioribus, apice attenuatis: *interiore* nervis lateralibus evidentioribus. 4. *Pilis* corolla duplo tantum brevioribus, 5. *Corollae valvula exteriore* acutiore.

Ostsee-Reithgras.

Ad litora arenosa maris baltici prope *Warnemünde (Timm, Treviranus)*, prope *Swienemünde (Flügge)*, in Pomerania *auf der frischen Nehrung (Mertens)*. 24. Fl. Jul. et Aug.

52. SACCHARUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 104. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 34. Gaertner de Fruct. 2. p. 11. Tab. 82.

Calyx bivalvis, uniflorus, extus lanugine sericea vestitus. *Corolla* bi-seu trivalvis, basi nuda. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. Ab Arundine recedit *Saccharum:* Calyce extus lanugine sericea vestito; nec extus nudo, nec corolla basi pilosa.

1. Saccharum *cylindricum.*

S. panicula subspicata, cylindracea, foliis convolutis, vaginis glabris, corolla bivalvi, mutica, diandra, pilis calycem longe superantibus.

Saccharum cylindricum. Schrader Germ. 1. p. 226.

Imperata cylindrica. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. 1. 236. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 288.

Imperata arundinacea. Host Gram. Austr. 4. Tab. 40.

Calamagrostis Lagurus. Köler Gram. p. 112.

Lagurus cylindricus. Linn. Syst. Plant. ed. *Reichard* 1. p. 226.

Gramen tomentosum, creticum, spicatum, spica purpurea. *Scheuchz.* Agrost. p. 57. Tab. 2. Fig. 4 a.

Gramen Alopecuros spica longa tomentosa candicante. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 450.

Hujus speciosi graminis *Radix* longe lateque repit. *Culmi* erecti, teretes, glabri, simplices, aut inferne ramosi, pedales et sesquipedales. *Folia* erecta, linearia, longe acuminata, glauco-viridia, supra striata, margine scabra, plus minus convoluta, rigida. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligulae* loco barba. *Panicula* subspicata, cylindracea, erecta, sericea, triuncialis et longior. *Rami* flexuosi, in plures ramulos divisi, cum *Rhachi* glabri. *Flosculi* mutici, pedicellis brevibus, incrassatis insidentes. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, carinatae, albae, dorso purpurascentes, uninerves, lanugine brevi, sericea, versus basin vero pilis, ipso calyce duplo triplove longioribus, vestitae, subaequales, tenuissimae. *Corolla* bivalvis, inaequalis, calyce minor, diaphana. *Valvula exteriore* majore, apice breviter pilosa; *interiore* ciliata. *Stamina* duo, rarius tria. *Styli* duo. *Stigmata* duo longiora.

Cylindrisches Zuckerrohr.

Variat: 1. *Foliis* latioribus.

2. *Culmo* cum *vaginis* purpurascente.

In Istriae Olivetis, ad vineas, sepes *(Host)*. 2|. Fl. Aestate

2. Saccharum *Ravennae.*

S. panicula ramosissima, patula, foliis planis, vaginis margine ciliatis, corolla trivalvi, aristata, pilis calycem parum superantibus.

Saccharum Ravennae. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I p. 323. *Host* Gram. Austr. 3. p. 1. Tab. 1. *Mertens* & *Koch* Deutschl. Flora n. 237. *Schrader* Germ. 1. p. 421.

Erianthus Ravennae. Römer et *Schultes* Syst. Vege 2. p. 323.

Gramen arundinaceum, plumosum, album. *C. Bauh.* prodr. p. 14. *Ejusd.* Theatr. p. 95. *Scheuchz.* Agrost. p. 136 Tab. 3. Fig. 7. A. B.

Radix crassa, lignescens, fibrosa. *Culmi* tri- ad sexpedales, firmi, medulla farcti, crassitie fere digiti minimi, glabr

striati. *Nodi* valde pilosi. *Folia* longissima, plana, canaliculata, firma, basi angustata, apice in longissimum et tenuissimum attenuata, striata, utrinque scabriuscula, margine hispida, versus basin ciliata et supra vaginam in facie prona pilis albis, sericeis dense barbata, costa valida, supra albida, plana, subtus virescente, elevata, versus apicem deliquescente, versus basin crassiore et firmiore, in culmeis saltem vix ala foliacea, tenui cincta, praedita, ut quasi petiolata appareant. *Vaginae* striatae, nitidae, glabrae, margine ciliatae. *Ligulae* loco barba sericea. *Panicula* saepe ultra pedalis, ramosissima, erecto-patula, sericea, nivea. *Rami* prope basin cum *ramulis* pilis longis, sparsis stipati. *Flosculi* aristati, primum purpurascentes, dein pallidi, pedicellis brevibus, pilosis insidentes. *Glumae* margine interiore et carina scabrae, e basi ad medium pilis sericeis, niveis, calycem parum superantibus dense vestitae: *exteriore* acuminata; *interiore* brevius aristata. *Corolla* trivalvis, inaequalis: *Valvulae duae exteriores* interiorem minorem includentes, carina scabrae, margine interiore ciliatae, in *Aristam* inaequalis longitudinis, calycem vero excedentem, attenuatae; *interior tertia* mutica, superne obsolete ciliata, apice bifida.

Ravenna-Zuckerrohr.

In arenosis maris Adriatici, Forijulii et locorum adjacentium (*Host*). 2. Fl. Jul. Aug.

3. Saccharum *strictum.*

S. panicula coarctata, subspicata, stricta, foliis planis, vaginis margine glabris, corolla trivalvi, aristata, pilis calyce brevioribus.

Saccharum strictum. Sprengel Pugill. 2. p. 16. n. 32.

Andropogon strictus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. II. p. 911. *Host* Gram. Austr. 1. p. 2. Tab. 2. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 815.

Gramen arundinaceum, panicula molli, spadicea, majus. *C. Bauh.* Theatr. p. 94. figura quoad habitum bona!

In pluribus convenit cum *Sacch. Ravennae*, habitu tamen diversum. *Culmi* dimidio humiliores et tenuiores. *Nodi* superne annulo piloso praediti. *Folia* basi minus angustata et ita costa basi ala foliacea usque ad vaginae exortum evidentius stipata, supra basin in prona facie glabra, nec barbata. *Vaginae* ore tantum, nec margine ciliatae, inferiores saepe hirtae. *Panicula* minor, minus ramosa, stricta, coarctata, magis oblonga et subspicata, fusco-purpurea et minus lanata.

Steifes Zuckerrohr.

In pratis siccis et Vineis Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*) 4. Fl. Jul. Aug.

53. LAGURUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 123. Juss. Gen. ed. Roemer p. 34. Gaertner de Fruct. 1. p. 3. Tab. 1.

Calyx bivalvis, uniflorus: *glumis* singulis in aristam villosam desinentibus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* aristis duabus terminalibus et dorsali tertia retorta; *interior* mutica. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Lagurus *ovatus.*

1. *Lagurus. Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 453. *Host* Gram. Austr. 2. p. 24. Tab. 46. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 235. *Schkuhr* Handb. 1. p. 52. Tab. 17. *Schrader* Germ. 1. p. 227. *Schreber* Gram. 1. p. 143. Tab. 19. Fig. 5.

Gramen alopecuros, spica rotundiore. *Monti* Prodr. p. 59. Fig. 87. *C. Bauh.* Theatr. p. 56.

Gramen spicatum racemosum, longissimis aristis donatum. *Scheuchzer* Agrost. p. 58. Tab. 2. Fig. 4. B. C.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, pubescentes. *Folia* plana, cum vaginis mollissime pubescentia; *superiora* sensim breviora et latiora. *Vaginae* teretes, striatae; *superiores* subventricosae. *Ligula* brevis, obtusa, pubescens. Panicula ovata, subspicata, mollissima. *Glumae* subaequales, compressae, carinatae, dorso villosae, nervo dorsali viridi in *Aristam* pilis longis dense obsessam elongato. *Corolla* calyce minor: *Valvula exterior* subcompressa, scabriuscula, quinquenervis, triaristata; *Aristis* duabus terminalibus nudis, rectis, valvulae fere longitudinis; *tertia* infra apicem e dorso prodeunte, longiore, nuda, primo recta, demum retorta; *interior* multo minor exteriore, mutica, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Eiförmiges Sammetgras.

Variat: Panicula oblongo-ovata.

In Istriae maritimis, ad vias, vineas, in Olivetis praecipue prope *Pola* et *Rovigno.* (*Host*). ⊙. Fl. Jun. Jul.

54. STIPA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 151. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 34.

Calyx bivalvis, uniflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* in Aristam longissimam, basi articulatam, attenuata. *Semen* liberum, corolla demum indurata tectum.

1. Stipa *pennata.*

S. aristis superne plumosis, calycem longissime superantibus.

Stipa pennata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 440. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 71. *Besser* Galic. n. 86. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 33. *Köler* Gram. p. 72. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 231. *Pollich* palat. n. 120. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 331. *Schkuhr* Handb. 1. p. 49. Tab. 16. *Schrader* Germ. 1. p. 229. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 419. *Scop.* Carn. 2. n. 122.

Gramen avenaceum speciosissimum, pennatis aristis donatum. *Monti* Prodr. p. 57. Fig. 68.

Gramen spicatum, aristis pennatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 153. Tab. 3. Fig. 13. B.

Gramen pennatum, aliis spartum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 512.

Gramen spartum pennatum. *C. Bauh.* Theatr. p. 71.

Spartum austriacum pennatum. *Clus.* Hist. 2. p. CCXXI.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, rigidi, teretes, glabri, subtrinodes, sesqui-, bi-ad tripedales. *Folia* rigida, glauca, scabra, supra striata, angustissima: *radicali* complicato-setacea, patentissima; *culmea* primo planiuscula, subcanaliculata, demum convoluta. *Vaginae* longissimae, plerumque glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, demum fissa. *Panicula* non plane e summi folii vagina egrediens, laxa, lanceolata, saepe contracta, pedalis et longior. *Rami* cum *Rhachi* rigidi. *Glumae* subaequales, lanceolatae, subcompressae, margine scariosae. apice in aristam tenuissimam, membranaceam, laevem, gluma sua longiorem desinentes: *exteriore* paullo majore quinque-ad septemnervi; *interiore* tri-, rarius quadrinervi. *Corolla* calyce paullo minor *Valvulis* lanceolatis, acutis, dorso convexis, enervibus: *exteriore* basin versus pilis brevissimis sericeis, vestita, apice desinens in *Aristam* pedalem, infra geniculum nudam, nitidam et tortam, supra geniculum, pilis patentibus, mollibus, albis, ele-

gantissime plumosam, *interiore* minore, angustiore, mutica, laevi. *Semen* maturum oblongum, tenue, liberum, corolla demum indurata tectum.

Federiges Pfriemengras.

In nemorosis, collibus, apricis, arenosis siccis passim in Germania. 24. Fl. Majo, Jun.

2. Stipa *capillata.*

S. aristis nudis, curvatis, calycem longissime superantibus.

Stipa capillata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 441. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 95. *Host* Gram. Austr. 3. p. 4. Tab. 5. *Köler* Gram. p. 75. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 232. *Pollich* palat. n. 121. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 333. *Schrader* Germ. 1. p 231. *Ejusd.* Spicil. p. 5. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 420. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26.

Festuca junceo folio. *Scheuchz.* Agrost. p. 51. Tab. 3. Fig. 13. A.

Festuca longissimis aristis. *C. Bauh.* Theatr. p. 153.

Gramen Aegilops, bromoides, Tabernaemontani, longissimis aristis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 512.

Aegilops quarta, bromoides prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 545.

Antecedentis simillima, ut ante seminis maturitatem facile cum illa commutetur, recedit autem: 1. *Culmis* robustioribus, geniculis pluribus instructis. 2. *Foliis* rigidioribus, brevioribus, pagina superiore magis explanatis, villosis. 3. *Ligula* in superioribus vaginis acuminata. 4. *Panicula* ramosiore. 5. *Calycibus* carina scabriusculis et in aristam gluma breviorem desinentibus. 6. *Corolla* calyce multo minore, cujus valvulae exterioris *Arista* nuda, tantum scabra, duplo saltem brevior, demum curvata et flexa.

Haarförmiges Pfriemengras.

lisdem in locis cum antecedente. 24. Fl. Jun. Jul.

3. Stipa *Aristella.*

S. aristis nudis, rectis, calyce vix duplo longioribus.

Stipa Aristella. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 441. *Host* Gram. Austr. 4. p. 20. Tab. 34. *Merten*

et *Koch* Deutschl. Fl. n. 233. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 334.

Calamagrostis gracilis. *Senus* Reise nach Istrien. p. 73.

Culmi bipedales. *Folia* latiora, quam in antecedentibus, tamen convoluta et filiformia. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Panicula* spicata, demum patula, digitalis et sesquidigitalis. *Glumae* subaequales, acuminatae et brevissime tantum aristatae, trinerves. *Corolla* calyce paullo minor, valde inaequalis, basi pilis brevibus adpressis vestita, dorso pubescens: *Valvula exterior* major, desinens in *Aristam* duplo longiorem, scabriusculam, rectam; *interior* exteriore, demta arista, duplo brevior, acuta, integra. *Semen* pubescens.

Kurzgranniges Pfriemengras.

In Quercetis circa *Osero* Istriae. (*Host*, v. *Senus*). 2. Fl. Jul. Aug.

55. LAPPAGO.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 131.

Calyx bivalvis, uniflorus; *Gluma exteriore* majore, cartilaginea, echinata; *interiore* minutissima, nuda. *Corolla* bivalvis, nuda. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Lappago *racemosa.*

Lappago. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 484. *Host* Gram. Austr. 1. p. 28. Tab. 36. *Schrader* Germ. 1. p. 412. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 421. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 34.

Cenchrus racemosus. *Schreber* Gram. 1. p. 45. Tab. 4. *Vest* Manuale p. 295.

Tragus racemosus. *Köler* Gram. 379. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 405. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 378.

Gramen caninum maritimum, spica echinata. *Scheuchz.* Agrost. p. 76. Tab. 2 Fig. 7. C. D.

Gramen caninum maritimum, asperum. *C. Bauh.* prodr. pag. 2.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, caespitosi, subcompressi, ad genicula infracti, procumbentes, glaberrimi, digitales et longiores. *Folia* linearia, acuminata, margine pilis brevibus, rigidu-

lis ciliata, supra et carina scabriuscula; *media* inferioribus et superioribus longiora. *Vaginae* subcompressae, laxae, glabrae; *suprema* longissima, dilatata. *Ligulae* loco barba. *Racemus* semiuncialis et uncialis, erectus, vix plane e vagina summi folii egrediens, purpurascens. *Rami* alterni, breves, tri-, quadriflori, cum *Rhachi* flexuosa pilosi. *Gluma exterior* cartilaginea, ovato-lanceolata, acuta, nervis dorso elevatis et aculeis uncinatis armata; *interior* multo minor, glabra, laevis, basi glumam majorem amplectens. *Corollae valvulae* lanceolatae, membranaceae, diaphanae: *exterior* longitudine Glumae exterioris illique opposita, glabra, ad carinam superne tantum scabriuscula; *interior* minor, tota glabra, in sinu Glumae majoris latitans.

Traubenblühtiges Stachelgras.

Variat Culmis et Vaginis plus minus purpurascentibus.

In asperis, ad sepes, vias Litoralis, Istriae, Forijulii (*Host*, *Vest*, *Schultes*). ☉. Fl. Majo et Jun.

56. LEERSIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 105.

Calyx nullus. *Corolla* bivalvis, clausa. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. A *Phalaride* recedit, cui adscripsit *Linneus*.
1. *Defectu* calycis. 2. *Corolla* simplici; nec duplici
3. *Semine* libero; nec corticato corolla interiore.

1. Leersia *Oryzoides.*

L. panicula diffusa, flosculis triandris, patulis. *Schrader* Germ. 1. p. 176.

Leersia oryzoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I p. 325. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. Addend. p. 564. *Besser* Galic. n. 71. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 86. *Gmelin* Badens. n. 79. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 27. Tab. 3. *Köler* Gram. p. 4. (exclusis synon. *Gronov.* et *Sloan.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 190. *Schultes* Oestr. F 2. n. 423. *Vest* Manuale p. 303.

Asprella oryzoides. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. p. 266.

Ehrharta clandestina. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsa n. 695.

Homalocenchrus oryzoides. Pollich palat. n. 56.

Phalaris oryzoides. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 68. *Krocker* Siles. n. 87. Tab. 18. *Schreber* Gram. 2. p. 6. Tab. 22.

Gramen miliaceum, palustre, serotinum, paniculis e locustis compressis compositis. *Monti* Prodr. p. 51. Fig. 58.

Radix longe lateque sub terra decurrens, geniculata. *Culmi* erecti vel basi procumbentes et radicantes, simplices et ramosi, teretes, striati, glabri, ad apicem usque vaginis foliorum tecti, bipedales. *Nodi* villosi. *Folia* linearia acuminata, patentia plana, utrinque scaberrima, margine hispida, glauco-viridia, per exsiccationem convoluta. *Vaginae* compressae, scabrae: *duae superiores*, paniculam includentes parum ampliatae. *Ligula* brevis, truncata, apice denticulata. *Panicula* vix plane e summis vaginis egrediens, ramosa, laxa, demum patula et diffusa. *Rami* ramulosi, cum *Rhachi* flexuosi, scabri: *inferiores* binati vel ternati: *superiores* solitarii. *Flosculi* oblongo-ovales, acutiusculi, compressi, mutici, virescentes, semper clausi. *Calyx* nullus. *Corollae valvulae* subaequales: *exterior* carinata, ad nervos et carinam pilis rigidis obsessa, concava; *interior* lineari-lanceolata, plana, ciliata, exteriori opposita. *Semen* ovale, compressum, nigricans, liberum, in corolla clausa latitans.

Reisartige Leersie.

In pratis et sylvis humidis, ad ripas fluviorum et fossarum totius fere Germaniae. 2. Fl. Aug. Sept.

** Polygama.

57. ANDROPOGON.

Flores polygami. Hermaphroditi Calyx bivalvis, uniflorus. *Corolla* bivalvis; *Valvula altera* aristata. *Arista* terminali, vel e fissura valvulae egrediente. *Semen* liberum, corolla tectum.

Masculi hermaphrodito adstantes, pedunculati, solitarii vel gemini. *Calyx*, ut in hermaphrodito. *Corolla* submutica, uni-seu bivalvis.

1. Andropogon *distachyos.*

A. racemis spicatis, geminis. *Schrader* Germ. 1. p. 232. *Andropogon distachyon. Willd.* Spec. Plant. Lin. T. IV.

P. II. p. 917. *Host* Gram. Austr. 3. pag. 2. Tab. 35. *Jacq.* Collect. 1. p. 165. *Ejusd.* Icon. rar. 3. Tab. 630. *Köler* Gram. p. 118. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 239. *Schkuhr* Handb. 3. p. 510. Tab. 342. a. *Vest* Manuale pag. 311.

Pollinia distachya. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 830.

Gramen dactylon, spica gemina. *Scheuchz.* Agrost. p. 95.

Radix fibrosa. *Culmi* plures erecti, simplices, glabri, sesquipedales et longiores. *Folia* linearia, acuminata, utrinque pilosa, margine scabra, basi barbata. *Vaginae* teretes, striatae. *Ligula* ciliata, obtusa. *Racemi* gemini, spicaeformes, subaequales. *Rhachis* compressa, articulata, alternatim villosa. *Flosculi* alterni, approximati, rhachi adpressi, geminati: *inferiore* sessili, hermaphrodito; *altero* minore, pedicellato, masculo. *Pedicelli* incrassati, margine villosi. *Hermaphroditi:* *Gluma exterior* lanceolata, acuminata, mutica, nervosa, dorso pilis adpressis obsessa, margine apicem versus scariosa; *interior* minor carinata, margine ciliata, sub apice *Aristam* patentem, longitudine fere glumae, exserens. *Corolla* calyce minor: *Valvula exterior* lineari-lanceolata, mutica, plerumque apice bifida, versus basin inflexa ciliata; *interiore* ultra medium bifida, ex fissura *Aristam* emittente multo longiorem, geniculatam. *Masculi* *Gluma exterior*, sub apice bifido *Arista* parva instructa; *interior* minor mutica. *Corolla* mutica.

Zweiähriges Bartgras.

In graminosis Litoralis (*Vest*, *Host*). 2. Fl. Jun. Jul.

2. Andropogon *angustifolius.*

A. racemis spicatis, pluribus, corymbosis.

Andropogon angustifolius. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 822. *Wallroth* Schedulae 1. p. 38.

Andropogon Ischaemum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 546. *Besser* Galic. n. 87. *Gmelin* Badens. n. 151. *Host* Gram. Austr. 2. p. 3. Tab. 3. *Jacq.* Fl. Austr. 4. p. 4. Tab. 384. *Köler* Gram. p. 119. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 239. *Pollich* palat. n. 955. *Schkuhr* Handb. p. 511. Tab. 342. b. *Schrader* Germ. 1. p. 233. *Schreb.* Spic. Fl. Lips. p. 46. *Ejusd.* Gram. 2. p. 66. Tab. 33. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 426. *Scop.* Carn. 2. n. 1237. *Vest* Manuale p. 311.

Gramen digitatum hirsutum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 445.

Gramen dactylon, spicis villosis. *C. Bauh.* Theatr. p. 117. *Scheuchz.* Agrost. p. 84. Tab. 2. Fig. 11.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, caespitosi, erecti, basi incurvi et non raro ramosi, inferne semiteretes, superne teretes, sesquipedales et longiores, glabri. *Nodi* plures, purpurascentes. *Folia* linearia, acuminata, carinata, utrinque pubescentia, margine et carina scabra, pallide viridia, maculis purpurascentibus passim picta, subtiliter striata, basi utrinque auricula flava aucta. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligulae* loco pilorum barba brevis. *Racemi* spicaeformes, lineares, quatuor, sex et plures, biunciales et longiores, breviter pedunculati, in apice culmi fasciculati, subcorymbosi, plerumque purpurascentes, sub anthesi patentes, ante et post anthesin erecti rhachique communi adpressi. *Rhachis communis* compressa, glabra; *partiales* articulatae, articulis compressis et cum pedicellis utrinque margine pilosae. *Flosculi* alternatim rhachi partiali affixi, compressi, basi pilis brevibus cincti, geminati: *altero* sessili, hermaphrodito, aristato; *altero* laterali, pedicellato, masculo, mutico, minore. *Hermaphroditi Gluma exterior* oblonga, planiuscula, multinervis, apice subinde fissa, margine superne obsolete ciliata, dorso vel glabra, vel pubescens; *interior* paullo longior, acutior et tenuior, trinervis, apicem versus compressa et carina ciliata. *Corolla* calyce minor: *Valvula exteriore* lanceolata, acuta, mutica, superne ciliata; *interiore* duplo minore, lineari, purpurascente, apice in *Aristam* triplo vel quadruplo longiorem, demum tortam, attenuata. *Masculi Glumae* fere ut in hermaphrodito, at *interior* tota plana. *Corolla* univalvis, *Valvula* glumae exterioris hermaphroditi similis.

Vielährige Bartgras.

In campis et pratis aridis, collibus, aggeribus, ad vias Germaniae australioris. 4. Fl. Jul. Aug.

3. Andropogon *Gryllus.*

A. paniculae ramis simplicissimis, trifloris. *Schrader* Germ. 1. p. 235.

Andropogon Gryllus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 905. *Host* Gram. Austr. 2. p. 1. Tab. 1. *Köler* Gram. pag. 116. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 240. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 404. *Scop.* Carn. 2. n. 1235. *Vest* Manuale p. 311.

Pollinia Gryllus. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 828.

Aegilops bromoides, juba purpurascente. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 436. *Scheuchz.* Agrost. p. 267. Tab. 6. Fig. 1.

Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescentibus, Aegilops Dioscoridis. *C. Bauh.* Theatr. p. 149.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, rigidi, inferne subcompressi, glabri, superne teretiusculi, pubescentes. *Nodi* plures, saepe purpurascentes. *Folia* linearia, acuminata, pilosa. *Vaginae* scabriusculae, subpilosae. *Ligula* brevissima, truncata, ciliata. *Panicula* erecta, villosa. *Rami* plerumque verticillati, simplices, filiformes, triflori, apice incrassati. *Flosculi* lanceolati, e viridi purpurascentes: *intermedio* subsessili, hermaphrodito, basi pilis rufescentibus cincto; *duo laterales* pedunculati, masculi, basi nudi. *Hermaphroditi Glumae* lanceolatae: *exterior* acuta, mutica, nervosa, nervo laterali utrinque setis brevibus exasperato; *interior* paullo brevior, compressa, carinata, carina ciliata, nervo dorsali in *Aristam* duplo longiorem exeunte. *Corolla* trivalvis, inaequalis: *Valvula exterior* lanceolata, acuminata, mutica; *interior* angustior, apice in *Aristam* longissimam, geniculatam et demum tortam desinens; *intermedia* tertia minor, mutica et apice plerumque lacinulata. *Masculi Gluma exterior* in *Aristam* breviorem, tenuem, attenuata; *interior* minor, mutica. *Corolla*, ut in hermaphrodito, sed mutica.

Purpurrothes Bartgras.

Variat, sed rarius, Ramis paniculae quadrifloris: floribus duobus sessilibus, hermaphroditis; duobus pedunculatis masculis.

In pratis, collibus, ad vias Litoralis, Istriae, Forijulii, Tyrolis (*Scopoli*, *Host*, *Vest*, *Frölich*). 4. Fl. Jun. — Aug.

4. Andropogon *halepensis.*

A. paniculae ramis divisis, multifloris.

Andropogon halepensis. Willd. Enum. plant. Horti Berol. p. 1027. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 241.

Andropogon arundinaceus. Scopoli Carn. 2. n. 1236. *Schrader* Germ. 1. p. 237. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 427.

Holcus halepensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. I. pag. 932. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 1. Tab. 1. *Schreber* Gram. 1. p. 129. Tab. 18. *Vest* Manuale p. 312.

Blumenbachia halepensis. Köler Gram. p. 29.

Sorghum halepense. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 839.

Gramen arundinaceum, paniculatum, locustis partim muticis, partim aristatis. *Scheuchz.* Agrost. pag. 509. Tab. 11. Fig. 12—15.

Radix repens, crassa: *Culmi* plures, tripedales et altiores, erecti, glabri. *Nodi* pubescentes. *Folia* lanceolata, longe acuminata, plana, rigidula, basi villosa, margine et dorso superne scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevis, crenulata, externe villosa. *Panicula* semipedalis et pedalis, erecta, laxa, subinde apice nutans. *Rhachis* ad ramorum exortum pube sericea stipata. *Rami* in plures ramulos divisi, multiflori: *inferiores* semiverticillati; *superiores* alterni. *Flosculi* unilaterales, acuti: *intermedio* sessili, hermaphrodito, oblongo-ovato, sericeo-piloso, aristato, rarius mutico; *laterales* pedunculati, masculi, majores, lanceolati, semper mutici, minus pubescentes. *Hermaphroditi Glumae* muticae. *Corolla* calyce minor: *Valvula exterior* margine ciliata, apice plerumque fissa et ex fissura *Aristam* longissimam, tortam, exserens, rarius mutica; *interior* apice integra. *Masculi Glumae* quoque muticae, ut *Corolla.*

Aleppisches Bartgras.

In vineis, ad sepes alibique in Forijulio, Litorali et Istria (*Scopoli*, *Host*, *Vest*), in Bannatu (*Kitaibel*). 4. Fl. Jun. Jul.

58. HETEROPOGON.

Flores polygami gemini (in racemo spicato simplici:) alter sessilis, alter pedicellatus. *Hermaphroditi* in racemo superiores, sessiles. *Calyx* bivalvis: *Glumis* linearibus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* lanceolata, calyce dimidio breviore; *interiore* perangusta, dorso superne *Aristam* validam, tortam, exserente. *Stamina* tria, imperfecta. *Germen* glabrum. *Stigmata* aspergilliformia. *Masculi* partim omnes pedicellati, partim sessiles in racemo inferiores. *Calyx* bivalvis: *Gluma exteriore* margine-ala membranacea cincta. *Corolla* trivalvis; *Valvulis* inaequalibus muticis. *Stamina* tria, perfecta.

Observ. Ab *Andropogone* distinctus structura et numero valvularum corollae.

1. Heteropogon *Allionii.*

H. floseulis masculis mutieis, glabris.

Heteropogon Allionii. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 835. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 242.

Heteropogon glaber. Persoon Synops. 2. p. 533.

Andropogon contortum. Allion. Pedemont. n. 2277. Tab. 91. Fig. 4. (exclusis synon.)

Andropogon Allionii. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 904.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* plures, erecti, compressi, sub spica pubescentes, caeterum glabri, simplices vel ramosi. *Nodi* compressi. *Folia* linearia, acuta, rigidiuscula, glauca, complicato-carinata, margine carinaque aspera, basi ad marginem pilis sparsis obsessa et ad vaginae orificium barbata. *Vaginae* compressae, ancipites, scabrae. *Ligula* retusa, extus pilosa. *Racemus* spicaeformis, terminalis, solitarius, densus, e tereti compressus, erectus. *Flosculi* ad quodvis rhacheos geniculum gemini, altero sessili, altero pedicellato: *pedicellati* ut et spicae *inferiores sessiles* mere masculi, glabri, mutici; *superiores* spicae *sessiles* hermaphroditi et ob stamina sterilia, feminei, scabriusculi, aristati: *Aristis* longis, tortis, scabris.

Allione's-Schopfgras.

In rupibus prope *Botzen* Tyrolis australioris (*Sieber*). Fl. Jul. Aug.

59. HORDEUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 129. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 37. Gaertner de Fruct. 2. p. 10. Tab. 81.

Flores polygami. Calyx lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus: *flosculo intermedio* hermaphrodito; *lateralibus* masculis vel neutris. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* apice aristata. *Semen* corolla corticatum.

1. Hordeum *murinum.*

H. glumis intermediis lineari-lanceolatis, ciliatis; exterioribus setaceis, scabris. *Schrader* Germ. I. p. 401.

Hordeum murinum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I., P. I. p. 474. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 149. *Besser* Gadic. n. 107. *Gmelin* Badens. n. 192. *Host* Gram. Austr. 1. p. 25. Tab. 32. *Köler* Gram. pag. 322. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 401. *Pollich* palat. n. 132. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 733. *Schkuhr* Handb. 1. p. 59. Tab. 19. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 432. Flora Dan. Tab. 629.

Gramen hordeaceum, minus et vulgare. *C. Bauh.* Theatr. p. 184. *Scheuchz.* Agrost. p. 14.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* plures, erecti, basi et ad geniculа incurvi, teretes, glabri, pedales et longiores. *Folia* lineari-lanceolata, plana, laeviter pubescentia, margine scabra. *Vaginae* subcompressae, glabrae. *Ligula* brevissima obtusa. *Spica* lanceolata, circiter biuncialis, subhexastieha, composita fasciculis alternis, trifloris. *Rhachis* articulata, fragilis. *Flosculi* imbricati, dorso glabri, striati, terni: *intermedio* hermaphrodito, sessili; *lateralibus* duobus minoribus, masculis vel neutris, brevissime pedicellatis: *omnes* aristati. *Hermaphroditi Glumae* lineari-lanceolatae, trinerves, in *Aristam* longiorem desinentes, ciliatae; *Masculorum exteriores* setaceae, scabrae nec ciliatae; *interiores* angustiores et nonnihil margine interiore ciliatae. *Corollae Valvulae* lanceolatae: *exterior* tam in hermaphrodito, quam in masculis dorso glabra, apice aristata, subquinquenervis; *interior* mutica, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Mauer-Gerste.

Variat Vaginis foliorum inferiorum pilosis.

Ad vias, muros, in ruderatis. ☉. Fl. Aestate.

2. Hordeum *pratense.*

H. glumis omnibus setaceis, scabris. *Schrader* Germ. 1. p. 405. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 791. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 433.

α) Flosculis nudis; lateralibus masculis.

Hordeum secalinum. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 475. *Host* Gram. Austr. 1. p. 26. Tab. 33. *Schreber* Spic. Fl. Lips. p. 148. *Sprengel* Halens. n. 155.

Hordeum nodosum. *Bönninghaus.* Fl. Monast. n. 167. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 402.

Hordeum maritimum. Flora Dan. Tab. 650.

Gramen spicatum secalinum minus. *Scheuchz.* Agrost. p. 17. *Vaill.* Paris. p. 85. Tab. 17. Fig. 6. bona!

β) Flosculis nudis, lateralibus neutris.

Hordeum secalinum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 150. (exclusa diagnosi cum synonymis). *Ejusd.* Beiträge zur Bot. 1. p. 125. *Köler* Gram. pag. 324. (exclusis synonymis plerisque.) *Vest* Manuale p. 301.

γ) Flosculis pubescentibus: lateralibus masculis.

Hordeum secalinum. Gmelin Badens. n. 193.

Hordeum nodosum. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *β.*

Hordeum pratense. Roth Neue Beiträge zur Bot. 1. pag. 150. (exclusis synon.)

Hordeum maritimum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 150. (exclus. syn.) *Köler* Gram. p. 326. (exclus. synon.)

α et *γ* habitu et structura partium inter se conveniunt et ab invicem in eo tantum recedunt, ut in *α* Valvula corollina exterior quidem scabra, sed non pubescens, sit, ut in *γ*. In ambobus *Culmi* bipedales et longiores, ad genicula incurvi et incrassati. *Folia* supra pubescentia, subpilosa, subtus et margine scabra. *Vaginae*, praesertim inferiores, hirsutae. *Ligulae* loco margo vix observabilis: *Spica* bi-seu triuncialis, hexasticha, saepe purpurascens: *Glumae* omnes setaceae, glabrae: *Flosculi laterales* pedicellati mere masculi, cum hermaphrodito intermedio sessili aristati.

β habitu teneriore et structura partium quodam modo diversa, recedit ab *α* et *γ* *Culmis* gracilioribus, humilioribus: *Foliis* hirsutioribus; *Ligula* evidentiore, membranacea, truncata fissa: *Spicis* minoribus, tenerioribus, subdistichis, flavescenti-viridibus: *Flosculis lateralibus* tenuioribus, fere linearibus, brevius aristatis, semper neutris.

Wiesen-Gerste.

Observ. Ad mentem Cel. *Smith* recentiores botanici hu trahunt *Hordeum nodosum Linnei*, excluso synonym *Raji*, at *Linné* in diagnosi *flosculos laterales* dic *muticos* et *Involucella* laevia, quod nunquam observatur i *Hordeo pratensi* et ejusdem varietatibus.

α et *γ* in pratis et pascuis; *β* ad vias et sepes in pagis pa sim. ♃. Fl. Jun. Jul.

3. Hordeum *maritimum.*

H. glumis omnibus scabris, interiore flosculorum lateralium semilanceolata, reliquis setaceis.

Hordeum maritimum. Host Gram. Austr. 1. pag. 27. Tab. 35. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 403. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 795. *Roth* Neue Beitr. zur Bot. 1. pag. 127. et Errata pag. 354. *Schrader* Germ. 1. pag. 407. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 434. *Vest* Manuale pag. 301. Flora Dan. Tab. 1632.

Hordeum rigidum. Roth Catalecta bot. 1. pag. 24. *Köler* Gram. p. 327.

Gramen spicatum, secalinum, maritimum, minus. *Monti* Prodr. p. 60. Fig. 93. *Scheuchz.* Agrost. p. 18.

Cum *Hordeo murino* convenit Spicae colore et radice annua, cum *Hordeo pratensi* vero Spiculis brevius aristatis et calycibus scabris. Ab ambobus recedit: 1. *Culmis* longe minoribus, digitalibus et sesquidigitalibus, ad genicula infractis et basi procumbentibus. 2. *Foliis* minoribus. 3. *Spica* duplo minore, rigidiore et vix plane e vagina summi folii egrediente. 4. *Glumis interioribus* flosculorum lateralium hinc latioribus et ita semilanceolatis.

Meerstrands-Gerste.

Ad litora maris Ducatus Oldenburgensis *(Trentepohl)*, Dynastiae Jeveranae (*Jurgens*), Holsatiae (*Mohr*), in Hungaria (*Host*, *Schultes*). ☉. Fl. Majo, Jun.

†† *Spiculis bifloris et subtrifloris.*

* Hermaphrodita.

60. OPHIURUS.

Gaertner de Fruct. 3. p. 3. Tab. 181. (Rottboëllia Linn. filii.)

Flores rhacheos articulorum spuriorum scrobiculis insidentes. *Calyx* lateralis, uni-seu bivalvis, uni-seu biflorus. *Corolla* bivalvis, mutica. *Semen* corolla corticatum.

Observ. Ophiuri character distinctivus a *Rottboëllia Linn.* genuina consistit in Spica continua, apparenter tantum articulata et scrobiculis uni-seu bifloris. In *Rottboëllia* e contrario Spica perfecte articulata, ad articulos disce-

dit et articulorum scrobiculi duobus locustis bifloris stipati sunt.

1. Ophiurus *incurvatus.*

O. calyce subbivalvi, spiculis unifloris, muticis.

Ophiurus incurvatus. Gärtner de Fruct. et Sem. l. c. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 799.

Lepturus incurvatus. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 404.

Rottboëllia incurvata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 465. *Linn.* Suppl. Plant. p. 114. *Host* Gram. Austr. 1. p. 18. Tab. 23. *Schrader* Germ. 1. p. 410. *Vest* Manuale pag. 295. Flora Dan. Tab. 938.

Gramen loliaceum, maritimum, scorpioides. *Scheuchz.* Agrost. p. 42. Tab. 2. Fig. 1. A. B.

Gramen loliaceum, maritimum, spicis articulatis. *Mont.* Prodrom. p. 43. Fig. 29.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, basi decumbentes, tunc adscendentes, ramosi, digitales et palmares. *Folia* linearia, brevia, plana, supra et margine scabra. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Spica* teres, subulata, plerumque incurvata. *Rhachis* glabra, spurie articulata; articuli alternatim excavatis. *Spiculae* uniflorae, muticae, singulae singulis articulorum scrobiculis exceptae. *Calyx* articulorum fovean seu scrobiculum arcte claudens, bivalvis, aut univalvis, glum bipartita: *Glumae* lanceolatae, acutae, aequales, cartilagineae margine membranaceae, trinerves, sub anthesi patentes. *Corol* bivalvis; *Valvulis* inaequalibus, membranaceis; *exteriore* uni nervi; *interiore* minore, bifida.

Einwärts gebogener Schlangenschwanz.

In Istriae maritimis (*Host*, *Vest*). ⊙. Fl. Majo.

2. Ophiurus *pannonicus.*

O. calyce bivalvi, spiculis bifloris, muticis.

Ophiurus pannonicus. Römer et Schultes Syst. Veg. p. 798.

Rottboëllia pannonica. Host Gram. Austr. 1. p. 19. Tab. 24. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 120. *Schulte* Oester. Fl. 2. n. 422.

Rottboëllia biflora. Roth Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 12

Differt ab antecedente: 1. *Culmis* erectis, altioribus. 2. *Foliis* glabris. 3. *Ligula* oblonga, acutiuscula. 4. *Spica* erecta, longiore. 5. *Spiculis* bifloris. 6. *Glumis* dorso glabris.

Ungarnscher Schlangenschwanz.

In locis salsis Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*). ☉. Fl. Jun.

61. AIRA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 112. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer. p. 36. Gaertner de Fruct. 1. p. 4. Tab. 1.

Calyx bivalvis, biflorus, absque interjecto tertii flosculi rudimento. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* vel mutica, vel at plerumque supra basin aristata. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. Essentialis hujus generis character consistit in *Calyce bifloro, absque interjecto tertii flosculi rudimento.*

a) *Corolla mutica.*

Aira *aquatica.*

A. paniculâ diffusa, glumis obtusis, flosculis calycem excedentibus, foliis planis.

Aira aquatica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 375. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 97. *Besser* Galic. n. 97. *Gmelin* Badens. n. 110. *Host* Gram. Austr. 2. p. 50. Tab. 41. *Willich* palat. n. 77. *Schrader* Germ. 1. p. 256. *Scop.* carn. 2. n. 94. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 440.

Glyceria aquatica. Bönninghausen Flora Monast. n. 122. *Wahlenberg* et *Koch* Deutschl. Flora n. 285.

Molinia aquatica. Wibel Wertheim p. 116.

Catabrosia aquatica. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 696.

Poa airoides. Köler Gram. p. 194.

Gramen miliaceum aquaticum. *Scheuchz.* Agrost. p. 176.

Radix repens. *Culmi* basi incurvi, repentes, radicantes ramosi, tunc adscendentes, teretiusculi, striati, glabri, pedales et majores. *Folia* lineari-lanceolata, obtusiuscula, glabra, plana, margine scabriuscula. *Vaginae* laxae, subcompressae, glabrae, ligula obtusa. *Panicula* erecta, multiflora: divergens, diffusa, ante anthesin contracta. *Rami* ramosissimi, cum *Rhachi* flexuo-

si, glabri. *Spiculae* ovatae, compressae, obtusae, muticae, biflorae, e purpureo et viridi variegatae. *Flosculi* calycem excedentes, basi nudi. *Glumae* obtusae, apice crenatae, inaequales: *superiore* majore trinervi; *inferiore* duplo minore uninervi. *Corollae valvula exterior* apice crenata, trinervis; *interior* paullo minor, apice emarginata.

Wasserschmielen.

Ad fontes et rivulos, in pratis udis aliisque humidis locis. 2|. Fl. Jun. Jul.

2. Aira *semineutra.*

A. panicula patente, glumis acutis, flosculis calycem excedentibus; altero neutro, foliis planis.

Aira semineutra. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 188. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 439.

Differre dicitur ab antecedente: 1. *Foliis* longioribus, flaccidioribus. 2. *Glumis* lanceolatis, acutis. 3. *Flosculo* alter hermaphrodito, altero neutro.

Halbzwitterschmielen.

In pratis Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*). 2|. Fl. Jul.

b) *Corolla aristata.*

3. Aira *flexuosa.*

A. panicula patente, flosculis calycem vix superantibus aristatis, arista geniculata, calycem excedente, foliis setaceis. *Schrader* Germ. 1. p. 259.

α *Panicula patente, spiculis majoribus.*

Aira flexuosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 37[illegible] *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 96. *Besser* Galic. n. 9[illegible] *Gmelin* Badens. n. 112. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 3[illegible] Tab. 43. *Köler* Gram. p. 129. *Leers* Herborn. n. 60. Tab. [illegible] Fig. 1. *Pollich* palat. n. 79. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 678. *Schreber* Gram. 2. p. 52. Tab. 30. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 343. Flora Dan. Tab. 157.

Avena flexuosa. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 268.

Gramen avenaceum, paniculatum, alpinum, foliis capillaribus, brevibus, locustis purpureo-argenteis splendentibus et aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 216. Tab. 4. Fig. 16. A. B. et *Ejusd.* Prodr. p. 28. Tab. 4.

β Panicula coarctata, spiculis majoribus.

Aira montana. *Roth* Flora Germ. T. II. P. 1. pag. 98. *Gmelin* Badens. n. 113. *Köler* Gram. p. 131. *Leers* Herborn. n. 61. Tab. 5. Fig. 2. Flora Dan. Tab. 1322. et reliquorum Florist. germanicor.

Gramen alpinum nemorosum paniculatum, foliis angustissimis, locustis splendentibus, aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 218. *Ejusd.* Prodr. p. 24. Tab. 6.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* plures, erecti, teretes, glabri, apicem versus saepe scabri, pedales et sesquipedales. *Folia* complicato-setacea, supra tenuissime pubescentia, margine et carina scabra, rigidiuscula. *Vaginae* teretes, striatae, plus minus scabrae. *Ligula* oblonga, obtusa. *Panicula* sub anthesi in *α* patens, in *β* magis coarctata, ante et post anthesin contracta, apice erecta, vel in nemorosis plerumque cernua. *Rami* trichotomi, tenues, laxi, pauciflori, inferiores binati, superiores plerumque solitarii, cum *Rhachi* plus minus flexuosi, scabri. *Spiculae* oblongo-ovatae, compressae, acutae, nitidae, aristatae, e viridi albo et purpurascente variae, in *β* majores, quam in *α*, biflorae. *Flosculi* calyce paullo majores, basi pilosi: inferiore sessili; superiore breviter pedicellato. *Glumae* lanceolatae, compressae, carinatae, ad carinam scabrae, uninerves, altera paullo minore. *Corolla valvula exterior* lanceolata, quinquenervis, nervo intermedio supra basin *Aristam* exserente, primo rectam, demum geniculatam et tortilem, ipsa duplo fere longiorem, apice bi- seu trifida; *interior* parum minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Geschlängelte Schmielen.

In montosis, collibus, nemorosis. ♃. Fl. Jun. Jul.

4. Aira *caespitosa.*

A. panicula patente diffusa, flosculis calycem subaequantibus, aristatis, arista recta, brevi, foliis planis.

Aira caespitosa. *Willd.* Spec. Plant. Lin. Tom. I. P. I. p. 378. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 97. *Besser* Galic. n. 98. *Gmelin* Badens. n. 111. *Host* Gram. Austr. 2. p. 31. Tab. 42. *Köler* Gram. p. 125. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 248. *Leers* Herborn. n. 59. Tab. 4. Fig. 8. *Pollich* palat. n. 78. *Schrader* Germ. 1. p. 257. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 442. *Scop.* Carn. 2. n. 93. Flora Dan. Tab. 240.

Deschampsia caespitosa. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 685.

Gramen segetum, panicula arundinacea. *Scheuchz.* Agros p. 244. Tab. 5. Fig. 2. 3.

β *humilior* foliis demum convolutis.

Aira alpina. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 98. (exclus syn. *Linn.*) *Pohl* Bohem. n. 131. (excluso syn. Fl. Dan.

Radix fibrosa, multiceps. *Culmi* plures, erecti, terete striati, glabri, bi-, tripedales et altiores, in β vix pedales. *Fo lia* angusto-linearia, acuminata, plana, supra plicato-sulcat scaberrima, subtus glabra, laevia, margine hispida: in β bre viora, demum convoluta. *Vaginae* teretes, glabrae, striata *Ligula* oblonga, obtusa, demum fissa. *Panicula* fere pedali ramosissima, sub anthesi patens, diffusa, erecta, ante et post an thesin contracta, apice saepe nutans. *Rami* plures, longi, te nues, cum *Rhachi* scabri; *ramulis* sub anthesi nutantibus. *Spi culae* lanceolatae, compressae, obtusae, aristatae, e viridi, pur pureo et argenteo variae, nitidae, biflorae, rarissime triflora *Flosculi* basi pilosi: *inferiore* sessili. *Glumae* compressae, ca rina scabrae: *inferior* minor, uninervis; *superior* major trine vis. *Corollae valvula exterior* apice dentata, quinquenervi nervo intermedio supra basin *Aristam* brevem, plerumque rectam producente; *interior* apice bifida.

Rasenschmielen.

In pratis, nemorosis, locis humidis; β in collibus limosi siccis Ducatus Bremensis; rarius, in summis alpibus Bohemiae (*Pohl*). 2|. Fl. Jun. Jul.

Variat, pro loci natalis conditione, *Foliis* latioribus, rigi dioribus; *Flosculis* calycem aequantibus et illum superan tibus; *Arista* flosculo nunc breviore, nunc longiore, ra rius paullo inflexa.

5. Aira *caryophyllea.*

A. panicula divaricato-patente, flosculis calyce minoribu aristatis, arista geniculata, calycem excedente, foliis setacei *Schrader* Germ. 1. p. 261.

Aira caryophyllea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 380. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 100. *Besser* Gali n. 100. *Gmelin* Badens. p. 116. *Host* Gram. Austr. 2. p. 3 Tab. 44. *Köler* Gram. p. 127. *Pollich* palatinatus n. 8 *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 681. *Schulte* Oestr. Fl. 2. n. 445. Flora Dan. Tab. 382.

Avena caryophyllea. *Weber* in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 1

Bönningh. Fl. Monast. n. 113. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 269.

Gramen paniculatum, minimum, molle. *Scheuchz.* Agrost. p. 215. Tab. 4. Fig. 15.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmus* erectus, teretiusculus, tenuis, palmaris; semipedalis et major, inferne praesertim ad geniculo inflexus, superne plus minus scabriusculus. *Folia* complicato-setacea, brevia, margine carinaque scabra. *Vaginae* laxae, elongatae, scabrae, profunde striatae. *Panicula* divaricato-patens, ramosissima, erecta, multiflora. *Rami* trichotomi capillares, cum *Rhachi* angulati, scabri: *inferiores* plerumque gemini; *superiores* solitarii. *Spiculae* parvae, oblongo-ovatae, compressae, acutae, aristatae, biflorae, nitidae, purpureo-argenteae. *Flosculi* calyce minores, sessiles, basi pilis brevissimis cincti. *Glumae* subaequales, lanceolatae, acutae, compressae, uninerves, carina scabrae. *Corollae valvula exterior* calyci conformis, apice bicuspidata, supra basin *Aristam* geniculatam, calyce longiorem, exserens; *interior* minor, apice emarginata, ad flexurae angulos ciliata.

Nelkenartige Schmielen.

In arenosis, pascuis sterilibus. ⊙. Fl. Majo, Junio?

3. Aira *capillaris.*

A. panicula patente, flosculis calyce minoribus; altero mutico, altero aristato; arista geniculata, calycem excedente, forma setaceis.

Aira capillaris. *Host* Gram. Austr. 4. p. 20. Tab. 35.

Avena capillaris. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 1. 270.

Aira elegans. *Römer* et *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 682.

Simillima antecedentis, at differre dicitur: 1. *Culmis* pedalibus et altioribus. 2. *Spiculis* quadruplo minoribus. 3. *Flosculis* quidem sessilibus, at *inferiore* mutico; *superiore* aristato.

Haarförmige Schmielen.

In agris arenosis Tyrolis et Dalmatiae (*Host*). ⊙. Fl. Majo, Jun.

7. Aira *canescens.*

A. panicula patente coarctata, flosculis calyce minoribu aristatis, arista apice clavata, calyce minore, foliis setaceis.

Aira canescens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 379. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 99. *Besse* Galic. n. 101. *Gmelin* Badens. n. 114. *Köler* Gram. p. 13 *Pollich* palat. n. 80. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flo n. 249. *Schkuhr* Handbuch 1. p. 39. Tab. 12. *Schulte* Oestr. Fl. 2. n. 447. *Schrader* Germ. 1. pag. 263. Fl. Da Tab. 1023.

Corynephorus canescens. Römer et *Schultes* Syst. Ve 2. p. 688.

Avena canescens. Weber in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 9.

Weingaertneria canescens. Bernhardi Erford. p. 51.

Gramen foliis junceis, oblongis, radice alba. *Scheuch* Agrost. p. 242. Tab. 4. Fig. 29. 30.

Radix fibrosa, fasciculata, densissimum foliorum caespite et plures culmos producens. *Culmi* graciles, palmares, sem pedales et longiores, erecti, ad genicula plerumque inflexi, t retiusculi, basi non raro ramosi. *Folia* complicato-setace erecta, rigida, scabra, albo-viridia. *Vaginae* teretes, scabra *Ligula* elongata, obtusiuscula. *Panicula* uncialis, aut biunci lis, erecta, patens, ante et post anthesin contracta, ex albo r bella, vel tota glauca. *Rami* plerumque gemini, tenuissimi cu *ramulis* nodulo pellucido, nitidissimo insidentes. *Spiculae* o longo-ovatae, acutae, compressae, aristatae, biflorae. *Flosca* calyce minores, glabri, basi subpilosi, altero pedicellato. *Gl mae* subaequales, lanceolatae, acutiusculae, compressae, car natae, ad carinam scabrae, uninerves. *Corollae valvula ext rior* ovata, acutiuscula, compressa, uninervis, supra basin *Ari tam* infra medium purpuream, in medio verticillo pilorum br vissimorum, globulum album mentiente, praeditam, supra m dium candidam, apice clavatam, calyce non longiorem, emi tens. *Antherae* atropurpureae vel in panicula tota glauca su phureae.

Graue Schmielen.

In arenosis, ericetis sterilibus, ad litora maris. ♃. I Jul. Aug.

Observ. Aira canescens, Host Gram. Austr. 4. Tab. 3 ob aristam nec clavatam, nec geniculatam vix huc r ferri potest.

8. Aira *praecox.*

A. panicula subspicata, flosculis calycem subaequantibus, aristatis, arista geniculata, calycem excedente, foliis setaceis. *Schrader* Germ. I. p. 262.

Aira praecox. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 380. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 99. *Gmelin* Badens. n. 115. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 37. *Köler* Gram. p. 132. *Pollich* palat. n. 81. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 446. Flora Dan. Tab. 383.

Avena praecox. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 667.

Avena pusilla. Weber in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 9. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 271.

Gramen minimum, spica brevi, habitiore nostrum. *Scheuchz.* Agrost. p. 219.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmi* erecti, graciles, digitales et interdum majores, simplices, basi non raro ramosi, glabri, supra medium nudi. *Folia* complicato-setacea, brevia, scabriuscula. *Vaginae* striato-angulatae, glabrae, inprimis superior, subventricosae. *Ligula* elongata, obtusa. *Panicula* subspicata, sub anthesi laxa, ante et post anthesin contracta, semiunciam ad unciam longa. *Rami* breves, angulati, scabriusculi, *inferiores* gemini; *superiores* solitarii. *Spiculae* exiguae, ovatae, aristatae, biflorae, e viridi albescentes. *Flosculi* calycem fere aequantes, basi pubescentes. *Corollae valvula exterior* e basi *aristam* exserens, calyce duplo fere longiorem, parum incurvam.

Frühe Schmielen.

In ericetis, arenosis, sterilibus. ☉. Fl. Majo, Jun.

* * *

Observ. Ob spiculas non raro trifloras et Aristam supra dorsi medium valvulae exterioris corollae, apice bisetae, insertam, *Aira subspicata Linn.* potius *Avenae* adnumeranda est. *Aira cristata* et *glauca Linn.* Spiculis non raro tri-, immo et quadrifloris gaudent, hinc *Festucae* melius adnumerandas esse censui.

** Polygama.

62. PANICUM.

Flores polygami. Calyx bivalvis, biflorus: flosculo altero hermaphrodito; altero neutro. *Corolla* bivalvis,

mutica, vel apice aristata; *neutrius* uni-seu bivalvis. *Semen* corolla cartilaginea corticatum.

1. Panicum *verticillatum.*

P. panicula subspicata, cylindracea, basi subinterrupta, involucellis deorsum hispidis, hermaphroditi corolla laeviuscula, foliis linearibus, utrinque scabriusculis.

Panicum verticillatum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 334. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 69. *Besser* Galic. n. 88. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 77. *Gmelin* Badens. n. 83. *Host* Gram. Austr. 2. p. 11. Tab. 13. *Köler* Gram. p. 8. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 175. *Pollich* palat. n. 57. *Schrader* Germ. 1. p. 239. *Schreber* Spicil. Fl. Lips. n. 970. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 464.

Setaria verticillata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 488.

Gramen geniculatum Tabernaemontani. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 469.

Gramen paniceum, spica aspera. *C. Bauh.* Theatr. p. 139. *Scheuchz.* Agrost. p. 47.

Gramen geniculatum tertium. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 516.

Radix fibrosa. *Culmi* erectiusculi, pedales et sesquipedales, basi plerumque ramosi, inferne subcompressi, superne teretes, apicem versus scabri. *Folia* linearia, acuminata, plana, basi carinata, utrinque scabra et supra pilis hinc inde adspersa, margine hispida. *Vaginae* glabrae, inferiores compressae, superiores teretes. *Ligulae* loco pilorum barba. *Panicula* spicaeformis, cylindracea, basi plerumque subinterrupta. *Rami* cum *Rhachi* hispida angulato-triquetri, subverticillati, flexuosi, inaequales: inferiores multiflori, superiores sensim paucioribus floribus praediti. *Pedicelli* breves, apice calyculo cyathiformi terminali, basi *Involucellis* setaceis, deorsum hispidis, suffulti. *Spiculae* subbiflorae, obtusae, muticae, glabrae, hinc convexae, inde planae. *Glumae* ovatae: *exterior* major, convexa; *interior* duplo minor, planiuscula. *Corollae valvula exterior hermaphroditi* magnitudine Glumae majoris, cartilaginea, quinquenervis, dorso tenuissime undulata; *interior* angustior, plana. *Neutrius flosculi Corolla* plerumque univalvis, membranacea, plana.

Quirlblühtiger Fennich.

In arvis, hortis, vineis, alibique. ⊙. Fl. Jul. Aug.

2. Panicum *viride.*

P. panicula subspicata, cylindracea, involucellis sursum hispidis, hermaphroditi corollis laeviusculis, foliis linearibus, utrinque scabriusculis.

Panicum viride. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 335. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 69. *Besser* Galic. n. 89. *Gmelin* Badens. n. 84. *Host* Gram. Austr. 2. p. 10. Tab. 14. *Köler* Gram. p. 10. *Leers* Herborn. n. 40. Tab. 2. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 176. *Schrader* Germ. 1. p. 240. *Schreber* Spec. Fl. Lips. n. 971. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 465.

Panicum Crus Galli. Flora Dan. Tab. 852.

Setaria viridis. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 488.

Differt ab antecedente, cui simillimum, inprimis 1. *Panicula* compactiore, vix unquam basi interrupta. 2. *Verticillis* confertioribus et eorum *Ramis* paucioribus et brevioribus. 3. *Involucellis* sursum, nec deorsum, hispidis. 4. *Spiculis* paullo majoribus.

Grüner Fennich.

Iisdem in locis cum praecedente. ⊙. Fl. Jul. Aug.

3. Panicum *glaucum.*

P. racemo spicato, cylindraceo, involucellis sursum hispidis, hermaphroditi corollis transversim undulatis, foliis linearibus, basi supra pilosis.

Panicum glaucum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 335. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 70. *Besser* Galic. n. 90. *Bönningh.* Flora Monast. n. 79. *Gmelin* Badens. n. 85. *Host* Gram. Austr. 2. p. 13. Tab. 16. *Köler* Gram. p. 13. *Leers* Herborn. n. 39. Tab. 2. Fig. 2. †. *Gärtner* de Fruct. 1. p. 2. Tab. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 177. *Schrader* Germ. 1. pag. 241. *Schreber* Spic. Fl. Lips. n. 972. *Ejusdem* Gram. 2. p. 21. Tab. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 466.

Setaria glauca. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 490.

Habitus duorum praecedentium, tamen P. *viridi* proximu
Ab ambobus recedit: 1. *Floribus* in racemum; nec in Panicula
dispositis. 2. *Pedicellis* brevissimis, plerumque unifloris.
Involucellis pluribus, novem ad duodecim, glaucis, vel flavesce
tibus, sub apice pedicellorum (nec eorum basi) insertis. 4. C
rollae valvula exteriore hermaphroditi magis transversim und
lato-rugosa.

Variat: 1. *Racemo* viridi.

Panicum viride. *Pollich* palat. n. 58.
Floristarum germanicorum veterum.

2. *Involucellis* purpurascentibus.

Gelbhaariger Fennich.

Observ. In collibus et agris sabulosis *Culmi* prostrati, ba
magis geniculati et ramosi; in cultis, erecti et saepe t
trapedales occurrunt.

In collibus et agris arenosis, ad vias, inter segetes et alil
⊙. Fl. Jul. Aug.

4. Panicum *hirtellum.*

P. spica secunda, interrupta, foliis ovato-lanceolatis, und
latis, villosis. *Schrader* Germ. 1. p. 242.

Panicum hirtellum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P.
p. 340. *Host* Gram. Austr. 3. Tab. 52. *Wulfen* in *Jac*
Collect. 2. p. 263. *Vest* Manuale p. 303.

Panicum undulatifolium. *Mertens* et *Koch* Deutsc
Flora n. 170.

Oplismenus undulatifolius. *Römer* et *Schultes* Sy
Veget. 2. n. 482.

Culmi basi repentes, tunc adscendentes, subtrigoni, villo
semipedales et pedales, plerumque purpurascentes. *Folia* ovat
lanceolata, plana, transversim undulata, pilosa. *Vaginae* laxa
pilosae. *Ligula* tenuissima, truncata, ciliata. *Spica* simple
vel basi uno alterove ramo aucta, erecta, secunda, interrupt
Rhachis flexuosa, triquetra, villosa. *Spiculae* ovatae, acuta
aristatae, alternae, secundae, remotae, subbiflorae: *inferior*
ternae vel quaternae, brevius pedicellatae; *reliquae* geminae, su
sessiles. *Glumae* ovatae, carinatae, trinerves, inaequales, mem
branaceae, apice aristatae. *Corollae* hermaphroditi *Valvul*
glumis paullo majores, ovatae, acutae, muticae, cartilagineae
Neutrius flosculi *Corolla* subbivalvis, membranacea: *Valvul*

exterior apice aristata; *interior*, si adest, multo minor. *Aristae*, tam Calycis, quam corollae, glutinosae, plus minus purpurascentes.

Variat: 1. *Culmis* nudiusculis cum *Vaginis* et *Rhachi* minus villosis.
2. *Spiculis* confertioribus.
3. *Glumis* villosis.
4. *Aristis* glabris; nec glutinosis.

Haariger Fennich.

Ad vias et alibi in Forijulio (*Wulfen*, *Host*). ⊙. Fl. Jul. Aug.

5. Panicum *Crus galli.*

P. Panicula secunda, erecta, spiculis approximatis, aristatis, foliis lineari-lanceolatis, nudis, utrinque glabriusculis.

Panicum Crus galli. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 337. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 72. *Besser* Galic. n. 91. *Bönningh.* Flor. Monast. n. 76. *Gmelin* Badens. n. 86. *Köler* Gram. p. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 174. *Pollich* palat. n. 59. *Schrader* Germ. 1. p. 243. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 467.

Echinochloa Crus galli. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 478.

α) *Spiculis submuticis.*

Panicum Crus Galli. *Roth* Flora Germ. l. c. α. *Host* Gram. Austr. 2. p. 15. Tab. 19. *Pollich* palat. l. c. α.

Gramen paniceum, spica divisa. *Scheuchz.* Agrost. p. 49.

Gramen paniceum sive Paniceum sylvestre, spica divisa. *C. Bauh.* Theatr. p. 136.

β) *Spiculis aristatis.*

Panicum Crus galli. *Roth* Flora Germ. l. c. β. *Leers* Herborn. n. 41. Tab. 2. Fig. 3. *Pollich* palat. l. c. β. *Schrader* Germ. l. c. β. Tab. 3. Fig. 8.

Gramen paniceum, spica aristis longis armata. *Scheuchz.* Agrost. p. 48. Tab. 2. Fig. 2. F.

Gramen paniceum, sive Panicum sylvestre aristis armatum. *C. Bauh.* Theatr. p. 157.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, ad genicula inferiora plus mi

nus infracti, inferne compressi, superne teretiusculi, striati, pedales, sesquipedales et altiores. *Folia* linearia vel lineari-lanceolata, acuta, nuda utrinque glabra, margine vero valde scabra et non raro, praesertim versus basin, transversim undulata. *Vaginae* glabrae, compressae. *Ligula* nulla. *Panicula* erecta, secunda, sub anthesi patens. *Rami ramuli*que compresso-triquetri, basi setis longis stipati. *Ramuli* conferti, secundi. *Pedunculi* brevissimi, ad basin fasciculato-pilosi. *Spiculae* biflorae, nunc brevius, nunc longius aristatae, hinc convexae, inde planae, e viridi plus minus in purpureum colorem tendentes. *Glumae* ovatae, membranaceae, dorso convexae, hispidae: *exterior* minima, trinervis; *interior* multo major, quinquenervis, acutior et subinde brevi arista terminata. *Corolla Hermaphroditi* mutica, cartilaginea, Glumam majorem fere aequans; *Valvula exterior* obsolete quinquenervis, dorso convexa; *interior* angustior, dorso planiuscula, ad flexurae angulos tenuissime ciliata: *Neutrius* membranacea: *Valvula exterior* hispida, nervo dorsali in *Aristam* plus minus longam, flexuosam elongato; *interior* paullo minor, apice bifida, margine obsolete ciliata.

Hüner-Fennich.

In cultis, oleraceis, ad fimeta, fossas alibique frequens. ⊙. Fl. Jul. Aug.

Observ. *Panicum stagninum.* *Host* Gram. Austr. 3. pag. 35. Tab. 51. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 468. *Echinochloa stagnina.* *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 477. quod in Oryzetis Bannatus provenit, secundum Cel. *Schrader* in Fl. Germ. 1. p. 422. a P. *Crure galli* specie non recedit, ab eo differre dicitur: 1. *Culmis* ad paniculae exortum hispidis. 2. *Ligulae* loco pilorum serie. 3. *Paniculae ramis* glanduloso-setosis. 4. *Glumis* ciliatis.

6. Panicum *miliaceum.*

P. panicula laxa, nutante, spiculis muticis, foliis lanceolatis, pilosis. *Schrader* Germ. 1. p. 245.

Panicum miliaceum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 348. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 75. *Host* Gram. Austr. 2. p. 16. Tab. 20. *Köler* Gram. 1. p. 21. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 179. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 470. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 434.

Milium. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 446. *Lobel* Icon. 1. p. 50. *Ejusd.* Hist. p. 24.

Milium semine luteo vel albo. *C. Bauh.* Theatr. p. 502.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, vel ad genicula inferiora infracti, simplices, vel ramosi, firmi, glabri, subteretes, pedales ad bipedales. *Nodi* villosi. *Folia* lanceolata, acuminata, supra vel utrinque pilosa, margine et ad superiorem dorsi partem scabra. *Vaginae* subcompressae, scabrae, patenti-pilosae. *Ligulae* loco pilorum barba. *Panicula* ramosissima laxa, apice nutans, semipedalis et pedalis. *Rami* flexuosi, cum *Rhachi* angulato-triquetri, scabri, cum *Ramulis* alterni. *Spiculae* biflorae, ovatae, acutae, muticae, ventricosae. *Glumae* membranaceae, ovatae, acutae, ad carinam superne scabrae, *inferiore* minore, quinquenervis: *superiore* duplo majore, multinervis. *Hermaphroditi flosculi Corolla* cartilaginea, calyce minor, obtusa, laevissima, nitida: *Valvula exteriore* dorso convexo, obsolete quinque-vel septemnervi: *interiore* angustiore, dorso convexiuscula, obsolete quadrinervis, margine inflexa. *Neutrius Corollae Valvulae* membranaceae, planiusculae.

Hirse-Fennich.

Variat: *Semine* albo, flavescente et nigro.

In arvis, ad vias, fimeta Germaniae, inprimis australioris. ☉. Fl. Jul. Aug.

* * *

Observ. *Panicum italicum Linn.* et *Pan. germanicum Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 71. quod illi proximum et ab illo vix specie discernendum, in Austria et Polonia coluntur, posterius sub nomine *Mähar*, at vix indigena sunt, licet Clariss. *Host* ad spontanea Austriae Gramina numeraverit et prius Tom. 4. Tab. 14., posterius vero Tom. II. Tab. 17. delineaverit. Idem valet de *Panico capillari.* *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 16. *Schultes* Oestr. Fl. n. 471.

† † † *Spiculis subtrifloris et trifloris.*

* Hermaphrodita.

63. MELICA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 113. Juss. Gen. ed. Roemer p. 36. Gaertner de Fruct. 2. p. 5. Tab. 80.

Calyx bivalvis, membranaceus, subbiflorus, cum rudi-

mento tertii flosculi intermedii. *Corolla* bivalvis mutica. *Semen* liberum, corolla cartilaginea tectum.

Observ. Melica recedit ab *Aira* flosculi tertii rudimento inter duos flosculos cujusvis spiculae. At in nonnullis speciebus etiam tertius flosculus intermedius ad perfectionem accedit et ita Spicula evadit triflora.

1. Melica *altissima.*

M. petalis imberbibus, panicula coarctata, secunda, spiculi nutantibus, flosculis binis fertilibus.

Melica altissima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 385. *Besser* Galic. n. 105. *Host* Gram. Austr. 2. p. 8 Tab. 9. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 453.

Radix repens. *Culmi* erecti, teretes, striati, maxima e parte vaginis foliorum tecti, tripedales. *Folia* lineari-lanceolata supra laevia, striata, subtus et margine scabra. *Vaginae* striatae, scabrae. *Ligula* oblique truncata, fissa. *Panicula* coarctata, oblonga, secunda, quadri-ad quinqueuncialis. *Rami* simplices aut ramosi, conferti: *inferiores* remotiores. *Pedicelli* apice incrassati, hispidi, cernui. *Spiculae* oblongae, ante anthesi cylindraceae, dein quasi volitantes, versicolores. *Calyx* membranaceus, biflorus, cum interjecto flosculi tertii rudimento pyriformi. *Glumae* ellipticae: *exterior* latior et brevior interiore ante anthesin spiculam involvens. *Flosculus inferior* sessilis nodulo insidens; *superior* cum rudimento tertii flosculi pedicellatus calycem excedens. *Corollae Valvulae* inaequales, subcartilagineae: *exterior* oblonga, obtusa, apice tenuissime serrulata, dorso scabriuscula, margine lato, membranaceo, quinquenervis; *interior* dimidio brevior, externe pubescens, margine crasso, apicem versus ciliata.

Höchstes Perlgras.

In montibus carpathicis Galiciae (*Besser*), circa *Ofe* Hungariae (*Waldst.* et *Kit.*, *Host*). ♃. Fl. Jun.

2. Melica *ciliata.*

M. flosculi inferioris petalo exteriore ciliato, panicula subspicata, aequali, spiculis erectis, flosculinis fertilibus.

Melica ciliata. Willd. Spec. Plant. Linn. T I. P. I. p. 38 *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 101. *Besser* Galic. n. 10 *Gmelin* Badens. n. 117. *Host* Gram. Austr. 2. p. 10. Ta 12. *Köler* Gram. pag. 137. *Mertens* et *Koch* Deutsch

Flora n. 273. *Pollich* palat. n. 83. *Schrader* Germ. 1. p. 266. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 449.

Gramen avenaceum, spica simplici, gluma florali exteriore ciliata. *Scheuchz.* Agrost. p. 147. Tab. 3. Fig. 16.

Gramen avenaceum avenae semine. *Clus.* Hist. 2. pag. CCXIX.

Gramen cum locustis parvis, candidis, pilosis, semine avenaceo. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 434.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, teretes, glabri, rigidi, striati, sub panicula plus minus scabri, bipedales et longiores. *Folia* linearia, acuminata, rigidula, supra pubescentia, margine et dorso versus apicem scabra, striata, plana, margine non raro revoluta, per exsiccationem convoluta. *Vaginae* teretiusculae, scabriusculae. *Ligula* exserta, obtusa, demum fissa. *Panicula* spicaeformis, aequalis, cylindracea, erecta, demum nutans, biuncialis et paullo longior. *Rami* pilis brevibus vestiti, cum *Rhachi* angulati, flexuosi et scabri. *Spiculae* lanceolatae, acutae, nitidae, stramineae, ante anthesin purpurascentes, erectae, post anthesin patulae, triflorae. *Glumae* membranaceae, lanceolatae, acuminatae, scabrae, dorso convexae, quinquenerves, inaequales: *superiore* majore. *Corolla* subcartilaginea: *valvula exteriore* lanceolata, acutiuscula, apice compressa, quinquenervis: *flosculi inferioris* ad marginem pilis longis, copiosis, sericeis, ciliata; *flosculi superioris* margine nuda. *Valvula interiore* minore, elliptica, margine inflexa, ad flexurae marginem tenuissime ciliata. *Flosculus tertius* intermedius, bivalvis, neutrus, imperfectus, corpusculum tantum subclavatum in sinu fovens.

Gefranztes Perlgras.

In montosis, collibus saxosis, vineis, ad sylvarum margines Germaniae australioris. 2. Fl. Majo, Jun.

Melica *Bauhini.*

M. flosculi inferioris petalo exteriore pone marginem cilio, panicula patente, spiculis secundis nutantibus trifloris; flosculo intermedio saepe sterili.

Melica Bauhini. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. 101. *Host* Gram. Austr. 4. pag. 14. Tab. 23. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 525.

Gramen avenaceum lanuginosum, spicis rarioribus. *C. Bauh.* Theatr. p. 157.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* sesquipedales et bipeda- les, erecti, ad genicula inferiora saepe infracti, tenuiores, quam in antecedente, supra medium vaginis foliorum tecti. *Folia* angusto-linearia, longe mucronata, striata, valde aspera, plana per exsiccationem complicata. *Vaginae* striatae, retrorsum as perae, arcte culmum includentes, margine membranaceae et su perne non raro in filamenta membranacea secedentes. *Ligula* longius exserta, lanceolata, nivea, tenuissima. *Panicula* patu lo-erecta; *ramis inferioribus* geminis, horizontalibus, subdivi sis; *superioribus* brevioribus, simplicibus, erectis. *Spiculae* se cundae, nutantes, triflorae: *flosculo tertio* intermedio saepiu sterili. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, inaequales, quinque nerves: nervo carinali in apicem usque producto; lateralibu circa medium evanescentibus; *exteriore* breviore, latiore. Co rollae *valvulae exteriores* extus elegantissime striatae et punc tis elevatis asperae: *flosculi inferioris* sessilis pone margine pilis longis, patulis, niveis, obsessa; *superioris* et *intermed flosculi* scabrae quidem, sed pilis destitutae.

Bauhin's Perlgras.

In asperis Istriae (*Host*), in Bohemia (*Schmidt*), quo autem dubitat *Pohl* (in Tentam. Fl. Bohem. pag. 88.). 2 Floret Jun.

4. Melica *nutans.*

M. petalis imberbibus, panicula secunda, ramulis subbifi ris adpressis, spiculis nutantibus, flosculis binis, fertilibus.

Melica nutans. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 382. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 102. *Besser* Gal n. 103. *Gmelin* Badens. n. 118. *Host* Gram. Austr. 2. 9. Tab. 10. *Köler* Gram. p. 141. *Leers* Herborn. n. 6 Tab. 3. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 27 *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 522. *Schrad* Germ. 1. p. 267. *Schreber* Gram. 2. p. 62. Tab. 6. Fig. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 450. Flora Dan. Tab. 962.

Gramen montanum spicatum. *Clus.* Hist. 2. p. CCXIX.

Radix repens. *Culmi* erecti, inferne subcompressi, super trigoni, scabri, graciles, debiles, pedales et altiores. *Folia* neari-lanceolata, acuminata, plana, margine scabra: *culmea* fima squaemaeformia, brevissima, *superiora* sensim longio *Vaginae* compressae, subancipites, profunde striatae, scabr *Ligulae* loco margo membranaceus brevissimus, demum purp

rascens. *Panicula* racemiformis, subsimplex, secunda, demum cernua. *Rami* alterni, adpressi, breves, vel omnes solitarii, vel inferiores gemini, subbiflori, superiores solitarii, uniflori, cum *Rhachi* flexuosi et scabri. *Spiculae* ovatae, nutantes, triflorae. *Glumae* subaequales, ovales, dorso convexae, glabrae, subquinquenerves, purpurascentes, margine albidae, *Corolla* cartilaginea: *Valvula exteriore* calyci conformi, sed paullo acutiore; *interiore* minore, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata: *Flosculus* intermedius tertius neutrus, bivalvis, turbinatus, imperfectus.

Ueberhangendes Perlgras.

In nemoribus, ad fossarum et fluviorum margines. 2|. Fl. Majo, Jun.

5. Melica *uniflora.*

M. petalis imberbibus, panicula patentissima, ramulis elongatis, unifloris, spiculis erectis, bifloris: flosculo altero imperfecto.

Melica uniflora. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 383. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 102. *Gmelin* Badens. n. 119. *Host* Gram. Austr. 2. p. 9. Tab. 11. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 57. *Köler* Gram. p. 139. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 274. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 524. *Schrader* Germ. 1. p. 269. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 451. *Wallroth* Annus bot. p. 15. Flora Dan. Tab. 1144.

Melica nutans. Pollich palat. n. 84.

Differt ab antecedente *M. nutante*, quacum facile confunditur: 1. *Habitu* teneriore. 2. *Ligula* ex anteriore oris vaginae parte orta, saepe ovato-acuminata. 3. *Panicula* ramosiore, patentissima: *Ramis* inferioribus geminatis, cum ramulis unifloris elongatis. 4. *Spiculis* dimidio minoribus, erectis, bifloris: flosculo altero hermaphrodito; altero imperfecto, neutro.

Einblühtiges Perlgras.

Iisdem in locis cum praecedente. 2|. Fl. Majo, Junio.

6. Melica *caerulea.*

M. petalis imberbibus, panicula subcoarctata aequali, spiculis erectis subtrifloris: flosculis binis fertilibus.

Melica caerulea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 383. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 103. *Besser* Galic.

n. 104. *Gmelin* Badens. n. 120. *Host* Gram. Austr. 2. p. 7. Tab. 8. *Pollich* palat. n. 85. *Schkuhr* Handb. 1. p. 40. Tab. 13. *Schrader* Germ. 1. p. 269. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 452. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 528.

Aira caerulea. Leers Herborn. n. 58. Tab. 4. Fig. 7. Flora Dan. Tab. 239.

Molinia caerulea. Schrank Bavar. n. 201. *Köler* Gram. p. 145. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 279.

Gramen arundinaceum, enode, minus, sylvaticum. *Scheuchz.* Agrost. p. 209.

β major.

Melica caerulea. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. *β. Roth* Flora Germ. l. c. *β. Schrader* Germ. l. l. c. *β.*

Gramen arundinaceum, enode, montanum, panicula longissima, locustis angustissimis. *Scheuchz.* Agrost. 268.

Gramen paniculatum autumnale, panicula ampliore, e viridi nigricante. *Scheuchz.* Agrost. p. 207. Tab. 4. Fig. 11. 12.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, stricti, rigiduli, teretes, striati, glabri, maxima ex parte nudi, basi plerumque bulbi in modum incrassati, supra basin plerumque unico tantum nodo et folio instructi, sesqui-ad bipedales, in *β* quadri-ad sexpedales. *Folia* linearia, acuminata, planiuscula, rigidula, margine scabra, supra praesertim basin versus pilis adspersa; ad vaginae exortum insuper barbata, rarius glabra, subtus ad superiorem carinae partem tantum scabra, caeterum glabra. *Vaginae* teretiusculae, glabrae, striatae. *Ligulae* loco brevissimorum pilorum series. *Panicula* plus minus contracta, rarius uno alterove ramo ex inferiorum numero patente, aequalis, erecta, digitalis, palmaris et longior. *Rami* compresso-angulati cum *Rhachi* flexuosi et scabri. *Spiculae* oblongo-cylindraceae, erectae, e viridi purpureo et violaceo versicolores, ante anthesin teretiusculae, post anthesin compressae, flosculis subdivergentibus, plerumque triflorae, rarius subquadriflorae. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutiusculae, uninerves, plerumque glabrae, subinaequales; *superiore* paullo majore. *Corollae* calyce majores, cartilagineae: *Valvula exteriore* apicem versus compressa, obtusa trinervi; *interiore* vix breviore, sed angustiore, apice bifida *Flosculus tertius* pedicellatus, imperfectus.

Blaues Perlgras.

In paludosis, pascuis et pratis humidis, inprimis turfosis *β* in nemorosis et sylvaticis. ♃. Fl. Jul. Aug.

64. ELYMUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 128. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 36.

Calyx lateralis, bivalvis, geminus vel ternus: singulis bi- seu trifloris. *Corolla* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis; exteriore acuminata, mutica vel apice in aristam desinente. *Semen* corolla corticatum.

Observ. *Hordeo* proximum est hoc genus, at ob spiculas plerumque bifloras, nullo modo ad *Hordeum* referri possunt ejusdem species.

1. Elymus *arenarius.*

E. spiculis pubescentibus, flosculis muticis, foliis involutis rigidis. *Schrader* Germ. 1. p. 401.

Elymus arenarius. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 467. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 152. *Besser* Galic. 2. p. 335. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 12. *Köler* Gram. p. 330. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 395. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 773. *Schreber* Gram. 2. p. 85. Tab. 40. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 517. *Vest* Manuale p. 298. Flora Dan. Tab. 847.

Gramen caninum, maritimum, spica triticia nostras. *Scheuchz.* Agrost. p. 6.

Radix articulata, repens. *Culmi* tri-, quadripedales, erecti, glabri, rigidi. *Folia* linearia, erecta, rigida, primo planiuscula, demum involuta, acuminato-pungentia, glaucescentia, supra striato-sulcata, scabra, albida, subtus glabra, pallide viridia. *Vaginae* glabrae, glaucescentes, striato-sulcatae. *Ligula* brevissima, truncata, ciliata, fusca. *Spica* erecta, stricta, compressa, glauca, semipedalis et pedalis. *Rhachis* flexuosa, alternatim hinc planiuscula, inde convexa. *Spiculae* lanceolatae, acutae, compressae, plerumque triflorae, pubescentes, rhachi arcte adpressae: *inferiores* et *superiores* geminae; *intermediae* plerumque ternae. *Glumae* ad singulas spiculas binae, lanceolatae, acuminatae, subaequales, pubescentes, in dorsi medio quadri- seu quinquenerves. *Flosculi* calyce breviores: *inferiore* sessili, *altero* et *tertio* plerumque imperfecto, pedicello brevissimo, pubescente, insidentibus. *Corollae valvula exterior* glumis conformis; *interior* multo angustior, planiuscula, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Sand - Haargras.

Variat Spiculis glabriusculis.

In arenosis ad litora maris Ducatus Oldenburgici circa *Dangast (Trentepohl)*, prope Ratisbonam *(Hoppe)*, Berolinum *(Willdenow)*, Dresdam *(Gerlach, Schkuhr)*, Hamburgum *(Bueck)*, Holsatiae *(Weber)*, Ducatus Megapolitani *(Timm)*, Palatinatus *(Koch)*, Lusatiae *(Oettel)*, Galiciae *(Kluck)*. 4. Floret Jul. Aug.

2. Elymus *europaeus.*

E. spiculis scabris, flosculis aristatis, foliis planis, flaccidis. *Schrader* Germ. 1. p. 402.

Elymus europaeus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 470. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 152. *Besser* Galic. 2. p. 325. *Gmelin* Badens. n. 186. *Host* Gram. Austr. I. p. 22. Tab. 28. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 396. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 777. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 518. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 40. *Willd.* prodr. Fl. Berol. n. 191. Flora Dan. Tab. 1631.

Elymus cylindricus. Pohl Bohem. n. 202.

Cuviera europaea. Köler Gram. p. 328.

Hordeum cylindricum. Murray Prodr. Gött. p. 43.

Hordeum elymoides. Vest Manuale p. 301.

Gramen hordeaceum montanum. *Scheuchz.* Agrost. p. 16. Append. Tab. 2.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, rigidi, teretes, striati, pedales, plerumque glabri: *Folia* linearia, acuminata, plana, flaccida, scabra. *Vaginae* teretes, pilis deorsum spectantibus vestitae. *Ligula* brevissima truncata. *Spica* erecta, stricta, teres, digitalis et paullo longior. *Rhachis* flexuosa, scabriuscula, hinc planiuscula, inde convexa. *Spiculae*, excepta terminali solitaria, omnes ternae, lanceolatae, acutae, compressae, erectae, pedicellatae, biflorae, vel rarius uniflorae. *Glumae* cujusvis spiculae binae, lineari-lanceolatae, obsolete trinerviae, scabrae, in aristam brevem, rectam attenuatae. *Corollae Valvulae* lanceolatae, inaequales: *exterior* dorso convexa, scabra, margine membranacea, obsolete quinquenervis, in *Aristam* rectam, multo longiorem, attenuata; *interior* brevior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Europäisches Haargras.

In sylvis montanis et subalpinis Austriae (*Host*, *Vest*), Bohemiae (*Pohl*), Galiciae (*Kluck*), Styriae (*Sartori*), Marggrav. superioris Badensis (*Gmelin*), Holsatiae (*Weber*), prope Berolinum (*Willdenow*), prope *Schwebber* regni Hannoverani (*Weber*, *Ehrhardt*), prope Halam Saxonum (*Leyser*). 24. Fl. Jun. Jul.

** Polygama.

65. HOLCUS.

Flores Polygami. *Calyx* bivalvis, bi-seu triflorus, hermaphroditum cum masculo solitario, triandro, vel cum binis diandris, includens. *Corolla* bivalvis: *Mascula* arista dorsali. *Semen* corollae membranaceae adnatum, vel liberum. *Schrader* Germ. 1. p. 247.

a) *Calycibus bifloris.*

1. Holcus *avenaceus.*

H. panicula aequali, flosculo superiore hermaphrodito, submutico, masculi arista geniculata, calycem excedente, radice subbulbosa.

α) Radice nodosa.

Holcus avenaceus. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 544. *Besser* Galic. n. 92. *Schrader* Germ. 1. p. 247. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 455. *Scopoli* Carn. 2. n. 1239. *Sprengel* Halens. n. 103.

Holcus elatior. *Vest* Manuale p. 312.

Avena elatior. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 443. *Gmelin* Badens. n. 169. *Host* Gram. Austr. 2. p. 36. Tab. 49. *Köler* Gram. p. 305. *Leers* Herborn. n. 88. Tab. 10. Fig. 4. *Pollich* palat. n. 122. *Schreber* Gram. 1. p. 25. Tab. 1.

Arrhenatrum elatius. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 99. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 243. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 496.

Gramen avenaceum elatius, tuba longa splendente. *Scheuchz.* Agrost. p. 239.

β) Radice bulbosa.

Holcus bulbosus. *Besser* Galic. n. 93. *Host* Gram.

Austr. 4. Tab. 30. *Schrader* Germ. 1. p. 248. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 456.

Avena elatior. Willd. Spec. Plant. Lin. 1. c. *β. Gmelin* Badens. 1. c. *β. Schreber* Gram. 1. c. *β.*

Gramen nodosum avenacea panicula. *C. Bauh.* prodr. p. 5. *Ejusd.* Theatr. p. 18. *Scheuchz.* Agrost. p. 237. Tab. 4. Fig. 27. 28. *Monti* Prodr. p. 53. Fig. 76.

Gramen bulbosum, nodosum. *Lobel* Icon. 1. p. 23.

Gramen nodosum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 456.

Radix in *α* magis vel minus nodosa, vel etiam bulbosa; in *β* bulbosa, bulbis vel simplicibus, vel duobus vel tribus, altero super alterum. *Culmi* tri-, quadripedales et altiores, erecti, laeves, plerumque quadrinodes. *Nodi* in *α* plerumque glabri: in *β* villosi. *Folia* plana, striata, utrinque scabra, supra subvillosa. *Vaginae* striatae, teretes: *inferiores* subvillosae. *Ligula* brevis, truncata, demum fissa. *Panicula* semipedalis et major, coarctata, nitida, sub anthesi patula, subnutans. *Rami* tenues, flexuosi, scabri. *Spiculae* lanceolatae, subcompressae, acutae, e viridi alboque variegatae, biflorae. *Glumae* lanceolatae, acutae, carina scabrae, inaequales: *superiore* majore trinervi; *inferiore* minore, uninervi. *Flosculi* vix calyce majores, basi pilosi; *inferiore* sessili, masculo, supra basin *Aristam* dorsalem, geniculatam, tortilem, flosculo suo duplo fere longiorem emittente; *superiore* subpedicellato, hermaphrodito, sub apice brevissime aristato. *Corollae Valvulae* aequales: *exterior* septemnervis, ad nervos scabra, nervo intermedio in utroque flosculo, sub apice plerumque bifido, in Aristam brevem desinente; *interior* angustior, subbifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. *Semen* corollae adnatum.

Haferartiges Honiggras.

Variat: 1. *Flosculo* utroque arista destituto.
2. *Arista* in utroque flosculo longiore.
3. *Arista* in Hermaphrodito nulla. Conf. *Leers* Herborn. 1. c. *Schreber* Gram. 1. c. p. 27.

Observ. Varietas *β radice bulbosa* a nonnullis pro specie distincta vendita est, quibus assentiri nullo modo possum, quocum consentientem quoque habeo optimum *Sprengelium* in Flora Halensi 1. c. Gramina plura, fertiliora humidaque loca inhabitantia, in locis sterilibus, aridioribus, radicem bulbosam acquirunt, ut in *Phleo pratensi* et *Alopecuro geniculato* vidimus. Non majori itaque cum

jure haecce Varietas propria species esse debet, quam varietates bulbosae in nominatis graminibus, quum nulla ratione in florum structura recedat ab *Holco avenaceo.*

α In pratis, pascuis, pomariis, ad vias. β in agris. 2. Fl. Jun. — Aug.

2. Holcus *mollis.*

H. panicula aequali, flosculo inferiore hermaphrodito, mutico, masculi arista geniculata, calycem excedente, radice repente.

Holcus mollis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 933. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 541. *Besser* Galic. n. 94. *Bönningh.* Flora Monast. n. 101. *Gmelin* Badens. n. 1547. *Host* Gram. Austr. 1. p. 3. Tab. 3. *Leers* Herborn. n. 769. Tab. 7. Fig. 7. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 247. *Pollich* palat. n. 937. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 655. *Schrader* Germ. 1. p. 249. *Schreber* Gram. 1. p. 149. Tab. 20. Fig. 2. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 257. *Wallroth* Annus bot. p. 16.

Avena mollis. Köler Gram. p. 300.

Gramen caninum, paniculatum, molle. *Scheuchz.* Agrost. p. 235. Tab. 4. Fig. 25.

Radix repens, articulata. *Culmi* bi-seu tripedales, basi plerumque declinati, caeterum erecti, teretes, glabri. *Nodi* tres seu quatuor, villosi. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, plana, laevia, margine scabra, supra villis vix conspicuis mollia. *Vaginae* teretes, pubescentes. *Ligula* brevis, obtusa, ciliata. *Panicula* aequalis, erecta, sub anthesi patens, caeterum contracta. *Rami* capillares cum *Rhachi* flexuosi et scabriusculi; *inferiores* binati et ternati; *superiores* solitarii. *Spiculae* ovato-lanceolatae, compressae, biflorae. *Glumae* lanceolatae, inaequales, acutae, ad nervos pilis brevibus scabrae: *superiore* majore trinervi; *inferiore* uninervi. *Flosculi* glumis minores; *altero* sessili, hermaphrodito, mutico, basi nudo; *altero* superiore, pedicellato, masculo, basi piloso, infra apicem *Aristam* dorsalem, scabram, rectam, demum geniculo subreflexam, calyce longiorem, exserente. *Corollae Valvulae* subaequales: *exterior* ovata, acuta, uninervis; *interior* plerumque bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Weiches Honiggras.

Variat Flosculo utroque hermaphrodito.

In pratis, sylvis, pomariis, ad margines agrorum steriles. 2|. Fl. Jul. Aug.

3. Holcus *lanatus.*

H. panicula aequali, flosculo inferiore hermaphrodito mutico masculo arista recurva, inclusa, radice fasciculata.

Holcus lanatus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II p. 933. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 542. *Besser* Gallic. n. 95. *Gmelin* Badens. n. 1546. *Host* Gram. Austr. I p. 2. Tab. 2. *Leers* Herborn. n. 770. Tab. 7. Fig. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 246. *Pollich* palat. n. 936 *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 655. *Schrader* Germ. 1. pag. 251. *Schreber* Gram. 1. pag. 145. Tab. 25. Fig. 1 *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 458.

Avena lanata. *Köler* Gram. p. 303.

Gramen pratense, paniculatum, molle. *C. Bauh.* Theat. p. 27. *Scheuchz.* Agrost. p. 254. Tab. 4. Fig. 24. A. B.

Differt ab antecedente. cum quo facile confunditur: 1. *Radice* fibrosa, densa, fasciculata, *radiculis* subtomentosis. 2. *Pube* molli, tenui totius plantae. 3. *Culmis foliisque radicalibus* plu ribus, densum caespitem formantibus. 4. *Foliis culmeis* pauci ribus, latioribus. 5. *Nodis* paucioribus, incrassatis. 6. *Glum* mucronatis; nec solum acutis, *nervis lateralibus* margini; ne carinae approximatis. 7. *Arista* flosculi masculi glabra, rect demum recurvata, calyce breviore.

Wollichtes Honiggras.

In pascuis, pratis, nemorosis. 2|. Fl. Jun. — Aug.

b) *Calycibus trifloris.*

4. Holcus *borealis.*

H. panicula subsecunda, pedunculis glabris, flosculo inte medio hermaphrodito, mutico, masculis sub apice subaristatis, r dice repente.

Holcus borealis. *Schrader* German. 1. pag. 252. *Schu tes* Oestr. Fl. 2. n. 459. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 40.

Holcus repens. *Host* Gram. Austr. 3. p. 3. Tab. 3.

Holcus odoratus (repens). *Schkuhr* Handb. 3. p. 52 Tab. 344. (exclusis synon. *Roth*, *Jacq.*, *Host.*)

Holcus odoratus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. p. 936. (exclusis synon. *Host* et *Haller*). *Ejusd.* Prodr.

Berol. n. 141. *Timm* in *Siemss.* Meklenb. Magaz. 2. p. 269. *Kölpin* Gryph. n. 190. Flora Dan. Tab. 963.

Hierochloa borealis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 513. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 244.

Poa nitens. *Weber* in Suppl. Fl. Holsat. n. 6.

Gramen mariae Borussorum. *Lösel* Pruss. p. 111.

Radix valde repens. *Culmi* erecti, glabri, striati. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, margine praesertim scabra, supra glaucescentia. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* brevis, acutiuscula. *Panicula* erecta, subsecunda, pauciflora, sub anthesi patentissima. *Pedunculi* glabri. *Spiculae* ovatae, compressae, tumidiusculae, nitidissimae, e fusco aut viridi purpurascentes, triflorae. *Glumae* inaequales, ovato-lanceolatae, compressae, glabrae, acutae, vel saepius breviter mucronatae, nervosae, nervis lateralibus vix medium attingentibus. *Flosculi* calycem subaequantes: *duo laterales* masculi, triandri; *intermedius* hermaphroditus, diandrus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* in *masculis* oblongo-ovata, superne praesertim villosa, acutiuscula, subinde mucronata, rarius infra apicem indivisum brevissime aristata; in *hermaphrodito* semper mutica, *Valvulam interiorem* paullo longiorem amplectens. *Nectaria* seu squamae, bipartita: *Laciniis* linearibus, inaequalibus. *Semen* liberum.

Nördliches Honiggras.

Variat Culmo vaginisque scabriusculis.

In pratis praesertim humidis prope Kiloniam (*Weber*), Rostochium (*Timm*), Pomeraniae ulterioris (*Kölpin*), Austriae et Bohemiae (*Host*), prope Berolinum (*Willdenow*). 2. Fl. Majo, Jun.

5. Holcus *australis.*

H. panicula subsecunda, pedunculis ad spicularum basin pilosis, flosculo intermedio hermaphrodito, mutico, masculo inferiore infra apicem brevissime aristato; superiore e dorsi medio aristam geniculatam exserente, radice repente.

Holcus australis. *Schrader* Germ. 1. pag. 253. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 460.

Holcus odoratus. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 513. (exclusis synon. omnibus.) *Hänke* Sudet. p. 45. *Host* Gram. Austr. 1. p. 4. Tab. 4. *Schkuhr* Handb. 3. p. 523. Tab. 344. (exclus. syn. Florae Suecic.) *Schrank* Bavar. n. 1807. *Hoppe* Bot. Taschenb. 1791. p. 153. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 4.

Holcus repens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. I pag. 936. (excluso synon. *Host.*)

Hierochloa australis. Römer et *Schultes* Syst. Veg 2. pag. 514. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 245.

Differt ab antecedente, cum quo ante *Schkuhrii* obse vationes commutatus est: 1. *Pedunculis* ad spiculae basin pil sis; nec glabris. 2. *Glumis* oblongo-ovatis, obtusissimis cu acumine, subaequalibus: *superiore* tri-, quinquenervi; nec qui que-ad septemnervi. 3. *Valvulis corollae exterioribus* pleru que angustioribus, minus villosis: *masculi inferioris* apice inf fissuram brevissime aristata; *masculi superioris* e dorso bas versus *Aristam* primo rectam, demum geniculatam, calycem n excedentem, exserente. 4. *Nectariis* subrotundis, in floseulis ma culis apice bifidis; nec bipartitis, laciniis inaequalibus, line ribus.

Südliches Honiggras.

*Variat Culmo vaginis*que scabriusculis.

In nemorosis, sylvaticis, inprimis solo saxoso Austri (*Host*), Styriae (*Sartori*), Principatus Salisburgensis (*W fen*), prope Ratisbonam (*Hoppe*), Principat. Baruthini (*D lavigne*). 2|. Fl. Aprili et Majo.

†††† *Spiculis multifloris.*

* Calyce subunivalvi.

66. LOLIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 126. Juss. Gen. Pla ed. Roemer p. 36.

Calyx lateralis, monophyllus, fixus, solitarius, multi rus (in Spicula terminali diphyllus). *Corolla* bivalvis: *V vulis* lanceolatis: *exteriore* sub apice aristata vel mutica. *Rh chis* scrobiculata, calycis glumae interioris vicem gerens. *S men* corolla corticatam.

1. Lolium *perenne.*

L. spica mutica, spiculis calyce longioribus, radice repe *Schrader* Germ. 1. p. 397.

α) *Vulgare.*

Lolium perenne. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 461. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 153. *Besser* Galic. n. 140. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 159. *Gmelin* Badens. n. 183. *Host* Gram. Austr. 1. p. 20. Tab. 25. *Köler* Gram. pag. 359. *Leers* Herborn. n. 97. Tab. 12. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 391. *Pollich* palat. n. 129. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 747. *Schreber* Gram. 2. p. 79. Tab. 37. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 472. Flora Dan. Tab. 747.

Gramen loliaceum, angustiore folio et spica. *Scheuchz.* Agrost. p. 26. secundum Linné.

Gramen loliaceum, latifolium, spica angustiore. *Scheuchz.* Agrost. p. 27.

Gramen loliaceum, radice repente, locustis teretiusculis, muticis. *Scheuchz.* Agrost. p. 28. Tab. 1. Fig. 7. A — C.

β) *Tenue.*

Lolium tenue. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. 1. pag. 462. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 154. *Wallroth* Annus bot. p. 21. n. 31.

Lolium Halleri. *Gmelin* Badens. n. 184.

Lolium perenne β tenue. *Schrader* Germ. l. c.

γ) *Compositum.*

Lolium perenne. *Schrader* Germ. l. c. γ. *Roth* Flora Germ. l. c. β. *Willd.* Prodr. Fl. Berol. n. 188. β.

Gramen loliaceum, spica lata e plurimis spicis duplici versu dispositis constante. *Scheuchz.* Agrost. p. 29. Append. Tab. 2.

δ) *Ramosum.*

Lolium perenne. *Schrader* Germ. l. c. δ. *Roth* Flora Germ. l. c. γ. *Gmelin* Badens. l. c. β. *Pollich* palat. l. c. β. *Leers* Herborn. l. c. β. Tab. 12. Fig. 1. †.

α) *Vulgare.*

Radix repens. *Culmi* plures oblique adscendentes, erecti, subcompressi, glabri. *Folia* linearia, acuminata; *radicalia* caespitosa, carinata, glabra; *Culmea* latiora, planiuscula, margine et ad superiorem costae partem scabra. *Vaginae* compressae, glabrae, striatae. *Ligula* brevis, truncata. *Spica* subcompressa, disticha, laxa, simplex. *Rhachis* flexuosa, compressa, alternatim pro spiculis excipiendis scrobiculata. *Spi-*

culae alternae, oblongae, compressae, muticae, sessiles, calyce longiores, septem-ad novemflorae. *Gluma* monophylla (in spicula terminali diphylla, subaequalis) lineari-lanceolata, acutiuscula, glabra, margine membranacea, dorso convexa, septemnervis, Rhacheos scrobiculo, alterius glumae vicem gerente, opposita. *Flosculi* distichi, primo imbricati, demum remotiusculi: *Corollae Valvulae* subaequales, oblongae, obtusiusculae, muticae: *exterior* quinquenervis; nervis interioribus circa medium obsoletis; *interior* ad flexurae angulos ciliata.

β) Tenue.

Habitum quodammodo diversum refert et recedit: 1. *Culmis* tenuioribus, minus caespitosis. 2. *Spica* longe tenuiore. 3. *Spiculis* plerumque tantum trifloris, rarius quadri-seu quinquefloris, remotioribus. 4. *Gluma* longiore.

Observ. *Lolium tenue Linnei* genuinum, testante Celeberr. *Gmelin* in Flora Badensi l. c., quod in Gallia meridionali, Hispania et Italia tantum provenire dicitur, ab hac varietate recedit: 1. *Culmo* stricto. 2. *Spiculis* obesis, non remotis. 3. *Radice* annua. An re vera differat a *Lolio perenni?*

γ) Compositum.

Habitu propius accedit ad *α vulgare*, at differt: 1. *Spica* brevi, ovata, densa, secunda, plerumque recurva. 2. *Spiculis* longioribus, approximatis, sibi contiguis, plerumque tredecimfloris.

δ) Ramosum.

Habitum alienum primo intuitu refert, differt inprimis: 1. *Spica* ramosa. 2. *Ramis* spicatis. 3. *Spiculis* approximatis, ad ramificationes geminis.

Ausdauernder Lolch.

Variat: 1. *Flosculis* aristatis.
Lolium perenne. *Gmelin* Badens. l. c. *γ.*

2. *Flosculis* viviparis.
Lolium perenne. *Schrader* Germ. l. c. *ε.*

α, *γ* et *δ* in pratis, pascuis, ad vias, muros, in vineis: *β* in pratis et pascuis siccioribus. ♃. Fl. Aestate.

2. Lolium *arvense.*

L. spica submutica, spiculis calycem aequantibus, radice fibrosa. *Schrader* Germ. 1. p. 399.

Lolium arvense. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 160. *Host* Gram. Austr. 3. p. 17. Tab. 25. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 392. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 748. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 473.

Medium quasi tenet inter antecedentem et sequentem speciem. Ab antecedente differt: 1. *Radice* fibrosa, annua. 2. *Culmis* teretibus, erectis. 3. *Vaginis* teretibus. 4. *Calyce* spiculam aequante, vel paullo minore illa. 5. *Flosculis* brevissime aristatis. 6. *Spiculis fructiferis* brevioribus, obesioribus. A sequente distinguitur, cui proximum est: 1. *Foliis Vaginisque* glabris. 2. *Culmis* gracilioribus, debilioribus. 3. *Spiculis* calyce plerumque paullo longioribus. 4. *Flosculis* brevissime aristatis.

Acker-Lolch.

Variat Culmi superiore parte cum Rhachi glabra vel scabra.

In arvis et linicetis passim. ☉. Fl. Jun. Jul.

Lolium *temulentum.*

L. spica aristata, spiculis calyce minoribus, radice annua. *Schrader* Germ. 1. p. 400.

Lolium temulentum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 462. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 154. *Besser* Galic. 141. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 161. *Gmelin* Badens. p. 185. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 20. Tab. 26. *Döller* Gram. p. 363. *Leers* Herborn. n. 98. Tab. 12. Fig. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 394. *Pollich* palat. 130. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 749. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 55. Tab. 18. *Schreber* Gram. 2. 27. Tab. 36. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 474. Flora Dan. ab. 160.

Bromus temulentus. *Bernhardi* Erford. p. 49.

Crepalis temulenta. *Schrank* Bavar. n. 255.

Lolium gramineum spicatum, caput tentans. *Joh. Bauh.* ist. 2. p. 457.

Gramen loliaceum, spica longiore, seu Lolium Dioscoridis.

C. Bauh. Theatr. p. 121. *Scheuchz.* Agrost. p. 31. Tab. I. Fig. 7. E. F.

Gramen loliaceum, spica longiore, aristas habens. *Monti* Prodr. p. 59. Fig. 18.

Radix fibrosa. *Culmi* bi-seu tripedales, subsolitarii erecti, firmi, teretes, superne tantum scabri. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, laxa, plana, vel utrinque, vel supra tantum et margine scabra. *Vaginae* teretes, plerumque glabrae. *Ligula* truncata, brevissima, crenata. *Spica* semipedalis et pedalis; rigidior, quam in L. *perenni*, cui caeterum conformis, sed *Rhachis* latior et scabra. *Spiculae* oblongo-ovatae, minus compressae, quinque-ad septemflorae, calycem aequantes, vel paullo breviores. *Calyx* in spicula terminali et quandoque etiam in spiculis inferioribus biglumis. *Glumae* in terminali spicula subaequales, lineari-lanceolatae, acutiusculae, fere planae; in inferioribus *exterior*, si adest, duplo minor, obtusa, saepe bifida; in reliquis spiculis omnibus solitariae. *Flosculi* distichi, aristati. *Corollae Valvulae* calyce duplo fere minores, longitudine aequales, oblongo-ovatae, *exterior* quinquenervis, sub apice *Aristam* exserens duplo longiorem, erectam, scabram; *interior* acutior, mutica, ad flexurae angulos ciliata.

Betäubender Lolch.

Variat Flosculis fere muticis, arista valvula sua duplo breviore.

Huc spectat *Lolium speciosum Link* Enum. Plant. horti bot. Berol. I. p. 98. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 393.

In arvis, inter Triticum, Avenam et Hordeum. ⊙. Fl. Jul. Aug.

** Calyce bivalvi.

67. SESLERIA.

Scopoli Carn. 1. p. 65. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 36

Calyx bivalvis, bi-seu tri-, rarius quadriflorus. *Corolla* bivalvis, obtusa, apice aristata: aristis variis. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Sesleria *elongata.*

S. racemo spicato, elongato, bracteato, spiculis subtrifloris

valvula corollae exteriore tri-, quinquearistata, foliis linearibus, radice stolonifera.

Sesleria elongata. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 69. Tab. 97. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 309. *Schrader* Germ. 1. pag. 271. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 602.

Radix fibrosa, stolonifera. *Culmi* erecti, teretes, ad geniculа subpubescentes, pedales. *Folia* linearia, acuta, erecta, longitudine culmi aut paullo longiora, margine et carina superne scaberrima. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Racemus* spicaeformis, elongatus, cylindraceus, densus, bi-seu triuncialis. *Spiculae* pedicellatae, oblongae, superne compressae, glabrae, virides, bi-seu triflorae, *una* vel *altera* ex inferiorum numero, *Bractea* laciniata suffultis, reliquis nudis. *Glumae* inaequales, ovato-lanceolatae, compressae, carinatae, uninerves, nervo in *Aristam* scabram, gluma ipsa paullo minorem producto. *Corollae Valvula exterior* oblonga, quinquenervis: *nervis tribus intermediis* (rarius omnibus) in *Aristam* brevem desinentibus, intermedia lateralibus paullo longior; *interior* multo minor, utrinque inflexa, ad flexurae angulos ciliata, apice bifida: *Laciniis* distantibus, subaristatis.

Langblühtige Sesleria.

In Istriae, Litoralis, Forijulii pratis, collibus alibique. (*Host*). 4. Fl. Jun. Jul.

2. Sesleria *tenuifolia.*

S. racemo spicato, lineari, nudo, spiculis subtrifloris, corollae valvula exteriore triaristata, foliis setaceis, radice fibrosa.

Sesleria tenuifolia. *Schrader* Germ. 1. p. 272. Tab. 6. Fig 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 310. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 603.

Sesleria juncifolia. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 22.

Radix fibris rigidis, tortuosis composita. *Culmi* graciles, rigiduli, pedales et sesquipedales, erectiusculi, tereti-compressi, profunde striati, glabri. *Folia* setacea, triquetra, margine scabra, mucronata, rigidula: *radicalia* et *culmea inferiora* culmo duplo breviora, *superiora* vix unciam longa. *Vaginae* subcompressae, glabrae, striatae. *Ligula* brevis, truncata, ciliata. *Racemus* spicaeformis, pauciflorus, uncialis et paullo longior. *Spiculae* pedicellatae, oblongo-ovatae, compressae, nitidae, rufes-

centes, bi-seu triflorae; *inferiores* ternae aut geminae; *superiores* solitariae; *omnes* ebracteatae. *Glumae* inaequales, ovato-lanceolatae, acuminatae, compressae, carinatae, superne a carinam scabriusculae, uninerves, *superiore* longiore, saepe i apicem aristaeformem attenuata. *Corollae Valvula exterio* oblongo-lanceolata, margine ciliata, quinquenervis; nervis tribus intermediis in *Aristam* brevem exeuntibus: *intermedia* lateralibus duplo longiore, tamen valvula sua multo breviore: *interior* exteriore vix minor, sed angustior, apice bifida, *Lacinii* subaristatis, ad flexurae angulos marginales ciliata.

Zartblättrige Seslerie.

Duini et *Monfalconii* in rupibus mari imminentibus (*Wulfen*). 4. Fl. Junio.

3. Sesleria *caerulea.*

S. racemo spicato, oblongo, bracteato, spiculis bi-seu triforis, Corollae valvula exteriore tri-, rarius quinquearistata aristis valvula brevioribus, foliis linearibus, radice fibrosa.

Sesleria caerulea. Besser Galic. n. 106. *Gmelin* Badens. n. 140. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 69. Tab. 98. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 311. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 603. *Schrader* Germ. 1. pag. 27 *Scop.* Carn. 2. n. 90. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 47 Flora Dan. Tab. 1506.

Cynosurus caeruleus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. P. I. p. 424. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 156. *Köle* Gram. p. 374. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 6. *Wulfe* in *Jacq.* Miscell. 2. p. 66. *Jacq.* Icon. 1. Tab. 21.

Gramen glumis variis. *C. Bauh.* Theatr. p. 158. *Ejus* Prodr. p. 21. *Scheuchz.* Agrost. p. 83. Tab. 2. Fig. 9. A.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, caespitosi, erecti, glabri, semipedales et longiores. *Folia* linearia, obtusiuscula, carinata striata, rigidula, supra glaucescentia glabra, vel interdum pilis brevibus adspersa, subtus viridia, margine scabra: *culmea* brevissima. *Vaginae* compressae, glabrae, striatae. *Ligula* brevis, truncata, ciliata. *Racemus* ovato-oblongus, spicaeformis semiuncialis, vix longior, compactus, demum caerulescens. *Spiculae* brevissime pedicellatae, subbinatae, oblongo-ovatae, compressae, bi-seu triflorae: inferioribus duabus vel tribus *Bracteis* amplexicauli, obtusissima, ciliata suffultis. *Glumae* ovato-lanceolatae, carinatae, margine ciliatae, nervo carinali in *Arista*

brevem producto, subinde apicem versus utrinque denticulo auctae et ita quasi tridentatae. *Corollae Valvula exterior* pubescens, quinquenervis, nervis tribus intermediis, rarius omnibus, in *Aristam* brevem desinentibus: intermedia reliquis paullo longiore, ipsa vero Valvula duplo brevior: *interior* oblonga, apice bifida, laciniis acutiusculis, muticis, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Blaue Seslerie.

In collibus apricis et rupestribus, etiam in uliginosis Germaniae inprimis australioris. 2. Fl. Martio et Aprili, in demissis Junio.

4. Sesleria *tenella.*

S. racemo spicato, ovato, subnudo, spiculis bifloris, corollae valvula exteriore quinquearistata, aristis valvula longioribus, foliis linearibus, radice fibrosa.

Sesleria tenella. Host Gram. Austr. 2. p. 71. Tab. 100. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 313. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 604. *Schrader* Germ. 1. p. 275. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 477.

Cynosurus microcephalus. Hoffmann Germ. 2. p. 49. excluso synon. *Wulfen.*) *Köler* Gram. p. 375. (excluso syn. *Wulfen.*)

Cynosurus ovatus. Hoppe in *Sturm* Deutschl. Flora 1. asc. 6.

Cynosurus capitatus. Wulfen in Literis et in Herbario suo.

Media quasi inter praecedentem et sequentem, ab utraque vero diversa: *Racemo* ovato, spicato, subinde nudo et *Valvulis* corollae longius aristatis. A *Sesleria caerulea*, cui florum structura proxima est, dignoscitur: 1. *Spiculis* bifloris, vix unquam trifloris. 2. *Corollae valvula exteriore* semper quinquearistata. Habitu omnium partium tenuiore. — A *Sesleria sphaerocephala*, cum qua habitu et teneritate convenit, distinguitur: *Glumis* ovato-lanceolatis. 2. *Flosculis*, inprimis superiore parte, pubescentibus. 3. *Corolla valvula exteriore* oblongo-ovata, quinquenervi quidem, sed nervis omnibus in Aristam exeuntibus; *interiore* bifida quoque, sed laciniae acutiores, subaristatae.

Zarte Seslerie.

In pratis summarum alpium Carinthiae (*Wulfen*), Tyrolis (*Host*), Principatus Salisburgensis (*Hoppe*). 24. Fl. Jun. Jul.

5. Sesleria *sphaerocephala.*

S. racemo spicato, subrotundo, bracteato, spiculis subtrifloris, corollae valvula exteriore uni-aristata, foliis linearibus, radice fibrosa.

Sesleria sphaerocephala. *Schrader* Germ. 1. p. 275. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 605. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 314.

α) *Caerulescens.*

Sesleria sphaerocephala. *Host* Gram. Austr. 1. p. 70 Tab. 90. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 478.

Cynosurus sphaerocephalus. *Willd.* Spec. Plant. Linn T. I. P. I. p. 414. *Wulfen* in *Jacq.* Miscell. 2. p. 71. *Jacq* Icon. 1. Tab. 20. *Vest* Manuale p. 299.

β) *Albida.*

Cynosurus sphaerocephalus. *Hoffmann* Germ. 2. p. 49 *Köler* Gram. p. 376. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 6.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, tenues, digitales et longiores erectiusculi, glabri. *Folia* linearia, angustissima, carinata margine et carina sursum versus scabriuscula: *culmea* brevissima pauca. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, tenuissime ciliata. *Racemus* spicaeformis, subrotundus, compactus basi *Bracteis* duabus vel tribus, lato-ovatis, concavis, inaequalibus, tri-seu quinquedentatis, nitidis, spiculis concoloribus glabris, involucratus. *Pedicelli* brevissimi. *Spiculae* oblongae compressae, bi-seu triflorae, nitidae, in α caerulescentes, demum albidae; in β ex albido dilute virescentes, demum flavescentes. *Glumae* subaequales, lanceolatae, acuminatae, vel rarius in Aristam brevem attenuatae, compressae, carinatae, uninerves: *Corollae Valvulae* subaequales, oblongae, nitidae: *exterior* compressa, pubescens, uninervis, sub apice *Aristam* brevem emittens, interdum ad apicem utrinque denticulo aucta, ut cum arista intermedia paullo longiore tridentata appareat: *interior* angustior apice bi-, tri-, rarius quadridentata, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Kugelblühtige Seslerie.

Variat α *Foliis* supra subpilosis; β 1. *Racemo* interrupto

superiore parte majore, inferiore duplo minore, paullo remotiore, secundum Cel. *Hoppe*. 2. *Spiculis* quadrifloris. 3. *Spiculis* submuticis.

In rupestribus summarum alpium Carnioliae *(Host)*, Carinthiae *(Wulfen)*, Tyrolis et Principatus Salisburgensis *(Hoppe)*. 24. Fl. Jul. Aug.

6. Sesleria *echinata*.

S. racemo spicato globoso, subnudo, spiculis bifloris, corollae valvula exteriore quadri- seu quinquearistata: aristis subulatis, rigidis, foliis linearibus, radice fibrosa.

Sesleria echinata. *Host* Gram. Austr. 3. pag. 6. Tab. 8. *Schrader* Germ. 1. p. 277.

Echinaria capitata. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 617. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 315.

Cenchrus capitatus. *Willd*. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 317. *Köler* Gram. p. 378. *Schkuhr* Handb. 3. p. 515. Tab. 315.

Gramen perpusillum, capitulo spinoso Cherleri. *Joh. Bauh.* Hist 2. p. 468.

Gramen spica subrotunda, echinata. *C. Bauh.* Theatr. p. 107. *Ejusd.* Prodr. p. 16. *Scheuchz.* Agrost. p. 74. Tab. 2. Fig. 7. A. B.

Culmi e *Radice* fibrosa plerumque solitarii, erecti, rigiduli, plerumque glabri, quandoque pilis raris adspersi, quadri- ad sexunciales. *Folia* linearia, acuta, planiuscula, rigidula, utrinque pubescentia, margine carinaque scabra. *Vaginae* pubescentes. *Ligula* brevissima, acutiuscula, laciniata. *Racemus* spicaeformis, subglobosus, echinatus, basi vel nudus, vel *Bracteis* paucis, nitidis, membranaceis involucratus. *Pedicelli* breves. *Spiculae* obovatae, subcompressae, scabrae, virescentes, biflorae, *flosculo altero minori* plerumque femineo tantum, vel masculo, nonnullae inferiores flosculum solitarium hermaphroditum continentes. *Glumae* subaequales, ellipticae, utrinque obtusae, nervo unico vel subinde duobus, in Aristam brevem productis, praeditae. *Corollae Valvula exterior* basi pilis brevibus cincta, quinquenervis, in flosculo femineo seu masculo saepius quadrinervis: *nervis* in utroque elevatis et in totidem *Aristas* subulatas, rigidas desinentibus: *Arista intermedia* valvula sua duplo longiore, reliquis sensim minoribus: *interior valvula* bifida, biaristata. *Styli* cum *Stigmatibus* glaberrimi.

Weichstachlige Seslerie.

In herbidis Istriae *(Host)*. Fl. Majo, Junio.

7. Sesleria *disticha.*

S. racemo spicato, ovato, disticho, nudo, spiculis subquinquefloris, corollae valvula exteriore subaristata, arista brevissima, foliis complicato-setaceis, radice fibrosa.

Sesleria disticha. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 605. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 312.

Cynosurus distichus. Hoffmann Germ. 2. p. 49.

Poa disticha. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 400. *Braune* Salisb. n. 77. *Host* Gram. Austr. 2. p. 55. Tab. 76. *Jacquin* Icon. 1. Tab. 19. *Schrader* Germ. 1. p. 307. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 509. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 6. *Wulfen* in *Jacq.* Miscell. 2. p. 74.

Radix fibrosa, caespitosa. *Culmi* plures tenues, ereeti, rigidiusculi, maxima ex parte nudi, basi subincrassati et quasi bulbosi, supra basin plerumque binodes, superne plerumque scabri. *Folia* vel tota, vel supra et margine tantum scabra: *radicalia* in caespitem congesta, complicato-setacea, culmo semper breviora, glauco-viridia; *culmea* linearia, planiuscula, breviora. *Vaginae* subcompressae, striatae, plus minus pubescentes. *Ligula* oblonga, exserta, acutiuscula. *Racemus* ovatus, spicaeformis, distichus, densus, erectus, hinc convexus, inde planus. *Rhachis* flexuosa; angulata, pilis brevibus hispidula. *Pedicelli* simplices, brevissimi, pilosiusculi. *Spiculae* alternae, sibi incumbentes, ovatae, compressae, nitidae, quadri-seu quinquefloraе, versicolores. *Glumae* subaequales, ovato-lanceolatae, acutae, compressae, plerumque trinerves, plus minus pubescentes. *Flosculi* imbricati, basi liberi, ut plurimum pubescentes. *Corollae valvula exterior* oblonga, compressa, obsolete quinquenervis; nervo carinali saepe in mucronem brevem desinente; *interior* minor, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Zweizeilige Seslerie.

Observ. Ad *Poam* non commode referri potest hoc elegans gramen, ob Corollae Valvulam exteriorem apice mucrone plerumque terminatam. Habitus quoque Sesleriae.

In rupestribus summarum alpium Carinthiae, Tyrolis, *(Wulfen, Hoppe)*, Styriae *(Host, Sartori)*, Principatus Salisburgensis *(Schrank, Braune)*. 4. Fl. Jul. Aug.

68. AEGILOPS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1572. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 35. Gaertner de Fruct. 2. p. 467. Tab. 175.

Calyx oppositus, bivalvis, tri- seu quadriflorus, ventricosus, coriaceus, truncatus, cum *Corolla* apice aristatus; *Aristis* variis. *Corolla* bivalvis. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Aegilops *ovata.*

A. spica ovata, glumis tri-, quadriaristatis: aristis longitudine inaequalibus, culmo basi inclinato.

Aegilops ovata. Willd. Spec. Plant. Lin. Tom. IV. P. II. p. 742. *Host* Gram. Austr. 2. p. 5. Tab. 5. *Köler* Gram. p. 356. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 388. *Roth* in *Useri* Annal. d. Bot. Fasc. 4. p. 41. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2 p. 771. *Schrader* Germ. 1. p. 408. (exclusis synonymis pluribus.) *Vest* Manuale p. 295.

Aegilops geniculata. Roth bot. Abhandl. und Beobacht. p. 45.

Phleum Aegilops. Scop. Carn. 2. n. 78.

Aegilops altera. *Camerar.* Epit. p. 928. Fig. 1.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, basi declinati, tunc adscendentes, erecti, digitales, palmares et semipedales, teretes, striati, glabri, simplices vel basi ramosi. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, plana, basi carinata, pilis brevibus adspersa, margine scabra. *Vaginae* teretes, laxae, striatae, margine ciliatae. *Ligula* truncata, brevis. *Spica* ovata, aristis brevior, spiculis tribus seu quatuor composita. *Rhachis* brevis, subflexuosa, alternatim interiore latere, cui spiculae adpressae, plana, exteriori convexiuscula, nervosa, scabra. *Spiculae* alternae, solitariae, approximatae, ovatae, ventricosae, tri-, rarius quadriflorae, floseulis duobus inferioribus hermaphroditis, tertio vel quarto sterili: *terminalis* plerumque tantum biflora, altero hermaphrodito, altero masculo. *Glumae* aequales, coriaceae, dorso valde convexae, scabriusculae, multinerves, apice truncata et *Aristis* quatuor, uncialibus, alterne majoribus, margine membranaceis, linea dorsali scabris, rectis instructae. *Corollae valvula exterior* glumis similis, truncata, bi-, rarius triaristata: aristis illis glumarum paullo brevioribus: *interior* lanceolata, retusa, mutica, plana, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Eiförmiger Walch.

In cultis Litoralis *(Sieber)*, Istriae, Forijulii *(Scopoli, Host)*. ⊙. Fl. Majo, Jun.

2. Aegilops *triaristata.*

A. spica ex ovato oblonga, glumis bi-, triaristatis, aristis longitudine subaequalibus, culmo erecto.

Aegilops triaristata. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. II p. 943. (excluso synon. *Host.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl Flora n. 389. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 771.

Aegilops ovata. Roth in *Usteri* Annal. der Bot. St. 4 pag. 41.

Aegilops peregrinus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 545.

Aegilops narbonensis. *Lobel* Hist. p. 20.

Festuca sive Aegilops narbonensis. *Lobel* Icon. 1. p. 34.

Festuca sive Aegilops altera, capitulis duris. *C. Bau* Theatr. p. 151.

Gramen spicatum durioribus et crassioribus locustis, spic brevi. *Scheuchz.* Agrost. p. 11. Tab. 1. Fig. 2.

Gramen secalinum, spica ex duabus vel tribus locustis dur et crassis congesta. *Monti* Prodr. p. 61. Fig. 89.

Habitu spicarum et spicularum proxime accedit ad anteceden tem, ut facile cum illa commutetur, at dignoscitur: 1. *Culm* longiore, semipedali et pedali, erectiore. 2. *Foliis* longioribu et paullo angustioribus. 3. *Spica* ex ovato magis oblonga. 4. *Sp culis* minus approximatis, ex oblongo ovatis. 5. *Glumis* bi-ve ut plerumque, triaristatis: *Aristis* subtriangulis, longitudine a qualibus, infra medium concavis, carinatis; nec planis, altern paullo brevioribus. 6. *Corollae valvula exteriore* triaristata; n plerumque biaristata.

Dreigranniger Walch.

In Litorali *(Sieber)*. ⊙. Fl. Jun.

3. Aegilops *triuncialis.*

A. spica cylindracea, glumis bi-, triaristatis, aristis ina qualibus, culmo adscendente.

Aegilops triuncialis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. P. II. p. 743. *Host* Gram. Austr. 2. p. 6. Tab. 6. *Mertens Koch* Deutschl. Fl. n. 390. *Schkuhr* Handb. 3. p. 529. T

344. *Schrader* Germ. 1. p. 409. *Schreber* Gram. 1. p. 30. Tab. 10. Fig. 1. *Senus* Iter Dalmat. p. 56. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 772.

Aegilops elongata. Köler Gram. p. 358.

Gramen spicatum, durioribus et crassioribus aristis. Spica longissima. *Scheuchz.* Agrost. p. 12.

Facile dignoscitur ab antecedentibus: 1 *Culmis* altioribus. 2. *Spica* majore, cylindracea, spiculis quinque ad septem composita. 3. *Spiculis* oblongis. 4. *Glumis* oblongis, bi-seu triaristatis, aristis in spiculis superioribus dimidio longioribus, quam in inferioribus: *Arista intermedia* plerumque breviore. 4. *Flosculis duobus inferioribus* hermaphroditis, subsessilibus; *tertio* plerumque masculo, pedicello brevi pubescente insidente, quarti (si adest) tantum rudimentum. 5. *Corollae Valvulis* majoribus: exteriore flosculorum inferiorum fertilium aristis duabus brevibus cum unico plerumque dente laterali armata; tertii masculi flosculi minore, angustiore et brevius aristata.

Langgranniger Walch.

In agris, ad vias Istriae pro *Sola*, *Dignano* alibique (*Host*), circa *Capo d'Istria* et in insulis (*Senus*). ⊙. Fl. Junio.

3. Aegilops *cylindrica.*

A. spica cylindrica, glumis uniaristatis, culmo erecto.

Aegilops cylindrica. Willd. Spec. Plant. Lin. T. IV. P. II. p. 743. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 6. Tab. 7. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 770. *Schultes* Oestr. Fl. 2. p. 475.

Habitus *Culmi* et *Foliorum* praecedentium duarum. *Vaginae* margine ciliatae, ciliis superioribus longioribus. *Ligula* brevissima, truncata, nuda. *Spica* oblonga, cylindrica, pluribus spiculis composita. *Rhachis* opposite excavata, laevis, alternatim convexa, scabra. *Spiculae* oblongae, rhacheos scrobiculo arcte adpressae; *laterales* triflorae, flosculis duobus inferioribus hermaphroditis; *tertio* sterili; *terminali* biflora, flosculo altero masculo. *Glumae* aequales, truncatae, dorso convexae et nervis eminentibus scabrae, inter nervos pilis brevibus adpersae, terminatae *Arista* solitaria, in inferioribus spiculis brevi, in superioribus longiore sua gluma. *Corollae valvula exterior* oblonga, dorso convexa, quinquenervis, ad nervos scabra, in *flosculis hermaphroditis* apice trifida: laciniis laterali-

bus obtusis, laevibus, intermedia acuminata, scabra: in *flosculis sterilibus* bifida; *interior Valvula* oblonga, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Walzenförmiger Walch.

In apricis, ad vias, vinearum et agrorum margines Pannoniae, circa *Ofen* et *Pesth (Host, Schultes)*. ⊙. Fl. Majo, Jun.

69. FESTUCA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 119. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 37.

Calyx bivalvis multiflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvulae* lanceolatis; *exteriore* dorso convexa, mutica, vel apice in Aristam attenuata. *Semen* corollae adnatum, rarius liberum e corolla tectum.

Observ. A *Poa* dignoscitur Festuca *Glumis* et *Corollae Valvula exteriore* lanceolatis; nec ovatis, porro corollae valvula exteriore dorso convexa, semitereti, acuminata, vel mucronata, vel aristata; nec carinata, plus minus acuta tantum; nec unquam mucronata vel aristata.

A *Bromo* recedit inprimis in eo, ut Arista, ubi adest, semper ex apice valvulae corollae exterioris integrae originem ducat: nec dorso sub apice plerumque bifido exseratur, ut in *Bromo*.

A. *Verae.*

* *Foliis omnibus complicato-setaceis, seu capillaribus.*

a) Ligula biaurita.

1. Festuca *ovina.*

F. panicula contracta, subsecunda, spiculis oblongis subquadrifloris, flosculis muticis, vel breviter aristatis; culmo tetragono, foliis capillaribus, plus minus scabriusculis.

α) *Vulgaris.*

Festuca ovina. Willd. Spec. Lin. T. I. P. I. p. 419. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 124. *Gmelin* Badens. n. 141.

Host Gram. Austr. 2. p. 60. Tab. 84. *Leers* Herborn. n. 74. a. Tab. 8. Fig. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 324. *Pollich* palat. n. 101. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 714. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 521. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 32.

Festuca tenuifolia. *Schrader* Germ. 1. p. 318. Descriptio exclusis synonymis.

Gramen foliolis junceis brevibus, majus, radice nigra. *Scheuchz.* Agrost. p. 279. Tab. 6. Fig. 8.

β) *Tenuifolia*, foliis tenuioribus, longioribus et flaccidioribus.

Festuca ovina β. *Leers* Herborn. n. 74. Tab. 8. Fig. 4. ‡. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c.

Festuca tenuifolia. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 31.

γ) *Vivipara:* Valvulis corollinis in folia excrescentibus.

Festuca ovina vivipara. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *Roth* Flora Germ. l. c. β. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. γ. *Schrader* Germ. 1. p. 320. β.

Festuca vivipara. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 715.

δ) *Villosa:* spiculis magis villosis.

Festuca ovina villosa. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. l. c. δ.

Radix fibrosa, fasciculata, fusca, in β nigra. *Culmi* adscendentes, erecti, superne plus minus tetragoni, tenues, filiformes, pedales et sesquipedales, in β longiores, tenuiores et debiliores. *Folia* capillaria, convoluta, rigidiuscula, scabriuscula: *radicalia* in caespitem congesta; *culmea* alterna, radicalibus breviora, in β tenuiora, longiora, flaccidiora. *Vaginae* glabriusculae. *Ligula* brevissima, basi biaurita, ciliata. *Panicula* oblonga, angusta, ante et post anthesin contracta, erecta, subsecunda, sesquiuncialis et uncialis, in β gracilior, paullo rarior magisque protracta. *Rami* plerumque solitarii, rarius gemini, scabriusculi vel glabri; superiores subuniflori. *Spiculae* parvae, oblongo-ellipticae, compressae, quadri-, rarius quinque- vel triflorae, e viridi vel glauco et purpurascente variae. *Glumae* lanceolatae, acutae, inaequales, dorso scabriusculae. *Flosculi* imbricati. *Corollae Valvula exterior* oblongo-lanceolata, acuta, mutica vel Arista perbrevi terminata, dorso plus minus

scabriuscula, obsolete quinquenervis; *interior* apice bidentat exteriore vix brevior.

Schaf-Schwingel.

α et δ in siccis, sterilibus, in collibus, ericetis, pascu sabulosis; β in sylvaticis montosis umbrosis; γ in summis mo tium cacuminibus. 24. Fl. Majo, Junio.

2. Festuca *duriuscula.*

F. panicula patente (vel demum subsecunda) spiculis su quinquefloris, flosculis aristatis, culmo subtetragono, foliis set ceis, rigidis, scabris.

Festuca duriuscula. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. p. 421. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. pag. 126. *Gmel* Badens. n. 146. *Leers* Herborn. n. 75. Tab. 8. Fig. 2. *Me tens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 335. *Pollich* palat. 102. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 536.

Festuca stricta. *Host* Gram. Austr. 2. p. 62. Tab. 86.

Festuca intermedia. *Römer* et *Schultes* Syst. Ve 2. p. 715.

Festuca ovina. *Schrader* Germ. 1. p. 319. (Descri exclusis synonymis.)

Gramen pratense, panicula duriore, laxa, unam parte spectante. *Raji* Angl. ed. 3. pag. 413. Tab. 19. Fig. *Scheuchz.* Agrost. p. 285.

Quam proxime cognata est cum antecedente, at facile d stinguitur: 1. *Habitu* majore, robustiore. 2. *Culmis* mu evidenter angulosis, rigidioribus. 3. *Foliis* setaceis, rigidio bus, glaucescentibus. 4. *Panicula* majore, plerumque patent demum tantum subsecunda, apice saepe nutante. 5. *Spicu* duplo majoribus, flosculis plerumque pluribus compositis. *Flosculis* latioribus, magis acuminatis longiusque aristatis.

Härtlicher Schwingel.

Variat pro loci natalis conditione.

1. *Spiculis villosis.*
   Festuca hirsuta. *Host* Gram. Austr. I. Tab. 85.
2. *Spiculis* viriparis.
3. *Culmis foliisque* longioribus et flaccidiorib

Festuca duriuscula δ. nemoralis. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c.

Observ. I. *Festuca dura*, *Host* Gram. Austr. 2. Tab. 87. specie non differt a *Fest. duriuscula* secundum *Mertens* et *Koch* l. c.

Observ. II. Ab hac vix specie diversa est *Festuca nigrescens*, *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 336. Obs. 2. *Schedonorus nigrescens*, *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 705.

In ericetis, pratis et pascuis siccis, in montibus, ad sylvarum margines. 24. Fl. Jun. Jul.

3. Festuca *amethystina.*

F. panicula patente, spiculis subquinquefloris, flosculis omnibus submuticis, culmo subtereti foliisque setaceis, rigidis, scabris, purpureo-violaceis.

Festuca amethystina. *Host* Gram. Austr. 2. p. 63. Tab. 89. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 333. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 718. *Schrader* Germ. 1. 321. *Schultes* Oestr. Fl. n. 524. *Vest* Manuale p. 323.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, pedales, sesquipedales et altiores, erecti, subteretes, glabri, nitidi, versus apicem plerumque purpurascentes. *Folia* complicata, setacea, rigida, acuminata, margine scabra, supra tenuissime pubescentia, primo viridia aut glaucescentia, demum amethystino colore tincta. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, antrorsum utrinque in processum auriformem, obtusum, ciliatum producta. *Panicula* plerumque multiflora, subsecunda, erecta, vel apice cernua, primum purpurea, ante et post anthesin contracta. *Rami* flexuosi, angulati, scabri: *inferiores* bini vel terni, ramosi; *superiores* solitarii, simplices. *Spiculae* oblongae, compressae, parvae, quadri-seu quinquefloraе. *Glumae* lanceolatae, acutiusculae, compressae, carina scabrae, margine apicem versus tenuissime ciliatae, inaequales. *Flosculi* vel mutici, vel brevissime aristati. *Corollae valvula exterior* glumis similis; *interior* angustior, apice bifida.

Amethystfarbiger Schwingel.

Observ. I. Spicularum parvitate *Festucae tenuifoliae*, reliquis in partibus sequenti *Fest. glaucae* affinis est.

Observ. II. *Festuca picta Kitaibel* in *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 523. differt tantum a *Fest. amethystina*

foliis tenuioribus, Ligulae auriculis non ciliatis, Gluma exteriore glabra et Spiculis majoribus.

In collibus apricis, locis siccis Carinthiae (*Wulfen*), agri Vindobonensis prope *Weinhaus* (*Host*). 2. Fl. Jun. Jul.

4. Festuca *glauca*.

F. panicula patente, spiculis lanceolatis, subsexfloris, flosculis omnibus aristatis, culmo angulato foliisque convoluto-setaceis, rigidis, scabris, glaucescentibus.

Festuca glauca. *Besser* Galic. n. 122. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 329. *Schrader* Germ. 1. p. 322. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 526.

Festuca pallens. *Host* Gram. Austr. 2. p. 63. Tab. 88. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 527. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26.

Festuca duriuscula. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 1301.

Tota planta glauco-viridis. *Culmi* plures e *Radice* fibrosa, caespitosi, pedales et sesquipedales, erecti, glabri, inferne teretes, superne angulati, latere altero planiusculo. *Folia* complicato-setacea, acuminata, margine scabra, supra pubescentia: *radicalia* in densum caespitem congesta, longissima; *culmea* brevia. *Vaginae* glabrae. *Ligula* antrorsum utrinque aurita, auriculis ciliatis. *Panicula* erecta, subsecunda, ante et post anthesin contracta. *Rami* flexuosi, angulati, scabri; *inferiores* divisi; *superiores* simplices. *Spiculae* lanceolatae, compressae, aristatae, quadri- ad sexflorae. *Glumae*, ut *Corollae Valvula exterior*, dorso scabriusculae.

Graugrüner Schwingel.

Variat: I. Foliis ubique laevibus; 2. *Culmo* sub panicula flexuoso; 3. *Panicula* apice nutante.

Observ. I. A *Festuca amethystina* recedit: *Foliis* radicalibus longioribus, *Spiculis* duplo majoribus, omnibus aristatis. A *Festuca ovina α vulgari* substantia rigida et spiculis pariter majoribus. Ab utraque colore totius plantae glauco, ut etiam a *Fest. duriuscula* foliis crassioribus, convoluto-setaceis.

Observ. II. Ab hac specie aegre distinguendam esse *Festucam duram*, *Host* Gram. Austr. 2. p. 62. Tab. 87 contendit Celeberr. *Schrader* l. c., quum characteres, quibus eam separare conatus est Cel. *Host*, etiam *Fes-*

tucae glaucae magis vel minus conveniant, ut ita utraque species non nisi unam eandemque et pro soli et aetatis diversitate variam, plantam constituat.

In pratis et pascuis siccis, collibus, rupestribus, montanis et alpinis. 2|. Fl. Jun. Jul.

5. Festuca *pannonica.*

F. panicula subcontracta, oblonga, secunda, spiculis oblongo-linearibus, subdecemfloris, demum imbricatis, flosculis omnibus aristatis, culmo striato, superne cum foliis complicato-setaceis scabro.

Festuca pannonica. Wulfen apud *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 62. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 331. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 721. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 529.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti aut incurvati, inferne profunde striati, superne setis aliquot adspersi. *Folia* complicato-setacea, supra subvillosa, margine scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* truncata, ciliata. *Panicula* oblonga, secunda, quidquam incurvata. *Rami* cum *Rhachi* scaberrimi. *Spiculae* oblongo-lineares, aristatae, septem-ad decemflorae. *Glumae* inaequales cum corollae valvula exteriore margine ciliatae: *minor* uninervis; *major* trinervis. *Corollae Valvula exterior* quinquenervis.

Ungarnscher Schwingel.

In collibus asperis Austriae et Pannoniae (*Wulfen*, *Host*). 2|. Floret Majo et Junio.

6. Festuca *vaginata.*

F. panicula patentissima, flexuosa, secunda, spiculis oblongis, subsexfloris, flosculis muticis vel breviter aristatis, culmo tereti cum foliis complicato-setaceis, scabriusculis, glaucescente.

Festuca vaginata. Waldst. et *Kitaib.* in *Willd.* Enum. plant. horti bot. Berol. p. 116. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 332. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 725.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* adscendentes, erecti, pedales et bipedales, tenues, teretes, glabri, maxima ex parte vaginis foliorum obtecti, inferne uni-, raro binodes. *Folia* complicato-setacea, glabra, cum culmo et panicula glauco-viridia: *radicalia* caespitosa. *Vaginae* glabrae, inferiores breviores, suprema longissima. *Ligula* basi biaurita. *Panicula* laxa, secunda, cum ramis solitariis refractis, patentissima et flexuosa. *Rami*

*Ramul*ique cum *Pedunculis* scabri, divaricati. ***Spiculae*** oblongae, plerumque sexflorae. *Glumae* lanceolatae, **acutae** inaequales. *Flosculi* mutici vel arista brevi terminati. ***Corollae valvula exterior*** dorso ad apicem scabra, caeterum in **meis** speciminibus tota glabra.

Scheidentragender Schwingel.

Observ. In Enum. Horti bot. Erlang. Cel. ***Martius*** valvulas corollae margine distincte ciliatas **dicit**, quae in meis plantis totae glabrae observantur.

In arenosis Hungariae *(Waldst.* et *Kitaib.)*, Austriae *(Rohde)*. ♃. Fl. Jun. Jul.

Observ. Omnes hic descriptae *Festucae* species Ligula gaudent basi biaurita et habitu potius, quam **signis** diagnosticis certis distinguendae sunt, quum pro **soli** natalis conditione mirum in modum varient magnitudine, glabritie e hirsutie partium, flosculis muticis et plus **minus** aristatis. In his duae inprimis formae praedominant, ***Festuca*** scilicet *ovina* et *duriuscula*, at ad ulteriorem pleraeque accedunt.

b) Ligula basi inaurita.

7. Festuca *varia.*

F. panicula patentiuscula, spiculis oblongo-**linearibus**, quinque-ad octofloris, flosculis muticis vel breviter **aristatis**, culmi subtereti, foliis setaceis, rigidis.

Festuca varia. Hänke in *Jacq.* Collect. 2. p. 94. *Host* Gram. Austr. 2. p. 64. Tab. 90. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 337. *Schrader* Germ. 1. p. 324. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 531. (excluso synon. *Willdenow.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 719.

Culmi e *Radice* fibrosa plures, caespitosi, **erecti vel basi** declinati, pedales et sesquipedales. *Folia* complicato-**setacea**, acuminata varie flexa. *Vaginae* glabrae. *Ligula* **oblonga**, obtusarius acutiuscula et bifida. *Panicula* oblonga, **erecta**, **aut** apice cernua, subsecunda, ante et post anthesin contracta. ***Rami*** solitarii vel gemini, ramulosi, subflexuosi, angulati, **scabri**. *Spiculae* oblongo-lineares, demum compressae, versicolores, muticae vel breviter aristatae, quinque-ad octoflorae. *Glumae* et *Corollae Valvula exterior* oblongo-lanceolatae, acutae, compressae ad superiorem carinae partem praecipue scabrae: ***inferior*** mino

uninervis; *superior* trinervis. *Corollae Valvula exterior* obsolete quinquenervis, vel carina tantum scabra, vel, ut rarius, tota superficie aculeis minutis adspersa; *interior* angustior, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Bunter Schwingel.

Variat: 1. *Culmis* superiore parte scabris. 2. *Foliis* vel magis et minus scabris, saepius margine tantum hispidis, vel totis glabris. 3. *Spiculis* superficie vel glabris, vel plus minus scabris.

Observ. Ab hac vix specie differre videtur *Festuca alpina*, *Host* Gram. Austr. 4. p. 36. Tab. 63. *Festuca alpestris*, *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 722.

In rupestribus alpium Styriae, Carinthiae, Tyrolis (*Wulfen*, *Hänke*, *Host*), inque Sudetis Silesiae (*Ludwig*). 24. Floret Jul. Aug.

8. Festuca *pumila.*

F. panicula patente, spiculis oblongo-linearibus, subquadrifloris, flosculis aristatis, culmo subtereti, foliis setaceo-filiformibus, flaccidis.

Festuca pumila. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 65. Tab. 91. *Hoppe* bot. Taschenb. 1800. pag. 135. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 338. *Schrader* Germ. 1. p. 325. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 29.

Festuca varia. *Hoppe* bot. Taschenb. 1799. p. 93.

Schedonorus pumilus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 706.

Affinis praecedenti F. *variae*, sed differt: 1. *Culmis* plerumque semipedalibus tantum, *Foliis*que tenuoribus, laxis. 2. *Panicula* pauciflora. 3. *Spiculis* tri-seu quadrifloris, rarius quinqueloris. 4. *Flosculis* evidentius aristatis.

Niedriger Schwingel.

Variat Foliorum et Spicularum superficie glabra et plus minus scabra.

Observ. Huic proxima est *Festuca nitida*, *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 533. *Schedonorus pumilus*, *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 706. quae differre dicitur: 1. *Foliis radicalibus* duplo et ultra longioribus. 2. *Cul-*

mo angulato, torto. 3. *Ligula* brevissima. 4. *Color* flosculorum constanter laete viridi, apice et margine fla vicantibus.

In rupestribus alpium Styriae, Austriae *(Host)*, Croatia *(Kitaibel)*, Principatus Salisburgensis *(Hoppe)*. 24. Flor Jul. Aug.

* * *Foliis inferioribus et radicalibus complicato-setaceis, cu meis latioribus, planis.*

9. Festuca *heterophylla.*

F. panicula patente, spiculis oblongis, quinquefloris, aristi tis, foliis inferioribus setaceis, superioribus planis, ligula bia rita, radice repente.

Festuca heterophylla. Willd. Spec. Plant. Linn. T. P. I. p. 421. *Besser* Galic. n. 125. *Gmelin* Badens. n. 14 *Host* Gram. Austr. 3. p. 13. Tab. 18. *Köler* Gram. p. 25 *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 93. *Mertens* et *Koc* Deutschl. Flora n. 335. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. p. 724. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 537. *Sprengel* Manti 2. p. 7. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 34.

Festuca duriuscula. Schrader Germ. 1. p. 328. (excl sis synon.)

Gramen pratense panicula duriore, laxa, unam partem spe tante. *Scheuchz.* Agrost. p. 285.

β) Spiculis pubescentibus.

Festuca dumetorum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. I. p. 422. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 127. *Köle* Gram. p. 256. Flora Dan. Tab. 700.

Radix repens, fibrosa, fusca. *Culmi* plures, sesquipedal et altiores, erecti, glaberrimi, teretes, superne profunde stria *Folia* margine et carina scabra: *radicalia* et *culmea inferio* complicato-setacea, vel canaliculato-triquetra, filiformia, lo gissima; *culmea superiora* primo carinata, demum plana, dor glabra, supra saepe pubescentia. *Vaginae* teretes, glabrae. *L gula* brevis, truncata, tenuissime ciliata, antrorsum utrinque auriculam parvam producta. *Panicula* erecta, subsecunda, mu tiflora, ante et post anthesin in spicam contracta. *Rami* cu *Rhachi* subflexuosi, angulati, scabri: *inferiores* bini vel ter ramosi; *superiores* solitarii, subdivisi, vel simplices. *Spicul* lanceolatae, compressae, virides, rarius versicolores, glabra

vel ut in β pubescentes, quadri-ad sexflorae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, compressae, carina scabrae: *inferiore* minore, uninervi; *superiore* trinervi. *Flosculi* primum imbricati, demum laxiores. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, obsolete quinquenervis, convexiuscula, superne compressa et carina scabra, terminata *Arista* longitudine varia, valvula plerumque dimidio longiore, recta, scabra; *interior* angustior, apice bifida.

Verschiedenartiger Schwingel.

Variat in nemoribus et sylvaticis *Culmis* altioribus, *Paniculа* laxiore et plerumque cernua.

Festuca nemorum. *Leyser* in den Abhandl. der Naturforsch. Gesellsch. zu Halle 1. p. 568. *Roth* Germ. T. II. P. I. p. 129.

In pratis, pascuis, collibus, nemoribus, sylvis et ad sepes. 2|. Fl. Jun. et Jul.

10. Festuca *rubra.*

F. panicula patente, spiculis oblongis submultifloris, flosculis aristatis, foliis inferioribus complicato-setaceis; superioribus carinato-planis, ligula biaurita, radice repente.

Festuca rubra. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 334. *Schrader* Germ. 1. p. 329. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 34. *Römer et Schultes* Syst. Veg. 2. p. 724.

α. Foliis angustioribus.

Festuca rubra. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 420. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 125. α. *Besser* Galic. n. 123. *Gmelin* Badens. n. 143. *Host* Gram. Austr. 2. p. 59. Tab. 82. *Köler* Gram. p. 252. *Pollich* palat. n. 105. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 539.

Gramen alpinum pratense, panicula duriore, laxa, spadicea, locustis majoribus. *Scheuchz.* Agrost. p. 287. Tab. 6. Fig. 9.

β) Foliis latioribus.

Festuca rubra. *Roth* Flora Germ. l. c. β. *Pollich* palat. l. c. β.

Festuca multiflora. *Köler* Gram. pag. 271. *Hoffmann* Germ. p. 50.

Festuca pratensis. *Schreber* Spic. Fl. Lips. pag. 57. *Gmelin* Badens. n. 144.

Gramen pratense paniculatum elatius, spica laxa heteromalla. *Scheuchz.* Agrost. pag. 289.

γ) *Villosa:* tota villosa.

Festuca rubra γ villosa, et *ε lanuginosa*. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c.

Differt ab antecedente *Festuca duriuscula*, cui proxima: 1. *Radice* repente, nunquam fibrosa. 2. *Foliis culmeis* plerumque latioribus. 3. *Vaginis* plus minus pubescentibus. 4. *Panicula fructifera* cum culmi superiore parte rubescente. 5. *Spiculis* flosculis pluribus, quinque ad octo vel decem compositis.

β recedit tantum, *Foliis* paullo latioribus, pubescentibus vel villosis et *Spiculis* saepe multifloris.

γ *Villositate* tantum totius plantae.

Rother Schwingel.

In pratis, pascuis, collibus, muris et nemorosis ubique, etiam in alpinis et subalpinis; γ in litoribus maris Baltici et septentrionalis. ♃. Fl. Jun.—Aug.

Observ. *Variant* haec et antecedens species in humidioribus locis Culmis altioribus et Panicula magis laxa; in siccioribus omnibus partibus minoribus et paullo rigidioribus.

11. Festuca *poaeformis.*

F. panicula patente, erecta, ramosissima, spiculis ovatis trifloris, flosculis muticis vel breviter aristatis, axi pilosis, foliis inferioribus complicato-filiformibus, superioribus planiusculis, ligula inaurita, radice fasciculata.

Festuca poaeformis. *Host* Gram. Austr. 2. p. 59. Tab. 81 *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 538.

Festuca rhaetica. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flor. n. 339.

Schedonorus poaeformis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 705.

Radix fibrosa. *Culmi* pedales et sesquipedales, erecti, glabri, apice sulcati, scabri, supra medium nudi. *Folia* margine dorsoque scabra: *radicalia* et *culmea inferiora* complicato-filiformia, acuta, rigida: *superiora* planiuscula. *Vaginae* striatae scabrae. *Ligula* oblonga, acuminata, laciniata, ciliata. *Panicula* oblonga, ante et post anthesin magis contracta. *Rami* cum *Rhachi* angulati, flexuosi, valde scabri, ramosi: *inferiores* sex octo et raro plures semiverticillati, diversae longitudinis; *superiores* quaterni et terni. *Spiculae* ovatae, tri-ad quadriflorae primo imbricatae, demum laxiusculae, versicolores. *Gluma*

ovato-lanceolatae, subcompressae, carina scabrae, nervo dorsali in mucronem brevem elongato, margine membranaceae, inaequales: *inferiore* minore, uninervi; superiore majore trinervi. *Flosculi* alterni, demum remotiusculi, *terminali* fere semper imperfecto, basi axis pilis circumdati. *Corollae Valvula exterior* Glumae majori similis, quinquenervis, apice terminata *Arista* scabra, recta, triplo vel quadruplo breviore, vel etiam mutica.

Rispengrasartiger Schwingel.

Variat Culmo semipedali, *Panicula* minore rariore, *Spiculis* dimidio majoribus, quadri-ad quinquefloris, *flosculis* vix aristatis.

In alpibus Pannoniae sic dictis *Marmoros* ad Pop-Ivan (*Kitaibel*, *Host*). 2. Fl. Jul. Aug.

12. Festuca *bromoides.*

F. panicula racemosa, spiculis oblongis, subquinquefloris, glumis, maxime inaequalibus, altera aristata, flosculis aristam aequantibus, culmo superne nudo, semine corticato, radice fasciculata.

Festuca bromoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 418. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 124. *Gmelin* Badens. n. 147. *Köler* Gram. p. 263. Flora Dan. Tab. 1445. *figura rudis!*

Gramen paniculatum bromoides, minus, paniculis aristatis unam partem spectantibus. *Scheuchz.* Agrost. p. 297. Tab. 6. Fig. 14.

Nondum videre mihi contigit hoc gramen! Celeberr. *Gmelin* in Flora Badensi l. c. sequentibus distinxit: Affinis *Fest. Myuri*, a qua differt: *Culmis* humilioribus, digitalibus, palmaribus, vix altioribus, filiformibus, tenerioribus. *Panicula* erecta unciali et biunciali. *Spiculis* rarioribus, in singula panicula duabus, saepe tribus ad sex, secundis, solitariis, subquinquefloris. *Calycibus* bivalvibus, maxime inaequalibus, rectis: *altera* minuta setacea, mutica; *altera* longiore, apice aristata. *Corollis* glabris aristatis: *Aristis* terminalibus, semiunciam longis, rectis, scabris, pallide violaceis. *Antheris* tribus, pallide luteis.

Trespartiger Schwingel.

Observ. Quae sub nomine *Festucae bromoidis* ex Anglia a Veneratissimo *Turnero* accepi specimina, exactissime

conveniunt cum *Festuca* mea *sciuroide* et Cel. *Smit* in Flora Britan. Vol. I. p. 117. forsan auctoritate Herbar *Linnei* seductus, sub nomine *Fest. bromoidis* Fest. mea sciuroidem descripsit. Hunc secuti sunt Cel. *Schrade* et plerique Floristae posteriores. At miror sane, opt mum sui temporis Agrostographum, amicissimu *Schreberum*, cui specimina mei graminis cum descri tione communicaveram, pro nova et a *Festuca bromoi Linn.* distincta specie, adgnovisse, cui specificum n men *sciuroides* in libello meo: *Abhandl. und Beobach* (p. 43.) ab illo curato, ipse imposuit. Porro *Linneu* de sua *Festuca bromoide* in diagnosi *Glumam alteram i tegram*, *alteram aristatam* dicit et pro synonymo add cit Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ari tatis, unam partem spectantibus, *Scheuchz.* Agro p. 297. Tab. 6. Fig. 14. quod nostrae plantae minus n spondet et cujus figura glumam alteram minutam, mut cam ostendit. Denique Celeberr. *Gmelin* in Flora B densi l. c. *Fest. bromoidem Linn.* quoque pro distinc specie habet a *Fest.* mea *sciuroide*, quam ad novum suu genus *Vulpiam* amandat, et cum *Scheuchzero* gl mam alteram minutam, muticam, alteram majorem ari tatam describit. In nostra *Festuca sciuroide* et *Fes bromoide Smith.* gluma utraque aristata est, altera d plo tantum minore. Hinc distinguere malui, quam co fusionem augere.

In arenosis siccioribus sterilibus sylvaticis circa *Carlsru* im *Hardtwalde*, amat viarum marginalia, sylvatica, non infr quens, praesertim in der *Stuttenseer Allé (Gmelin).* ⊙. Junio.

13. Festuca *sciuroides.*

F. panicula racemosa, spiculis oblongis subsexfloris, glum inaequalibus, utraque aristata, flosculis arista brevioribus, m nandris, culmo superne nudo, semine libero, radice fasciculata.

Festuca sciuroides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 425. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 130. *Ejusd.* b Abhandl. und Beobacht. p. 45. *Köler* Gram. p. 262. *Wib* Wertheim p. 104.

Festuca bromoides. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl n. 321. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 725. *β*, *Schr der* Germ. 1. p. 325. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 535.

Gramen bromoides, panicula heteromalla, longioribus aristis donata. *Scheuchz.* Agrost. p. 290. Tab. 6. Fig. 10.

Gramen bromoides pumilum, juncifolium, longius aristatum. *Scheuchz.* Agrost. p. 291.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, digitales, semipedales, immo pedales, versus basin ramosi, vel etiam simplices, erecti, tenues, filiformes, glabri, maxima ex parte nudi. *Nodi* tres, raro quatuor, exigui, purpurei, quorum supremus infra medium culmi. *Folia* linearia, angusta, vaginis brevia, acuminata, plana, erecta, laete viridia, margine scabra: *radicalia*, plerumque emarcida, ut et per exsiccationem, convoluto-setacea, angulata. *Vaginae* profunde striatae, glabrae. *Ligula* brevissima truncata. *Panicula* erecta, secunda, contracta, racemosa, laete viridis, uncialis, biuncialis, raro longior, versus seminis maturitatem purpurascens. *Rami* solitarii, plerumque simplices, rarius in majoribus speciminibus subdivisi, compressi, plus minus canaliculati. *Pedunculi* versus apicem incrassati, spicula sua longe breviores. *Spiculae* lineari-lanceolatae, subcompressae, quinque- seu sexflorae. *Glumae* maxime inaequales, oppositae, concavae, lineari-lanceolatae, breviter aristatae. *Flosculi* monandri, diaphani, conniventes, imbricati, semine autem maturo ut etiam per exsiccationem, distincti et subpatentes. *Corollae valvula exterior* lineari-lanceolata, dorso convexa, obsolete quinquenervis, apice compressa et scabra, terminata *Arista* longiore, recta, scabra; *interior* angustior, lanceolata, margine inflexa, ad flexurae angulos scabra. *Semen* liberum, corolla tectum.

Eichhornschwanzartiger Schwingel.

In pascuis arenosis, ad agrorum margines passim in Germania. ♂. Fl. Jun. et Jun.

14. Festuca *Myurus.*

F. panicula elongata, contracta, subnutante, spiculis oblongis, subseptemfloris, gluma utraque aristata, flosculis aristata brevioribus, monandris, culmo superne vaginis foliorum tecto, semine libero, radice fasciculata.

Festuca Myurus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 422. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 128. *Host* Gram. Austr. 2. p. 66. Tab. 95. *Köler* Gram. p. 248. *Leers* Herborn. n. 77. Tab. 3. Fig. 5. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 322. *Pollich* palat. n. 104. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 726. *Schrader* Germ. 1. p. 327. *Schultes* Oestr. Fl.

2. n. 535. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 34. *Wibel* Wert heim p. 105.

Vulpia Myurus. Gmelin Badens. n. 7.

Gramen festucaceum myurum, elatius, spica heteromalla gracili. *Scheuchz.* Agrost. p. 293. Tab. 6. Fig. 11.

Radix fibrosa. *Culmi* pedales, sesquipedales et altiores obliqui, teretes, toti vaginis foliorum tecti. *Folia* margine e apice scabra: *radicalia* pauca, brevissima, complicato-setacea *culmea* gradatim longiora, angusto-linearia, plana, per exsiccationem convoluto-setacea. *Vaginae* striatae, subangulatae, glabrae: *suprema* longissima, paniculam attingente. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* palmaris et semipedalis, elongata, contracta, secunda, nutans, vix plane e vagina summi folii egrediens. *Rami inferiores* gemini vel terni, rhachi adpressi, ramosi *superiores* solitarii, breves, plerumque simplices. *Spiculae* teretes, subcompressae, lineari-lanceolatae, scaberrimae, sex- septemflorae. *Glumae* valde inaequales, breviter aristatae. *Flosculi* lineares, monandri, ut in antecedente. *Corollae valvula exterior* lineari-lanceolata, dorso et margine hispidula, attenuata in *Aristam* saepe tota spicula longiorem, scaberrimam, rectam demum flexuosam; *interior* angustior, mutica. *Semen* liberum corolla tectum.

Mauseschwanzartiger Schwingel.

Variat: 1. in solo fertiliore *Culmis* bi- et tripedalibus.

2. *Spiculis* piloso-scabris. Huc spectat:

Gramen festucaceum, myurum, minori spica heteromalla. *Scheuchz.* Agrost. p. 294. Tab. 6. Fig. 12.

Differt ab antecedente *Fest. sciuroide*, cum qua structura florum convenit: 1. *Culmis* altioribus, obliquis, ad paniculam usque vaginis foliorum tectis. 2. *Panicula* ramosiore, elongata contracta, apice plus minus nutante. 3. *Aristis* flosculorum longioribus.

Observ. I. Secundum Celeberr. *Host* Gram. Austr. 4. p. 3 Tab. 65. *Festuca ciliata Link* in *Schrader* Journ für die Bot. 2. p. 115. in Dalmatia provenire dicitur, recentiores Floristae austriaci ejusdem mentionem non fecerunt.

Observ. II. Festuca sciuroides, *Myurus* et nonnullae aliae hujus generis species *Corolla* diaphana, longius aristata, *Stamine* semper solitario et *Semine* libero, corolla tantum tecto, nec illa corticato, a Festucae characte

quodam modo recedunt, at haec non sufficere videntur, ut ab hoc genere removeantur et proprium genus constituant.

lisdem in locis cum praecedente. ♂. Fl. Majo, Junio.

* * * *Foliis omnibus planis vel planiusculis.*

15. Festuca *laxa.*

F. panicula aequali, laxa, nutante, spiculis oblongo-linearibus, tri-ad quinquefloris, flosculis brevissime aristatis, vaginis inferioribus aphyllis, foliis perangustis complicatis, demum planiusculis, radice fasciculata.

Festuca laxa. Host Gram. Austr. 2. p. 58. Tab. 80. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 340. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 730. *Schrader* Germ. 1. p. 331. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 542.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, pedales et sesquipedales, erecti, tenues, teretes, glabri. *Folia* linearia, angusta, acuta, supra pubescentia, dorso glabra, primo complicata, dein magis vel minus plana. *Vaginae* striatae, glabrae: *inferiores* aphyllae. *Ligula* bifida: *Laciniis* plerumque obtusis distantibus. *Panicula* laxa, subsecunda, nutans. *Rami* valde graciles, solitarii: *inferiores* ramosi; *superiores* subdivisi et simplices. *Spiculae* oblongae, compressae, tri-vel quadriflorae, versicolores. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, carina scabrae, inaequales. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, dorso convexa, apicem versus carinata, obsolete quinquenervis, apice *Arista* brevissima terminata; *interior* angustior, acuminata.

Schlaffer Schwingel.

In Carnioliae et Carinthiae montanis, subalpinis, copiosissime in monte *Laibel (Host)*. 24. Fl. Jun. Jul.

16. Festuca *spadicea.*

F. panicula patente, erecta, spiculis oblongis, subquinquefloris, flosculis muticis, foliis rigidis, pungentibus, demum involutis, radicalibus longissimis, radice fasciculata.

Festuca spadicea. Willd. Spec. Plant. Linn. T I. P. I. p. 423. *Host* Gram. Austr. 3. p. 14. Tab. 20. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 345. *Schrader* Germ. 1. p. 335. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 545. *Vest* Manuale p. 324.

Schedonorus spadiceus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 700.

Poa spadicea. Köler Gram. p. 202.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, erecti, ex tereti compressiusculi, striati, glaberrimi, rigidi, sesqui-ad bipedales et altiores *Folia* linearia, rigida, acuta, pungentia, supra scabra, striata dorso glabra, apicem versus compressa, carinata, demum plana: *radicalia* et *culmea inferiora* superioribus longiora, varie flexa. *Vaginae* subcompressae, striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, subbiaurita. *Panicula* erecta, subsecunda, ante et post anthesin in spicam contracta. *Rami* flexuosi, angulati, glabri *inferiores* plerumque binati, ramosi; *superiores* solitarii, breviores, subdivisi et simplices. *Spiculae* oblongae, demum compressae, eleganter ex aureo et spadiceo coloratae, subquinquefiorae. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, margine membranaceae, carina superne tantum scabrae, inaequales: *minor* uninervi; *majore* trinervi. *Flosculi* mutici, lanceolati, compressi. *Corollae Valvula exterior* acuta, apicem versus membranacea, carina plus minus scabriuscula, quinquenervis; *interior* angustior, apice bifida, ad flexurae angulos scabra.

Brauner Schwingel.

In summis alpium pratis Carinthiae, Tyrolis *(Wulfen Host)*; Principatus Salisburgensis in *Weixebachkarr in d. Fuchs im Pinzgau (Melichhofer, Hoppe).* 4. Fl. Jun. Jul.

17. Festuca *Scheuchzeri.*

F. panicula patente, subnutante, spiculis oblongis, subquinquefloris, flosculis muticis, foliis planis, flaccidis, radicis repente.

Festuca Scheuchzeri. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. 1. n. 346.

Festuca pulchella. Schrader Germ. 1. p. 336. Tab. 5. Fig. 5.

Festuca nutans. Host Gram. Austr. 4. Tab. 61. secundum *Mertens* et *Koch* l. c. et hinc etiam

Festuca cernua. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 541.

Festuca spadicea. Melichhofer in *Hoppe* bot. Taschenbuch 1801. p. 184.

Schedonorus Scheuchzeri. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 703.

Schedonorus nutans. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 704.

Gramen alpinum, latifolium, panicula heteromalla, spadicea, locustis pennatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 278.

Radix repens, caespites laxos formans *(Mert. et Koch).* *Culmi* plures, bi-ad quadripedales, inferne saepe geniculo uno alterove infracti, caeterum erecti, teretes, glabri et cum Vaginis praesertim inferioribus plerumque rubentes. *Folia* linearia, acuminata, plana, tenuia, erecto-patentia, supra et margine scabra, dorso glabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa, apice tenuissime laciniata, demum fissa. *Panicula* subsecunda, sub anthesi patens et cernua, post anthesin contracta et magis vel minus nutans. *Rami* graciles cum *Rhachis* superiore parte flexuosi, angulati, scabriusculi: *inferiores* binati, rarius ternati; *superiores* sensim minores minusque divisi. *Spiculae* oblongae, demum compressae, e purpureo, aureo et viridi versicolores, quadri-vel quinqueflorae, raro pauciores. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, apicem versus carina scabrae. *minore* uninervi; *majore* trinervi, *Flosculi* lanceolati, acuti, mutici, compressi. *Corollae Valvulae* Glumis conformes, subaequales: *exteriore* tota superficie ad lentem pilis brevissimis, rigidulis, scabra, quinquenervi, apice tenuissime denticulata; *interiore* apice bifida.

Scheuchzers-Schwingel.

In alpibus Salisburgensibus, in sic dictis *Tofern* vallis *Grossarl (Melichhofer);* in *Posterze am Grossglockner* et in Schneeberg. 2l. Fl. Jul. Aug.

18. Festuca *sylvatica.*

F. panicula diffusa, erecta, ramis densis, basi subnudis, spiculis oblongis, tri-, quinquefloris, flosculis acutis, muticis, vaginis inferioribus aphyllis, radice stolonibus nudis.

Festuca sylvatica. Schrader Germ. 1. p. 337. (excluso syn. *Host.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 347.

Festuca Calamaria. Host Gram. Austr. 4. Tab. 60. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 547.

Bromus triflorus. Ehrhardt Beitr. 1. p. 90.

Poa trinervata. Ehrhardt Beitr. 6. p. 131. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 389. *Schrader* Spicil. p. 3. Flora Dan. Tab. 1145.

Poa sylvatica. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 117. *Gmelin* Badens. n. 127. *Köler* Gram. p. 171. *Pollich* palat. n. 87.

Schedonorus Calamarius. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 701.

Radix fibrosa, fasciculata, dura, supra fasciculum *Stolones* breves, fragiles, nudos emittens. *Culmi* erecti, vel basi inclinati, teretes, striati cum nodis glabri, bi-, tripedales et longiores. *Folia* lineari-lanceolata, longe acuminata, plana, pedalia et sesquipedalia, latitudine fere digiti, vel utrinque, vel margine tantum scabra, nonnihil basin versus pilis sparsis obsessa, supra glaucescentia, dorso laete viridia. *Vaginae* teretes, striatae, scabrae, margine glabrae: infimae culmi aphyllae, lanceolatae, acutae, laxae, fuscescentes. *Ligula* brevis, demum laciniata. *Panicula* ramosissima, densa, multiflora, sub anthesi aequalis, erecta, diffusa, post anthesin contracta, secunda et apice nutans. *Rami* graciles, cum superiore *Rhachis* parte angulati et scabri: *inferiores* bini vel terni; *superiores* solitarii. *Spiculae* oblongae, compressae, tri- ad quinqueflorae, plerumque ex albido virescentes, nonnihil e viridi, albo et purpureo variegatae. *Glumae* lineari-lanceolatae, acuminatae, compressae, carina scabrae, inaequales: *majore* trinervi: *minore* uninervi. *Flosculi* mutici. *Corollae Valvula exterior* lanceolato-acuminata, trinervis, scabra, apice compressa et carinata; *interior* parum minor apice bifida.

Wald-Schwingel.

In sylvaticis montosis haud rara in Germania. 2|. Floret Jun. Jul.

19. Festuca *Drymeja.*

F. panicula diffusa, nutante, ramis laxis, basi bracteatis, spiculis oblongis, tri-, quinquefloris, flosculis acutis, muticis, vaginis omnibus foliiferis, radice stolonibus squamosis.

Festuca Drymeja. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 348.

Festuca sylvatica. Host Gram. Austr. 2. p. 56. Tab. 78. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 546.

Festuca montana. Sternberg et *Hoppe* in den Abhandl. der Regensb. Gesellsch. 1818. p. 95.

Schedonorus sylvaticus. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 702.

Quam proxime accedit ad antecedentem, at recedit: 1. *Stolonibus* geniculatis, squamis fuscis vestitis, longioribus. 2. *Culmis* superne plerumque scabris. 3. *Foliis* basi cum *Vaginis* margine ciliatis. 4. *Vaginis* omnibus, etiam infimis, foliiferis. 5. *Pa-*

nicula nutante, secunda, *Ramis* laxis; inferioribus plerumque *Squama* cartilaginea ciliata bracteatis. 6. *Corollae Valvula exteriore* quinquenervi, glabra, laevi; nec trinervi, punctato-scabra.

Forst-Schwingel.

In sylvis Pannoniae, Austriae, Moraviae, Bohemiae (*Römer* et *Schultes*), circa *Viennam* (*Host*). 4. Floret Jun. et Jul.

20. Festuca *serotina.*

F. panicula patente, pauciflora, erecta, spiculis oblongis, bi-ad quinquefloris, flosculis basi subpilosis, breviter aristatis, vaginis folio brevissimo terminatis, culmum obtegentibus, radice fasciculata.

Festuca serotina. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 65. Tab. 92. *Schrader* Germ. 1. p. 339. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 548.

Agrostis serotina. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 365.

Molinia serotina. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 280.

Schedonorus serotinus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 702.

Radix fibrosa, lignescens. *Culmi* plures, plerumque erecti, teretes, glabri, rigiduli, multis geniculis instructi et multis foliorum vaginis tecti. *Folia* brevissima lanceolato-linearia, acuminata, plana, firma, scabra, margine hispida, patentia, vel retrofracta, nonnunquam prope basin pilis sparsis praedita. *Vaginae* teretes, vel glabrae, vel scabrae, vel subinde pilis raris adspersae. *Ligulae* loco pilorum barba brevis. *Panicula* patens, ante et post anthesin contracta, subspicata, erecta, pauciflora, viridis, vel purpurascens. *Rami* alterni, angulati, scabri, plus minus ramosi. *Spiculae* oblongae, bi-ad quinqueflorae, ramis adpressae. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, carina scabrae, uninerves; *altera* duplo minore. *Flosculi* remotiusculi, decidui, basi pilis brevissimis, sericeis, cincti. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, *Arista* brevi terminata, quinquenervis, versus apicem compressa, dorso convexa, scabra; *interior* minor, acuminata, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Später Schwingel.

Variat: 1. *Culmo, Foliis Vaginis*que plus minus pube centibus.

2. *Glumis* totis laevibus et vix carinatis.

In collibus, locis asperis, ad vias Istriae, Litoralis, Forijul et Tyrolis calidioris (*Host*). 4. Fl. Aug. Sept.

21. Festuca *loliacea.*

F. racemo spicato, elongato, subnutante, spiculis alterni oblongis, remotis, multifloris, flosculis muticis, demum distincti distichis, radice fasciculata.

Festuca loliacea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 426. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 344. *Schra der* Germ. 1. p. 341. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 549.

Festuca elongata. Ehrhardt Beiträge 6. p. 133.

Festuca fluitans. Leers Herborn. n. 80. Var. *Gmeli* Badens. n. 151. Var.

Poa loliacea. Köler Gram. p. 207.

Schedonorus loliaceus. Römer et *Schultes* Syst. Ve 2. p. 703.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, teretes, glab striati, simplices, bipedales et altiores. *Folia* linearia, acut glabra, plana. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* obtusa, v exserta. *Racemus* laxus, spicatus, elongatus, bi-ad triunciali apice nutans. *Rhachis* flexuosa, alternatim hinc convexa striata, inde longitudinaliter excavata et laevis. *Spiculae* oblo gae, alternae, solitariae, multiflorae, glabrae, ante et post a thesin latere plano rhachi adpressae, sub anthesi oblique pate tes, primo lineari-oblongae, dein subcompressae et distich *inferiores* breviter pedicellatae; *superiores* sessiles. *Glumae* o longo-lanceolatae, acutae, inaequales: *majore* quadri-seu qui quenervi; *minore* uninervi, acutiore, carinata. *Flosculi* imbr cati, cylindracei, ecarinati, mutici, viridescentes, apice plerun que purpurascentes. *Corollae Valvulae* subaequilongae: *exteri* obtusiuscula, apice quinquenervis, ad nervos scabra, margi membranacea; *interiore* angustiore, acuta, utrinque inflexa, flexurae angulos tenuissime ciliata.

Lolchartiger Schwingel.

Observ. Primo intuitu omnino pro varietate maeriore *Fe*

tucae sequentis *fluitantis* haberi potest, at pluribus notis re vera diversa est.

In pratis et pascuis humidis. 2|. Fl. Majo et Junio.

22. Festuca *fluitans.*

F. panicula secunda, divaricata, erectiuscula, spiculis linearibus, adpressis multifloris, floseulis obtusis, muticis, liberis, radice repente.

Festuca fluitans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 426. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 132. *Gmelin* Badens. n. 151. *Host* Gram. Austr. 2. p. 55. Tab. 77. *Leers* Herborn. n. 80. Tab. 8. Fig. 5. *Pollich* palat. n. 107. *Schreber* Gram. 1. pag. 37. Tab. 3. Flora Dan. Tab. 237.

Poa fluitans. Besser Galic. n. 108. *Köler* Gram. p. 204. *Schrader* Germ. 1. p. 280. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 481. *Scop.* Carn. 2. n. 106.

Glyceria fluitans. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 695. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 282.

Gramen aquaticum, fluitans, multiplici spica. *Scheuchz.* Agrost. p. 199. Tab. 4. Fig. 5.

Gramen Mannae esculentum prutenicum. *Lösel* Pruss. p. 108. Tab. 21.

Gramen sparteum, cum longissima panicula. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 490.

Gramen aquaticum fluitans cum multiplici spica. *C. Bauh.* Theatr. p. 41.

Gramen fluviatile. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 530.

Gramen aquis innatans. *Lobel* Icon. 1. p. 12.

Radix repens. *Culmi* oblique adscendentes, tereti-compressi, glabri, inferne ramosi, fere toti vaginis foliorum tecti, variae longitudinis. *Folia* linearia, acuta, plana, carinata, glabra, margine scabra: *radicalia* et *culmea inferiora* aquae superficiem petentia et natantia. *Vaginae* subcompressae, glabrae. *Ligula* exserta, acutiuscula. *Panicula* erectiuscula, secunda, patens, laxa, saepe ultra pedalis. *Rami* flexuosi, angulati, glabri, primo strieti, dein divaricati, demum patentes. *Ramuli* breves, scabriusculi. *Spiculae* lineares, subcompressae, obtusae, ramulis adpressae, septem-ad undecimflorae. *Glumae* ovatae, obtusae, membranaceae, uninerves, inaequales. *Floseuli* glabri, ovati, obtusi, mutici, liberi, demum remoti. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata, apice obtusa et membranacea, dorso convexa,

ecarinata, septemnervis, ad nervos scabriuscula; *interior* vi paullo longior exteriore, angustior, apice bifida.

Fluttgras-Schwingel.

Variat: 1) in locis minus humidis *Panicula* vix ramosa.

Obs. Caveas, ne hoc in statu pro antecedent *Festuca loliacea* habeas.

2) *Spiculis* elongatis, viviparis. *Leers* Herborn. l.

Observ. Ad *Poam* non commode referri potest hoc gramen ob corollae valvulam exteriorem dorso convexam, ecarinatam, nec proprium genus constituat necesse est.

In fossis, rivulis lente fluentibus et pratis humidis. 2|. Flor. Aestate.

23. Festuca *pinnata.*

F. racemo spicato, erecto, spiculis oblongis, alternis, remotiusculis, pubescentibus, multifloris, flosculis aristatis, aristis valvula longioribus, foliis vaginisque pubescentibus, radice repente.

Festuca pinnata. Besser Galic. n. 127. *Köler* Gram. p. 264. *G. M. S.* Fl. der Wetterau n. 135. *Schrader* Germ. 1. p. 342. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 551.

Brachypodium pinnatum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 736. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 368.

Bromus pinnatus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 438. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 144. *Gmelin* Bromus. n. 165. *Host* Gram. Austr. 1. p. 18. Tab. 22. *Leers* Herborn. n. 87. Tab. 10. Fig. 3. *Pollich* palat. n. 117. *Weigel* Observ. p. 14. Tab. 1. Fig. 10.

Triticum pinnatum. Mönch. Hass. n. 102.

Triticum bromoides. Wibel Wertheim p. 104. *Weber* in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 11.

Gramen spica Brizae majus. *C. Bauh.* prodr. pag. 1 *Ejusd.* Theatr. p. 133.

Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuchz.* Agrost. p. 35.

Radix repens. Tota glauco-viridis. *Culmi* plures, erecti glabri, simplices, sesqui-ad bipedales. *Folia* linearia, vel lineari-lanceolata, acuminata, plana, scabra, plus minus pubescentia. *Vaginae* teretes, pilis brevibus deflexis obsessae. *Ligula* obtusa, vix exserta, ciliata. *Racemus* erectus, spicatus, sesqui-

ad biuncialis. *Rhachis* flexuosa, margine hispida, alternatim hinc convexiuscula et striata, inde excavata et laevis. *Spiculae* lineares, primo subteretes, demum parum compressae, solitariae, remotiusculae, multiflorae, pubescentes, sub anthesi distiche patentes, ante et post anthesin rhachi adpressae: *inferiores* brevissime pedicellatae; *superiores* sessiles. *Glumae* lanceolatae, acutae, inaequales: *majore* septemnervi; *minore* trinervi. *Flosculi* subcylindracei, dorso convexi, ecarinati, arcte imbricati, aristati. *Corollae valvula exterior* apicem versus quinquenervis, apice attenuata in *Aristam* rectam, plerumque paullo breviorem; *interior* vix minor, truncata, saepe emarginata, margine inflexa et ciliata.

Gefiederter Schwingel.

Variat: 1. *Foliis* margine pilis sparsis ciliatis.

2. Foliis rigidioribus, *Spiculis* villosis.

Brachypodium caespitosum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 737.

Bromus caespitosus. Host Gram. Austr. 4. Tab. 18.

In collibus, pratis montosis, ad versuras et sepes. 24. Fl. Jun. Jul.

24. Festuca *rupestris.*

F. racemo spicato, erectiusculo, spiculis alternis, glabris, remotiusculis, aristatis, multifloris, aristis valvula brevioribus, foliis vaginisque superioribus glabris, radice subrepente.

Bromus rupestris. Host Gram. Austr. 4. p. 10. Tab. 17.

Brachypodium rupestre. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2 p. 736.

Bromus fragilis. Haller filii. *Seringe.*

Non est Varietas praecedentis *Festucae pinnatae*, licet habitu simillima, sed per sationem et culturam constans species. *Radix* in meis plantis non repens, sed fasciculata. Differt insuper ab illa: 1. *Culmo* ad genicula fragili. 2. *Foliis* glabris. 3. *Vaginis* inter inferiora genicula tantum setis reversis pilosis. 4. *Spiculis* glabris. 5. *Gluma exteriore* minore quinquenec trinervi.

Felsen-Schwingel.

In Austria (*Host*). 24. Fl. Jun. Jul.

25. Festuca *gracilis.*

F. racemo spicato, subnutante, spiculis alternis, oblongi remotis, pubescentibus, multifloris, flosculis aristatis, aristis va vula longioribus, foliis vaginisque pubescentibus, radice fasc culata.

Festuca gracilis. *Besser* Galic. n. 128. *G. M. S.* I der Wetterau n. 136. *Schrader* Germ. 1. p. 343. *Schult* Oestr. Fl. 2. n. 552.

Bromus gracilis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 438. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 145. *Gmelin* B dens. n. 166. *Weigel* Obs. p. 15. Tab. 1. Fig. 11.

Bromus sylvaticus. *Pollich* palat. n. 118. *Host* Gra Austr. 1. pag. 17. Tab. 21.

Bromus pinnatus. Flora Dan. Tab. 164.

Brachypodium sylvaticum. *Römer* et *Schultes* Sy Veget. 2. p. 741. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 3

Triticum sylvaticum. *Mönch* Enum. Hass. n. 105.

Triticum teretiflorum. *Wibel* Wertheim p. 104.

Gramen loliaceum, corniculatum, latifolium, spica parti subhirsuta fragili. *Scheuchz.* Agrost. p. 38.

Gramen loliaceum, corniculatum, latifolium, spicis teretib angustis glabris. *Scheuchz.* Agrost. p. 36.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, teretes, simp ces, tenues, plerumque glabri, bipedales et altiores. *Folia* nearia, latiuscula, acuminata, plana, laete viridia, supra pi brevibus scabra, basi pilosiora. *Vaginae* teretes, striatae, pi sae. *Ligula* obtusa, demum fissa. *Racemus* spicatus, ap nutans, spiculis octo ad decem, remotis, compositus, sesquit cialis, biuncialis, raro longior. *Rhachis* tenuis, scabriusc *Spiculae* alternae, subsessiles, rectae, rhachi adpressae, obl go-lineares, teretiusculae, virescentes, vel glabrae, vel pub centes, vel villosae, demum compressae, octo-ad decemflor *Glumae* lanceolatae, acutae, inaequales: *majore* septemner *minore* quinque-seu sexnervi. *Flosculi* imbricati, aristati. *rollae Valvula exterior* apicem versus quinquenervis, apice tenuata in *Aristam* longiorem, tenuissimam, subflexuosam; *terior* parum minor, truncata et emarginata, margine infl et ciliata.

Schlanker Schwingel.

In dumetis, nemorosis, ad sepes. 2|. Fl. Jun. Jul.

26. Festuca *tenuiflora.*

F. racemo spicato, erecto, secundo, spiculis alternis, oblongis, quinque-ad septemfloris, flosculis subaristatis, foliis pubescentibus, vaginis glabris, radice fasciculata.

Festuca tenuiflora. Schrader Germ. 1. p. 345. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 323.

Brachypodium tenuiflorum et *tenellum. Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 745.

Triticum tenellum. Wulfen, in Lit. *Host* Gram. Austr. 2. p. 20. Tab. 26. justo major omnibus in partibus delineata! *Mert.* et *Koch* l. c.

Radix fibrosa, tenuis. *Culmi* vel solitarii, vel plures tenues, erecti, graciles, subtrigoni, glabri, digitales, semipedales et longiores, simplices vel rarius inferne ramosi. *Folia* angustissima, linearia, acuta, tenuia, apicem versus carinata, caeterum plana, supra tenuissime pubescentia, margine scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevissima truncata. *Racemus* spicatus, erectus, vel parum curvatus, secundus, uncialis et biuncialis. *Rhachis* tenuis, flexuosa, hinc convexiuscula et striata, inde sulcata et laevis, margine scabra. *Spiculae* exiguae, remotiusculae, breviter pedicellatae, primum rhachi adpressae, demum patulae, oblongae, compressae, virescentes quinque-, septemflorae: *inferiores* saepius binae; *superiores* solitariae. *Glumae* lanceolatae, carinatae, inaequales: *majore* trinervi, acutiore; *minore* uninervi. *Flosculi* subaristati, primum imbricati, demum remotiusculi. *Corollae Valvula exterior* lanceolata in *Aristam* brevem, rectam attenuata, dorso convexa, ecarinata, scabra, obsolete quinquenervis; *interior* minor, oblonga apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Zartblühtiger Schwingel.

Variat: 1. *Culmis* superne scabriusculis.
Spiculis octo-ad decemfloris.

In Istriae herbidis *(Host).* ⊙. Fl. Junio.

27. Festuca *distachyos.*

F. spiculis subduabus, alternis, erectis, multifloris, flosculis aristatis, diandris, aristis valvula longioribus, foliis scabris, vaginis glabris, radice fasciculata.

Festuca distachyos. Roth Catalecta bot. Fasc. 1. p. 11. *Schrader* Germ. 1. p. 346. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 553.

Festuca distachya. Köler Gram. 269. (exluso syn. *Barrelieri*).

Brachypodium distachyon. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 741. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 369.

Bromus distachyos. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 439. (excluso synon. *Barrelieri*). *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 145. (excluso syn. *Weigel.*) *Host* Gram. Austr. 1. p. 16. Tab. 20.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* adscendentes, erecti, glabri, versus apicem scabri et subincrassati, tenues, teretiusculi, digitales, semipedales et longiores, superne nudi. *Nodi* pubescentes. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, brevia, patentia, plana, striata, scabra pilisque sparsis obsessa. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, ciliata, demum fissa. *Spiculae* plerumque duae, rarius ternae, alternae, rarissime solitariae, sessiles, erectae, oblongo-lineares, multiflorae, primum teretes, dein compressae: *lateralis* facie rhachi opposita. *Rhachis* brevis, glabra, hinc convexa et striata, inde excavata et laevis. *Glumae* lanceolatae, acutae, subcompressae, scabrae, inaequales. *Flosculi* diandri, aristati, primum imbricati, demum remotiusculi, distichi, dorso scabri. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, dorso convexiuscula, apice longius attenuata in *Aristam* multo longiorem, rectam, septemnervis, nervis in medio obsoletis; *interior* oblongo-linearis, obtusiuscula, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Zweiähriger Schwingel.

Observ. Bromus distachyos, Weigel Observ. p. 16. Tab. I. Fig. 8. non quadrat ad nostram plantam et monente Celeberr. *Schrader* l. c. procul dubio, pro sola *Festucae pinnatae* varietate habenda est.

In Istria inter *Pola* et *Gimino*, alibique in cultis et incultis *(Host)*. ⊙. Fl. Majo, Jun.

B. *Spuriae:* corollae Valvula exteriore carinata.

28. Festuca *dactyloides.*

F. panicula subspicata, spiculis ovato-lanceolatis, bi-tri florisve, flosculis acuminatis, subaristatis, compressis, carinatis, foliis ciliatis, radice fasciculata.

Poa cristata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 402 *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 119. *Gmelin* Badens. n. 13

Host Gram. Austr. 2. p. 54. Tab. 75. *Köler* Gram. p. 199. *Leers* Herborn. n. 73. Tab. 5. Fig. 6. *Pollich* palat. n. 96.

Aira cristata. *Schrader* Germ. 1. p. 255. *Scop.* Carn. 2. n. 92. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 428. *Roth* Nov. Plant. Spec. p. 77. Obs. III.

Koeleria cristata. *Besser* Galic. n. 96. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 276. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 619.

Gramen spica cristata subhirsutum. *Scheuchz.* Agrost. p. 166.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* erecti, basi non raro inclinati, infra paniculam villosi, sesqui-bipedales et altiores. *Folia* plana, rigidula, margine ciliata: *radicalia* angusta, utrinque pubescentia; *culmea* latiuscula, supra pubescentia, subtus glabra. *Vaginae* albidae, teretes, striatae: *inferiores* pubescentes; *superiores* scabrae vel laeves. *Ligula* brevissima, truncata, subciliata. *Panicula* subspicata, utrinque attenuata, erecta, contracta, sub anthesi patula, semidigitalis et longior. *Rami* breves, pubescentes, *inferiores* bini vel terni subramosi. *Spiculae* ovato-lanceolatae, compressae, nitidae, versicolores, vel biflorae cum rudimento tertii flosculi imperfecti, subpedicellato, vel interdum tri-et quadriflorae. *Glumae* compressae, carinatae, ad carinam scabrae, mucronatae vel saepius subaristatae, inaequales: *inferiore* minore uninervi; *superiore* trinervi, nervo altero laterali circa medium evanescente. *Flosculi* calycem excedentes, axis villis brevibus basi circumdati. *Corollae Valvula exterior* Glumae exteriori conformis, at evidentius plerumque in Aristam brevem, rectam, scaberrimam attenuata; *interior* acuta, bifida, ad flexurae angulos ciliata. *Semen* liberum, corolla tectum.

Knäuelgrasartiger Schwingel.

Variat 1. *Panicula* interrupta. 2. *Ramo* paniculae uno vel altero ex inferiorum numero longiore, horizontali. 3. *Spiculis* pubescentibus.

In collibus, pascuis, muris et locis sterilibus passim. ♃. Fl. Jun. Jul.

29. Festuca *glaucescens.*

F. panicula subspicata, elongata, subnutante, spiculis ovato-lanceolatis, bi-, triflorae, flosculis obtusiusculis, subaristatis, compressis, carinatis, foliis glabris, radice fasciculata.

Festuca glaucescens. *Roth* Novae Plant. Species pag. 77. Observ. III.

Festuca glauca. *Schrader* Germ. 1. p. 322.

Poa glauca. *Schkuhr* Catal. Horti Wittenberg. 1799. pag. 49.

Koeleria glauca. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 621.

Koeleria cristata. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 276.

Proxima antecedenti, cum qua, tanquam varietatem conjunxerunt amici *Mertens* et *Koch* l. c. at differt tantum: 1. *Colore* foliorum et Vaginarum glauco. 2. *Foliis* glabris, nec ciliatis. 3. *Ligula* paullo longiore. 4. *Glumis* et *Corollae Valvula exteriore* obtusiusculis, plus minus subaristatis; nec acuminatis. 5. *Gluma superiore* binervi, nervo laterali vix medium attingente; nec trinervi.

Graulicher Schwingel.

Prope Wittenbergam in arenosis (*Schkuhr*). 24. Fl. Majo — Jul.

Observ. I. Haec et antecedens species ob Glumas cum corollae valvula exteriore carinatas, *Pois* potius, quam *Festucis* associandae essent, at praesentia mucronis, vel aristae Pois aliena est. Multo minus ad *Airam* referri possunt, ob flosculum tertium, immo quartum et quintum in calyce, vel imperfectum et sterilem, vel perfectum, quae calycem biflorum tantum absque rudimento tertii flosculi pro charactere adgnoscit. Nec sequentis generis *Koeleriae* species esse possunt, cujus character essentialis illis non competit. Hinc huic generi melius adscribendas esse duxi, quam novum genus ex illis creare.

Observ. II. Ob aristae (si adest) insertionem sub apice corollae valvulae exterioris, nec ex ipso apice, ad *Bromum* relatae sunt *Festuca elatior Linnei* (Festuca pratensis *Schrader*) et *Festuca elatior Schrader* (Bromus litoreus *Retzii*). *Festuca* e contrario *phleoides* ad sequens genus pertinet.

70. KOELERIA.

Calyx bivalvis, bi-ad quinqueflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* carinata, apice bifida, intra fissuram *Aristam* rectam exserens. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. Primo intuitu *Bromi* speciem mentitur hoc gramen, quum corollae valvulae exterioris, apice bifidae, arista sub apice prodire videatur. At arista non ex valvulae dorso sub apice egreditur, sed nervus carinalis validus apice intra valvulae fissuram producitur in aristam, nunc brevissimam, nunc paullo magis elongatam. A *Festuca* recedit hoc genus Valvula corollae exteriore carinata, apice bifida.

1. Koeleria *phleoides.*

K. panicula spicaeformi, cylindracea, corollae valvula exteriore piloso-exasperata.

Koeleria phleoides. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 623. *Persoon* Synops. 1. p. 97. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 278.

Festuca phleoides. Host Gram. Austr. 3. p. 15. Tab. 21. *Schrader* Germ. 1. pag. 340.

Gramen loliaceum, molle, spica viridi, ex pluribus spicis congesta. *Monti* Prodr. p. 42. Fig. 22.

Gramen typhoides molle. *Scheuchz.* Agrost. p. 246. Tab. 5. Fig. 5.

Radix fibrosa. *Culmi* plures digitales, semipedales et altiores, teretes, tenues, striati, simplices, aut basi ramosi, erecti, vel adscendentes. *Folia* linearia, acuta, plana, molliter villosa, margine et carina scabra. *Vaginae* teretes, pubescentes. *Ligula* brevis, denticulata. *Panicula* uncialis et sesquiuncialis, spicaeformis, cylindracea, vel nonnihil oblongo-ovata, obtusa, densa. *Rami* breves, cum superiore Rhachis parte angulosi et pilis brevibus, rigidulis adspersi, sub anthesi patentes: *inferiores* gemini aut terni, ramosi; *superiores* solitarii et simplices. *Spiculae* parvae, oblongae, compressae, nitidae, ex albido virides, quadri-seu quinqueflorae, rarius sex-ad septemflorae. *Glumae* compressae, carinatae, acuminatae, subpubescentes, inaequales: *minore* lineari, uninervi; *majore* lanceolata, trinervi. *Flosculi* primum imbricati, demum laxiores. *Corollae Valvula exterior* Glumae majori conformis, plus minus pubescens, quinquenervis, inter nervos obsolete corrugata, apice bifida, membranacea; cum *Arista* intermedia brevi, recta, scabra: *interior* minor, apice bifida, margine utrinque inflexa, ciliata.

Lieschgrasähnliche Kölerie.

Variat: 1. In minoribus speciminibus *Spiculis* bi-ad trifloris. 2. *Aristis* brevioribus et longioribus.

Ad vias, vineas, in cultis Istriae, Litoralis *(Host)*. ⊙. Fl. Majo, Junio.

71. P O A.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 114. Juss. Gen. ed. Roemer p. 37.

Calyx bivalvis, multiflorus: *Glumis* ovatis. *Corolla* bivalvis: *Valvulis* subovatis, carinatis, acutiusculis, muticis. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. *Festucae* proximum genus hoc est et aegre distinguendum, nisi sequentes notas respiciamus: 1. Glumae et Corollae Valvula exterior ovatae sunt; nec lanceolatae. 2. Corollae Valvula exterior carinata est, plus minus acuta quidem, sed nunquam, acuminata, mucronata vel aristata, nec dorso convexa.

1. Poa *aquatica.*

P. panicula aequali, diffusa, ramosissima, spiculis linearibus, subnovemfloris, flosculis obtusis, liberis, foliis planis, culmo vaginisque subcompressis, glabris, radice repente.

Poa aquatica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 385. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 111. *Besser* Galic. n. 167. *Gmelin* Badens. n. 121. *Host* Gram. Austr. 2. p. 44. Tab. 60. *Köler* Gram. p. 175. *Leers* Herborn. n. 65. Tab. 5. Fig. 5. *Pollich* palat. n. 86. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 559. *Schrader* Germ. 1. p. 278. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 480. Flora Dan. Tab. 920.

Glyceria spectabilis. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 281.

Gramen paniculatum palustre altissimum. *Scheuchz.* Agrost. p. 191. Tab. 4. Fig. 1. *C. Bauh.* Theatr. p. 38.

Gramen aquaticum, harundinaceum, paniculatum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 529.

Gramen majus aquaticum. *Lobel* Icon. 1. p. 4.

Radix repens, teres, geniculata, ad culmorum exortum praeprimis fibrosa. *Culmi* erecti, subcompressi, glabri, quadri- ad sexpedales. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, plana, carinata, rigida, glabra, margine scabra. *Vaginae* subcompressae, glabrae; *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* aequalis, erecta, palmaris et fere pedalis, patens, ante et post anthesin contracta.

Rami ramosi, flexuosi, angulati, scabri. *Spiculae* lineares, demum compressae, quinque-ad decemflorae, versicolores. *Glumae* membranaceae, nitidae, ovatae, obtusae, uninerves, inaequales. *Flosculi* liberi, demum remotiusculi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata, obtusa, ad carinam scabra, septemnervis; *interior* angustior, apice bifida, margine ad flexurae angulos ciliata.

Wasser-Rispengras.

Variat Floribus viviparis.

In fossis, paludibus, ad ripas fluviorum et in pratis humidis. 2|. Fl. Jul. Aug.

2. Poa *distans.*

P. panicula aequali, divaricata, ramis fructiferis deflexis, spiculis linearibus, subquinquefloris, flosculis obtusis, liberis, foliis planis, supra scabris, culmo vaginisque teretibus, glabris, radice fasciculata.

Poa distans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 401. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 565. *Host* Gram. Austr. 2. p. 46. Tab. 65. *Köler* Gram. p. 177. *Schrader* Germ. 1. p. 282. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 488. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 544.

Poa salina. Pollich palat. n. 92. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 119. *Gmelin* Badens. n 128. *Leyser* Fl. Halens. p. 93. *Idem* in den Abhandl. der Naturforsch. Gesellsch. in Halle 1. p. 366.

Poa maritima. Flora Dan. Tab. 251. secundum *Hornemann.*

Glyceria distans. Mertens et *Koch* Deutschl.Fl. n. 283.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, palmares, pedales et longiores, glabri, teretes, oblique adscendentes, basi procumbentes et ramosi. *Folia* linearia, acuminata, subtus glabra, supra striata et scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula erecta*, aequalis, primo contracta, sub anthesi patula, post anthesin divaricata, palmaris et longior. *Rami* quinque ad septem e rhachi fasciculatim prodeuntes, subflexuosi, ramosi. *Spiculae* lineares, obtusae, teretiusculae, demum compressae, plerumque quinqueflorae, versicolores. *Glumae* ovatae, obtusae, carina scabrae, inaequales: *minor* uninervis; *major* trinervis. *Flosculi* liberi, demum remotiusculi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata, obtusa, apice crenulata, ad basin plus minus pu-

bescens, dorso obsolete quinquenervis; *interior* exteriorem longitudine aequans, subbifida, margine ad flexurae angulos ciliata.

Entferntblühtiges Rispengras.

In locis salsis et maritimis alibique ad lacus, vias. 2|. Fl Jul. Aug.

3. Poa *maritima.*

P. panicula aequali, patente, ramis fructiferis contractis spiculis linearibus, subquinquefloris, flosculis acutiusculis, libe ris, foliis convolutis, culmo vaginisque teretibus, glabris, radic repente.

Poa maritima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 39(*Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 121. *Ejusd.* Beiträge zu Bot. 1. p. 6. *Schrader* Germ. 1. p. 281. *Schultes* Oest Fl. 2. n. 482. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 56(Flora Dan. Tab. 1626.

Omnino distincta species ab antecedente et neutiquam cu illa conjungenda est. Differt praesertim: 1. *Radice* repente, st lones plures steriles producente. 2. *Culmis* plerumque altioribu crassioribus, firmioribus. 3. *Foliis* rigidioribus, convolutis, pur gentibus; nec planis, supra scabris. 4. *Panicula* fructifera co tracta; nec divaricata: *ramis* plerumque geminatim e rhachi pr deuntibus; nec pluribus fasciculatis. 5. *Spiculis* duplo saltem m joribus. 6. *Gluma utraque* trinervi; nec altera uninervi. 7. *Flo culis* acutiusculis, duplo majoribus, superne plerumque caerule centibus.

Meerstrands-Rispengras.

Ad litora maris et ad ripas fluviorum mari vicinis. 2|. Jul. Aug.

4. Poa *festucaeformis.*

P. panicula patula, aequali, spiculis lanceolatis, novem ris, flosculis obtusis, basi villo connexis, foliis planiusculis, sc bris, culmo vaginisque teretibus, glabris, radice repente.

Poa festucaeformis. Host Gram. Austr. 3. p. 12. Tab. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 561. *Will* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 105.

Festuca palustris. Senus Iter Dalmat. p. 72.

Culmi glabri, laeves, e geniculis inferioribus radicantes, sesquipedales et ultra. *Folia* crassa, firma, supra scabra, canaliculata, margine et carina aculeata. *Vaginae* glabrae. *Ligula* pubescens. *Panicula* erecta, aut incurvata, *Rhachi* scaberrima, *Ramis* scabris, superne binis vel ternis, medio pluribus. *Spiculae* subteretes, e viridi et flavescente variae. *Calycis glumae* inaequales, acutiusculae, laeves, *majori* trinervi. *Römer* et *Schultes* l. c.

Schwingelförmiges Rispengras.

In Dalmatiae insula *Ugliano* prope *Zaram (Host)*. 2. Fl. Augusto.

5. Poa *rigida.*

P. panicula distiche secunda, coarctata, rigida, spiculis linearibus, acutis, quinque-ad undecimfloris, flosculis acutiusculis, liberis, foliis supra scabriusculis, saepe involutis, culmo vaginisque subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa rigida. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 396. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 120. *Host* Gram. Austr. 2. p. 53. Tab. 74. *Köler* Gram. p. 183. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 288. *Schrader* Germ. 1. p. 283. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 484.

Megastachya rigida. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 591.

Triticum maritimum. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 34.

Gramen panicula multiplici, majus. *Scheuchz.* Agrost. p. 271. Tab. 6. Fig. 2.

Culmi e *Radice* fibrosa, adscendentes, erecti, subcompressi, rigidi, digitales et paullo altiores, basi ramosi. *Folia* linearia, acuta, saepe convoluta et setacea, supra et margine scabra. *Vaginae* subcompressae, glabrae. *Ligula* oblonga, demum incisa. *Panicula* erecta, secunda, duplici ordine coarctata, rigida, uncialis et sesquiuncialis, basi et apice parum angustata. *Rami* alterni, angulati, scabri, flexuosi: *inferiores* dichotomi; *superiores* simplices, saepius unicam tantum spiculam ferentes. *Spiculae* lineares, teretiusculae, demum compressae, acutae, quinque-ad decem-vel undecimflorae, virides. *Glumae* lanceolatae, acutae, ad carinam scabrae, inaequales: *minor* uninervis; *major* subtrinervis. *Flosculi* liberi, demum remoti, alterni distichi. *Corollae Valvulae* subaequales, lanceolatae, acutiusculae: *exterior* obsolete quinquenervis, ad apicem compressa et

carinata, scabra; *interior* angustior, apice bifida, margine ad flexuram tenuissime ciliata.

Steifes Rispengras.

Observ. Glumarum et Corollae valvularum figura *Festucae* propius accedit, quam *Poae*, at corollae valvula exterior acuta quidem est, non vero acuminata.

In Istriae, Litoralis, Forijulii vineis, pratis alibique. (*Wulfen*, *Host*). ⊙. Fl. Majo, Junio.

6. Poa *dura.*

P. panicula secunda, coarctata, rigida, spiculis lanceolatis, obtusis, tri-ad quinquefloris, flosculis obtusis, liberis, foliis planis, supra, cum culmo vaginisque compressis, glabris, radice fasciculata.

Poa dura. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 121. *Besser* Galic. n. 109. *Gmelin* Badens. n. 135. *Host* Gram. Austr. 2. p. 53. Tab. 75. *Köler* Gram. p. 189. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 286. *Schrader* Germ. 1. p. 284. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 485. *Scop.* Carn. 2. n. 101. *Wallroth* Annus bot. p. 17.

Cynosurus durus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 413. *Pollich* palat. n. 100. Tab. 1. Fig. 1. *Krocker* Siles. n. 150. Tab. 28. *Schrank* Bavar. n. 219.

Sclerochloa dura. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 698.

Culmi plures e *Radice* fasciculata, fibrosa, procumbentes, caespitosi, rigidiusculi, compressi, toti vaginis foliorum tecti, inferne saepe ramosi, ab unciali ad digitalem longitudinem ex crescentes. *Folia* lineari-lanceolata, brevia, obtusa, margine scabra, caeterum glabra. *Vaginae* compressae, laxae, carinatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusiuscula. *Panicula* ovali-oblonga, obtusa, coarctata, secunda, rigida. *Rami* alterni, simplices, rarius divisi, flexuosi, angulati, glabri: *inferiores* et *superiores* simplicissimi, unica spicula terminati, *intermedii* paullo longiores, spiculas tres ad quinque ferentes. *Spiculae* oblongo-lineares, compressae, obtusae, rigidae, tri-ad quinqueflorae, virides. *Glumae* compressae, obtusae, margine membranaceae albidae, inaequales: *major* oblongo-ovata, septemnervis; *minor* ovata, trinervis. *Flosculi* basi liberi, distichi. *Corollae Valvula exterior* glumae majori similis, sed major et superne ad carinam scabra; *interior* paullo minor et angustior, apice bifida ad flexurae angulos ciliata.

Hartes Rispengras.

Variat Paniculae ramis omnibus simplicibus, spicula unica terminatis.

In arenosis, sterilibus, cultis, ad vias, passim. ⊙. Fl. Majo et Junio.

7. Poa *pilosa.*

P. panicula aequali, florifera contracta, fructifera diffusa, ramis inferioribus ad basin et ramificationes fasciculato-pilosis, spiculis linearibus, septem-ad novemfloris, flosculis acutiusculis, liberis, culmo tereti, foliis planis supra scabris, vaginis subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa pilosa. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 391. *Host* Gram. Austr. 2. p. 49. Tab. 68. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 290. *Wallroth* Annus bot. p. 17. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 486. *Vest* Manuale p. 315. *Schrader* Germ. 1. p. 286.

Eragrostis pilosa. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 575.

Gramen paniculis elegantissimis, majus, locustis purpureo-spadiceis, minoribus. *Scheuchz.* Agrost. p. 193. Tab. 4. Fig. 3.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, caespitosi, erecti, teretes, glabri, plerumque simplices, rarius ad genicula inferiora foliorum fasciculis vaginantibus et flores steriles imperfectos continentibus, aucti. *Folia* linearia, acuminata margine vel glabra, vel scabriuscula, basi duplici pilorum serie barbata: *radicalia* plana; *culmea* convoluta, filiformia. *Vaginae* subcompressae, glabrae. *Ligulae* loco pilorum barba brevissima. *Panicula* aequalis, ramosissima, primo contracta, post anthesin patentissima, diffusa et apice cernua. *Rami* graciles, flexuosi, angulati, scabri ramosissimi: *inferiores* verticillati; *superiores* alterni, basi ad insertionem et ramulorum primariorum, pilorum fasciculo suffulti. *Spiculae* lineares, compressae, nitidae, e violaceo, purpureo et viridi versicolores, quinque-ad duodecimflorae. *Glumae* lato-lanceolatae, uninerves, inaequales. *Flosculi* exigui, acuti, primo imbricati, demum remotiusculi, basi liberi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata: compressa, trinervis, carina scabra, demum caduca; *interior* paullo minor, margine replicata, cochleariformis, ciliata, post seminis casum persistens.

Haariges Rispengras.

Inter segetes Forijulii (*Host*), Carnioliae (*Wulfen*) prope Halam Saxonum in humo pingui rupium ad *Gibichenstei* stillicidio perenni madefacta, *schräg der Papiermühle gegenüb* copiosissime (*Wallroth*). ⊙. Fl. Majo et Jun.

8. Poa *Eragrostis.*

P. panicula aequali, patente, ramis inferioribus ad basin ramificationes fasciculato-pilosis, spiculis lanceolatis novem- quindecimfloris, flosculis obtusis liberis, culmo teretiusculo, liis planis, inferne vaginisque compressis, pilis longis sparsis sessis, radice fasciculata.

Poa Eragrostis. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. I. P. p. 392. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 118. *Gmel* Badens. n. 131. *Host* Gram. Austr. 2. p. 50. Tab. 69. *Köl* Gram. pag. 179. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 29 *Schrader* Germ. 1. pag. 287. *Schreber* Gram. 2. p. 8 Tab. 38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 487. *Wallroth* A nus bot. p. 18. *Vest* Manuale p 315.

Eragrostis poaeoides. Römer et *Schultes* Syst. Veg 2. pag. 574.

Gramen paniculis elegantissimis, minimum. *Scheuch* Agrost. p. 192. Tab. 4. Fig. 2.

Gramen phalaroides sparsa Brizae panicula minus. *Mon* Prodr. p. 45.

Culmi e *Radice* fibrosa, plures, pedales et longiores, adsce dentes, erecti, teretiusculi, glabri, basi nonnihil ramosi. *Fo* linearia, acuminata, plana, margine scabra, versus basin utrinq pilis sparsis obsessa. *Vaginae* subcompressae, superne praesert pilosae. *Ligulae* loco barba pilorum brevis. *Panicula* erec aequalis, patens. *Rami* solitarii, angulati, scabri, flexuosi, i feriores ad basin ut et ad ramificationes praesertim primarias pil rum fasciculo muniti. *Spiculae* lanceolatae compressae, purp rascentes, vel spadiceae, nitidae, novem-ad quindecimflor *Glumae* ovato-lanceolatae, compressae, ad carinam scabrae, i aequales: *minor* uninervis; *major* trinervis. *Flosculi* distic liberi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata, obtusa, tr rarius quinquenervis, post seminis maturitatem caduca; *interi* minor, margine replicata, cochleariformis et ciliata, persisten

Schönstes Rispengras.

In cultis, sterilibus, ad vias, inprimis solo arenoso Circ

Austriaci (*Scopoli*, *Jacquin*, *Host*), prope Ratisbonam (*Hoppe*), Bohemiae (*Pohl*), Principatus Baruthini (*Schreber*), prope Basel et ad fluvium *Wiese* (*Gmelin*), Halam Saxonum (*Wallroth*), *Brackwede prope Bielefeld* (*Bönninghausen*). ⊙. Fl. Jun. — Aug.

9. Poa *megastachya.*

P. panicula aequali, patente, ramis inferioribus ad basin et ramificationes fasciculato-pilosis, spiculis lineari-lanceolatis, quindecim-ad vigintiquinquefloris, flosculis obtusis, liberis, culmo teretiusculo, foliis planis vaginisque subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa megastachya. *Schrader* Germ. 1. p. 288. *Köler* Gram. p. 181. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 292. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 488.

Briza Eragrostis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 405. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 110. *Krocker* Siles. n. 147. Tab. 27. *Schreber* Gram. 2. pag. 85. Tab. 39. *Vest* Manuale p. 320.

Eragrostis major. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 24.

Megastachya Eragrostis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 584.

Gramen paniculis elegantissimis sive Eragrostis majus. *Scheuchz.* Agrost. p. 194. Tab. 4. Fig. 4.

Gramen amoris dictum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 470.

Gramen Amourettes. *Clus.* Hist. 2. p. CCXVIII.

Simillima antecedentis, at differt: 1. *Culmis* firmioribus. 2. *Foliis* longioribus, latioribus et paullo rigidioribus, ad Vaginae mortum pilis frequentioribus et longioribus barbatis, caeterum cum Vaginis glabris. 3. *Panicula* densiore, *ramis* brevioribus magis flexuosis. 4. *Spiculis* majoribus, magis lineari-lanceolatis, flosculis duplo pluribus compositis, plerumque cinereo- vel glauco-virescentibus.

Grossähriges Rispengras.

Observ. Ob corollae valvulam interiorem margine replicatam, (nec margine inflexam) cochleariformem, in hac et duabus praecedentibus speciebus, Celeberr. *Palisot de Beauvois* ex his et nonnullis aliis *Poae* speciebus exoticis, ejusdem structurae, proprium genus condidit, *Eragrostis* dictum. At valde erravit, quum *Poam megasta-*

chyam (Brizam Eragrostidem *Linn.*) ab *Eragrostide* sua removerit et ad *Megastachyam* suam retulerit. Eadem enim floris structura praedita est, ac *Poa Eragrostis.*

In agris, sterilibus, arenosis, muris Istriae, Litoralis, Forijulii (*Wulfen*), prope Ratisbonam (*Hoppe*), Palatinatus prope *Weisenheim* (*Märcklin*), prope Wisbaden (*Delavigne*), in Silesia (*Krocker*), in Bohemia (*Pohl*). ⊙. Fl. Jun. Jul.

10. Poa *annua.*

P. panicula subsecunda, divaricata, spiculis oblongo-ovatis, quinque-ad septemfloris, flosculis obtusis, liberis, basi villo subcohaerentibus, foliis planis, supra cum culmo vaginisque subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa annua. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 390. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 115. *Besser* Galic. n. 116. *Gmelin* Badens. n. 129. *Host* Gram. Austr. 2. p. 46 Tab. 64. *Köler* Gram. p. 169. *Leers* Herborn. n. 70. Tab. 6. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 293. *Pollich* palat. n. 91. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 535. *Schrader* Germ. 1. p. 304. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 506. Flora Dan. Tab. 1686.

Gramen pratense paniculatum minus. *Scheuchz.* Agrost. p. 189. Tab. 3. Fig. 17. E.

β. supina: panicula rariore pauciflora.

Poa supina. Host Gram. Austr. 4. Tab. 27. *Schrader* Germ. 1. p. 289. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 489. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 34. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 543.

Poa annua γ. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. l. c.

Poa alpina γ. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. I. P. I. pag. 386.

Gramen pratense paniculatum minus, rubrum. *Scheuchz.* Agrost. p. 190. (exclusis syn. *Bauh. et Tabermaemont.*) *Ejusdem* Iter Alpin. 2. p. 457.

Gramen paniculatum elegans, panicula ex spadiceo viridi argenteo variegata. *Scheuchz.* Agrost. Append. Tab. 3.

Culmi e *Radice* fibrosa, plures, caespitosi, oblique adscendentes, erectiusculi, basi ramosi, obsolete striati, subcompressi, glaberrimi, palmares et pedales: *Folia* linearia, acutiuscula, flaccida margine scabra et non raro undulata, laete viridia. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* exserta, acutiuscula. *Pan-*

cula erecta, subsecunda, sub anthesi patens, post anthesin patentissima. *Rami* angulosi, scabriusculi, apice cum ramulis flexuosi, vel gemini, vel ut plerumque solitarii e Rhachi prodeuntes; *fructiferi* saepe deflexi. *Spiculae* oblongo-ovatae, acutae, compressae, e viridi et albido variae, rarius purpurascentes, quinque- ad septemflorae. *Glumae* lanceolatae, acutiusculae, compressae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* liberi, dorso basi subvillosi, at minus cohaerentes. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, obtusa, membranacea, carina glabra, quinquenervis; *interior* angustior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

β. supina: Recedit tantum: *Culmo* humiliore, graciliore. *Panicula* rariore, pauciflora. *Spiculis* versicoloribus.

Jähriges Rispengras.

Variat 1. *Panicula* pubescente. *Poa rubens. Vest* Manuale p. 318.

2. *Spiculis* tri-seu quadrifloris.

Observ. Secundum Cel. *Hoppe* et *Gaudin Poa supina*, *Schrader* Germ. l. c. est mera varietas *Poae annuae.*

In cultis, ruderatis, ad vias; *β* in alpibus Styriae et Carinthiae (*Rochel*), in summis alpibus Salisburgensibus (*Melichhofer*, *Hoppe*). ⊙. Fl. a Vere ad Autumnum.

11. Poa *laxa.*

P. panicula contracta, apice nutante, spiculis oblongo-ovatis, subtrifloris, flosculis acutiusculis, liberis, basi villo connexis, foliis planis cum culmo vaginisque subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa laxa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 386. *Hänke* Sudet. p. 118. *Gmelin* Badens. n. 123. *Host* Gram. Austr. 3. p. 10. Tab. 15. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 294. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 537. *Schrader* Germ. 1. p. 291. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 490. *Vest* Manuale p. 316.

Gramen alpinum paniculatum, minus, panicula spadiceo-viridi, elegans. *Scheuchz.* Agrost. p. 163. Append. Tab. 4.

Gramen paniculatum, alpinum, parvum, panicula spicata spadiceo-viridi, elegans. *Scheuchz.* Iter Alp. VI. p. 457. Tab. 6. Fig. 16.

Radix subrepens. *Tota* planta plus minus glaucescens. *Culmi* plures, spithamaei, basi parum declinati, tunc erecti, graciles, subcompressi, glabri. *Folia* linearia, acuta, mucronata, primo carinata, tunc plana, margine scabra. *Vaginae* subcompressae, glabrae. *Ligula* oblonga, obtusiuscula, exserta, in foliis radicalibus paullo brevior et obtusior. *Panicula* contracta, flexuosa, pauciflora, apice plerumque nutans. *Rami* angulati, cum *Rhachi* graciles et flexuosi, glabri vel scabriusculi. *Spiculae* oblongo-ovatae, compressae, tri-, rarius quadriflorae, versicolores. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, trinerves, carina versus apicem scabrae, inaequales. *Flosculi* basi villis invicem connexi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-lanceolata, acutiuscula compressa, uninervis, apice glabra, caeterum villis tenuissimis complicatis tecta; *interior* angustior, parum minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Schlaffes Rispengras.

Variat subinde *Spiculis* quinque-ad sexfloris.

In alpibus Styriae (*Host*, *Sartori*), Carinthiae, Tyrolis (*Hoppe*), Principatus Salisburgensis et Berchtesgadensis (*Melichhofer*), in Sudetis (*Hänke*), in Bohemia (*Schmidt*) in pratis montis *Belchen* Marggrav. Badens. (*Gmelin*). 24. Fl. Jun., Jul., Aug.

12. Poa *cenisia.*

P. panicula diffusa, nutante, spiculis oblongis quinque-ad septemfloris, flosculis acutiusculis, liberis, basi villo connexis, culmo superne tereti, foliis planis vaginisque subcompressis glabris, radice fasciculata.

Poa cenisia. *Host* Gram. Austr. 3. pag. 11. Tab. 16. *Schrader* Germ. 1. pag. 422. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 539. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 491.

Media dicitur inter antecedentem et sequentem. A *Poa laxa*, cui proxima est, distinguitur: 1. *Culmis* duplo altioribus, superne teretibus. 2. *Ligula* brevi. 3. *Panicula* bi-sed triunciali, multiflora, diffusa, ante et post anthesin tantum contracta. 4. *Spiculis* majoribus, oblongis, quinque-ad septemfloris. A sequente, praeter alias notas, inprimis: 1. *Panicula* nutante. 2. *Spiculis* oblongis. 3. *Flosculis* magis liberis.

Cenisisches Rispengras.

Observ. Species adhuc dubia secundum *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora p. 604. Anmerk. 1.

In alpibus Carinthiae *auf dem Tauern zu Heiligenblut (Host)*. 4. Fl. Jul. Aug.

13. Poa *alpina.*

P. panicula aequali, plus minus diffusa, spiculis ovatis, quadri-ad undecimfloris, flosculis acutis, basi plus minus villo cohaerentibus, foliis planis, apice conniventi-mucronatis, supra vaginisque subcompressis, glabris, radice fasciculata.

Poa alpina. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 298. *Schrader* Germ. 1. p. 293.

α. Panicula diffusa.

Poa alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 386. *Braune* Salisb. n. 71. *Gmelin* Badens. n. 122. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 49. Tab. 67. Fig. *sinistra. Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 540. *Schrank* Bavar. n. 206. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 493. *Vest* Manuale p. 315.

Gramen alpinum, paniculatum, majus, panicula speciosa, variegata. *Scheuchz.* Agrost. pag. 186. Append. Tab. 3.

β. Panicula subcontracta.

Poa alpina. Köler Gram. p. 176. *Sprengel* Halens. n. 109. *Wallroth* Annus bot. p. 19. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 29. (Icon sub nomine *Poae badensis.*)

Poa brevifolia. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 29.

Poa brizoides. Wohlleben Suppl. Florae Halensis p. 5.

Poa badensis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 392. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 493. *Vest* Manuale p. 315.

Poa collina. Host Gram. Austr. 2. p. 48. Tab. 66. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 542.

γ. vivipara.

Poa alpina. Host Gram. Austr. l. c. Tab. 67. Fig. *dextra. Gmelin* Badens. l. c. *β.* Flora Dan. Tab. 807.

Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, foliolis in panicula pauciōribus et magis crispis. *Scheuchz.* Agrost. p. 212. Tab. 4. Fig. 14.

E *Radice* fibrosa, crassa *Culmi* plures caespitosi, erecti, digitales, dodrontales, raro longiores, vaginis foliorum duabus vel tribus vestiti, maxima ex parte nudi, striati, glabri, inferne subcompressi, superne teretes. *Folia* linearia, latiuscula, firma, subcarinata, margine cartilaginea, scabra, apice mucrone carinato terminata; *radicalia* caespitosa, innovationum juniorum

culmorum adhuc sterilium angustiora; *culmea* abbreviata, acutiora, nitida, plerumque latiora. *Vaginae* subcompressae, striatae; *culmeae* longissimae; *foliorum radicalium* brevissimae. *Ligula* foliorum culmeorum oblonga, acuta; radicalium brevis obtusa. *Panicula* aequalis, erectiuscula, nunc laxior, nunc densior, ante et post anthesin contracta: *fructifera* plus minus apice nutans. *Rami* ramulosi, breviusculi, flexuosi, angulati, scabri. *Spiculae* latiusculae, compressae, (sed non cordatae ut in Briza,) pallide virides, seu e viridi purpurascentes, quinque- ad septemflorae, rarius ad decemflorae. *Glumae* ovato-lanceolatae, compressae, quandoque lato-ovatae et ob apicem inflexum quasi subfalcatae, acutae, superne ad carinam scabrae, inaequales, vel utraque trinervis vel altera major quinquenervis. *Flosculi* basi villis longis, raris, flexilibus omnino connexi. *Corollae Valvula exterior* oblongo-ovata, acuta, carinata, uninervis, dorso plus minus villosa; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Alpen-Rispengras.

Observ. I. Limites inter *Poam alpinam* et *collinam* Clariss. *Host* sane invenire nequeo. *Poa collina* culmo humiliore et panicula pauciflora, magis erecta, recedere dicitur, caeterum utraque partium structura omnimode inter se convenit. Neque *Poa brizoides Wohlleben* ullo modo recedit a speciminibus *Poae alpinae* austriacis et Tyrolensibus. Specimen *Poae alpinae* circa *Lausanne* Helvetiae lectum, a b. *Schrebero* communicatum, *Poae badensi Willdenow* propius accedit magnitudine culmi et Paniculae teneritate. Caeterum *Willdenowii* P. *badensis* hortensem plantam potius indigitat.

Observ. II. Pro specie distincta nuperrime Celeberr. *Wallroth* in Scholis crit. l. c. *Poam brizoidem Wohlleben* agnovit et sub nomine *Poae brevifoliae De Candolle* distinxit. *Poam brevifoliam* differre dicit a *P. alpina* 1. *Culmis* humilioribus, dodrantalibus, qui in *P. alpina* ut plurimum pedales sunt. 2. *Foliis* omnibus rigidioribus, multo brevioribus, ut *Caricis firmae*, culmeis brevissimis, quae in *P. alpina* latiora, ut *P. annuae*. 3. *Ligula* exserta, lacera; in *P. alpina* satis brevis. 4. *Panicula* erecta, subcontracta; in *P. alpina* laxa et patentissima. 5. *Valvulis corollinis* margine latioribus carinaque villosis; in *P. alpina* minus dense pubescentibus. 6. Se

minibus obovatis, basi attenuatis; in *P. alpina* oblongis. At hae adductae differentiae laevidenses mihi videntur et a soli locique natalis diversitate potius dependere.

γ *vivipara* est mera morbosa proles et neutiquam propria species, ut voluit b. *Willdenow* in Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 103.

In alpinis et subalpinis circuli Austriaci *(Host)*, Tyrolis *(Frölich)*, Bohemiae *(Pohl)*, Principatus Salisburgensis *(Braune)*, Berchtesgadensis *(Melichhofer)*, Bavariae *(Schrank)*, in Marchionatus superioris monte *Belchen (Gmelin)*, et in locis depressis Mansfeldiae *(Wohlleben, Kohl)*. 2|. Fl. Jun. ad Aug.

14. Poa *bulbosa.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis ovatis, subquinquefloris, flosculis liberis, basi villo connexis, culmo tereti fasciculisque foliorum bulbosis, foliis planis, supra vaginisque superioribus teretibus, glabris, radice fasciculata.

Poa bulbosa. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 399. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 122. *Gmelin* Badens. n. 133. *Host* Gram. Austr. 2. p. 47. Tab. 65. figura *sinistra. Köler* Gram. p. 187. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 299. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 536. *Schrader* Germ. 1. p. 294. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 493. *Schultz* Suppl. Stargard. p. 7. *Scop.* Carn. 2. n. 103.

Gramen Xerampelinum, miliacea, pertenui, ramosaque sparsa panicula. *Scheuchz.* Agrost. p. 185.

β *Floribus viviparis.*

Poa bulbosa. Roth Flora Germ. l. c. β. *Gmelin* Badens. l. c. β. *Host* Gram. Austr. l. c. Tab. 65. figura *dextra. Krocker* Siles. n. 139. Tab. 25. *Pollich* palat. n. 95. *Sprengel* Halens. n. 110.

Gramen arvense angustifolium, panicula densa foliacea, foliolis in panicula angustissimis. *Scheuchz.* Agrost. pag. 211. Tab. 4. Fig. 13. A. B. C.

Radix fibrosa, culmos plures et foliorum fasciculos in denum caespitem confertos producens. *Culmi* cum foliorum fasciculis basi bulbosi, palmares, pedales, teretes, basi saepe declinati, recti, striati, glabri. *Folia* linearia, acuta, carinata, brevia, margine scabra, fasciculorum longiora et angustiora. *Vaginae* glabrae: *foliorum radicalium* membranaceae, basi dilatatae, arcte sibi incumbentes, et sic bulbum constituentes; *culmeae superiores*

folio longiores, teretes. *Ligula* brevis, in culmeis foliis acutiuscula; in radicalibus obtusior. *Panicula* aequalis, erecta, pauciflora, sub anthesi patens, ante et post anthesin contracta. *Rami* cum *Ramulis* flexuosi, angulati, scabri. *Spiculae* ovatae, acutae, compressae, quadri-seu quinqueflorae, virides, seu purpurascentes. *Glumae* ovato-acuminatae, acutae, compressae, carinatae, superne ad carinam scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* angustior, uninervis. *Flosculi* basi villis tenuissimis, complicatis cohaerentes. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, acutiuscula, compressa, carinata, uninervis, infra medium villosa; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

β *Vivipara* differt Flosculis inferioribus paniculae sterilibus; superioribus bulbiferis et in folia excrescentibus.

Zwiebeltragendes Rispengras.

In arenosis, apricis, pascuis, ad vias passim. 24. Fl. Majo et Junio.

15. Poa *sudetica.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis ovato-lanceolatis, subtrifloris, flosculis acutiusculis, liberis, basi villo destitutis, foliis planis, apice conniventi-cuspidatis, supra glabris, culmo subcompresso, vaginis ancipitibus, scabriusculis, radice repente.

Poa sudetica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 389. *Besser* Galic. n. 110. *Hänke* sudet. p. 120. *Host* Gram. Austr. 3. p. 9. Tab. 13. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 300. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 555. *Schrader* Germ. 1. p. 295. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 496.

Poa rubens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 389. *Köler* Gram. p. 160. *Mönch* Method. p. 187.

Poa latifolia. Pohl Bohem. n. 151.

Radix longe lateque repens, geniculata, squamosa. *Culmi* plures, erecti, subcompressi, firmi, bi-, tripedales et altiores, glabri, sub panicula scabriusculi. *Folia* lanceolata, latiuscula, apice conniventi-cuspidata, margine scabra: *radicalia* longiora, acutiora; *culmea* sensim breviora et obtusiora. *Vaginae* laxae, ancipites, striatae, plus minus scabrae. *Ligula* brevis truncata, vel ut in foliis culmeis acutiuscula. *Panicula* aequalis, erecta, ramosissima, diffusa, post anthesin contracta et cernua. *Rami*

saepius quaterni, ramosi, laxi, flexuosi, subangulati, capillares, scabri. *Spiculae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, tri-, rarius quadriflorae, virides, seu e viridi purpurascentes. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, carinatae, ad carinam scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* basi nudi et liberi. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acutiuscula, carinata, ad carinam scabra, argute quinquenervis, apice membranacea; *interior* vix minor, angustior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Schlesisches Rispengras.

Observ. Quoad habitum similis est *Poae sylvaticae*, floribus vero *Poae* sequentis *trivialis*.

In pratis paludosis, sylvaticis humidis et in rupestribus Moraviae et Styriae (*Host*, *Sartori*), Comitatus Werthemensis (*Wibel*), Franconiae (*Wolf*), Hassiae inferioris (*Mönch*), Hercyniae (*Schrader*), prope Goettingam (*Persoon*), Hannoveram (*Ehrhardt*), Halam Saxonum (*Sprengel*), Ducatus Megapolitani (*Timm*), in Sudetis (*Hänke*), Bohemia (*Pohl*), Galicia (*Besser*). ♃. Fl. Jun. Jul.

16. Poa *trivialis.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis oblongo-ovatis, subtrifloris, flosculis obtusiusculis, basi villo connexis, foliis planis supra glabris, culmo superne teretiusculo vaginisque subcompressis, scabris, radice fasciculata.

Poa trivialis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 387. *Besser* Galic. n. 111. *Gmelin* Badens. n. 124. *Host* Gram. Austr. 2. p. 45. Tab. 62. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 1. 301. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 534. *Schrader* Germ. 1. p. 296. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 497. Flora Dan. Tab. 1685.

Poa pratensis. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 113. *Polich* palat. n. 90.

Poa dubia. *Leers* Herborn. n. 69. Tab. 6. Fig. 5.

Poa scabra. *Köler* Gram. p. 161.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, basi depressi, radicantes, adscendentes, erecti, bi- seu tripedales, inferne subcompressi, superne teretiusculi, scabriusculi, saepe purpurascentes. *Folia* linearia, acuta, carinata, flaccida, margine scabra; *radicalia* dense caespitosa. *Vaginae* subcompressae, striatae, scabrae. *Ligula* oblonga, acutiuscula. *Panicula* aequalis, erecta, diffusa, ra-

mosissima digitalis et major. *Rami* ramosi, laxi, quinque ad novem, semiverticillato-fasciculati, capillacei, flexuosi, angulati, scabri: *florentes* horizontales; *fructiferi* magis erecti, vix vero toti contracti. *Spiculae* parvae, oblongo-ovatae, acutae, compressae, tri-, rarius quadriflorae, virides, vel e viridi purpurascentes. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, carinatae, ad nervos scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* basi villo connexi. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, obtusiuscula, quinquenervis, apice membranacea, infra medium villosa; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos vix ciliata.

Gemeines Rispengras.

In pratis, pascuis, palustribus ubique, ♃. Fl. per totam Aestatem.

17. Poa *pratensis.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis oblongo-ovatis, subquinquefloris, flosculis obtusiusculis, basi villo connexis, culmo superne teretiusculo, foliis supra vaginisque compressis, glabris, radice repente.

Poa pratensis. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 127. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 302. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 532. *Schrader* Germ. 1. p. 298.

α major.

Poa pratensis. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 388. (excluso synon. *Leersii*). *Besser* Galic. n. 112. *Host* Gram. Austr. 2. p. 44. Tab. 61. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 492.

Poa angustifolia. *Willd.* Spec. Plant. Lin. l. c. p. 387. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 112. *Gmelin* Badens. n. 125. *Leers* Herborn. n. 67. Tab. 6. Fig. 3. *Pollich* palat. n. 89.

β minor.

Poa trivialis. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 112. *Leers* Herborn. n. 66. Tab. 6. Fig. 2. *Pollich* palat. n. 88. Flora Dan. Tab. 1444.

Poa angustifolia β minor. *Gmelin* Badens. l. c.

Poa humilis. *Köler* Gram. pag. 171.

α major.

Radix inprimis in solo fertiliore et humido, repens. *Culmi* cum foliis radicalibus, plures, in densum caespitem dispositi, erec-

ti, glaberrimi, sesqui-, bi-ad quadripedales, inferne subcompressi, superne teretiusculi et evidentius striati. *Folia* linearia, erectiuscula, carinata, margine et superne ad carinam scabra, quandoque glaucescentia; *culmea* erecta, brevia; *radicalia* longiora, angustiora, patentia, plerumque complicata. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula*, ut in *Poa triviali*, at minus scabra et post anthesin contracta ac apice cernua. *Spiculae* oblongo-ovatae, compressae, quadri- seu quinqueflorae, virides aut e viridi purpurascentes. *Glumae* ovato-lanceolatae, compressae, acutae, ad carinam scabrae; *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* fere ut in *Poa triviali*.

β minor.

Differt: 1. *Culmis* humilioribus, semipedalibus et pedalibus, basi parum incurvis. 2. *Panicula* minore, sesqui- aut biunciali, minus diffusa minusque ramosa. 3. *Ramis* geminis vel ternis tantum e Rhachi prodeuntibus. 4. *Spiculis* magis ovatis, e viridi, albo et purpureo variegatis.

Wiesen-Rispengras.

α in pascuis depressis et pratis, montanis, alpinis et subalpinis. *β* in pascuis montosis, collibus aridis arenosis, tenui gramine vestitis. 2|. Fl. Maj., Jun., Jul.

18. Poa *serotina.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis ovato-lanceolatis, subquinquefloris, flosculis obtusis, basi villo connexis, foliis planis, supra cum culmo vaginisque subcompressis, scabriusculis, radice subrepente.

Poa serotina. Köler Gram. p. 173. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 553. *Schrader* Germ. 1. p. 299. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 500.

Poa palustris. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 117. et fere omnium Floristarum germanicorum. *Köler* Gram. p. 155.

Poa pratensis. Leers Herborn. n. 68. Tab. 6. Fig. 4. *Gmelin* Badens. n. 126.

Poa fertilis. Host Gram. Austr. 3. pag. 10. Tab. 14. *Besser* Galic. n. 113. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 303.

Poa polymorpha. Wibel Werthemens. p. 113.

Gramen paniculatum, aquaticum, angustifolium, panicula speciosa. *Scheuchz.* Agrost. p. 184. quoad descriptionem.

Radix subrepens. *Culmi* plures, basi declinati, tunc erecti, subcompressi, striati, scabriusculi, sesqui-ad bipedales, nonnunquam altiores, e geniculis inferioribus, praesertim in solo humido continuo ramos florentes emittentes. *Folia* linearia, acuta, plana, apicem versus carinata, plerumque scabra. *Vaginae* subcompressae, scabriusculae, rarius glabrae. *Ligula* oblonga, truncata, demum fissa. *Panicula* aequalis, erecta, ramosissima, diffusa; *fructifera* contracta et cernua. *Rami* graciles, laxi, angulati, subflexuosi, scabri. *Spiculae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, plerumque quinqueflorae, in ramis serius florentibus plerumque tantum triflorae, nitidae, e viridi luteo et purpurascente variae; *fructiferae* fuscescentes. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, compressae, ad carinam scabrae, plerumque trinerves, inaequales. *Flosculi* imbricati, basi villo conjuncti. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, obtusa, obsolete quinquenervis, apice membranacea, superne ad carinam scabra, inferne villosa: *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos obsolete ciliata.

Spätes Rispengras.

Variat: 1. *Colore* totius plantae, exceptis spiculis, caesio.
2. *Culmis* tenuioribus, panicula laxiore, minus ramosa et spiculis bi-seu trifloris.
3. *Culmis* altioribus, crassioribus, panicula ramosiore, densiore, spiculis septem-ad novemfloris.
4. *Ligula* brevi, vix exserta.

Observ. A *Poa triviali* et *pratensi*, quibus proxime accedit, inprimis differt: 1. *Spiculis* ovato-lanceolatis argute marginatis. 2. *Gluma utraque* plerumque trinervi. 3. *Flosculis* apice luteis. 4. *Corollae Valvula exteriore* subquinquenervi.

In fossis exsiccatis, paludibus, pratis alibique. ♃. Fl. per totam Aestatem.

19. Poa *nemoralis.*

P. panicula subsecunda, diffusa, attenuata, spiculis lanceolatis subtrifloris, flosculis liberis, obtusiusculis, basi villo destitutis, foliis planis, vix scabriusculis, culmo vaginisque subcompressis, glabris, radice subrepente.

Poa nemoralis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 39. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 115. *Besser* Galic. n. 11.

Bönninghausen Flora Monast. n. 129. *Gmelin* Badens. n. 132. *Host* Gram. Austr. 2. p. 51. Tab. 71. *Köler* Gram. p. 191. *Leers* Herborn. n. 72. Tab. 5. Fig. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 304. *Pollich* palat. n. 91. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 545. *Schrader* Germ. 1. p. 301. *Schultes* Oestr. Fl. n. 501. Flora Dan. Tab. 749.

Gramen paniculatum, angustifolium, alpinum, locustis rarioribus et angustioribus, non aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 164. Append. Tab. 2. Fig. *dextra.*

Gramen loliaceum, alpinum, paniculis ex rarioribus et exiguis locustis compositis. *Monti* Prodr. p. 39. Fig. 12.

β Culmis ex inferioribus geniculis fibras numerosas, glomeratim arcte implexas producentibus.

Poa nemoralis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *β.* *Gmelin* Badens. l. c. *β.* *Leers* Herborn. l. c. *β.* *Pollich* palat. l. c. *β.*

Poa nemoralis α minor. *Roth* Flora Germ. l. c.

Gramen cirrhosa et villosa spongia ex singulis geniculis donatum, paniculatum, alpinum. *Scheuchz.* Agrost. p. 165.

Differt a praecedente *P. serotina*, cui proxime accedit: 1. *Culmis* debilioribus cum *Vaginis* constanter glabris. 2. *Foliis* angustioribus, magis glabris. 3. *Panicula* subsecunda, graciliore, pauciflora. 4. *Spiculis* bi-, rarius trifloris. 5. *Flosculis* basi liberis, plerumque nudis.

Hain-Rispengras.

In nemorosis, dumetis. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

20. Poa *compressa.*

P. panicula subsecunda, diffusa, spiculis oblongo-ovatis, quinque-ad septemfloris, flosculis obtusiusculis, imbricatis, basi villo connexis, foliis planis, supra scabriusculis, culmo vaginisque compressis, glabris, radice repente.

Poa compressa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 397. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 122. *Besser* Galic. n. 115. *Gmelin* Badens. n. 130. *Host* Gram. Austr. 2. p. 51. Tab. 70. *Köler* Gram. p. 185. *Leers* Herborn. n. 71. Tab. 5. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 305. *Pollich* palat. n. 93. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 558. *Schrader* Germ. 1. p. 303. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 505. Flora Dan. Tab. 742.

Poa muralis. *Wibel* Wertheim p. 114.

Gramen paniculatum, radice repente, culmo compresso, locustis distichis, pulchellis. *Scheuchz.* Agrost. p. 198.

Culmi plures e *Radice* repente, basi decumbentes, saepius ramosi et radicantes, tunc adscendentes, erecti, obliqui, compressi, striati, glabri, pedales et sesquipedales. *Folia* linearia, acuta, plana, brevia, subinde glaucescentia, vel tota, vel margine tantum scabra. *Vaginae* compressae, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* recta, subsecunda, patula, ante et post anthesin contracta, sesqui-ad biuncialis. *Rami* flexuosi, angulati, scabri, plus minus divisi, breves, plerumque gemini e Rhachi prodeuntes. *Spiculae* oblongo-ovatae, compressae, quinque-ad septemflorae, virides, vel e viridi purpurascentes. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, trinerves, ad carinam scabrae, inaequales. *Flosculi* imbricati, basi villo connexi. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, obtusa, subcompressa, superne ad carinam scabra, inferne villosa, obsolete quinquenervis; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Zusammengedrücktes Rispengras.

Variat Flosculis basi liberis, nudis.

Poa compressa. *Wibel* Werthemensis p. 114.

In ruderatis, muris, ad vias et in pratis. 2|. Fl. Jun., Jul. Aug.

* * *

Observ. *Poa disticha* ad *Sesleriam* relata est et *Poa decumbens* proprium genus constituit, *Friodiam* dictum.

72. BRIZA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 115. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 37. Gaertner de Fruct. 1. p. 4. Tab. 1.

Calyx bivalvis, multiflorus. *Corolla* bivalvis, ventricosa: *Valvulis* cordatis, obtusis, muticis. *Semen* corollae adnatum.

1. Briza *minor.*

B. panicula erecta, spiculis triangularibus, quinque-ad septemfloris, calyce flosculis majore. *Schrader* Germ. 1. p. 308 (exclusis synonymis *Bauhini* et *Scheuchz.*)

Briza minor. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 403

Host Gram. Austr. 2. p. 22. Tab. 28. *Besser* Galic. 2. p. 333. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 306. *Römer et Schultes* Syst. Veg. 2. p. 519. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 514.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus, digitalis, palmaris, teres, erectus, glaberrimus, usque ad paniculam foliorum vaginis tectus, basi plerumque ramosus. *Folia* lanceolata, acuta, inferne carinata, caeterum plana, vel utrinque, vel margine tantum scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* elongata, acutiuscula, demum laciniata. *Panicula* erecta, patens, aequalis, diffusa, multiflora. *Rami* subcompressi, scabri, dichotomi, ramulosi: *Ramulis* capillaribus, subflexuosis. *Spiculae* triangulares, parvae, ex albido virides, nitidae, pendulae et tremulae, quinque-ad septemflorae. *Glumae* flosculis majores, subaequales, ventricosae, subcompressae, obtusissimae, glabrae, quadri-seu quinquenerves, margine membranaceae. *Flosculi* imbricati, distichi. *Corollae Valvula exterior* calyci conformis, pilis sparsis adpressis obsolete pubescens; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Kleines Zittergras.

Observ. Gramen tremulum, minus, panicula parva, *C. Bauh.* prodr. p. 4. *Ejusd.* Theatr. p. 24. *Scheuchz.* Agrost. p. 205. quod Celeberr. *Schrader* l. c. ad *Brizam minorem Linn.* refert, ob radicem repentem, quam hi auctores expressis verbis huic attribuunt, huc nullo modo pertinere potest, sed potius ad varietatem sequentis speciei referendum est.

In arvis Istriae *(Host)*, Galiciae *(Kluk* apud *Besser)*, in pratis circa *Fünfkirchen* Hungariae *(Schultes)*. ⊙. Fl. Majo, Junio.

2. Briza *media.*

B. panicula erecta, spiculis demum cordatis, subseptemfloris, calyce flosculis minore. *Schrader* Germ. 1. p. 309.

Briza media. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 404. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 110. *Besser* Galic. n. 118. *Gmelin* Badens. n. 136. *Host* Gram. Austr. 2. p. 22. Tab. 29. *Leers* Herborn. n. 64. Tab. 7. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 307. *Pollich* palat. n. 97. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 520. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 43. Tab. 14. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 515. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 2. Flora Dan. Tab. 258.

Briza tremula. *Köler* Gram. p. 149.

Gramen tremulum seu phalarioides minus, lat
nicula. *Monti* Prodrom. p. 45. Fig. 39.

Gramen tremulum majus. *C. Bauh.* Th
Scheuchz. Agrost. p. 204. Tab. 4. Fig. 8.

Amourettes tremulantes. *Clus.* Hist. 2. p. C

β repens.

Briza minor. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p
lin Badens. n. 137.

Gramen tremulum minus, panicula parva. *C. B*
p. 24. *Scheuchz.* Agrost. p. 205. Tab. 4. Fig. 9.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, pedales et sesqui
ti, teretes, glaberrimi, superne nudi. *Folia* lanc
erecta, basi et apice plerumque carinata, caeterum
gine et superne ad carinam scabra, caeterum glab
teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtus
erecta, multiflora, bi-, triuncialis, sub anthesi maxi
post anthesin contracta. *Rami* plerumque gemini,
purpurascentes, compresso-angulosi, scabriusculi
mosi. *Ramuli* capillares, flexuosi, diffusi. *Spic*
nitidae, plerumque septemflorae, versicolores, prim
mum ob expansas et versus inferiora depressas gl
tae. *Glumae* flosculis semper minores, plerumque
quales, obtusae. *Flosculi* imbricati, distichi. *Cor*
exterior calyci conformis, at major; *interior*
retusa.

β repens.

Differt: 1. *Radice* repente, geniculata, squamis
2. *Culmis* digitalibus et palmaribus, vix alti
nicula vix plane e summa folii vagina egre
divaricata, unciali vel sesquiunciali. 4.
minoribus, quinque-ad sexfloris tantum, su
albo et viridi variis.

Observ. Habitus hujus notabilis varietatis o
minoris, at excepta radicis conditione alie
parvitate, structura partium omnimode conve
media, ut specie distincta ab ea separare vi

Gemeines Zittergras.

In pratis et pascuis non infrequens. ⊙. *β* in c
prope *Neustadt* Holsatiae *(Roth)*, et alibi forsan
24? Fl. Majo et Junio; *β* Jul. et Aug.

3. Briza *maxima.*

B. panicula apice nutante, spiculis oblongo-cordatis, tredecim-ad septemdecimfloris. *Schrader* Germ. 1. p. 310.

Briza maxima. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 405. *Jacq.* Observ. 3. p. 10. Tab. 60. *Host* Gram. Austr. 2. p. 23. Tab. 30. *Köler* Gram. pag. 153. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 308. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 521.

Gramen tremulum maximum. *C. Bauh.* prodr. p. 5. *Ejusd.* Theatr. p. 24. *Scheuchz.* Agrost. p. 202. Tab. 4. Fig. 7.

Radix fibrosa. *Culmi* pedales et altiores, erecti, teretes, striati, glabri, superne plerumque nudi. *Folia* lanceolata, acuminata, plana, flaccida, utrinque et margine scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* oblonga, acutiuscula. *Panicula* pauciflora, apice nutans, sub anthesi horizontaliter patens. *Rami* filiformes, subcompressi, scabri; *inferiores* gemini, subdivisi: *superiores* solitarii, simplices. *Spiculae* maximae, oblongo-subcordatae, latiusculae, erassae, pendulae, quindecim-ad septemdecimflorae, versicolores, demum fuscescentes, *Glumae* flosculis magnitudine subaequales, dorso convexae, glabrae, margine membranaceae, inaequales: *major* octo-ad novemnervis; *minor* quinquenervis. *Flosculi* imbricati, distichi. *Corollae Valvula exterior* calyci conformis, at paullo latior, dorso convexa, pubescens; *interior* obovata, parva, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Grosses Zittergras.

Variat Ramis paniculae omnibus solitariis et simplicibus.

In vineis Istriae et in asperis Litoralis *(Host).* ☉. Fl. Majo et Junio.

73. DACTYLIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 117. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 36.

Calyx bivalvis, multiflorus: *Gluma majore* altero latere convexa, latiore, altero depressa, angustiore. *Corolla* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, muticis. *Semen* corollae adnatum.

Observ. Hujus generis character consistit in Glumae majoris structura, cujus altera pars ad latus carinae convexior et latior est altera opposita.

1. Dactylis *glomerata.*

D. panicula secunda, glomerata, spiculis subquadrifloris, foliis carinatis, glumis inaequalibus.

Dactylis glomerata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 408. (excluso synon. *Morison.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 109. *Besser* Galic. n. 119. *Gmelin* Badens. n. 138. *Host* Gram. Austr. 2. p. 67. Tab. 94. *Leers* Herborn. n. 57. Tab. 3. Fig. 3. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 319. *Pollich* palat. n. 98. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 48. Tab. 14. *Schrader* Germ. 1. p. 311. *Schreber* Gram. 1. pag. 72. Tab. 8. Fig. 2. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 516. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 6. Flora Dan. Tab. 743.

Bromus glomeratus. Köler Gram. p. 244. *Scop.* Carn. 2. n. 111.

Gramen spicatum, folio aspero. *C. Bauh.* prodr. pag. 9. *Ejusd.* Theatr. p. 45. *Scheuchz.* Agrost. pag. 299. Tab. 6. Fig. 15.

Radix fibrosa, densissime caespitosa. *Culmi* erecti, basi geniculis infracti, sesqui-ad bipedales. *Folia* linearia, acuminata, carinata, scaberrima. *Vaginae* compressae, carinatae, scabrae. *Ligula* oblonga, demum laciniata. *Panicula* erecta, secunda sub anthesi horizontaliter patens, ante et post anthesin contracta. *Rami* scaberrimi, solitarii, flexuosi, subcompressi, ad angulos ciliati: *infimo* a reliquis remoto, longiore, post anthesin demum retrofracto; *superiores* sensim breviores, approximati. *Spiculae* conglomeratae, secundae, carinatae, scabrae, tri-, quadriflorae. *Glumae* oblique lanceolatae, acuminatae, carinatae, compressae, flosculis minores, inaequales; *major* quadri-seu quinquenervis, ad carinam ciliata, *altero latere* convexa, latior; *altero* plana, angustior; *minor* uninervis, majori similis, at subaequalis. *Flosculi* dense imbricati, breviter mucronati. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, compressa, carinata, ad carinam ciliata, quinquenervis; *interior* minor, apice bifida, aut emarginata, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Gemeines Knaulgras.

Variat: 1. Colore paniculae viridi et purpurascente.
2. *Spiculis* viviparis.

In pratis, pomariis, nemorosis, sylvis, ad sepes, vias. 2. Fl. Aestate.

2. Dactylis *hispanica.*

D. panicula secunda, glomerata, spicata, spiculis subtrifloris, foliis carinatis, glumis aequilongis.

Dactylis hispanica. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 626. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 320. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 1. p. 8. *Willd.* Enum. Horti bot. Berol. p. 111.

Differt ab antecedente, cui proxima: 1. Toto habitu minore. 2. *Foliis* angustioribus, glaucescentibus, margine laevibus. 3. *Panicula* semper contracta, spicaeformi; *ramis* brevibus, Rhachi adpressis, a basi spiculis dense obsessis. 4. *Spiculis* tantum bi-seu trifloris. 5. *Glumis* longitudine aequalibus, cum *corollae Valvula exteriore* ad carinam pilis longioribus ciliatis.

Spanisches Knaulgras.

In siccis Litoralis (*Mertens*). 2|. Fl. Jun. et Jul.

3. Dactylis *maritima.*

D. spica interrupta, spiculis septem-ad undecimfloris, foliis rigidis involutis, glumis inaequalibus.

Dactylis maritima. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 628. *Schrader* Germ. 1. p. 313. Tab. 6. Fig. 1.

Dactylis litoralis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 408. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 28. *Brignoli* Fasc. Fotijul. p. 16.

Poa litoralis. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 289.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, lignescente, erectiusculi, vel adscendentes et e geniculis terrae vicinis radices emittentes, a radice ad medium usque plerumque ramosi, tunc simplices et maxima ex parte vaginis foliorum teeti, infra spicam tantum nudi, sub spica scabri, caeterum glabri, tenues, teretes, striati. *Folia* linearia, valde attenuata, acuta, subdisticha, rigida, erecto-patula, glabra, primum glabra, demum involuta, glaucescentia, margine et in superiore costae parte scabra, versus basin plerumque externe pilis brevibus adspersa, sesquiunciam plus minus longa: *inferiora* angustiora; *superiora* latiora. *Vaginae* teretes, glabrae, superne plerumque ad fissuram ciliatae. *Ligulae* loco pilorum barba. *Spica* erecta, subsecunda, interrupta, uncialis et major. *Spiculae* densae, alternae, sessiles, ovatae, obtusae, compressae, glabrae, septem-ad undecimflorae, virides, vel caeru-

lescentes, ante et post anthesin Rhachi adpressae. *Glumae* ex ovato lanceolatae, acutae, compressae, carinatae, altero latere latiore, altero angustiore: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* imbricati, glumis majores. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, breviter mucronata, compressa, ad carinam vix scabra, margine membranacea, septem-ad novemnervis; *interior* vix minor, sed angustior, apice integra et margine utrinque inflexa, ad flexurae angulos glabra.

Meer-Knaulgras.

In maritimis Insulae *Carvolae (Wulfen)*, in pratis Forijulii, aqua marina imbutis *(Brignoli)*. 2l. Floret Aestate.

74. a. LIBERTIA.

Lejeune in Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Tom. II. Pars II cum Icone.

Calyx bivalvis, sex-ad decemflorus. *Corolla* bivalvis *Valvula exteriore* infra medium margine biaurita; *Auriculis* lanceolatis, membranaceis: apice triaristata: *Aristis* scabris; intermedia dimidio longiore lateralibus, subflexuosa. *Semen* corticatum?

1. Libertia *arundinacea.*

L. panicula laxa, apice nutante, spiculis oblongo-ovatis compressis, foliis supra margineque scabris.

Libertia arundinacea. Lejeune l. c.

Calotheca bromoidea. Lejeune Messag. des Sciences et 1823.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus, teres, glaber, nitidus, striatus, crassitie culmi Triticei, bi-seu tripedalis, *geniculis* angusti glabris. *Folia* linearia, longe acuminata, plana, striata, supra et margine scabra, subtus glabra. *Vaginae* glabrae, teretes striatae, folio dimidio breviores. *Ligula* brevis, truncata, lacera. *Panicula* palmaris et major, laxa, patens, demum et exsiccata contracta, apice nutans. *Rhachis* subflexuosa, scabra. *Rami* tenues, setacei, scabri, sub spicula dilatati et carinati: *inferiores* semiverticillati, supra medium bifidi, spiculis triplo v quadruplo longiores; *superiores* simplices, bini vel solitarii, longitudine spicularum. *Spiculae* magnae, cum aristis ultra uncias longae, oblongo-ovatae, compressae, virides, sex-ad decemfl

rae. *Glumae* inaequales, margine carinaque scabrae: *exterior* ovato-lanceolata, novemnervis; *interior* dimidio minor, lineari-lanceolata, trinervis, acutior. *Corolla* bivalvis: *Valvula exterior* ovato-lanceolata, carinata, dorso glabra, margine scariosa et ciliata, infra medium margine utrinque *Auricula* lanceolata, membranacea erecto-patula, semilineam longa, margine serrulato-ciliata, aucta, apice attenuata in *Aristas* tres, rectas, scabras, *lateralibus* longitudine aequalibus; Valvula dimidio brevioribus, *intermedia* dimidio longiore, Valvulam longitudine aequante, demum subflexuosa: *Valvula interior* minor, oblonga, obtusa, apice integra, bicarinata, margine carinisque ciliatis.

Reithgrasartige Libertie.

Observ. Primo intuitu omnino refert *Bromum secalinum!* In specimine hujus rarioris graminis, ab ipso auctore misso et ab optimo *Mertens* mecum communicato, semina ad perfectionem nondum pervenerant.

Inter segetes circa *Acevaille* in Provincia Leodiensi (*Lejeune*). ♂. Fl. Aestate.

74. b. BROMUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 120. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 37.

Calyx bivalvis, multiflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* mox sub apice aristata. *Semen* corollae adnatum.

Observ. Ab *Avena* differt Bromus Valvula corollae exteriore semper sub apice Aristam producente, plerumque rectam, rarius flexuosam; nec geniculatam, nec tortilem. A *Festucis aristatis* recedit, situ Aristae sub apice, plerumque bifido; nec ex ipso apice in illam attenuato.

* *Flosculis evidentius aristatis.*

1. Bromus *secalinus.*

B. panicula fructifera, apice nutante, spiculis oblongo-ovatis, compressis, glabris, flosculis, demum distinctis, remotiusculis, corollae valvula exteriore bifida, aristis flexuosis, valvula brevioribus, foliis subpilosis.

Bromus secalinus. Willd. Spec. Pl. Lin. T. I. P. I. p. 428. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 133. (excluso syn. *Bauh.*)

Besser Galic. n. 129. *Gmelin* Badens. n. 152. *Host* Gram Austr. 1. p. 10. Tab. 12. *Köler* Gram. p. 223. (exclusis synon. pluribus.) *Leers* Herborn. n. 81. Tab. 11. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 355. *Mönch* Hass. n. 23 *Pollich* palat. n. 108. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2 p. 633. *Schrader* Germ. 1. p. 347. *Schultes* Oestr. Fl 2. n. 576. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 37. Flora Dan Tab. 1446.

Bromus vitiosus. *Weigel* Obs. p. 4. Tab. 1. Fig. 2.

Festuca graminea, glumis glabris. *Scheuchz*. Agrost. p 251. Tab. 5. Fig. 10.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, glabri, striati, simplices, geniculis plus minus pubescentibus, tripedales et longiores *Folia* linearia, acuminata, plana, striata, rigidiuscula, utrinque scabriuscula, margine versus basin pilis brevibus adspersa. *Vaginae* striatae, glabrae, teretes. *Ligula* obtusa, demum laciniata *Panicula* palmaris et longior, erecta, post anthesin semper apice nutans. *Rami* inferiores plures, ramosi, superiores sensim pauciores et minus ramosi, cum ramulis saepe basi squamula suffulti cum *Rhachi* angulati, flexuosi, scabri. *Spiculae* oblongo-ovatae, primo teretiusculae, imbricatae, dein compressae, laxiores septem-ad duodecimflorae, virescentes, vel ex glauco viridet *Glumae* oblongo-ovatae, acutae, compressae, ad superiorem carinae partem scabrae, margine membranaceae, obsolete ciliatae inaequales: *major* septemnervis; *minor* quinquenervis. *Flosculi* demum distincti et remotiusculi. *Corollae Valvula exterior* ellíptica, obtusa, apice bifida, dorso convexiuscula glabra, margine obsolete ciliata, septem-, rarius novemnervis, sub apice *Aristam* exserens flexuosam, valvula sua plerumque breviorem: *interior* cum exteriore aequilonga, at angustior, apice integra vel bifida ad flexurae angulos ciliata.

Roggen-Trespe.

Variat interdum *Spiculis* muticis. *Bromus arvensis*. *Weigel* Observ. p. 6. Tab. 1. Fig. 3.

Observ. Rarius Spiculae ovato-lanceolatae obveniunt, *Leersius* l. c. delineavit.

Inter segetes. ⊙. Fl. Junio et Julio.

2. Bromus *velutinus*.

B. panicula fructifera, apice nutante, spiculis oblongo-lanceolatis, tumidiusculis, compressis pubescentibus, flosculis subin

bricatis, corollae valvula exteriore bifida, aristis valvula longioribus, primo erectis, dein patentibus, foliis subpilosis.

Bromus velutinus. *Schrader* Germ. 1. p. 349. Tab. 6. Fig. 3. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 634.

Bromus grossus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 356.

Bromus multiflorus. *Gmelin* Badens. n. 153.

Aegilops major, caule et foliis arundinaceis, locustis hirsutis. *Dill* Giss. p. 111.

Festuca graminea, glumis hirsutis. *C. Bauh.* Theatr. pag. 143. *Scheuchz.* Agrost. p. 250. Tab. 5. Fig. 9.

Gramen Gros Montbelgardensium. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 438. mala!

Differt ab antecedente, cui quam proxime accedit: 1. *Culmis* humilioribus. 2. *Panicula* tota villo brevi molli obtecta, spiculis paucioribus composita. 3. *Spiculis* oblongo-lanceolatis, tumidiusculis, duplo triplove minoribus. 4. *Flosculis* plerumque pluribus, magis imbricatis. 5. *Arista* valvula sua semper longiore, patente; nec flexuosa.

Feinhaarige Trespe.

Variat in solo steriliori *Spiculis* minoribus, magis ovato-lanceolatis et paucioribus flosculis compositis.

Inter segetes Sueviae *(Petio)*, Palatinatus *(Koch)*, Ducatus Bremensis et Oldenburgensis. ☉. Fl. Junio et Julio.

3. Bromus *squarrosus.*

B. panicula apice nutante, spiculis lanceolatis, subcompressis, glabris vel pubescentibus, flosculis arcte imbricatis, corollae valvula exteriore bifida, aristis valvulam aequantibus, primo rectis, dein refracto-divaricatis, foliis pubescentibus.

Bromus squarrosus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 360. *Schrader* Germ. 1. p. 350.

α Spiculis glabris.

Bromus squarrosus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 430. *Gmelin* Badens. n. 155. *Köler* Gram. p. 222. *Krocker* Siles. n. 102. *Lumnitzer* Poson. n. 105. *Roth* Neue Beiträge zur Bot. 1. p. 108. *Schrank* Bavar. n. 230. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 577. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 640.

Festuca graminea, glumis vacuis. *Scheuchz.* Agrost. p. 251.

Gramen phalaroides, majus, acerosum, nutante spica. *Monti* Prodr. p. 44. Fig. 32.

β Spiculis pubescentibus.

Bromus squarrosus. Host Gram. Austr. 1. p. 11. Tab. 13

Bromus squarrosus β villosus. Roth Neue Beitr. l. c.

Bromus villosus. Gmelin Badens. n. 156.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, simplices, teretes, glabri pedales et sesquipedales. *Folia* linearia, plana, pubescentia mollia. *Vaginae* teretes, densius villosae. *Ligula* brevis, ob tusa, pubescens. *Panicula* laxa, pauciflora, apice nutans. *Ram* tenues, secundi, apice incrassati, plerumque simplices, rariu divisi. *Spiculae* lanceolatae, acutae, subcompressae, nitidae glabrae, in *β* pubescentes, seu villosae, unciam circiter longae arcte imbricatae, multiflorae. *Glumae* margine membranaceae inaequales: *major* ovato-lanceolata, acuta et nonnihil mucrona ta; *minor* lanceolata. *Corollae Valvula exterior* apice bifida sub incisura dorso *Aristam* producens primo rectam, dein refracte divaricatam, valvulam suam aequantem longitudine; *interior* mi nor, apice obtusa, integerrima.

Sparrige Trespe.

Variat Geniculis glabris et pubescentibus.

Observ. Ne confundatur Var. *β villosus* cum antecedente *Bro mo velutino*, cum quo villositate totius paniculae conveni sed facile distinguitur: 1. *Foliis Vaginis*que pubescent bus. 2. *Panicula* omni aetate nutante. 3. *Flosculis* arc sibi incumbentibus. 4. *Aristis* demum refracto-divarica tis; nec solum patentibus.

In arenosis, sterilibus, pratis siccis et inter segetes Istri (*Host*), Bavariae (*Schrank*), Marggrav. Badensis superior (*Gmelin*). ☉. Fl. Junio.

4. Bromus *mollis.*

B. panicula erecta, spiculis oblongo-ovatis, subcompress pubescentibus, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore api bifida, aristis rectis, valvulam aequantibus, foliis mollissime p bescentibus.

Bromus mollis. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 3

Schrader Germ. 1. p. 351. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 636.

α Vulgaris.

Bromus mollis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 429. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 135. *Besser* Galic. n. 130. *Gmelin* Badens. n. 154. *Host* Gram. Austr. 1. p. 16. Tab. 19. *Köler* Gram. p. 233. *Leers* Herborn. n. 82. Tab. 11. Fig. 1. *Pollich* palat. n. 110. *Schreber* Gram. 1. p. 60. Tab. 6. Fig. 1. *Schkuhr* Handb. 1. p. 47. Tab. 16. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 578. *Weigel* Observ. p. 7. Tab. 1. Fig. 7. Flora Dan. Tab. 1324.

Gramen avenaceum, locustis villosis, angustis, candicantibus et aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 254. Tab. 5. Fig. 12.

β Nanus.

Bromus mollis β nanus. Roth Flora Germ. l. c. *β. Schrader* Germ. l. c. *β.*

Bromus nonus. Weigel Observ. p. 8. Tab. 1. Fig. 9.

Radix fibrosa. *Culmi* bipedales et altiores, erecti, teretes, superne villosi, seu pubescentes. *Nodi* villosi. *Folia* linearia, cuminata, plana, utrinque villosa, mollissima, margine scabra. *Vaginae* striatae, teretes, villosae. *Ligula* brevis, obtusa, pubescens, demum laciniata. *Panicula* erecta, coarctata, confracta, sub anthesi patens, fructifera parum cernua, ovata, tota tactu mollissima, canescens. *Rami* tres, quatuor et nonnunquam plures e Rhachi prodeuntes, simplices et divisi, tenues, breves, cum *Rhachi* angulati. *Spiculae* oblongo-ovatae, subcompressae, sex-ad duodecimflorae. *Glumae* acutiusculae, vix carinatae, margine membranaceae, inaequales: *major* ovato-lanceolata, septemnervis; *minor* angustior, acutior, trinervis. *Flosculi* imbricati. *Corollae Valvula exterior* elliptico-lanceolata, obtusa, margine membranacea, dorso convexa, septemnervis, apice bifida, dorso sub incisura *Aristam* exserens rectam, valvulam longitudine aequantem; *interior* minor, apice integra, ad flexurae angulos ciliata.

β Nanus tantum recedit *Culmo* digito saepe minore paucifloro, *Spiculis* tribus, duabus vel solitaria tantum praedito, ovatis, sex-ad octofloris.

Weichhaarige Trespe.

Observ. Bromus nanus, Weigel Observ. l. c. a soli sterilitate ortum suum solum trahit et non vera varietas

est. Obveniunt enim in solo paullo fertiliori culmi non nulli ex eadem radice digito majores et minores, spicu lis quatuor ad sex onusti, structura partium cum *Brom molli* omnimode convenientibns.

In pratis, pascuis, pomariis, ad vias alibique; *β* in loci sterilissimis, aridis. ♂. Fl. Majo et Junio.

5. Bromus *racemosus.*

B. panicula erecta, racemosa, spiculis oblongo-ovatis, sul compressis, glabris, flosculis imbricatis, corollae valvula exterior apice indivisa, aristis rectis, valvulam aequantibus, foliis ol solete pubescentibus.

Bromus racemosus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 436. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 357. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 636. *Roth* Neue Beiträge zu Bot. 1. p. 112. *Schrader* Germ. 1. p. 352. *Schulte* Oestr. Fl. 2. n. 579. *Sprengel* Mantissa 2. p. 7. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 36.

Bromus pratensis. Köler Gram. p. 239.

Bromo antecedenti *molli* proximus est et medium quasi te net inter ejusdem *α* et *β*, ut facile varietatem tantum putes, recedit ab *α vulgari:* 1. *Habitu* minore. 2. *Foliis vaginisqu* minus pubescentibus. 3. *Panicula* simpliciore, minore, race mosa: *Ramis* subsimplicibus, scabris; nec molliter pubescentibu 4. *Spiculis* scabriusculis, nitidis. 5. *Corollae Valvula exterior* apice integerrima; nec bifida.

Traubenblühtige Trespe.

In pratis, pascuis, pomariis passim. ♂. Fl. Majo et Juni

6. Bromus *commutatus.*

B. panicula apice nutante, spiculis lanceolatis compressi glabris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore subbifid aristis rectis, valvula longioribus, foliis villosis.

Bromus commutatus. Schrader Germ. 1. p. 353. *Mer tens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 359. *Römer* et *Schulte* Syst. Veget. 2. p. 634. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 580. (ex cluso synon. *Host.*) *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 36.

Bromus multiflorus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 428. (exclusis synonymis fere omnibus.) *Roth* Flora Germ T. II. P. I. p. 134. (exclusis synonymis fere omnibus.)

Radix fibrosa. *Culmi* sesqui-ad tripedales, adscendentes, erectiusculi, teretes, cum *Nodis* vel glabri, vel subpubescentes. *Folia* linearia, acuminata, plana, molliter villosa, margine scabra. *Vaginae* teretes, striatae, pilis densis, horizontalibus villosae. *Ligula* brevis, lacinulata. *Panicula* tri-, quadriuncialis, in fertiliore solo fere pedalis, patens, sub anthesi cernua, post anthesin nutans. *Rami* teretes, laxi, simplices et ramosi, cum *Rhachi* inferne saepius pubescente, rarius scabriuscula, flexuosi, angulati, scabri. *Spiculae* lanceolatae, acutae, compressae, nitidae, plus minus scabrae, virentes, imbricatae, novem-ad undecimflorae. *Glumae* subcompressae, acutiusculae, margine membranaceae: superne ad carinam scabrae, inaequales; *major* ovato-lanceolata, septem-ad novemnervis, nervo intermedio saepe ultra apicem porrecto et ita quasi aristata; *minor* lanceolata, acutior, quadri-ad quinquenervis. *Corollae Valvula exterior* elliptico-lanceolata, obtusa, margine membranacea, dorso convexiuscula, glabra, quinquenervis, apice laeviter bifida, sub apice *Aristam* exserens rectam, valvula sua paullo longiorem; *interior* paullo minor, longe angustior, apice integerrima vel emarginata, ad flexurae angulos ciliata.

Verwechselte Trespe.

Inter segetes, ad vias, sepes alibique *(Schrader)*. ☉. Fl. Majo et Jun.

Observ. I. Hujus speciei varietatem statuit veneratiss. *Wallroth* l. c. *Bromum velutinum Schrad.* spiculis pubescentibus, et synonyma *Joh. Bauh.* et *Scheuchzeri* excludit.

Observ. II. Synonymorum confusioni hujus speciei ansam dedit Cel. *Weigel* in Observationibus suis 1772. Gryphiae editis. *Bromum* scilicet *arvensem Linn.* pro nova specie sub nomine *Bromi multiflori* habuit et varietatem *Bromi secalini*, spiculis muticis quandoque occurrentem, *Bromum arvensem Linn.* putavit.

7. Bromus *arvensis.*

B. panicula demum nutante, spiculis lanceolatis, compressis, scabris, floseulis imbricatis, corollae valvula exteriore bifida, aristis rectis, valvulam aequantibus, foliis villosis.

Bromus arvensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 434. (exclusis syn. *Pollich* et *Weigel.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 138. (excluso syn. *Weigel.*) *Besser* Galic. n. 131.

Host Gram. Austr. 1. p. 12. Tab. 14. (excluso syn. *Pollich.*) *Köler* Gram. p. 220. *Leers* Herborn. n. 84. Tab. 11. Fig. 3. *Gmelin* Badens. n. 162. (exclusis syn. *Pollich* et *Weigel.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 362. *Schrader* Germ. 1. p. 356. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 581. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 646.

Bromus versicolor. *Pollich* palat. n. 109. *Köler* Gram. p. 238. *Lumnitzer* Poson. n. 103.

Bromus multiflorus. *Weigel* Observ. p. 2. Tab. 1. Fig. 1.

Bromus asper. *Gmelin* Badens. n. 158. (exclusis synon. omnibus prater *Pollich.*)

Festuca graminea, effusa juba. *Scheuchz.* Agrost. p. 262. Tab. 5. Fig. 15.

Toto habitu simillimus antecedentis *Bromi commutati*, u primo intuitu aegre et hinc caute distinguatur. Differt tantum 1. *Paniculae ramis* magis elongatis, ad apicem parum incrassa tis, flexuosis, ad basin quodammodo squamula una et altera ma nitis. 2. *Spiculis* plerumque e viridi et purpureo coloratis, sca briusculis. 3. *Gluma majore* quinquenervi; nec septem- ve novemnervi, *minore* trinervi; nec quadri- vel quinquenerv 4. *Corollae Valvula exteriore* septemnervi; nec novemnervi, apic profundius bifida. 5. *Aristis* valvulam suam aequantibus, v paullo tantum longioribus.

Acker- Trespe.

Inter segetes, ad vias, sepes. ⊙. Fl. Junio et Julio.

8. Bromus *patulus.*

B. panicula demum nutante, spiculis lanceolatis, compressi glabris, flosculis demum distinctis, remotiusculis, corollae va vula exteriore bifida, aristis primo rectis, demum refracto- dive gentibus, valvulam aequantibus, foliis villosis.

Bromus patulus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flo n. 361.

Bromus multiflorus. *Host* Gram. Austr. 1. p. 10. Tab. 1

Bromus commutatus. *Koch* et *Ziz* Catal. Pl. Palat. p.

Habitus *Bromi arvensis*, at Spiculae potius ad *Bromum squa rosum* accedunt. Ab hoc differt: 1. *Spiculis* angustioribus, pl ribus plerumque flosculis compositis, magis pendulis, demum ma ginc magis compressis. 2. *Flosculis* lanceolato-elliptieis, mu angustioribus.

Inter segetes Palatinatus (*Koch* et *Ziz*), Austriae (*Hos* prope Brunsvigum (*Mertens*). ⊙. Fl. Majo et Junio.

9. Bromus *erectus.*

B. panicula erecta, spiculis lineari-lanceolatis, compressis, glabris, vel pubescentibus, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore apice vel integra, vel laeviter emarginata, aristis rectis, valvula brevioribus, foliis radicalibus angustissimis, ciliatis.

Bromus erectus. *Köler* Gram. p. 240. *Roth* Neue Beiträge zur Bot. 1. p. 111. *Schrader* Germ. 1. p. 357. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 582. *Sprengel* Halens. n. 132. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 637. *Römer* Flora europ. Fasc. 6. Flora Dan. Tab. 1385.

Bromus agrestis. *Host* Gram. Austr. 1. p. 9. Tab. 10.

Bromus montanus. *G. M. S.* Fl. Wetterau n. 147.

Bromus pratensis. *Gmelin* Badens. n. 161.

Bromus arvensis. *Pollich* palat. n. 113. (exclus. synonymis.) *Gmelin* Badens. n. 162. (exclusis syn. omnibus praeter *Pollich.*)

Bromus pseudo-arvensis. *Köler* Gram. p. 241.

Bromus angustifolius. *Schrank* Bavar. n. 236.

Festuca montana. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 351.

Festuca erecta. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 35.

Gramen bromoides pratense, foliis praeter culmum angustissimis, rara lanugine villosis. *Scheuchz.* Agrost. p. 255. Tab. 5. Fig. 13.

Gramen bromoides, paniculatum, foliis et culmo villosis. *Scheuchz.* Agrost. p. 257.

Gramen loliaceum, locustis longis aristatis. *Monti* prodr. p. 55. Fig. 2. (exclusis synon. *Raji* et *Morison.*)

Culmi plures e *Radice* fibrosa, erecti, stricti, teretes, striati, sesqui- et bipedales, plerumque glabri. *Nodi* glabri. *Folia* striata, rigidula, utrinque scabra: *radicalia* angustissima, longiora, carinata, pilis longis albis ciliata; *culmea* lineari-lanceolata, breviora, planiuscula, margine tantum scabra. *Vaginae* teretes, striatae: *inferiores* pubescentes; *suprema* longissima, non raro pilis rarioribus obsessa. *Ligula* brevis, obtusa, demum laciniata. *Panicula* erecta. *Rami* breves, flexuosi, scabri, subsimplices. *Spiculae* lineari-lanceolatae, acutae, primum teretiusculae, demum compressiusculae, versicolores, multiflorae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, margine membranaceae, compressae, carina scabrae, inaequales: *majore* trinervi; *minore* uninervi. *Flosculi* quinque ad novem, imbricati, compresso-tere-

tiusculi. *Corollae Valvulae* glumis conformes: *exterior* carinata, ad carinam scabra, septem-ad novemnervis, nervis lateralibus obsoletis, apice obtusa, vel integra, vel obtuse emarginata, sub apice dorso *Aristam* exserens valvula sua breviorem rectam, vel laeviter flexuosam; *interior* angustior, apice bifida ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Aufrechte Trespe.

Observ. I. A congeneribus facile distinguitur hoc grame polymorphum inprimis: *Foliis radicalibus* angustissimi linearibus, *Culmo* stricto et *Paniculae ramis* rectis.

Observ. II. Ad *Festucam* neutiquam referri potest hae vera *Bromi* species, quum *Arista* vere sub apice prove niat, nec ex apice Valvulae corollae exterioris in illa attenuato.

Variat: 1. *Culmis* glabris et pilis brevibus adspersis.

2. *Foliis radicalibus* longissimis, bi-et tripedalibu

3. *Foliis omnibus* utrinque pilosis et margine ci liatis.

4. *Vaginarum pilis* sursum directis et patentibu

5. *Panicula* pauciflora; *Ramis* omnibus solitarii et simplicibus et palmari, multiflora; *Rami* pluribus simul e Rhachi prodeuntibus, ramosi

6. *Spiculis* glabris et pubescentibus.

In collibus, pascuis, pratis, ad vias et agrorum margine Austriae (*Host*), Bavariae (*Schrank*), Comitat. Werthemen sis (*Wibel*), in circulo Rhenano (*Pollich*, *Koch*, *Gme lin*), Wetteraviae (*G. M. S.*), prope Erfordam (*Bernhardi*) Jenam (*Flügge*), Halam Saxonum (*Kohl*, *Sprengel*). 2 Fl. Junio et Julio.

10. Bromus *asper.*

B. panicula nutante, spiculis lineari-lanceolatis, compressi pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, corollae valvula ex teriore bifida, aristis rectis, valvula brevioribus, foliis villosi scabris.

Bromus asper. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 43 (excluso syn. *Pollich.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 13 (excluso syn. *Pollich.*) *Ejusdem* Neue Beitr. zur Bot. I. 10 *Host* Gram. Austr. I. pag. 6. Tab. 7. *Köler* Gram. pag. 23

Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 643. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 584. Flora Dan. Tab. 1382.

Bromus montanus. *Roth* Flora Germ. l. c. p. 141. *Gmelin* Badens. n. 164. *Köler* Gram. p. 210. *Mönch* Hass. n. 90. *Pollich* palat. n. 116. *Scop.* Carn. 2. n. 117.

Bromus altissimus. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsat. pag. 9.

Festuca aspera. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 350.

Gramen bromoides, montanum, hirsutum, panicula minus sparsa, corniculata. *Scheuchz.* Agrost. pag. 263. Tab. 5. Fig. 16.

Radix caespitosa, fibrosa. *Culmi* plures, erecti, teretes, striati, pilis brevibus, rigidiusculis plus minus scabri, bi-, tripedales et altiores. *Nodi* saepe incurvi, pubescentes. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, plana, glauco-viridia, praelonga, utrinque et margine villosa, scabra. *Vaginae* teretes, striatae, pubescentes. *Ligula* brevis, obtusa, saepe divisa, plerumque fuscescens. *Panicula* nutans, flaccida, multiflora, palmaris et major. *Rami* tenues, elongati, ramosi et simplices: *inferiores* bini vel terni, interdum plures; *superiores* solitarii, sub anthesi patentes, ante et post anthesin contracti, cum *Rhachi* flexuosi, striati, scabri. *Spiculae* lineari-lanceolatae, acutae, primum teretes, dein compressae, septem- ad novemflorae. *Glumae* lanceolatae, acutae, compressae, margine membranaceae, pubescenti-scabrae, inaequales: *majore* trinervi; *minore* uninervi. *Flosculi* lineari-lanceolati, imbricati, demum remotiusculi, distincti. *Corollae Valvula exterior* subcompressa, quinquenervis, superne carinata, ad nervos scaberrima, apice bifida, sub apice *Aristam* inserens, rectam, valvula sua breviorem; *interior* exteriore paullo minor, obtusa, plerumque integra, margine inflexa, ad flexurae angulos ciliata.

Rauhe Trespe.

In sylvis, nemoribus, ad sepes. ♃. Fl. Jun. Jul.

1. Bromus *giganteus.*

B. panicula apice nutante, spiculis lanceolatis, compressis, glabris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore bifida, striatis flexuosis, valvula longioribus, foliis glabris.

Bromus giganteus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 435. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 146. *Gmelin* Ba-

dens. n. 163. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 6. Tab. 6. *Köle* Gram. p. 212. *Leers* Herborn. n. 86. Tab. 10. Fig. 1. *Pol lich* palat. n. 115. *Schrader* Germ. 1. p. 362. *Schrebe* Gram. 1. p. 88. Tab. 11. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 585. *Rö mer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 644. *Weigel* Observ p. 11. Tab. 1. Fig. 5. Flora Dan. Tab. 1630.

Bromus triflorus. Flora Dan. Tab. 440.

Festuca gigantea. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flor n. 349.

Gramen bromoides, aquaticum, latifolium, panicula sparsa tenuissime aristata. *Scheuchz.* Agrost. p. 264. Tab. 5. Fig. 1

Radix fibrosa, caespitosa. *Culmi* erecti, basi saepe obliqu teretes, glabri, striati, tri-ad quinquepedales. *Nodi* glabri. *Fo lia* lato-lineari-lanceolata, acuminata, plana, glabra, margin et superne ad costam scaberrima, firma, saepe ultrapedalia, basi versus carinata, tenuissime nervoso-striata. *Vaginae* teretiu culae, striatae, scabriusculae. *Ligula* brevissima, cartilagine fuscescens. *Panicula* pedalis et major, elongata, laxa, apice nu tans. *Rami* elongati, nutantes, repetito-ramosi, laxi, cu *Rhachi* triquetri, flexuosi, scabri: *inferiores* bini vel terni; s *periores* solitarii. *Spiculae* lanceolatae, acutae, virides, primu terctiusculae, demum compressae, quinque-seu sexflorae. *Gl mae* lanceolatae, acuminatae, margine membranaceae, carin scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flo culi* primum imbricati, demum laxiores, distincti. *Corollae Va vula exterior* lanceolata, acuta, apice bifida, margine membran cea, dorso convexa, obsolete quinquenervis, apice carinata, sc bra, sub apice *Aristam* exserens tenuissimam, flexuosam, valv la duplo triplove longiorem; *interior* paullo minor, apice plerun que integra, ad flexurae angulos ciliata.

Grosse Trespe.

In sylvis, nemoribus, ad sepes, praesertim solo humido. Fl. Jun., Jul., Aug.

12. Bromus *tectorum.*

B. panicula apice nutante, demum secunda, spiculis lanceol tis, compressis, pubescentibus, flosculis demum remotiuscul corollae valvula exteriore bifida, aristis erectis, valvulam aequa tibus, foliis pubescentibus.

Bromus tectorum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 434. (exclusis syn. *Raji* et *Moris.*) *Roth* Flora Germ. T.

P. I. p. 139. *Besser* Galic. n. 133. *Gmelin* Badens. n. 160. *Host* Gram. Austr. I. pag. 13. Tab. 15. *Köler* Gram. 226. (exclusis synon. plur.) *Leers* Herborn. n. 85. Tab. 10. ig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 364. *Polich* palat. n. 114. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. pag. 645. *Schrader* Germ. I. p. 363. *Schultes* Oestr. I. 2. n. 586.

Bromus grandiflorus. Weigel Observ. p. 9. *β.*

Culmi plures, e *Radice* fibrosa, erecti, basi plerumque inati, teretes, striati, superne plerumque pubescentes, caeterum labri, semipedales et pedales, raro longiores. *Nodi* glabri. *Fo-* linearia, acuminata, plana, striata, utrinque molliter pubesntia, margine, praesertim versus basin, villis longioribus ciata. *Vaginae* teretes, striatae, vix parum scabriusculae, suerne margine plus minus ciliatae. *Ligula* brevis, obtusa, demum ciniata. *Panicula* nutans, demum secunda, tota villis brevibus tulis pubescens et canescenti-viridis vel purpurascens. *Rami* imi et plures, tenues, flaccidi, ramosi, cum interpositis simpliibus. *Spiculae* lineares, acutae, primo teretiusculae, demum mpressae, plerumque pendulae, quinque-ad septemflorae. *Glu-* lanceolatae, acutae, compressae, margine membranaceae, inquales: *major* trinervis, apice plerumque bifida; *minor* uninerb, acutior. *Flosculi* primum imbricati, demum distincti. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acuminata, compressa, carita, septemnervis, margine membranacea, apice bifida, dorso apice *Aristam* exserens rectam, valvula vix longiorem; *interior* minor, angustior, apice subbifida, ad flexurae angulos cita.

Dach-Trespe.

In tectis, muris, ruderatis, collibus, ad vias. ⊙. Floret ijo, Jun.

Bromus *sterilis.*

B. panicula apice nutante, demum patentissima, spiculis liari-lanceolatis, scabris, dein flosculorum remotione compres superne latioribus, corollae valvula exteriore bifida, aristis ctis, valvula longioribus, foliis pubescentibus.

Bromus sterilis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 433. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 137. *Besser* lic. n. 134. *Gmelin* Badens. n. 159. *Host* Gram. Austr. p. 13. Tab. 16. *Köler* Gram. p. 228. *Leers* Herborn.

n. 83. Tab. 11. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 363. *Pollich* palat. n. 112. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 647. *Schrader* Germ. 1. p. 364. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 587. Flora Dan. Tab. 1325.

Bromus grandiflorus. *Weigel* Observ. p. 9. *α.*

Gramen avenaceum, panicula sparsa, locustis majoribus et aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 258. Tab. 5. Fig. 14.

Culmi plures, e *Radice* fibrosa, erecti, teretes, graciles, striati, glabri, sesquipedales et longiores, fere toti vaginis tecti. *Nodi* glabri. *Folia* linearia, acuminata, plana, molliter pubescentia, margine, praesertim versus basin, villis longioribus ciliata. *Vaginae* teretes, pubescentes, striatae. *Ligula* brevis, obtusa, demum laciniata. *Panicula* laxa, apice nutans, demum patentissima, semipedalis. *Rami* elongati, tenues, flaccidi, compresso-angulati, flexuosi, cum *Rhachi* scabri. *Spiculae* nudae, scabrae, quinque-ad novemflorae, e viridi purpurascentes, primum teretiusculae, lineari-lanceolatae, dein flosculorum remotione compressae et superne latiores. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, compressae, carinatae, margine membranaceae, ad carinam scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* ante anthesin imbricati, post anthesin remoti, distincti. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acuminata, compresso-angulata, ad dorsi medium septemnervis, ad nervos scabra, caeterum plerumque glabra, margine membranacea, apice bifida, dorso sub apice *Aristam* exserens rectam, valvula longiorem; *interior* minor, angustior, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Unfruchtbare Trespe.

Ad vias, in muris, tectis, agris sterilibus, dumetis frequens ☉. Fl. Jun., Jul.

14. Bromus *madritensis.*

P. panicula erecta, demum patente, spiculis lineari-lanceolatis, scabris, dein flosculorum remotione compressis et superne latioribus, flosculis di-et triandris, corollae valvula exteriore bifida, aristis rectis, corolla brevioribus, foliis glabriusculis.

Bromus madritensis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 437. *Host* Gram. Austr. 1. pag. 14. Tab. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 366. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 648. *Schrader* Germ. 1. pag. 366. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 588.

Gramen bromoides pumilum, locustis erectis, majoribus, aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 260.

Radix fibrosa. *Culmi* semipedales, pedales et quandoque pullo majores, erecti, vel basi decumbentes, teretes, striati, glabri. *Folia* linearia, plana, flaccida, subpubescentia. *Vaginae* teretes, pubescentes. *Ligula* brevis, obtusa, demum laciniata. *Panicula* bi-, triuncialis, fastigiata, primo erecta, demum patens. *Rami* plures, apice incrassati, spicula breviores, plerumque simplices, cum *Rhachi* scabri, nudi. *Spiculae* lineari-lanceolatae, acutae, nitidae, scabrae, primo teretiusculae, demum compressae et tandem superne latiores, plerumque quinqueflorae, virides, vel e viridi et purpureo variae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, compressae, margine membranaceae, inaequales: *major* trinervis; *minor* acutior, uninervis. *Flosculi* primo imbricati, demum remotiores, alii diandri, alii triandri. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acuminata, subcompressa, margine membranacea, septemnervis, ad nervos scabra, apice bifida, dorso infra fissuram *Aristam* exserens rectam, tenuissimam, superne plerumque purpurascentem, valvula paullo breviorem; *interior* longe minor et angustior, apice plerumque bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Madritische Trespe.

In Litorali ad vias, vineas, in muris vetustis (*Host*). ⊙. Majo.

Bromus *rigidus.*

B. panicula erecta, contracta, spiculis lanceolatis, scabris, in flosculorum remotione compressis et superne latioribus, floscülis diandris, corollae valvula exteriore bifida, aristis rectis, valvula longioribus, foliis pubescentibus.

Bromus rigidus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 437. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 1. pag. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 365. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 651. *Schrader* Germ. 1. p. 367.

Bromus rubens. Host Gram. Austr. 1. p. 15. Tab. 18. *Host* manuale p. 328.

Quam proxime accedit ad antecedentem *Bromum madritensem*, tamen differt: 1. *Panicula* minore, omni aetate contracta. *Ramis paniculae* simplicissimis, brevioribus cum *Rhachi* villo illi obductis; nec nudis, nec scabris. 3. *Spiculis* post floresentiam totis rubescentibus. 4. *Flosculis* fere semper diandris.

5. *Glumis* et *Corollae Valvula exteriore* longe majoribus et du
plo triplove latioribus. 6. *Arista* valvula sua longiore.

Steife Trespe.

Variat Spiculis nudis et pubescentibus.

In Litorali ad vias, in vineis alibique frequens, (*Host Wulfen*). ⊙. Fl. Majo.

* * *Flosculis submuticis.*

Observ. Hujus coetus plantae flosculos duplicis generis i una eademque spicula saepe producunt. In aliis floscul *Valvula corollae exterior* apice integra et mutica (ut i *Festucis*); in aliis apice bifida cum nervo dorsali sub api in *Aristam* brevem producto (ut in *Bromis*) observatur ita quasi medium tenent inter Festucam et Bromum. No ne melius proprium genus (*Heteranthemum* dicendum constituunt?

16. Bromus *inermis.*

B. panicula erecta, spiculis linearibus, subteretibus, mul floris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore subbifid breviter aristata, vel mutica, interiore apice integra, radice r pente.

Bromus inermis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 431. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 136. *Besser* Gal n. 132. *Gmelin* Badens. n. 157. *Host* Gram. Austr. I. p. Tab. 9. *Köler* Gram. p. 236. *Pollich* palat. n. 111. *Schr der* Germ. I. p. 359. *Schreber* Gram. I. pag. 97. Tab. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 583.

Festuca inermis. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl n. 352.

Festuca Leyseri. Mönch Hass. n. 82.

Festuca speciosa. Schreber Spicil. Lips. p. 59.

Schedonorus inermis. Römer et *Schultes* Syst. Veg 2. pag. 701.

Gramen pratense elatius, locustis longis squamosis, non ar tatis, *Buxbaum* Cent. 5. p. 21. Tab. 40. Fig. 2.

Festuca locustis teretibus, multifloris, glumis semimemb naceis, breviter aristatis. *Haller* Append. 2. ad *Scheuc* Agrost. p. 47. n. 28.

Radix repens. *Culmi* erecti, teretes, striati, glabri, ad

nicula saepius subpubescentes, sesquipedales, bipedales et altiores. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, rigida, plana, glabra, margine costaque scabra. *Vaginae* teretes, glabrae, striatae. *Ligula* brevissima, truncata, demum laciniata. *Panicula* erecta, quadri-ad sexuncialis, interdum longior, ante et post anthesin contracta, sub anthesi patentissima. *Rami* plures, breves, ramosi et simplices cum *Rhachi* angulati, flexuosi, scabri. *Spiculae* lineares, acutiusculae, e tereti compressiusculae nudae, nitidae, versicolores, quinque-ad octoflorae. *Glumae* planiusculae, obtusae, subcarinatae, margine membranaceae, inaequales: *major* elliptico-lanceolata, trinervis, ad nervos scabra; *minor* lanceolata, uninervis. *Flosculi* imbricati, nunc mutici, nunc breviter aristati. *Corollae Valvula exterior* elliptico-lanceolata, obtusa, dorso compresso-plana, margine membranacea, septemnervis, nervis scabris, alternis obsoletis, apice bifida, sub apice vel mutica, vel *Aristam* brevem exserens, vix unquam valvulam suam aequantem vel longiorem; *interior* paullo minor, apice integra, mutica, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Grannenlose Trespe.

Variat interdum *Foliis inferioribus* pilis brevibus adspersis.

In pratis, pascuis, pomariis, dumetis, ad fluviorum ripas. ♃. Fl. Junio, Julio.

17. Bromus *elatior.*

B. panicula subnutante, spiculis linearibus, subcompressis, multifloris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore subbifida, breviter aristata, vel mutica, interiore apice bifida, radice fasciculata.

Bromus elatior. *Köler* Gram. pag. 214. (exclusis synon.)

Festuca elatior. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 128. *Gmelin* Badens. n. 149. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 57. Tab. 79. (excluso synon. *Smith.*) *Leers* Herborn. n. 79. Tab. 8. Fig. 6. *Pollich* palat. n. 106. *Schreber* Gram. 1. pag. 34. Tab. 2. *Wallroth* Schedul. crit. 1. p. 35.

Festuca pratensis. *Besser* Galic. n. 126. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 343. *Schrader* Germ. 1. p. 332. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 543. Flora Dan. Tab. 1323.

Poa curvata. *Köler* Gram. p. 207. Teste *Schradero.*

Schedonorus pratensis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 698.

Gramen loliaceum, panicula multiplici et spicata. *Scheuchz.* Agrost. p. 200. Tab. 4. Fig. 6.

Proxime cognatus est cum antecedente et caute distinguendus. Differt: 1. *Radice* fibrosa. 2. *Culmis* glaberrimis, nec ad genicula saepius pubescentibus. 3. *Panicula* subsecunda et subnutante. 4. *Spiculis* demum compressis, flosculis plerumque pluribus compositis, saepe curvis. 5. *Corollae Valvula exteriore* versus apicem quinquenervi, saepius mutica; *interiore* apice bifida; nec apice indivisa.

Erhabene Trespe.

Variat *Corollae Valvula exteriore* apice vel indivisa, vel subbifida.

In pratis et locis graminosis. ♃. Fl. Jun., Jul. et Aug.

18. Bromus *litoreus.*

B. panicula subnutante, spiculis ovato-lanceolatis, compressis, paucifloris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore subbifida, breviter aristata, vel mutica; interiore apice bifida, radice repente.

Bromus litoreus. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. pag. 433. *Host* Gram. Austr. 1. p. 7. Tab. 8. *Weigel* Supplem. Fl. Pomer. Rug. n. 848.

Bromus arundinaceus. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 141. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 110.

Festuca arundinacea. Schreber Lips. p. 57. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 342. *Gmelin* Badens. n. 150.

Festuca elatior. Schrader Germ. 1. p. 333. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 544.

Schedonorus elatior. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 699.

Bromus panicula laxa, locustis quadrifloris, brevissime aristatis. *Weigel* Observ. p. 12.

Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. *Scheuchz.* Agrost. pag. 266. Tab. 5. Fig. 18.

Radix repens. *Culmus* quadri-ad sexpedalis, erectus, basi obliquus, crassitie pennae anserinae, teres, striatus, glaber. *Folia* lato-lineari-lanceolata, acuminata, striato-sulcata, plana, per exsiccationem convoluta, supra scabra, subtus pallidiora, nitida, laevia, nervo dorsali scabra; *radicalia* sesqui-et bipedalia, culmea pedalia et longiora. *Vaginae* striato-sulcatae,

teretes, inferiores praecipue scabriusculae. *Ligula* brevis, truncata, fusca. *Panicula* pedalis et longior, erecta, contracta, tunc patens et laxa, demum secunda et nutans. *Rami* gemini, longitudine inaequales, scaberrimi, compressi, ramosi. *Spiculae* ovato-lanceolatae. compressiusculae, quadri-, rarius quinque- seu sexflorae. *Glumae* lanceolatae, apice carinatae, dorso scabriusculae, in mucronem tenuissimum attenuatae. *Flosculi* primum imbricati, demum laxiores, subdistincti, virides. *Corollae Valvula exterior* oblonga, dorso scabra, apice bifida, sub apice plerumque *Aristam* producens validam, rigidam, rectam, demum linean ad sesquilineam longam, rarius mutica; *interior* paullo minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Ufer-Trespe.

Ad ripas fluviorum, in pratis humidis, palustribus Austriae *(Host)*, Franconiae *(Wolf)*, Palatinatus et Marggrav. Badensis superioris *(Köler, Gmelin)*, Hannoverae *(Ehrhardt)*, prope Malchinum *(Timm)*, Ducatus Bremensis (*R.*), prope Altonaviam *(Wibel)*, Lipsiam (*Schreber*), alibique. ♃ Fl. Junio et Julio.

* * * *

Observ. *Bromi Linnei pinnatus, sylvaticus* et *distachyos* ob aristam terminalem non hujus generis sunt, sed ad *Festucam* relati.

75. AVENA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 122. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 37.

Calyx bivalvis, submultiflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis; *exteriore* dorso supra vel infra medium *Aristam* geniculatam, demum tortilem exserente. *Semen* corolla plerumque corticatum.

Observ. Avenae character essentialis nititur Corollae valvula exteriore lanceolata, dorso circa medium aristata, arista geniculata, demum tortili et valvula sua plerumque longiore.

In pluribus hujus generis speciebus corollae valvula exterior terminatur apice bifido: Laciniis vel lanceolatis, muticis, vel in aristam brevem, rectam, desinentibus. Ex ulterioribus, praeeunte *Forskälio*, proprium genus

construxit *Palisot de Beauvois*, *Trisetum* dictum. In plurimis spiculae tribus pluribusque flosculis compositae sunt, rarius duobus tantum.

a) *Paniculatae.*

1. Avena *fatua.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, calyce minoribus, corollae valvula exteriore subseptemnervi, apice bifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena fatua. Willd. Spec. Plant. Linn. Tom. I. P. I. pag. 447. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 104. *Gmelin* Badens. n. 174. *Host* Gram. Austr. 2. p. 42. Tab. 58. *Köler* Gram. p. 286. *Leers* Herborn. n. 90. Tab. 9. Fig. 4. *Mertens et Koch* Deutschl. Flora n. 255. *Pollich* palat. n. 125. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 669. *Schrader* Germ. 1. p. 373. *Schreber* Gram. 1. pag. 109. Tab. 15. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 594. Flora Dan. Tab. 1629.

Gramen avenaceum, utriculis lanugine flavescentibus. *Scheuchz.* Agrost. p. 239. Tab. 5. Fig. 1.

Aegilops quibusdam aristis recurvis seu Avena pilosa. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 433.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, striati, glabri, bi-, tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, striata, plana, scabra, quandoque pilis adspersa. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa, dentata. *Panicula* aequalis, erecta; *fructifera* secunda, saepe cernua. *Rami* plures, angulati, filiformes, scabri, plus minus divisi. *Spiculae* lanceolatae, nutantes, teretiusculae, subtriflorae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, subaequales, septem-ad novemnerves, dorso convexiusculae, apice compressae, carina scabrae, corollis majores. *Flosculi* infra medium pilis adpressis plus minus armati, pilis in superioribus flosculis rarioribus. *Corollae Valvula exterior* glumis conformis, apice bifida, *laciniis* lanceolatis muticis, e dorsi medio *Aristam* exserens geniculatam, tortilem, valvula sua duplo longiorem; *interior* minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Wilder Hafer.

Variat *Vaginis inferioribus* pubescentibus.

Inter segetes, ad vias. ☉. Fl. Aestate.

2. Avena *pubescens.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi, apice dentata, submutica, foliis pubescentibus, radice subrepente.

Avena pubescens. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 448. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 105. *Besser* Galic. n. 139. *Gmelin* Badens. n. 175. *Host* Gram. Austr. 2. p. 37. Tab. 50. *Köler* Gram. p. 277. *Leers* Herborn. n. 91. Tab. 9. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 265. *Pollich* palat. n. 126. *Schrader* Germ. 1. p. 382. *Schultes* Oestr. Fl. 2. p. 603. Flora Dan. Tab. 1203.

Avena sesquitertia. Roth Fl. Germ. l. c. (excluso syn. *Scheuchz.*)

Trisetum pubescens. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 662.

Gramen avenaceum panicula purpureo-argentea, splendente. *Scheuchz.* Agrost. p. 226. Tab. 4. Fig. 20.

Radix fibrosa, stolones breves saepe emittens, foliorum et culmorum caespitem densum producens. *Culmi* erecti, teretiusculi, striati, glabri, vel ad apicem scabriusculi, bi-ad tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, obtusa, utrinque pubescentia, margine scabra, plana, culmea superiora radicalibus latiora. *Vaginae* subcompressae, striatae, inferiores praecipue pilis brevibus, deorsum spectantibus, rigidulis obsessae. *Ligula* acuta, dentata, demum laciniata. *Panicula* palmaris, semipedalis, coarctata, sub anthesi patens. *Rami* compressi scabri. *Spiculae* plerumque trifori, flosculo terminali sterili. *Glumae* lanceolatae, acutae, carina scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* calycem excedentes, primo intuitu basi pilosi, at Axis, cui osculus insidet, tantum pilis erectis, ante fructus maturitatem osculum arcte circumdantibus armatus. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, punctis scabris adspersa, apice inaequaliter tri- vel quinquedentata, dentibus muticis, e dorsi medio *Aristam* producens geniculatam, tortilem, valvula sua longiorem; *interior* minor, magis oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos glabra.

Kurzhaariger Hafer.

Variat Foliis nudis, *Vagina* scabra et paniculae *Ramis* solitariis, simplicibus. *Besser* l. c.

In pratis, pascuis, pomariis, nemorosis, ad sepes. ♃. Fl. Majo, Jun. et Jul.

3. Avena *flavescens.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi, apice bifida, subaristata, foliis subpubescentibus, radice subrepente.

Avena flavescens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 449. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 106. *Gmelin* Badens. n. 176. *Köler* Gram. p. 282. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 258. *Pollich* palat. n. 124. *Schrader* Germ. 1. p. 377. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 597. *Schreber* Gram. 1. p. 76. Tab. 9.

Trisetum flavescens. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 663.

α *Spiculis minoribus.*

Avena flavescens. *Host* Gram. Austr. 3. p. 26. Tab. 38. *Leers* Herborn. n. 93. Tab. 10. Fig. 5. *Schrader* Germ. l. c. α. *Schreber* Gram. l. c. α. *Roth* Flora Germ. l. c. β.

Gramen avenaceum pratense elatius, locustis parvis. *Scheuchz.* Agrost. p. 223. Tab. 4. Fig. 18.

β *Spiculis majoribus.*

Avena flavescens. *Schrader* Germ. l. c. β. *Schreber* Gram. l. c. β. *Roth* Flora Germ. l. c. α. Flora Dan. Tab. 1507.

Gramen avenaceum pratense elatius, panicula densa, flavescente, locustis majoribus, villosum. *Scheuchz.* Agrost. p. 225. Tab. 4. Fig. 19.

Convenit cum antecedente *Radice*, *foliorum pubescentia* et *Inflorescentia*, at recedit: 1. *Culmis* tenuioribus, infra nodos saepe pilosis. 2. *Vaginis* teretibus; nec subcompressis. 3. *Ligula* brevissima, truncata, ciliata. 4. *Panicula* densiore multiflora. 5. *Spiculis* longe minoribus, in α bi-seu trifloris, in β quadrifloris. 6. *Flosculis* demum remotis. 7. *Corollae valvula exteriore* apice bifida: *Laciniis* mucronatis, aristaeformibus; nec apice dentata et mutica. 8. *Valvula corollae interiore* ad flexurae angulos obsolete ciliata; nec glabra.

Gelblicher Hafer.

Variat 1. *Culmis* basi ramosis.

2. *Flosculis* viviparis.

In pratis, pascuis aliisque locis graminosis. ♃. Fl. Jun., Jul.

4. Avena *alpestris.*

A. panicula aequali, spiculis subquadrifloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi, apice dentata, bisetosa, foliis pubescentibus, margine ciliatis, radice fasciculata.

Avena alpestris. *Host* Gram. Austr. 3. p. 27. Tab. 39. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 259. *Schrader* Germ. 1. p. 379. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 598.

Trisetum alpestre. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 665.

In pluribus convenit cum antecedente *Avena flavescente*, tamen differt: 1. *Culmis* longe minoribus, triuncialibus ad semipedalibus. 2. *Foliis* brevioribus, acutioribus, margine ciliatis. 3. *Panicula* breviore, rariore, minus patente. 4. *Glumis* magis inaequalibus. 5. *Corollae valvula exteriore* apice bi- seu quadridentata; dentibus duobus in Aristam brevem desinentibus. 6. *Radice* fibrosa.

Alpen-Hafer.

In alpibus Austriae *(Host)*, Tyrolis *(Frölich)*. ♃. Fl. aestate.

Observ. *Avena fusca*, *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 599. *Trisetum fuscum*, *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 664. quam in Carpathis Liptoviae observavit *Kitaibel*, ab *Avena alpestri* tantum differre dicitur: 1. *Culmis* ad paniculam usque vaginis foliorum tectis. 2. *Foliis* latioribus. 3. *Spicularum* colore fusco.

Avena *distichophylla.*

A. panicula aequali, spiculis bifloris, flosculis calyce minoribus, corollae valvula exteriore quinquenervi, apice bifida, mutinata, foliis tenuissime pubescentibus, apice callosis, radice repente.

Avena distichophylla. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. 260.

Avena brevifolia. *Host* Gram. Austr. 3. p. 28. Tab. 40. *Schrader* Germ. 1. p. 380. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 26.

Trisetum brevifolium. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 665.

Radix gracilis, repens. *Culmi* tenues, basi decumbentes, genicula radicantes et ramosi, tunc adscendentes, teretes,

vix semipedales. *Folia* linearia, duriuscula, planiuscula, tenui pube obsessa, apice compressa et callosa, margine scabra: culmea brevia, ramorum sterilium longiora, exacte disticha. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevissima truncata. *Panicula* ovato-oblonga, erecta, aequalis, pauciflora, sub anthesi patula caeterum contracta. *Rhachis* valde flexuosa. *Rami inferiores* bini, rarius terni, simplices et subdivisi; *superiores* solitarii indivisi. *Spiculae* biflorae, albido-flavescentes, rarius tri-seu quadriflorae. *Glumae* lanceolatae, acutiusculae, trinerves, inaequales. *Flosculi* calyce plerumque breviores, interdum illum parum excedentes, basi cum Axi *pilis* pluribus praelongis, valvulae corollae interiorem aequantibus, obsessi. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, compressa, quinquenervis, apice acute bifida, margine obsolete ciliata, supra dorsi medium *Aristam* paullo longiorem, geniculatam producens; *interior* minor, apice bifida, a flexurae angulos ciliata.

Fächerblättriger Hafer.

In alpibus leontinis (*Andr. Oertner*) et noricis. 2|. F Julio, Aug.

6. Avena *argentea.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calyce subaequantibus, valvula corollae exteriore uninervi, apice bifid subbiaristata, foliis distichis, glabris, ad vaginae orificium pilosi radice repente.

Avena argentea. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Ber p. 125. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 261. *Schu tes* Oestr. Fl. 2. n. 601.

Avena distichophylla. Host Gram. Austr. 2. p. 39. Ta 53. (excluso syn. *Villars.*) *Schrader* Germ. 1. p. 380. (e clusis syn. *Willdenow*, *Villars* et *Lamark.*) *Sturm* Deutsc Flora 1. Fasc. 26.

Avena sesquitertia. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. pag. 448.

Trisetum argenteum et *distichophyllum. Römer* et *Schu tes* Syst. Veget. 2. p. 665 et 666.

Radix repens. *Culmi* plures, caespitosi, pedales et longiores, tenues. *Folia* linearia, acuta, disticha, patentia, supra glabra, margine scabra, ad vaginae orificium pilis nonnullis adspersa. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligulae* loco margo brevissimus submembranaceus. *Panicula* erecta, oblonga, aequalis, sub a

hesi patens, caeterum contracta et fere spicaeformis, post anthesin lbido-argentea. *Spiculae* subtriflorae, e viridi flavescentes, ni-idae. *Glumae* lanceolatae, compressae, carinatae, carina api-em versus scabriusculae, inaequales: *major* trinervis; *minor* ninervis. *Flosculi* calycem vix excedentes, basi cum Axi pilis lbis sericeis, valvula corollae interiore duplo brevioribus circum-ati. *Corollae Valvula exterior* uninervis, apice bifida: *Laci-iis* mucrone brevi aristaeformi terminatis, dorso supra medium *tristam* exserens, illa duplo fere longiorem, geniculatam, sca-riusculam.

Silberfarbiger Hafer.

Variat Spiculis purpurascentibus.

Observ. In pluribus convenit cum *Avena* antecedente *disti-chophylla* et *flavescente*. A priori distinguitur: 1. *Culmo* altiore, graciliore. 2. *Foliis* longioribus, angustioribus, flaccidis, glabris ad vaginae orificium tantum pilis adsper-sis. 3. *Vagina* summi folii aequali; nec subventricosa. 4. *Panicula* pluribus spiculis composita, longiore. 5. *Pi-lis* ad basin flosculorum brevioribus. Ab *Avena flaves-cente* inprimis differt: 1. *Colore* paniculae post anthesin albido-argenteo. 2. *Corollae valvula exteriore* uni-nec quinquenervi. 3. *Pilis* ad basin flosculorum longioribus.

In alpibus et subalpinis Carnioliae, Carinthiae et Tyrolis *Wulfen*, *Host*). 24. Fl. Julio.

. Avena *tenuis.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem xcedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi, flosculi in-erioris apice uniaristata, superiorum apice biaristata, foliis sca-riusculis, radice fasciculata.

Avena tenuis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 448. *Host* Gram. Austr. 2. p. 40. Tab. 55. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 257. *Besser* Galic. n. 136. *Schrader* Germ. 1. p. 375. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 595.

Avena dubia. *Mönch* Enum. Hass. n. 96. Tab. 2. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 108. *Leers* Herborn. n. 89. Tab. 1. Fig. 3. *G. M. S.* Flora Wetterau n. 185. *Wibel* Werthem. p. 12. *Vest* Manuale p. 330.

Trisetum tenue. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 657.

Bromus triflorus. *Pollich* palat. n. 119. (Teste Cé *Koch.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 143.

Holcus biaristatus. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsa pag. 72.

Ventenatia bromoides et *avenacea.* *Köler* Gram. p. 27 et 274.

Radix fibrosa, fasciculata. *Culmi* nonnulli, erecti, basi i curvi, teretes, tenues, spithamaei, pedales. *Folia* linearia, ac minata, plana, per exsiccationem convoluta, supra scabriuscul vel interdum pubescentia, margine scabra: *radicalia* pauca, br via, angustissima; *culmea* latiora et longiora. *Vaginae* terete glabrae. *Ligula* lanceolata, acutiuscula, demum laciniata. *P nicula* aequalis, erecta, vel apice cernua, post anthesin paten *Rami* bini vel terni, longi, tenues, flexuosi, subdivisi, sub spic lis valde incrassati, superiores solitarii. *Spiculae* lanceolatae, t retiusculae, versus paniculae et ramorum apicem alternatim a pressae, subsessiles, bi-seu triflorae. *Glumae* lanceolatae, ac minatae, scabrae, inaequales: *majore* novemnervi; *minore* se temnervi. *Flosculi* demum remotiusculi, calycem excedentes: *i ferior* sessilis, basi nudus; *superiores* breviter pedicellati et b pilorum barba cincti. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, qui quenervis: in *inferiore flosculo* dorso arista destituta et apice *Aristam* rectam, corolla vix longiorem, attenuata; in *sequen bus* flosculis dorso paullo supra medium *Aristam* geniculatam, te tilem, valvula duplo longiorem, exserens et apice aristis duab brevibus, rectis terminata; *interior* duplo minor, apice bifi mutica.

Zarter Hafer.

In collibus, montanis, apricis, arvis sterilibus aliisque lo siccis passim in Germania. ☉. Fl. Junio.

8. Avena *airoides.*

A. panicula subspicata, aequali, spiculis subtrifloris, floscu calycem excedentibus, corollae valvula exteriore uninervi, ap bifida, biseta, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena airoides. *Köler* Gram. pag. 298. *Mertens Koch* Deutschl. Flora n. 262.

Aira subspicata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. 377. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 96. *Host* Gra Austr. 2. pag. 35. Tab. 45. *Schrader* Germ. 1. pag. 2

Wulfen in *Jacq.* Collect. 3. p. 32. Tab. 19. Fig. 3. *Vest* Manuale p. 313. Flora Dan. Tab. 228.

Trisetum airoides. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 666.

Gramen avenaceum, paniculatum, alpinum, humile, locustis in spicam collectis, varicoloribus, aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 221. *Ejusd.* Prodr. p. 24. Tab. 6.

Radix fibrosa, tenuis, fasciculata. *Culmi* erectiusculi, teretes, inferne foliosi, plerumque binodes, superne nudi et denso villo pubescentes, digitales, et spithamaei. *Folia* plerumque seta, linearia, acuta, supra et margine scabra. *Vaginae* teretes, plus minus pubescentes. *Ligula* brevis, obtusa, fusca, demum lacinulata. *Panicula* erecta, aequalis, subspicata, densa, semiuncialis et paullo major, oblonga. *Rami* brevissimi, cum *Rhachi* pubescentes; *inferiores* subdivisi, spiculis duabus vel tribus onusti; *superiores* sensim breviores, spicula unica terminati, raro omnes simplices et spicula solitaria praediti. *Spiculae* ovato-lanceolatae, compressae, bi-seu triflorae, versicolores. *Glumae* lanceolatae, compressae, carinatae, acutae, ad carinam scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* calycem excedentes, basi nudi; *inferiore* sessili. *Corollae Valvula exterior* uninervis, lanceolata, apice bifida: *Laciniis* in setam brevem, aristaeformem, attenuatis, dorso supra medium *Aristam* primo rectam, demum reflexam, exserens, basi Axis villis brevibus circumdata; *interior* minor, obtusior, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Schmielenähnlicher Hafer.

Observ. Ob Spiculas non raro trifloras et Aristam supra dorsi medium valvulae corollae exterioris, apice bisetae, insertam, *Airis* adnumerari nequit, sed potius *Avenae* species est.

In summis alpium jugis Styriae (*Sartori*), Carinthiae, Tyrolis (*Wulfen, Host*), et Principatus Salisburgensis (*Mielichhofer*). ♃. Fl. Jun. et Jul.

Avena *sempervirens.*

A. panicula aequali, spiculis subquinquefloris, flosculis, calycem excedentibus, corollae valvula exteriore septemnervi, apice bifida, mutica, margine subciliata, foliis margine scabris, radice fasciculata.

Avena sempervirens. Host Gram. Austr. 3. p. 28. Tab.

41. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 263. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 671. *Schrader* Germ. 1. p. 376. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 596.

Radix caespitosa, fibrosa. *Culmi* basi decumbentes, tum erecti, teretes, sesqui-ad bipedales. *Folia* linearia, acuminata rigida, margine involuta, supra striata, scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Panicula* aequalis sub anthesi patens, caeterum contracta. *Rami* superne villosi *inferiores* terni plerumque; *superiores* solitarii. *Spiculae* oblongae, compressae, tri-, rarius quadriflorae, nitidae, versicolores. *Glumae* oblongo-lanceolatae, acutae, compressae, carina scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* calycem parum excedentes, basi pilosi, terminali plerumque imperfecto. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, septemnervis, apice bifida, *Laciniis* muticis, margine obsolete ciliata, supra dorsi medium *Aristam* exserens paullo longiorem, geniculatam, tortilem; *interior* minor, oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Immergrüner Hafer.

In saxosis, rupestribus, Styriae (*Sartori*), Austriae, in primis copiose in sic dictis *Breiner Alpen* (*Host*). ♃ Flor. Julio et Augusto.

10. Avena *planicaulis.*

A. panicula aequali, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi apice laciniata, mutica, culmis vaginisque compressis, foliis margine scabris, radice repente.

Avena planicaulis. *Schrader* Germ. 1. p. 381. Tab. Fig. 2. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 264. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 675. *Schultes* Oestr. Fl. n. 602.

Avena latifolia. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 32.

Radix repens crassa. *Culmi* erecti, compressi, profunde striati, glabri, ultra medium vaginis foliorum tecti, bi-ad tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, latiuscula, plana, carinata striata, acuta, margine et versus apicem carina scabra, caeterum glabra. *Vaginae* compressae, carinatae, laxae, profunde striatae, scabrae. *Ligula* oblonga, acuta, demum laciniata. *Panicula* aequalis, sub anthesi patens, caeterum contracta, oblonga, subracemosa, palmaris et longior, erecta. *Rami* quaterni

vel quini, breves, capillacei, plurimi simplices et unica spicula terminati. *Spiculae* lanceolatae, nitidae, quadri-seu quinqueflorae. *Glumae* lanceolatae, tenuissimae, diaphanae, versicolores, carinatae, compressae, carina scabrae, inaequales, trinerves. *Flosculi* compressi, calycem excedentes; *terminali* semper imperfecto. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, scabra, quinquenervis, apice lacinulata, mutica, e dorso supra medium exserens *Aristam* geniculatam, valvula duplo longiorem; *interior* multo minor, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Platthalmiger Hafer.

In humidis montosis *Schneeberg*, Comitatus Glazensis Silesiae (*Seliger*, *Starke*), in Bohemia, Moravia (*Schott*), in Hungaria (*Rochol*). 2. Fl. Jul. et Aug.

11. Avena *strigosa.*

A. panicula secunda, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore subseptemnervi, apice bifida, biaristata, foliis scabriusculis, radice fasciculata.

Avena strigosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 446. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 107. *Host* Gram. Austr. 2. p. 41. Tab. 56. *Gmelin* Badens. n. 170. *Köler* Gram. p. 285. *G. M. S.* Flora der Wetterau n. 153. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 253. *Schrader* Germ. 1. pag. 368. *Schreber* Spic. Fl. Lips. pag. 52. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 589.

Danthonia strigosa. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 691.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, glabri, bi-seu tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, plana, scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae, ad orificium pilis longis, tortilibus adpersae. *Ligula* brevis, obtusa, demum fissa. *Panicula* fere palmaris, secunda, ante et post anthesin contracta, spicaeformis. *Rami* plures, filiformes, scabri, simplices et ramosi. *Spiculae* lanceolatae, teretiusculae, bi-, rarius triflori. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, subcompressae, quinque-ad septemnerves, ad nervos scabrae, inaequales. *Flosculi* primo calyce breviores, demum parum remoti, illum aequantes, basi axis pilis circumdati. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acuminata, subseptemnervis, apice bifida: *Laciniis* in Aristam brevem rectam attenuatis, dorso circa medium *Aristam* producens valvula

duplo longiorem, primo rectam, demum ad geniculum refractam, infra medium fuscam; *interior* minor, ad flexurae angulos ciliata.

Rauch-Hafer.

Observ. Ad *Danthoniam*, cui adscripsit Cel. Pal. *de Beauvois*, haec species referri nequit, ob Aristam geniculatam e dorsi medio, nec ex divisura corollae valvulae exterioris egredientem.

Inter segetes, ad vias, sepes, passim. ⊙. Fl. Jun., Jul.

12. Avena *brevis.*

A. panicula secunda, spiculis subbifloris, flosculis calycem aequantibus, obtusis, corollae valvula exteriore septemnervi, apice bifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena brevis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 445. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 108. *Ejusd.* Bot. Abhandl. u. Beobacht. p. 42. *Host* Gram. Austr. 3. p. 29. Tab. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 350. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 668. *Schrader* Germ. 1. p. 369. *Vest* Manuale p. 329.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, glabri, bi-seu tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, plana, scabra. *Vaginae* teretes, glabrae, ad orificium margine villis longis, raris, flexuosis, obsessae. *Ligula* brevis, truncata, crenulata. *Panicula* secunda, digitalis et paullo major. *Rami* plures, ramosi. *Spiculae* ovato-lanceolatae, teretiusculae, bi-, rarius triflorae. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, subcompressae, corollis longiores, fructibus vero breviores, septem-ad novemnerves, subinaequales. *Flosculi* omnes aristati, basi axis, inprimis in superioribus, pilis brevibus plus minus vestiti. *Corollae Valvula exterior* ovata, obtusa, apice bidentata, mutica, septemnervis dorso supra medium *Aristam* exserens, valvula triplo fere longiorem, geniculato-refractam; *interior* paullo minor, obtusa emarginata, ad flexurae angulos ciliata.

Kurzer Hafer.

Variat Seminibus dorso ad aristae insertionem pilosis.

Inter segetes, praesertim aestivas, arenosas, Circuli Austriaci (*Host*), Ducatus Bremensis (*R.*), Oldenburgensi (*Trentepohl*). ⊙. Fl. Julio.

13. Avena *sterilis.*

A. panicula secunda, spiculis subquinquefloris, flosculis calyce minoribus: inferioribus dorso aristatis; superioribus muticis, corollae valvula exteriore apice bifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena sterilis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 449. *Host* Gram. Austr. 2. p. 42. Tab. 57. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 25. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 256. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 670. *Schrader* Germ. 1. p. 370. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 590.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, teretes, ad nodos plerumque pilosi, caeterum glabri, bi-seu tripedales. *Folia* lineari-lanceolata, scabra, plana. *Vaginae* inferne pilosae, teretes. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* secunda, erecta, laxa, apice saepe nutans. *Rami* simplices, filiformes, scabri: *inferiores* bini vel ternati; *superiores* solitarii. *Spiculae* hujus generis fere maximae, lanceolatae, nutantes, quadri-seu quinquefloras. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, carina scabrae, septem ad novemnerves. *Flosculi* glumis paullo minores, demum remotiusculi, *duo inferiores* a basi ad medium setis longis obsessi, reliqui glabri. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, ad nervos scabra, apice bifida: *Laciniis* muticis: in *flosculis duobus inferioribus* dorso circa medium *Aristam* exserens longissimam, geniculatam et tortilem; in *reliquis flosculis* arista dorsali destituta; *interior* duplo minor, bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Tauber Hafer.

In Istriae maritimis inter segetes (*Host*). ☉. Fl. Majo, Junio.

14. Avena *orientalis.*

A. panicula secunda, contracta, spiculis bifloris, flosculis calyce minoribus, unico dorso aristato, corollae valvula exteriore septemnervi, apice subtrifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena orientalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 446. *Host* Gram. Austr. 3. p. 31. Tab. 44. *G. M. S.* Fl. der Wetterau n. 152. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 252. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 669. *Schrader* Germ. 1. pag. 371. *Schreber* Spic. Fl. Lips. pag. 52. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 591.

Culmi bi-seu tripedales e *Radice* fibrosa, erecti, teretes,

glabri. *Folia* lineari-lanceolata, plana, scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* secunda contracta, erecta, vel apice nutans. *Rami* plures, compressi, scabri. *Spiculae* lanceolatae, biflorae, primum erectae, tunc horizontaliter patentes, demum pendulae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, multinerves, glabrae. *Flosculi* tereti-compressi, calyce minores, magnitudine inaequales, post anthesin remotiusculi. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, dorso convexiuscula, septemnervis, ad nervos scabra, caeterum nuda, apice inaequaliter bi-seu trifida, mutica, in *flosculo inferiore* majore dorso supra medium emittens *Aristam* longiorem, parum flexuosam; in *flosculo superiore* minore dorso arista destituta; *interior* minor, magis oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Türkischer Hafer.

Variat in solo steriliore *Flosculo inferiore* tantum fertili *superiore* sterili; in solo fertiliore saepe rudimentum tertii flosculi observatur.

Inter segetes, ad vias Circuli Austriaci (*Host*), in Wetteravia (*Borckhausen*). ☉. Fl. Julio.

15. Avena *nuda.*

A. panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus: terminali dorso inermi, corollae valvula exteriori subseptemnervi, membranacea, apice bifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena nuda. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 417 *Host* Gram. Austr. 3. pag. 30. Tab. 43. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 254. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. I p. 669. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 593. *Schrader* Germ. 1. p. 372.

Avena nuda. *C. Bauh.* Theatr. p. 471. *Lobel* Icon. p. 32. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 642.

Culmi plerumque plures e *Radice* fibrosa, bipedales, erecti, teretes, glabri. *Folia* lineari-lanceolata, plana, scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevis, laciniata. *Panicula* aequalis, erecta, contracta, sub anthesi patentiuscula, demum plus minus cernua. *Rami inferiores* plures ramosi, et simplices; *superiores* omnes simplices, filiformes, compressi, scabri. *Spiculae* lineari-lanceolatae, plerumque triflorae, florentes patentes, fructiferae nutantes vel pendulae. *Glumae* lanceolatae

acuminatae, subaequales, septemnerves, ad nervos scabriusculae. *Flosculi* calycem excedentes; *terminali* plerumque sterili et arista dorsali destituto. *Corollae Valvula exterior* toto glabra, membranacea, nec, ut in reliquis hujus generis speciebus plerisque, tendinosa, septemnervis, ad nervos nonnihil scabra, apice bifida, mutica, in flosculis inferioribus dorso supra medium *Aristam* exserens paullo longiorem illa, geniculatam et tortilem: *interior* multo minor, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. *Semen* corolla tantum tectum et liberum; nec, ut in congeneribus, illa corticatum.

Nackter Hafer.

Variat Spiculis quadrifloris.

Inter Austriae segetes (*Host*). ☉. Fl. Julio.

b) *Subracemosae.*

16. Avena *versicolor.*

A. racemo subsimplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore obsolete quinquenervi, apice dentata, mutica, vaginis teretibus, glabris, foliis margine scabris, radice fasciculata.

Avena versicolor. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 452. *Köler* Gram. p. 294. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 675. *Schrader* Germ. 1. p. 384. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 604. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 26. *Vest* Manuale p. 331.

Avena Scheuchzeri. Host Gram. Austr. 2. p. 38. Tab. 52. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 267.

Gramen avenaceum, paniculatum, alpinum, locustis varicoloribus, majoribus aristatis. *Scheuchz.* Agrost. pag. 251. Prodr. Tab. 3.

Festuca avenacea, humilior, alpina, locustis varicoloribus, majoribus aristatis. *Scheuchz.* Iter Alp. 6. p. 455. Tab. 19.

Radix fibrosa. *Culmi* pedales et sesquipedales, tenues, erecti, infra medium vaginis foliorum tecti, glabri, sub apice saepe scabri. *Folia* linearia, acuta, margine scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* elongata, acuta. *Racemus* subsimplex, aequalis, ante et post anthesin in spicam contractus. *Rami* breves, excepto uno vel altero ex inferioribus, spicula unica terminati, cum *Rhachi* graciles, subflexuosi, plus minus scabri. *Spiculae* lanceolatae, nitidae, versicolores, quadri-seu quinque-

florae. *Glumae* lanceolatae, tenuissimae, diaphanae, carinatae, carina scabrae, inaequales: *major* trinervis; *minor* uninervis. *Flosculi* calycem excedentes, basi pilis brevibus circumdati: *terminali* plerumque sterili. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, obsolete quinquenervis, scabra, apice bifida, mutica, vel tri-seu quadridentata et lacinulata, ultra dorsi medium *Aristam* exserens, longiorem, geniculatam et tortilem; *interior* minor, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Bunter Hafer.

In alpibus Styriae (*Sartori*), Carinthiae, Tyrolis (*Host*), Principatus Salisburgensis (*Flörke, Hoppe*). 4. Fl Jul., Aug.

17. Avena *pratensis.*

A. racemo simplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore quinquenervi, apice laciniata, mutica, vaginis subcompressis, scabris, foliis scabris, radice fasciculata.

α minor.

Avena pratensis. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 451. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 107. *Gmelin* Badens. n. 177. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 38. Tab. 51. *Köler* Gram. p. 279. *Leers* Herborn. n. 92. Tab. 9. Fig. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 266. *Pollich* palat. n 124. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 673. *Schrader* Germ. 1. pag. 385. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 605. Flora Dan Tab. 1083.

Gramen avenaceum, angustifolium, alpinum, spicata panicula, ex purpureo viridi et argenteo variegata. *Scheuchz* Agrost. p. 250.

β major.

Avena bromoides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 453. *Köler* Gram. pag. 291. *Römer et Schultes* Sys Veget. 2. p. 674.

Avena pratensis β. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. l. c.

Gramen avenaceum, alpinum, glabrum, angustifolium, l custis aristatis, in spicam dispositis. *Scheuchz.* Agrost. pa 228. Tab. 4. Fig. 21. 22.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, erecti, stricti, in α palm res et semipedales, in β sesquipedales et altiores, infra mediu

vaginis foliorum tecti. *Folia* linearia, angusta, carinata, supra scabra, margine serrulato-aspera: *radicalia* angustiora, longiora, rigidiora, complicata, filiformia, in β fere plana; *culmea* breviora, latiora, plana. *Vaginae* subcompressae, striatae, scabrae. *Ligula* oblonga, acuta, compresso-carinata, carina scabra. *Racemus* aequalis, erectus, ante et post anthesin contractus, spicaeformis, in α tri-, quadriuncialis; in β sex ad septem uncias longus. *Rami* brevissimi, alterni, scabri, in α unica plerumque spicula terminati; in β binis plerumque spiculis onusti. *Spiculae* lanceolatae, nitidae, versicolores, in α subquinqueflorae; in β longiores, suboctoflorae. *Glumae* acuminatae, compressae, carina scabrae. *Flosculi* calycem excedentes, subcompressi, basi pilis brevibus circumdati, *terminali* imperfecto. *Corollae valvula exterior* lanceolata, acuminata, quinquenervis, scabra, apice mutica, bi-seu trifida vel inaequaliter laciniata, ultra dorsi medium *Aristam* exserens longiorem, geniculatam, tortilem; *interior* minor, apice subbifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Wiesen-Hafer.

Observ. Pluribus convenit haec species cum antecedente, at facile distinguitur: 1. *Foliis* non solum margine, sed supra quoque scabris: *radicalibus* longioribus, angustioribus, plus minus complicato-filiformibus. 2. *Vaginis* subcompressis, scabris. 3. *Ligula* compresso-carinata, ad carinam scabra. 4. *Racemo* simpliciore: *Ramis infimis* tantum binatis, reliquis omnibus alternis, solitariis, omnibus brevissimis.

α in pratis, pascuis, collibus; β in alpibus. ♃. Fl. Junio et Julio.

* * * *Spicatae.*

18. Avena *fragilis.*

A. spica articulata, fragili, spiculis subsexfloris, flosculis calycem excedentibus, corollae valvula exteriore obsolete quinquenervi, margine ciliata, apice bifida, mutica, foliis scabris, radice fasciculata.

Avena fragilis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 450. *Host* Gram. Austr. 2. pag. 40. Tab. 54. *Köler* Gram. p. 294. *Schrader* Germ. 1. p. 386. *Schreber* Gram. 2. pag. 19. Tab. 24. Fig. 2. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 606.

Gaudinia fragilis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 694. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 272.

Gramen loliaceum lanuginosum, spica fragili, articulata, glumis pilosis, aristatum. *Scheuchz.* Agrost. pag. 32.

Culmi e *Radice* fibrosa, pedales et longiores, teretes, glabri, erecti, basi decumbentes et non raro radicantes, saepius inferne ramosi. *Folia* linearia, acuta, plana, scabra. *Vaginae* subcompressae, pilosae. *Ligula* brevis, obtusa. *Spica* erecta, tri-, quadriuncialis, aequalis. *Rhachis* articulata, flexuosa, ad geniculа fragilis, (ut in *Rottboëlliis* genuinis,) margine scabriuscula, articulis alternatim altero latere convexiusculis, altero planis (sed absque fovea). *Spiculae* solitariae, alternae, sessiles, lanceolatae, subsexflorae. *Glumae* lanceolatae, margine membranaceae, inaequales: *major* obtusa, dorso convexiuscula, multinervis; *minor* acutior, carinata, ad carinam scabra, bi-seu trinervis. *Flosculi* subcompressi, calycem excedentes, basi nudi, *terminali* plerumque sterili. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, obsolete quinquenervis, margine ciliata, apice bifida, mutica, supra medium dorso emittens *Aristam* tenuem, duplo longiorem illa, geniculatam et tortilem; *interior* paullo minor, bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Zerbrechlicher Hafer.

In siccis, sterilibus Istriae (Host). ☉. Fl. Majo et Junio.

76. TRIODIA.

Calyx bivalvis, tri-ad quinqueflorus: *Glumis* subaequalibus, convexis. *Corolla* bivalvis, basi fasciculis pilorum cincta. *Valvula exteriore* apice tridentata, vel trifida: dente intermedio in *Aristam* nunc breviorem, rectam, nunc longiorem, tortam et geniculatam, abeunte. *Stamina* tria. *Stigmata* duo, plumosa. *Semen* liberum, corolla tectum.

1. Triodia *decumbens.*

T. panicula subsimplici, spiculis ovatis, valvulae corollae exterioris arista intermedia recta, longitudine dentium lateralium, radice subrepente.

Triodia decumbens. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 597. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 353.

Festuca decumbens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P.

p. 424. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 131. *Gmelin* Badens. n. 148. *Leers* Herborn. n. 78. Tab. 7. Fig. 5. *Pollich* palat. n. 105. Flora Dan. Tab. 162.

Poa decumbens. *Besser* Galic. n. 117. *Host* Gram. Austr. 2. p. 52. Tab. 72. *Schrader* Germ. 1. p. 305. *Scop.* Carn. 2. n. 98. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 508.

Bromus decumbens. *Köler* Gram. p. 242.

Melica decumbens. *Weber* Spicil. Gött. p. 3.

Melica rigida. *Wibel* Werthem. p. 117.

Sieglingia decumbens. *Bernhardi* Erford. p. 44.

Gramen montanum avenaceum, locustis muticis, tumentibus, pilosum. *Scheuchz.* Agrost. p. 170. Tab. 3. Fig. 16. A—C.

Radix subrepens cum denso fibrarum caespite. *Culmi* plures decumbentes, demum adscendentes, erecti, semipedales et altiores, subcompressi, rigidi, glabri, ultra medium vaginis foliorum tecti. *Folia* linearia, acuminata, rigidiuscula, carinata, utrinque, inprimis basi, pilosa, margine scabra, siccata convoluta. *Vaginae* subcompressae, pilosae, striatae. *Ligulae* loco pilorum barba. *Panicula* erecta, subsimplex, pauciflora, contracta. *Rami* pauci, alterni, flexuosi, solitarii, subdivisi, plerumque duabus tantum spiculis, superiores solitaria, onusti. *Spiculae* oblongo-ovatae, obtusae, subcompressae, arcte imbricatae, tri-, quadriflorae, e viridi alboque purpurascentes. *Glumae* subaequales, ovato-lanceolatae, acuminatae, longitudine fere flosculorum, quinquenerves, ad carinam scabrae, margine membranaceae. *Flosculi* basi liberi, basi utrinque fasciculo pilorum barbati, terminali plerumque sterili. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, obsolete septemnervis, dorso convexa, margine infra medium ciliata, apice trifida: *Laciniis lateralibus* ovatis, obtusis; *intermedia* in apicem aristaeformem producta, longitudine lateralium; *interior* minor, oblongo-ovata, apice integra, ad flexurae angulos ciliata.

Niederliegender Dreizahn.

In pratis montanis, pascuis et ericetis. 2|. Fl. Junio.

2. Triodia *alpina.*

T. panicula subsimplici, spiculis oblongis, valvulae corollae exterioris arista geniculata torta, dentibus lateralibus longiore, radice fasciculata.

Danthonia alpina. *Vest* in der Regensb. bot. Zeitung.

1821. No. 10. p. 145. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 354.

Radix fibrosa, caespitosa. *Culmi* plures, erecti, tereti-compressiusculi, semipedales et pedales, graciles, glabri, plerumque binodes. *Folia* linearia, acuta, plana, utrinque glabra, margine scabra, vel ciliata. *Vaginae* teretiusculae, arctae, ad orificium Ligulae loco barbatae. *Racemus* pauciflorus, subsimplex, secundus. *Pedunculi* solitarii, graciles, simplices, rarius ex infimorum numero unus vel alter divisus, spicula solitaria terminati. *Spiculae* oblongae, quadri-seu quinqueflorae. *Glumae* lato-lanceolatae, acuminatae, membranaceae, ad tertiam partem flosculis, remotis aristis, longiores, septem-ad novemnerves, subaequales. *Flosculi* approximati, basi utrinque fasciculo pilorum barbati. *Corollae Valvula exterior* elliptica, plano-convexa, cartilaginea, glabra, superne submembranacea, scabriuscula, novemnervis, margine villosa, apice trifida: *Laciniis lateralibus* e latiore basi in mucronem attenuatis; *intermedia* angustiore, in *Aristam* tortam, geniculatam, laciniis lateralibus longiorem, demum horizontaliter reflexam, producta; *interior* elliptica, plana, margine inflexa.

Alpen-Dreizahn.

In alpe *Kotschna* Carniae *(de Vest)*, in pratis montosis circa Tergestem, inter *Cropada* et *Sessana* et alibi *(Schiede)*. 2l. Fl. Majo.

3. Triodia *festucacea.*

T. panicula laxa, nutante, spiculis oblongis, valvulae corollae exterioris arista intermedia, recta longitudine lateralium.

Arundo festucacea. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 126.

Festuca borealis. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 341.

Donax festucaceus. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2 p. 602.

Radix in nostro specimine a Celeberr. *Otto* e loco natali accepto, deest. *Culmus* erectus, ramosus, teres, glaber, ad genicula inferiora saepe radicans, inferne crassitie pennae cygneae vel crassior, superne valde attenuatus et scabriusculus, quadripedalis. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, plana, profunde striata, utrinque et margine scabra. *Vaginae* teretes, striatae glabrae. *Ligula* oblonga, lacera. *Panicula* elongata, laxa, di-

fusa, nutans. *Rami* cum *Rhachi* angulosi, scabri, setacei, subflexuosi, inferiores quini, reliqui gemini, subdivisi. *Spiculae* oblongae, quadriflorae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, inaequales: *major* quinquenervis; *minor* trinervis. *Flosculi* calycem excedentes, remotiusculi, basi ad latus interius fasciculis duobus pilorum, sextuplo saltem breviorum, praediti. *Corollae valvula exterior* lanceolata, quinque-ad septemnervis, glabra, apice scariuscula, membranacea, trifida: *Laciniis* mucronatis, aequalibus, *intermedia* paullo angustiore, e aristaeformi; *interior* exteriori longitudine aequalis, apice bidentata, ad flexurae angulos ciliata.

Schwingelartiger Dreizahn.

Observ. I. Primo intuitu omnino similis est *Bromo* nostro *elatiori* (Festucae auctorum) at notis indicatis facile distinguenda.

Observ. II. Ob corollae valvulam exteriorem apice tridentatam; nec in aristam vel mucronem simplicem attenuatam, neque ad *Festucam*, neque ad *Phragmitam* referri potest. Pilorum fasciculi insuper non ex axi originem ducunt ut in *Phragmita*. A *Koeleria* recedit fasciculis pilorum ad basin flosculorum.

In fossis profundis prope *Berolinum* (*Willdenow*), prope *Treptow* in flumine *Spree* (*Nolte*). ♃. Fl. Julio.

77. PHRAGMITES.

Calyx bivalvis, multiflorus, flosculis brevior. *Corolla* bivalvis, pilis persistentibus ex axi oriundis cincta: *Valvula exteriore* apice integra, acuminata. *Semen* liberum, corolla tectum.

Observ. Ab *Arundine* recedit Phragmites calycibus multinec uni-floris.

1. Phragmites *communis.*

P. calycibus subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, lanam aequantibus, culmo simplici.

Phragmites communis. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 229.

Arundo Phragmites. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 454. *Roth* Flora Germ. T. II. P.I. p. 147. *Besser* Galic. n. 135. *Gmelin* Badens. n. 178. *Hoffmann* Deutschl.

Flora 2. Tab. 9. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 39. *Köler* Gram. p. 272. *Leers* Herborn. n. 94. Tab. 7. Fig. 1. *Pollich* palat. n. 127. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 510. *Schkuhr* Handb. 1. p. 53. Tab. 18. *Schrader* Germ. 1. p. 223. Tab. 5. Fig. 4. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 418. *Scop.* Carn. 2. n. 128.

Arundo vulgaris, Phragmites Dioscoridis. *Scheuchz.* Agrost. pag. 161. Tab. 3. Fig. 14. D.

Arundo vulgaris. *C. Bauh.* Theatr. pag. 269.

Arundo vulgaris palustris. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 485.

Calamos, Arundo Vallatoria seu Phragmites Dioscoridis. *Lobel* Icon. 1. p. 81. *Ejusd.* Hist. p. 28.

Radix longe lateque repens, articulata. *Culmi* erecti, stricti, robusti, teretes, glabri, simplices, sex-ad decempedales. *Folia* lanceolata, longe acuminata, plana, siccitate convoluta, rigida, margine hispida, caeterum glabra, supra viridia, nervosa, subtus glaucescentia. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligulae* loco barba. *Panicula* erecta, ramosissima, diffusa, pedalis et sesquipedalis: *fructifera* apice cernua. *Rami* verticillati, angulati, scabriusculi, cum *Ramulis* basi pilis longis armati. *Spiculae* lanceolatae, mucronatae, fusco-purpureae, quinque-seu sexflorae. *Glumae* acutae, trinerviae: *exteriore* ovato-lanceolata; *interiore* duplo majore, lanceolotae. *Flosculi* calyce multo longiores, mutici: *infimo* sterili, basi nudo, *reliquis* pilis niveis distichis, axi insidentibus, longitudine flosculi, basi cinctis. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, acuminata, superne margine et carina hispidula, uninervis; *interior* duplo minor, apice bifida, ad flexurae angulos subhispida.

Gemeines Rohrschilf.

In fossis, lacubus, paludibus, ad fluviorum ripas et in pratis udis. 24. Fl. Julio et Augusto.

78. SCOROCHLOA.

Mertens et Koch Deutschl. Flora n. 230.

Calyx bivalvis, tri-ad quinqueflorus, longitudine flosculorum. *Corolla* bivalvis, basi pilis elongatis vestita: *Valva exteriore* apice bifida, cum *Arista* intermedia brevi. *Stamina* tria. *Styli* longi. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* e rolla tectum.

Observ. A *Phragmita* recedit: 1. *Corolla* ipsa basi pi

elongatis vestita, apice bifida cum arista intermedia; nec glabra, basi tantum cincta pilis ex axi originem ducentibus, nec apice integra, acuminata. 2. *Stylis* praelongis.

1. Scorochloa *arundinacea.*

S. panicula patente, ramosissima, calycibus trifloris. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c.

Arundo Donax. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. p. 454. *Host* Gram. Austr. 4. Tab. 38. *Köler* Gram. p. 275. *Schrader* Germ. 1. p. 225. *Scop.* Carn. 2. n. 127. *Vest* Manuale p. 322.

Donax arundinaceus. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 600.

Arundo sativa. *C. Bauh.* Theatr. p. 271.

Arundo sativa, quae Donax Dioscoridis. *Scheuchz.* Agrost. p. 159. Tab. 3. Fig. 14.

Arundo maxima et hortensis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 486.

Arundo Donax sativa, sive Cypris. *Lobel* Icon. 1. p. 51. *Ejusd.* Hist. p. 28.

Radix repens, geniculata. *Culmi* sex-ad decempedales, sublignosi, erecti, crassi, rigidi, geniculis pluribus interstincti, vaginis foliorum fere ad paniculam usque vestiti, cavi. *Folia* duas ad tres uncias lata, sesqui-ad bipedalia, lanceolata, longe acuminata, rigida, plana, utrinque glabra, glauco-viridia, margine hispida. *Vaginae* teretes, glabrae, tenuissime striatae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* oblonga, ramosissima, densa, diffusa, patula, pedalis et sesquipedalis, purpureo-flavescens et argenteo nitore suffusa. *Rami* cum *Rhachi* hispidi. *Spiculae* lanceolatae, acuminatae, bi-ad quadriflorae. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, trinerves, ad nervos scabriusculae, subaequales. *Flosculi* calycem vix excedentes, dorso a basi ad medium usque pilis longis, densis, sericeis, vestiti. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, trinervis, acuminata, apice trifida: *Laciniis lateralibus* in mucronem aristaeformem attenuatis, *intermedia Aristam* constituente a nervo intermedio productam, rectam, setaceam; *interior* paullo minor, retusa, bidentata, dentibus mucronatis ad flexurae angulos hispidula.

Schilfiges Pfahlrohr.

In palustribus Litoralis, Aquilegiensibus, in Istria in similibus locis circa Cepichi et inter Novacum et Pisinum, alibique (*Scopoli*, *Host*, *Vest*). 24. Fl. Augusto.

79. TRITICUM.

Calyx bivalvis, solitarius, multiflorus: *Glumis* oppositis, subaequalibus. *Corolla* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, muticis, vel apice aristatis. *Semen* corollae adnatum.

a) *Spica disticha.*

1. Triticum *caninum.*

T. glumis trinerviis, subquinquefloris, brevius aristatis, flosculis aristatis, rhachi scabriuscula, foliis utrinque scabris, radice fasciculata.

Triticum caninum. *Gmelin* Badens. n. 202. *Host* Gram. Austr. 2. p. 20. Tab. 25. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flor. n. 385. *Schrader* Germ. 1. p. 389. *Schreber* Spic. Fl. Lips. p. 51. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 566.

Elymus caninus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 469. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 151. (exclusa Var. β.) *Köler* Gram. pag. 333. *Pollich* palat. n. 131. *Schkuhr* Handb. 1. p. 56. Tab. 19. Flora Dan. Tab. 1447.

Agropyrum caninum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. pag. 756.

Gramen spica triticea compacta, aristis longioribus *Scheuchz.* Agrost. p. 10.

Radix caespitosa, fibrosa. *Culmi* erecti, ad geniculum unum vel alterum praesertim basi infracti, teretes, infra nodos pubescentes, caeterum glaberrimi, bi-seu tripedales. *Folia* linearia acuminata, plana, supra pubescentia, subtus margineque scabra. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, denticulata. *Spica* disticha, digitalis et major, primo erecta, fructifera nutans. *Rhachis* flexuosa, alternatim hinc convexiuscula et striata, inde planiuscula, laevis. *Spiculae* alternae, solitariae, sessiles, oblongo-lanceolatae, quadri-seu quinqueflorae. *Glumae* subaequales, oblongo-lanceolatae, membranaceae, brevius aristatae, dorso convexae, trinerves, scabrae. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, superne quinquenervis, ad nervos scabriuscula, apice attenuata in Aristam duplo longiorem, subflexuosam; *interior* oblongo-linearis, longitudine exterioris, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Hunde-Weizen.

Observ. Primo intuitu quodammodo simile est sequen-

Tritici repentis et hinc facile cum illo commutandum, at distinguitur: 1. *Radice* fibrosa. 2. *Culmis* ad nodorum basin pubescentibus. 3. *Spica* demum nutante. 4. *Glumis* semper in Aristam brevem desinentibus, trinerviis; nec quinquenerviis. 5. *Corollae Valvula exteriore* nunquam mutica, sed Arista duplo longiore terminata.

In sylvis, dumetis, ad sepes. ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Triticum *repens*.

T. glumis subquinquenerviis, quadri-ad octofloris, cum flosculis muticis aristatisve, rhachi scabriuscula, foliis supra scabriusculis, radice repente.

Triticum repens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 481. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 148. *Besser* Galic. n. 138. *Gmelin* Badens. n. 201. *Host* Gram. Austr. 2. p. 17. Tab. 21. *Köler* Gram. pag. 346. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 383. *Pollich* palat. n. 133. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 63. Tab. 20. *Schrader* Germ. 1. pag. 390. *Schreber* Gram. 2. p. 24. Tab. 26.

Agropyron repens. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 756.

α. Flosculis obtusis, muticis.

Triticum repens. *Leers* Herborn. n. 95. Tab. 12. Fig. 3.

Triticum repens a *arvense*. *Schreber* in *Schweigger* Flora Erlang. 1. p. 143. *Ejusd.* Gram. l. c. Fig. III. Fig. 1.

Triticum arvense. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 567.

β. Flosculis acutis vel acuminatis. *Schrader* Germ. l. c. *α.*

Triticum repens. *Roth* Flora Germ. l. c. *α.*

Triticum repens b *subulatum*. *Schreber* in *Schweigger* Flora Erlang. l. c. *Ejusd.* Gram. l. c. III. Fig. 2.

Triticum subulatum. *Schultes* Oestr. Fl. n. 568.

Gramen caninum arvense, seu Gramen Dioscoridis. *Scheuchz.* agrost. p. 5.

Gramen arvense caninum primum, seu Gramen Dioscoridis. *Bauh.* Theatr. p. 9.

γ. Flosculis plus minus aristatis. *Schrader* Germ. l. c. *β.*

Triticum repens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *β.* *Roth* Flora Germ. l. c. *β* et *γ*. *Schreber* Gram. l. c. III. Fig. 4—8.

Triticum repens α Vaillantianum. Schreber in *Schweig ger* Fl. Erlang. l. c.

Triticum Vaillantianum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 570.

Gramen aristis longis donatum. *Monti* Prodr. p. 41. Fig. 26

Gramen spica triticea, repentis vulgaris varietas cum spic aristata. *Scheuchz.* Agrost. p. 9. n. 6.

Gramen spica triticea compacta, hirsutum, aristatum *Scheuchz.* Agrost. p. 9. n. 7.

Gramen avenaceum dumetorum spicatum. *Dillen* Gis Append. p. 170. Tab. 15.

δ. Spiculis inferioribus geminis ternisve. Schre der Germ. l. c. *γ.*

Triticum repens. Gmelin Badens. l. c. II. *β. γ.* et III. *β.*

Triticum repens c. *dumetorum. Schreber* in *Schwei ger* Fl. Erlang. l. c. *Ejusd.* Gram. II. IV. Fig. 3.

Triticum dumetorum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 569.

Triticum repens c. *Leersianum. Schreber* in *Schwei ger* Fl. Erlang. l. c.

Triticum Leersianum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 571.

Elymus dumetorum. Hoffmann Germ. p. 64.

Elymus caninus. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 151. *major.*

Elymi canini Var. Leers Herborn. n. 96. Tab. I Fig. 4. 1.

Gramen latifolium, spica triticea compacta. *C. Bau* prodr. p. 17.

Gramen triticea spica compacta, latifolium. *C. Bau* Theatr. p. 131.

Radix longe lateque repens, geniculata, alba. *Culmi* bi-s tripedales et altiores, erecti, vel geniculis infracti, teretes, g bri. *Folia* linearia, acuminata, plana, dorso glabra, supra margine scabra, viridia. *Vaginae* teretes, glabrae; inferio nonnihil subvillosae. *Ligula* brevissima truncata, tenuissime d ticulata. *Spica* digitalis et longior, disticha, constanter erec *Rhachis* fere ut in antecedente *Trit. canino. Spiculae* sessil oblongo-lanceolatae, solitariae, vel ut in *δ*, inferiores geminae ternae, quadri-ad novemflorae, virides, vel e viridi purpurasc tes, approximatae vel remotiusculae. *Glumae* plerumque quinq nerves, superne scabrae, vel obtusae, muticae, ut in *α*, vel a tae et mucronatae, ut in *β*, vel Arista diversae longitudinis, ut

Flosculi imbricati. *Corollae Valvula exterior* glumis conformis; *interior* paullo minor, oblongo-lanceolata, retusa, bifida, d flexurae angulos ciliata.

Queoken-Weizen.

Polymorphum hoc gramen pro loci natalis conditione ariat: 1. *Colore* glaucescente. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 40.

2. *Foliis* latioribus et angustioribus, vel supra, vel utrinque subvillosis.
3. *Spicularum* magnitudine et earum flosculorum numero.
4. *Glumis* pubescentibus.

In cultis, ruderatis, ad sepes alibique. 2. Fl. Aestate.

Triticum *rigidum.*

T. glumis subseptemnervibus, multifloris, obtusissimis, flosdis dorso carinatis, rhachi hispida, foliis supra scaberrimis, adice subrepente.

Triticum rigidum. *Schrader* Germ. 1. p. 392. (exclusis ynon. *Host* et *Roth.*)

Triticum intermedium. *Besser* Galic. n. 139. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 573.

Triticum glaucum. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora . 382.

Triticum junceum. *Host* Gram. Austr. 2. p. 18. Tab. 22. exclusis synon. omnibus), sed in Vol. 3. pag. 23. declarat pro rit. *intermedio.*

Triticum junceum. *Gmelin* Badens. n. 200. *Schöpfer* Oenimont. p. 25.

Agropyrum rigidum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. . 752.

Gramen angustifolium, Tritici spica, muticae simili. *C. Bauh.* prodr. p. 17. *Ejusd.* Theatr. pag. 132. *Scheuchz.* grost. p. 7.

Species quasi media dicitur inter *Triticum repens* et *junceum*, abitu tamen posteriori proximum.

A *priori* recedit: 1. *Rigiditate* totius plantae, semper plus minus glaucescente. 2. *Radice* subrepente, plures culmos et foorum fasciculos in densum caespitem unitos producente. 3. *Cul-*

mis firmioribus. 4. *Foliis* acutioribus, supra profundius striatis et magis scabris, in adultiore statu margine subinvolutis. 5. *Spiculis* majoribus, obtusis, muticis, nunquam aristatis. 9. *Glumis* sulcatis, obtusissimis, non raro fere truncatis et retusis. 7. *Valvulis corollae* obtusioribus.

A *posteriore* differt: 1. *Culmis* plerumque altioribus, firmioribus et magis erectis, saepe scabriusculis, nunquam glaberrimis. 2. *Foliis* latioribus, rigidioribus, minus involutis, scabris, sed non pubescentibus, ut in *Tritico junceo*. 3. *Vaginis*, inprimis ad oram, interdum pilis sparsis obsessis. 4. *Rhacheos margine* hispido. 5. *Spiculis* in fertiliori solo septem - ad undecimfloribus 6. *Glumis* sex-, septemnerviis et inter nervos profundius sulcatis 7. *Flosculis* minoribus, carina hispidis. 8. *Colore* minus glauco

Steifer Weizen.

In Litoralis maritimis *(Wulfen, Host)*, in arenosis collibus Austriae *(Flügge)*, Bohemiae prope *Salsesel (Schkuhr Pohl)*, Galiciae *(Besser)*, in Marggraviatu Badensi superiori ad Rheni ripas prope *Eimeldingen (Gmelin)*. 2|. Fl. Jun. et Ju

4. Triticum *giganteum.*

T. glumis subseptemnervibus, multifloris, cum flosculis dorsi convexis, ad apicem carinatis, retusis, rhachi hispida, foliis supra scabris, radice fasciculata.

Triticum giganteum. Roth Catalecta bot. Fasc. 3. p. 22.

Triticum junceum β giganteum. Roth Neue Beitr. zu Bot. 1. p. 135.

Triticum elongatum. Host Gram. Austr. 2. p. 18. Tab. I

Triticum rigidum. Mertens et *Koch* Deutschl. Flor n. 380.

Agropyrum giganteum. Römer et *Schultes* Syst. Veg 2. p. 753.

Differt a *Tritico junceo*, quocum quam proxime cognatu est: 1. *Radice* caespitosa, fibrosa, fibris longissimis, villosi nec repente, nec articulata. 2. *Culmo* altiore, tri-ad quinqu pedali, strictissimo; nec multo breviore, adscendente. 3. *Fol* planis, per exsiccationem tantum convolutis, inter strias hispidul 4. *Vaginis* profunde sulcatis, scabriusculis; nec glaberrimis. *Ligula* nulla, sed ejusdem loco margo politus, dente utrinque et mum amplectente. 6. *Spica* longiore sesquidigitali et semiped 7. *Rhachi* margine hispida; nec laevi, nec ad articulos frag

8. *Spiculis* septem-ad octofloris; nec subquinquefloris. 9. *Glumis* duplo brevioribus, septemnerviis, retusis, basi obsolete ciliatis, fere cymbiformibus et fere linearibus; nec superne compressis, nec oblongo-lanceolatis. 10. *Corollae valvula exteriore* retusa, apice carinata et ad carinam subdenticulata, caeterum glaberrima; *interiore* oblongo-lanceolata, obtusissima. sed non retusa.

A praecedente *Tritico rigido*, cum quo conjunxit Celeberr. *Schrader* in Fl. Germ. 1. pag. 392. distinguitur: 1. *Radice* fibrosa. 2. *Culmis* altioribus, strictioribus, glabris. 3. *Foliis* angustioribus, planis, supra inter strias hispidulis. 4. *Ligulae* defectu. 5. *Glumis* inter nervos minus profunde sulcatis, retusis. 6. *Corollae valvula exteriore* retusa, dorso convexa et glabra, apice tantum carinata; nec carinata, ad carinam hispida, nec obtusa solum.

Höchster Weizen.

In Litoralis maritimis *(Host)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

5. Triticum *junceum.*

T. glumis subdecemnerviis, quinque-ad octofloris, obtusis, floseulis muticis, dorso convexis, rhachi laevi, foliis supra pubescentibus, radice repente.

Triticum junceum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 480. (exclusis synonymis pluribus.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 566. (exclusis synon. *Bauh.* et *Scheuchz.*) *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. pag. 131. (exclusa Var. *β.*) *Host* Gram. Austr. 3. p. 23. Tab. 33. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 378. *Schrader* Germ. 1. p. 394. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 574. Flora Dan. Tab. 916.

Bromus truncatus. Scop. Carn. 2. n. 121. fide *Wulfen.*

Agropyrum junceum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 750.

Radix repens, articulata, stolonifera. *Culmi* adscendentes, erectiusculi, teretes, glabri, rigidi, glauci, inferne albidi, at laeviter purpurascentes, semipedales, pedales, raro altiores. *Folia* angusto-linearia, involuta, glauca, rigida, subtus laevissima, supra scabra, profunde striata, et inter strias hispidula, apice cartilaginea et pungentia. *Vaginae* teretes, laxiusculae, striatae, laeves: *superior* glauca; *inferiores* sensim magis albicantes, vel purpurascentes; *infima* tam culmi floriferi, quam sterilium ad lentem interdum laevissime pubescens. *Ligula* brevissima, truncata. Spica quadriuncialis ad semipedalem longitudinem accedens, non

raro tota reliqua culmi parte longior, recta, vel etiam ob culmum adscendentem in medio incurvata, disticha. *Rhachis* alternatim hinc convexa, inde concava, utrinque glabra: *fructifera* ad articulos facile secedens. *Spiculae* oblongae, primo teretes, demum compressae, laevissimae, glabrae, remotae, apice tamen sequentem attingentes, octo lineas ad unciam longae, quadri-, quinque-, rarius sexflorae. *Glumae* aequales, oblongo-lanceolatae, spicula nunc fere duplo, nunc et plerumque paullo tantum breviores, obtusae, vel truncatae, plerumque novemnerves, sulcatae, dorso convexae, laevissimae. *Flosculi* approximati, subimbricati, distichi. *Corollae Valvula exterior* glumis conformis, at apice minus obtusa et nervis tantum quinque, versus apicem tantum conspicuis, praedita, glaberrima; *interior* angustior, parum minor, apice retusa, ad flexurae angulos ciliata.

Binsen-Weizen.

In arenosis maritimis Istriae (*Host*), ad litora maris Baltici prope *Düsternbrock* (*Weber*); Warnemunde (*Timm*), ad sinum maris septentrionalis prope *Dangast* (*Trentepohl*). 4. Fl. Junio et Julio.

6. Triticum *acutum.*

T. glumis septemnerviis, quinque-ad octofloris cum floseulis dorso convexis, acutiusculis, rhachi laevi, foliis supra punctato-scabris, radice repente.

Triticum acutum. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora n. 379.

Triticum junceum β *mucronatum.* *Trentepohl* Florae Oldenburg. MS.

Triticum repens, β *maritimum.* *Roth* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 137.

Agropyrum acutum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 751.

Toto habitu *Tritico junceo* proximum, ut facile cum illo commutetur, a quo tantum differt: 1. *Foliis* supra punctis elevatis scabris, *culmeis* plerumque latioribus. 2. *Glumis* tantum septemnervibus, apice brevissime mucronatis. 3. *Corollae valvula exteriore* nervo dorsali extra apicem, in aliis ad lineam trientem, in aliis ad semilineam et lineam, elongato, cartilagineo obtuso, mutico, valido, plerumque laevi.

Spitzer Weizen.

Observ. Spicae infima spicula basi non raro bracteata est *Squamis* duabus, ovato-oblongis, planis, obtusis, striatis, rhacheos sinui oppositis et calyce paullo brevioribus. Idem observavit optimus *Trentepohl.*

Ad sinum maris septentrionalis prope *Dangast* (*Trentepohl*), ad Insulam *Nordernay* et ad Albim prope *Cuxhaven* (*Mertens*). 24. Fl. Jun., Jul.

7. Triticum *pungens.*

T. glumis septemnerviis, quinque-ad decemfloris, acutiusculis, flosculis obtusis, muticis, rhachi plus minus scabra, foliis supra strigosis, apice convolutis, pungentibus, radice repente.

Triticum pungens. *Persoon* Synops. 1. p. 109. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 381.

Agropyrum pungens. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 753.

Gramen hoc nondum vidi, quod amici *Mertens* et *Koch* l. c. sequentibus describunt: Medium quasi inter *Triticum acutum* et *giganteum* nostrum tenet. *Radix* longe lateque repens. *Culmus* rigidus, robustus. *Folia* margine scabra, supra profunde sulcata, strigosa, apice convoluta, pungentia. *Spiculae* approximatae, distichae, supra dimidiam rhacheos articulis longiores. *Rhachis* margine plus minus scabra. *Glumae* spicula dimidio breviores, nervis septem aequalibus praeditae, versus apicem minus attenuatae, apice rotundiusculae, cum mucrone crassiusculo. *Corollae Valvulae* obtusae, muticae nonnihil brevi mucrone terminatae.

A *Tritico acuto*, cui proximum est, discernitur: 1. *Foliis* supra setulis sparsis, brevibus quasi strigosis, nec punctato-asperis, apice convoluto-pungentibus. 2. *Spiculis* approximatis. 3. *Glumis* brevioribus, minus attenuatis. 4. *Rhachi* margine scabra.

A *Tritico giganteo* recedit: 1. *Radice* repente. 2. *Spiculis* approximatis. 3. *Glumis* versus apicem minus attenuatis, apice rotundiusculis, mucronulatis.

Stechender Weizen.

Ad litora maris Adriatici arenosa prope Tergestem (*Mertens*). 24. Fl. Jun., Jul.

8. Triticum *cristatum.*

T. glumis quinquenerviis, tri-ad quinquefloris, cum flosculis dorso carinatis, aristatis, rhachi villosa, foliis supra pilosis, radice repente.

Triticum cristatum. Host Gram. Austr. 2. Tab. 24. (excluso syn. *Gmelin.*) *Schreber* Gram. 1. p. 12. Tab. 23. Fig. 1. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 575.

Agropyrum cristatum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 758.

Bromus cristatus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 439. (exclusis syn. *Gmelin* et *Buxbaum.*)

Radix repens. *Culmi* basi procumbentes, ramosi, tunc adscendentes, erecti, glabri, superne pubescentes, pedales et sesquipedales. *Folia* linearia, acuminata, plana, subpilosa, dorso glabra, striata. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevis, truncata, ciliata. *Spica* sesquiuncialis, biuncialis, compressa, utrinque plana, disticha, densa. *Rhachis* flexuosa, pilosa, alternatim hinc convexa, inde excavata. *Spiculae* circiter viginti ad utrumque rhacheos latus, alternae, approximatae, tamen distinctae, rigidae, compressae, lineari-lanceolatae, aristatae, patulae, pallide virides, quadri-seu quinquefiorae, in solo fertiliore sex-ad octoflorae. *Glumae* ex ovato lanceolatae, carinatae, quinquenervis, apice in *Aristam* brevem, scabram desinentes, margine membranaceae. *Flosculi* imbricati, demum distichi. *Corollae Valvulae exterior* oblongo-lanceolata, in *Aristam* vix longiorem, scabram attenuata, quinquenervis, carinata, margine membranacea; *interior* oblongo-lanceolata, obtusa, mutica, ad flexurae angulos ciliata.

Kammförmiger Weizen.

In graminosis siccis salsis Pannoniae *(Kitaibel, Host).* ♃. Fl. Jun., Jul.

9. Triticum *villosum.*

T. glumis subtricostatis, costis ciliatis, subtrifloris, cum flosculis dorso depressis, aristatis, rhachi margine pilosa, foliis pubescentibus, radice fasciculata, annua.

Triticum villosum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 768.

Secale villosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 471. *Host* Gram. Austr. 2. p. 35. Tab. 48. *Schrader*

Germ. 1. p. 388. *Senus* Iter Istr. p. 75. *Schultes* Oestr Flora 2. n. 436.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, erecti, striati, glabri, bipedales et altiores. *Folia* lineari-lanceolata, plana, pubescentia, margine scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae; *suprema* dilata. *Ligula* brevissima, truncata, crenulata. *Spica* erecta, oblonga, densa, disticha, demtis aristis uncialis vel sesquiuncialis. *Rhachis* articulata, *articulis* compressis, demum fragilibus, margine pilosis. *Glumae* aequales, flosculis minores, virides, bi-seu tricostatae: costis elevatis et pilis patulis, rigidis ciliatis, margine membranaceae, albidae, subpubescentes, apice terminatae *Arista* recta, vel in inferioribus spiculis non raro inflexa, multo longiore. *Flosculi duo inferiores* sessiles, *tertio*, si adest, pedicellato, sterili, arista breviore instructo, vel submutico. *Corollae Valvula exterior* lanceolata, compressa, dorso depressa, quinquenervis, terminata *Arista* longiore et validiore, quam in Glumis; *interior* multo angustior, bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Haariger Weizen.

Inter segetes, ad sepes Istriae *(v. Senus)*, Litoralis *Host)*. ☉. Fl. Majo et Junio.

0. Triticum *campestre.*

T. glumis uninerviis, margine ciliatis, subtrifloris, cum flosculis dorso carinatis, aristatis, rhachi margine pilosa, foliis subpubescentibus, radice fasciculata, bienni.

Triticum campestre. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. pag. 769.

Secale campestre. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 437.

Secale sylvestre. Host Gram. Austr. 4. pag. 2. Tab. 2.

Antecedenti adeo simile dicitur, ut aegre distinguatur, differt autem: 1. *Radice* bienni; nec annua. 2. *Vaginis inferioribus* pilosis. 3 *Ligula* pubescente. 4. *Glumis* angustioribus, uninervibus, margine ciliatis. 5. *Corollae Valvula exteriore* uninervi, dorso carinata, ad carinam glabra; nec quinquenervi, dorso depressa.

Feld-Weizen.

In campis arenosis *Pusztis* Hungariae, circa *Ketskemet* et *Nis-Talék*, nunquam in sylvis *(Kitaibel)*. ♂. Fl. Junio.

Observ. Praeeunte Illustri *Marsch. a Bieberstein* in Flora Taurico-Caucas. 1. p. 85. hoc et antecedens gramen a *Secali* removi et ad hoc genus retuli, quia spiculae in rhacheos articulis, mediante nodo, tanquam receptaculo proprio, insident; nec ut in Secali Rhacheos dentibus affixae sunt.

b) *Spica secunda.*

11. Triticum *loliaceum.*

T. spica unilaterali, glumis trinerviis, acutis, multifloris, flosculis dorso convexis, muticis, rhachi margine hispida, foliis supra glabriusculis, radice fasciculata, annua.

Triticum loliaceum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 488. *Schrader* Germ. 1. p. 395.

Triticum unilaterale. Host Gram. 3. p. 21. Tab. 27. (exclusis synonymis.)

Brachypodium loliaceum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 74.

Poa loliacea. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 287.

Culmi plures e *Radice* fibrosa, fasciculata, in caespitem conjuncti, semidigitales, digitales et longiores, adscendentes, erecti, rigidi, teretes vel subcompressi, vel toti, vel maxima ex parte foliorum vaginis tecti, glaberrimi, saepius ramosi. *Folia* linearia, acuminata, planiuscula, siccitate involuta, striata, dorso scabra. *Vaginae* teretiusculae, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, tenuissime laciniata. *Spica* ratione culmi longitudinis semiuncialis, erecta, secunda, rigida. *Rhachis* flexuosa, alternatim hinc convexa, inde excavata, margine hispida. *Spiculae* alternae, approximatae, multiflorae, compressae lanceolatae, parvae, muticae, subsessiles, in minoribus speciminibus omnes solitariae, in majoribus inferiores binatae vel ternatae. *Glumae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, carinatae, trinerves. *Flosculi* distichi, imbricati. *Corollae valvula exterior* oblongo-ovata, vel lanceolata, obtusiuscula, dorso convexa, trinervis, ad nervos scabriuscula, magnitudine glumarum; *interior* paullo minor et acutior, ad flexurae angulos ciliata.

Lolchartiger Weizen.

Variat interdum *Corollae valvula exteriore apice* mucrone brevi terminata.

In Litorali ad vias, sepes *(Host)*. ⊙. Fl. Maj. et Junio.

80. CYNOSURUS.

GAERTNER de Fruct. 1. p. 5. Tab. 1.

Spiculae involucro disticho glumaceo stipatae. *Calyx* bivalvis, bi-ad quinqueflorus. *Corolla* bivalvis: *Valvula exteriore* mutica vel apice aristata. *Semen* corollae adnatum.

1. Cynosurus *cristatus.*

C. racemo spicato, lineari, spiculis muticis, foliis linearibus. *Schrader* Germ. 1. pag. 314.

Cynosurus cristatus. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. I. pag. 411. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 155. *Besser* Galic. n. 120. *Gmelin* Badens. n. 139. *Host* Gram. Austr. 2. p. 68. Tab. 96. *Köler* Gram. p. 371. *Leers* Herborn. n. 99. Tab. 7. Fig. 4. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 317. *Pollich* palat. n. 99. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 517. *Schkuhr* Handb. 1. p. 44. Tab. 15. *Schreber* Gram. 1. p. 69. Tab. 8. Fig. 1. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 607. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 4. Flora Dan. Tab. 238.

Phleum cristatum. *Scop.* Carn. 2. n. 81.

Gramen loliaceum, spicae locustis cristatis. *Monti* Prodr. p. 42. Fig. 23.

Gramen cristatum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 168.

Gramen pratense cristatum, seu spica cristata laevi. *C. Bauh.* Theatr. p. 43. *Ejusd.* prodr. p. 8. *Scheuchz.* Agrost. p. 79. Tab. 2. Fig. 8. A. C.

Culmi e *Radice* fibrosa, fasciculata, erecti, teretes, tenues, glaberrimi, pedales et bipedales. *Folia* angusto-linearia, acuminata, plana, glabra, margine et superne ad costam scabriuscula. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* brevis, truncata, crenulata. *Racemus* spicaeformis, linearis, densus, secundus, sesquiuncialis et biuncialis, obtusus, *defloratus* subinterruptus. *Rhachis* flexuosa, superne scabriuscula. *Pedicelli* breves, alterni solitarii, pubescentes, duplici serie unilaterales, subdivisi, tribus, rarius quinque spiculis onusti. *Spiculae* oblongae, compressae, tri-seu quadriflorae, sub anthesi patentes, caeterum rhachi adpressae, basi involucratae *Squamis* distichis, extus convexis, intus concavis, alternis, approximatis, lineari-lanceolatis, acuminatis, muticis, compressis, uninervibus, carina scabris, margine albidis. *Glumae* subaequales, flosculis minores, involucri squamis conformes. *Corollae valvula exterior* ovato-lanceolata, acuminata, mutica vel in Aristam brevem attenuata

obsolete quinquenervis, dorso convexa, scabra; *interior* paullo minor, oblongo-lanceolata, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata.

Gemeines Kammgras.

Variat in solo fertiliore: 1. *Spicis* triplici pedicellorum serie instructis. 2. *Flosculis* viviparis.

In pratis, pascuis, 4. Junio, Julio.

2. Cynosurus *echinatus.*

C. panicula coarctata, ovata, spiculis aristatis, foliis lanceolatis. *Schrader* Germ. 1. p. 315.

Cynosurus echinatus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 412. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 157. *Host* Gram. Austr. 2. p. 67. Tab. 95. *Köler* Gram. p. 370. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 318. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 608. *Scop.* Carn. 2. n. 97.

Chrysurus echinatus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 806.

Gramen loliaceum asperum, locustis unam partem spectantibus. *Monti* Prodr. p. 42. Fig. 24.

Gramen alopecuroides, spica aspera. *C. Bauh.* Theatr. p. 59. *Scheuchz.* Agrost. p. 80. Tab. 2. Fig. 8. D.

Culmi e *Radice* fibrosa, erecti, inferne plerumque ad genicula incurvati, pedales et altiores, simplices, vel inferne ramosi, fere ad apicem usque vaginis foliorum tecti, post anthesin elongati et superne nudi, striati, glabri. *Folia* lanceolata, basi culmum amplectentia, hinc inferne quasi canaliculata, superne plana, supra et margine scabra. *Vaginae* laxae, ex tereti compressae, glabra; *suprema* subventricosa. *Ligula* oblongo-ovata, obtusa, demum laciniata. *Panicula* ovata, coarctata, secunda, semiunciam ad unciam longa. *Rhachis* flexuosa, ad angulos scabra. *Sami* solitarii, subflexuosi, in plures ramulos divisi. *Spiculae* basi involucratae *Squamis* laxis, inaequalibus, totis scabris, apice in Aristam attenuatis, primo virescentibns, demum cum spiculis ex argenteo albidis, subbiflorae. *Glumae* involucri squamis conformes, at latiores et minus aristatae, inaequales. *Corollae Valvula exterior* ovato-lanceolata, quinquenervis, dorso convexa, in *Aristam* longiorem attenuata; *interior* minor, oblongo-lanceolata, apice bifida, mutica, ad flexurae angulos ciliata.

Weichstachliges Kammgras.

Variat: 1. *Panicula* vivipara. 2. *Aristis* purpurascentibus. 3. In fertiliore solo Involucri unius vel alterius squamulae, flosculus. *Schrader.*

In pratis, cultis, ad vias Forijulii, Litoralis, Istriae. *(Scopoli, Host).* ⊙. Fl. Majo, Julio.

Observ. Hujus generis species *Linneanas*, quarum spiculae non omnes involucratae sunt, sed in quibus vel racemus basi, vel una alterave spicula, ex inferiorum numero, Bractea tantum suffulta est, *Sesleriae* genus complectitur.

81. LAMARKIA.

Moench Method. Plant. p. 201. Koeler Gram. p. 376.

Flosculi hermaphroditi et neutri. *Hermaphroditi Calyx* biglumis: *Glumis* linearibus. *Corolla* bivalvis: *Valvula* interiore ovata, ex apice Aristam longam, rectam emittens. *Stamina* tria. *Styli* duo. *Semen* corollae adnatum. *Neutrorum Calyx*, ut in hermaphrodito. *Corollae* univalves, muticae, vel sub apice aristatae, steriles.

Lamarkia *aurea.*

L. panicula coarctata, oblonga, subsecunda.

Lamarkia aurea. Köler Gram. l. c. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 316.

Chrysurus cynosuroides. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 806.

Cynosurus aureus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 418. *Host* Gram. Austr. 3. p. 4. Tab. 4. *Schrader* Germ. 1. p. 317.

Gramen panicula pendula aurea. *Scheuchz.* Agrost. p. 149. Tab. 3. Fig. 10.

Culmi plures e *Radice* fibrosa digitales, palmares, erecti, subsculi, tenues, subcompressi, ramosi et simplices, superne nudi, stricti, glabri. *Folia* linearia, acuminata, plana, mollia, margine carinaque scabra, pallide viridia. *Vaginae* teretiusculae, glabrae. *Ligula* ovata, acuta. *Panicula* oblonga, subcoarctata, secunda, coarctata, nitida, flavescens, semiuncialis et semiuncialis. *Rami* solitarii, ramulosi, rhachi adpressa. *Ra-*

muli breves, arcuati, apice cum pedunculo articulati. *Pedunculi* pilis brevibus, erectis obsessi, duabus spiculis onusti, *spicula altera* subbiflora, flosculum hermaphroditum cum rudimento alterius continens, *altera* uniflora, flosculo imperfecto. *Spiculam subbifloram* involucri loco suffulciunt Spiculae duae alternae, pedicellatae, imperfectae, e glumis lanceolatis, acuminatis, compressis, carinatis, uninervibus, flosculorum loco glumas circiter octo, distichas, ovatas, obtusas, concavas, apice denticulatas, trinervias, subpilosas continentibus compositae. *Spicula uniflora* involucri loco spiculam unicam subjectam habens, e calyce bivalvi pedicellum aristaeformem, longum, geniculatum, ad geniculum unica gluma tectum continente composita. *Hermaphroditi Gluma* glumis spicularum sterilium similes. *Corollae Valvula exterior* oblongo-lanceolata, subcompressa, quinquenervis, extus pilis brevibus vestita, apice desinens in *Aristam* rectam, duplo fere longiorem; *interior* exterioris longitudine, sed angustior, apice magis vel minus ciliata, basi amplectens rudimentum alterius flosculi, pedicellum setiformem, geniculatum, ad geniculum gluma aristata, rarius mutica instructum continentis.

Goldene Lamarckie.

In Istriae asperis (*Host*). ⊙. Fl. Majo et Junio.

TRIGYNIA.

82. MONTIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 135. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 347. Gaertner de Fruct. 2. p. 22 Tab. 129.

Calyx diphyllus. *Corolla* monopetala, irregularis quinquefida, hinc fissa. *Stamina* tria, rarius quinque. *Stilus* vix ullus. *Stigmata* tria, plumosa. *Capsula* unilocularis, trivalvis, trisperma.

1. Montia *fontana.*

Montia fontana. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I.

487. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 158. *Besser* Galic. Vol. 2. Append. 336. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 104. *Schrader* Germ. 1. p. 414. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 609.

α. Minor.

Montia fontana. *Krocker* Siles. n. 196. Tab. 39. *Pollich* palat. n. 134. Flora Dan. Tab. 131.

Montia minor. *Gmelin* Badens. n. 203. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 870.

Montia aquatica minor. *Michel* Nov. Pl. Genera pag. 18. Tab. 13. Fig. 2.

Cameraria arvensis et minor. *Dillen* Giss. pag. 46. et Append. 114. Tab. 6.

β. Major.

Montia fontana. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 65. Tab. 20. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 11.

Montia rivularis. *Gmelin* Badens. n. 204. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 870.

Montia aquatica major. *Michel* Nov. Pl. Gen. p. 18. Tab. 13. Fig. 1.

Cameraria aquatica major. *Dill.* Giss. p. 61.

Radix fibrosa. Planta tota glabra, succulenta. *Caules* plures, tenues, teretes, ramosissimi, foliosi: in *α* erecti, unciales et biunciales, saepius gregarii, caespitosi, lutescentes, nunquam repentes et radicantes; in *β* longiores, debiliores, digitales, palmares, immo pro aquae profunditate longiores, pedales, erecti vel prostrati et radicantes. *Folia* opposita, oblongo-obovata, fere spathulata, obtusa, integerrima, plana, flavescenti-viridia, basi attenuata, connato-sessilia; in *β* majora et carnosiora, laete vel saturate viridia. *Pedunculi* in summitate caulis axillares et terminales, breves, uniflori, basi *Bractea* minuta suffulti: *floriferi* erecti; *fructiferi* primo cernui, demum iterum erecti. *Flores* parvi, albi. *Calyx* persistens, diphyllus, rarius triphyllus: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis. *Corolla* quinquefida, hinc fissa: *Laciniis* obovatis obtusis, inaequalibus, *tribus alternis* minoribus, staminiferis. *Stamina* tria, rarius quinque. *Stylus* brevissimus, vix observabilis. *Stigmata* tria, plumosa. *Capsula* subglobosa, calyce persistente obvoluta: *matura* cernua, trivalvis, unilocularis trisperma. *Semina* subreniformia.

Quell-Montie.

Observ. Pro speciebus veris habet Celeberr. *Gmelin* α et β in Flora Badensi l. c., at characteribus essentialibus distinctivis carent. Varietas β jam post nives liquescentes vernali tempore rivulorum et fontium superficiem non raro novellis ramulis et foliis, *Callitrichis vernae* in modum, obducit.

α in viis, pascuis, arvis et aliis locis humidis, praesertim arenosis. ☉. β ad fontes, scaturigines, in rivulis limpidis. ♃! Fl. a Vere ad Autumnum.

83. HOLOSTEUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 135. Juss. Gen. ed. Roemer. p. 332. Gaertner de Fruct. 2. p. 231. Tab. 100.

Calyx pentaphyllus persistens. *Corolla* pentapetala. *Capsula* unilocularis, apice sexvalvis, polysperma.

1. Holosteum *umbellatum.*

H. foliis ellipticis glabris, floribus umbellatis.

Holosteum umbellatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. pag. 157. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 157. *Besser* Galic. n. 143. *Gmelin* Badens. n. 205. *Krocker* Siles. n. 197. Tab. 31. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 406. *Pollich* palat. n. 135. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 2. p. 858. *Schrader* Germ. 1. p. 415. *Schkuhr* Handb. 1. p. 64. Tab. 20. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 611. Flora Dan. Tab. 1204.

Holosteum, quae Alsine verna glabra, floribus umbellatis. *Dillen* Giss. p. 41. et Append. p. 130. Tab. 6.

Caryophyllus arvensis umbelliferus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 361.

Radix fibrosa, tenuis. *Caules* adscendentes, erecti, simplices, teretes, diversae magnitudinis, digitales et palmares, inferne glabri, superne plerumque pilis brevibus capitatis visciduli. *Folia* glabra, glaucescentia, integerrima, parum succulenta: *radicalia* in orbem disposita, obverse lanceolata, in petiolum attenuata; *caulina* opposita, remota, elliptico-lanceolata, connato-amplexicaulia; *suprema* ovata, acutiuscula. *Pedunculi* terminales, quinque ad septem, in umbellam simplicem dispositi, simplices, uniflori; *floriferi* erecti; *fructiferi* ad

num latus defracti; maturitate seminum iterum adscendentes, rectiusculi. *Bracteae* ad basin pedunculorum ovatae, exiguae. *Calyx* pentaphyllus, persistens, *foliolis* elliptico-lanceolatis. *Petala* quinque, alba, interdum rosea, obovata, obtusa, aequalia, trientata, vel subincisa. *Stamina* plerumque tria, interdum quatuor seu quinque. *Styli* tres, subplumosi. *Capsula* oblongo-ovata, glabra, unilocularis, apice sexfariam dehiscens. *Semina* numerosa, brunnea, subovata, compresso-trigona, tuberculoso-scabra.

Doldenförmige Spurre.

In arvis, agris, muris, ruderatis, hortorum areis. ⊙. Fl. Martio et Aprili.

84. POLYCARPON.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 136. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 332. Gaertner de Fruct. 3. p. 224. Tab. 129.

Calyx pentaphyllus, persistens. *Petala* quinque, minuta, ovata. *Capsula* unilocularis, trivalvis, polysperma.

Polycarpon *tetraphyllum.*

P. caule ramoso, prostrato, foliis caulinis quaternis.

Polycarpum tetraphyllum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. III. P. I. p. 490. *Krocker* Siles. n. 198. Tab. 32. *Mertens Koch* Deutschl. Flora n. 131. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 2. p. 858. *Schrader* Germ. 1. p. 416. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 610. *Scop.* Carn. 2. n. 131. *Vest* Manuale p. 332.

Paronychia Alsinaefolia incana. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 366.

Caulis e *Radice* fibrosa, tenui, teres, glaber, a basi ramosissimus, cum *Ramis* e *Ramulis* dichotomus, plerumque procumbens, diffusus. *Folia* obovata, obtusa, in petiolum attenuata, integerrima, glabra, subcarnosa: *caulina* et *ramea* plerumque quaterna, ramulorum exteriorum tantum opposita bina. *Stipulae* lanceolatae, acuminatae, albae, scariosae, vel integrae, vel lacerae. *Flores* paniculato-corymbosi, terminales, parvi, numerosi. *Bracteae* stipuliformes. *Calycis foliola* acuta, carinata, viridia, albo-marginata, persistentia. *Petala* calyce minora, alba, plerumque integra, fugacia. *Stamina* tria, calyce dimidio breviora. *Styli* tres,

brevissimi. *Stigmata* obtusa. *Capsula* ovata, parva, trivalvis: *Valvulis* demum involutis. *Semina* plura, minuta.

Vierblättriges Nagelkraut.

In agris arenosis, vineis litoralis (*Host*), Silesiae (*Krocker*). ☉. Fl. per totam Aestatem.

CLASS. IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores monopetali, monospermi, inferi, aggregati.*

5. GLOBULARIA. *Cal. communis* imbricatus; *proprius* quinquefidus. *Corollulae* subbilabiatae. *Receptaculum* paleaceum.

†† *Flores monopetali, monospermi, superi, aggregati.*

6. DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus, laxus; *proprius* simplex, quadrangulus. *Corollulae* inaequales, quadrifidae. *Receptaculum* paleaceum.

7. SCABIOSA. *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* duplex, pappiformis. *Corollulae* quadri-seu quinquefidae, irregulares, vel subregulares. *Receptaculum* paleaceum, vel villosum.

††† *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

88. CENTUNCULUS. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* quadrifida. *Capsula* unilocularis, circumscissa.

89. PLANTAGO. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* quadrifida. *Capsula* bilocularis, circumscissa.

90. EXACUM. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* hypocrateriformis, quadrifida. *Capsula* bilocularis, apice dehiscens.

Cuscuta monogyna. Rhamnus saxatilis.

†††† *Flores monopetali, monocarpi, superi.*

91. SANGUISORBA. *Cal.* nullus, nisi Bracteae caducae. *Corolla* rotata, quadripartita. *Achenium* biloculare, submonospermum.

92. VAILLANTIA. *Polygama. Calyx* vix altus. *Corolla hermaphroditi* quadripartita; *masculorum* germini insidenti umtripartita. *Nucula* monosperma.

Valeriana supina.

††††† *Flores monopetali dioici, superi.*

Stellatae.

93. RUBIA. *Calyx* quadripartitus. *Corolla* subcampanulata. *Baccae* duae, coalitae, monospermae.

94. GALIUM. *Calyx* minimus, quadri-seu quinquedentatus. *Corolla* rotata. *Semina* duo, coadunata.

95. ASPERULA. *Calyx* minimus. *Corolla* infundibuliformis: *Tubo* cylindraceo. *Semina* duo, coadunata.

96. SHERARDIA. *Calyx* parvus. *Corolla*

infundibuliformis: *Tubo* cylindraceo. *Semina* duo, coadunata, calyce coronata.

97. CRUCIANELLA. *Calyx* nullus. *Corolla* infundibuliformis: *Tubo* filiformi. *Semina* duo, coadunata, calva.

†††††† *Flores tetrapetali, inferi.*

98. EPIMEDIUM. *Calyx* tetraphyllus. *Corolla* tetrapetala. *Nectaria* cyathiformia, petalis incumbentia. *Siliqua* unilocularis, bivalvis.

Cordamine hirsuta.

††††††† *Flores tetrapetali, superi.*

99. TRAPA. *Calyx* subquadripartitus: *Laciniis* demum spinescentibus. *Corolla* tetrapetala. *Nux* monosperma, spinis armata.

00. CORNUS. *Involucrum* tetraphyllum, vel nullum. *Calyx* quadridentatus. *Corolla* tetrapetala. *Drupa* nuce biloculari.

Euonymus europaea, verrucosa.

†††††††† *Flores incompleti, inferi.*

01. CAMPHORASMA. *Calyx* quadripartitus, inaequalis. *Corolla* nulla. *Semen* intra calycem absconditum.

02. PARIETARIA. *Polygama. Involucrum* hexaphyllum, triflorum. *Calyx* quadrifidus. *Corolla* nulla. *Semen* calyce inclusum.

03. ALCHEMILLA. *Calyx* octo-vel quadrifidus. *Corolla* nulla. *Stylus* germini ad basin insertus. *Semen* calyce inclusum.

Convallaria bifolia.

†††††††† *Flores incompleti, superi.*

104. ISNARDIA. *Calyx* campanulatus, semi-quinquefidus. *Corolla* nulla. *Capsula* quadrilocularis, quadrivalvis.

105. ELAEAGNUS. *Calyx* campanulatus, quadrifidus, intus coloratus. *Corolla* nulla. *Drupa* exsucca.

Thesium.

DIGYNIA.

106. CUSCUTA. *Calyx* quadri-seu quinquefidus, inferus. *Corolla* quadri-seu quinquefida. *Capsula* circumscissa.

107. CROSSOPETALUM. *Calyx* cum *Corolla* quadrifidus. *Glandulae* quatuor ad Tubum corollae intra Filamenta. *Capsula* unilocularis, bivalvis.

108. HYPECOUM. *Calyx* diphyllus, inferus. *Corolla* tetrapetala, inaequalis. *Capsula* siliquaeformis, articulata.

109. OXYRIA. *Calyx* diphyllus, inferus. *Petala* duo, subherbacea. *Stamina* quatuor (rarius sex). *Styli* duo. *Stigmata* plumosa. *Semen* unicum, nudum, subrotundum, compressum, margine membranaceum.

Gentianae quadrifidae tetrandrae. Ulmus suberosa. Herniaria glabra, hirsuta.

TETRAGYNIA.

110. ILEX. *Calyx* quadridentatus, inferus. *Corolla* quadripartita. *Bacca* tetrasperma.

111. RADIOLA. *Calyx* octo-vel decemdentatus, inferus. *Corolla* tetrapetala. *Capsula* octolocularis, octovalvis.

112. SAGINA. *Calyx* tetraphyllus, inferus. *Corolla* tetrapetala, vel nulla. *Capsula* unilocularis, quadrivalvis.

113. MOENCHIA. *Calyx* tetraphyllus, inferus. *Corolla* tetrapetala. *Capsula* unilocularis, univalvis, octodentata.

114. POTAMOGETON. *Calyx* nullus. *Corolla* tetrapetala, infera. *Drupae* quatuor, monospermae.

115. RUPPIA. *Spadix* ex axillis foliorum, biflorus. *Calyx* et *Corolla* nullus. *Nuculae* demum longissime pedicellatae.

Crassula aquatica et *prostrata* (Tilleae *Linn.*).

CLASS. IV.

TETANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores monopetali, monospermi, inferi, aggregati.*

85. GLOBULARIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 112. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 109. Gaertner de Fruct. 1. pag. 211. Tab. 44.

Calyx communis imbricatus: *proprius* inferus, tubulosus quinquefidus. *Corollulae* inaequales: *Labium superius* bipartitum; *inferius* tripartitum, vel trifidum. *Semen* unicum calyce inclusum. *Receptaculum* paleaceum.

1. Globularia *vulgaris.*

G. foliis radicalibus petiolo multo brevioribus, ovatis, subtri dentatis; caulinis lanceolatis, integris.

Globularia vulgaris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. I II. p. 540. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 163. *Gme lin* Badens. n. 206. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 408. *Pollich* palat. n. 136. *Römer* et *Schultes* Sys Veget. 3. p. 39. *Schkuhr* Handb. 1. p. 63. Tab. 21. *Schöp fer* Flora Oenipont. n. 45. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 61 *Scop.* Carn. 2. n. 132. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 2 *Vest* Manuale p. 338.

Globularia. *Clus.* Hist. 2. p. VI.

Aphyllantes Anguillaria sive Globularia Bellidi similis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 13.

Bellis caerulea. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 708.

Radix fibrosa, ramosa, fasciculata. *Caulis* basi inclinatus, erectus, simplex, digitalis et palmaris, angulatus, glaber. *Folia* glabra: *radicalia* in orbem disposita, ovata, in petiolum, canaliculatum, multo longiorem attenuata, apice obtusa, emarginata, caeterum integerrima, triplinervia, nervo dorsali in mucronem elongato, hinc apice subtridentata: *caulina* alterna, sessilia, lanceolata, acuminata, sensim minora. *Capitulum* terminale solitarium, subrotundum. *Calyx communis* imbricatus, ennea-seu decaphyllus; *proprius* inferus, germen cingens, subtetragonus, quinquefidus, inaequalis: *Laciniis* lanceolatis pilosis. *Corollulae* tubulosae, bilabiatae, caeruleae: *Labium superius* brevius, bipartitum: *Laciniis* linearibus; *inferius* tripartitum: *Laciniis* oblongis, subaequalibus. *Stamina* quatuor, caerulea. *Stylus* filiformis, staminibus paullo brevior, caeruleus. *Stigma* obtusum. *Receptaculi paleae* lanceolatae, acutae, pilosae.

Gemeine Kugelblume.

Variat, licet rarius, flore albo.

In collibus saxosis apricis Germaniae australioris. ♃. Floret Majo, Junio.

2. Globularia *cordifolia.*

G. foliis cuneiformibus, retusis, apice tridentatis, denticulo intermedio minimo, caule subnudo.

Globularia cordifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 541. *Braune* Salisb. n. 107. *Gmelin* Badens. n. 207. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 245. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 410. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 40. *Schöpfer* Fl. Oenipont. n. 46. *Schrank* Bavar. n. 868. *Ejusd.* Prim. Fl. Salisb. n. 532. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 618. *Scop.* Carn. 2. n. 133. *Trattinn.* Archiv. 4. p. 146. Tab. 192. *Vest* Manuale p. 339.

Aphyllanthi affinis, Scabiosa quinta Clusii, Bellidi affinis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 15.

Scabiosa decima, sive repens. *Clus.* Hist. 2. p. V.

Radix repens, fibrosa. *Caules* sublignosi, breves, densos latosque caespites formantes, procumbentes, ramosissimi, dif-

fusi, nigrescentes; *floriferi* adscendentes, erecti, ab uncia ad tres vel quatuor uncias longi, simplices, filiformes, maxima ex parte nudi. *Folia* obcordato-cuneiformia, in petiolum attenuata et decurrentia, ad unciam longa, apice retusa, plus minus emarginata, lobo utroque plerumque denticulo terminato, tenuissime crenulata, firma, saturate viridia, glabra, nervo costali in mucronem brevem elongato, hinc apice tridentata, quandoque tricuspidata: *caulium floralium* unum vel alterum oblongo-lanceolatum, sessile, acuminatum, ad apicem ciliatum. *Capitulum*, ut in antecedente, at plerumque majus et laxius, hemisphaericum. *Calycis communis foliola* lanceolata, pilosa, ciliata. *Flosculi* pallide caerulei vel ex caeruleo carnei, paullo majores, quam in antecedente.

Herzblättrige Kugelblume.

In alpibus et subalpinis rupestribus et montosis Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Styriae (*Sartori*), Hungariae (*Schultes*), Bavariae (*Schrank*), Tyrolis (*Frölich*), Salisburgi (*Schrank*, *Braune*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*). 2|. Fl. Majo, Junio et Jul.

3. Globularia *nudicaulis.*

G. foliis petiolo longioribus, obverse lanceolatis, integerrimis, caule nudiusculo.

Globularia nudicaulis. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. II. p. 542. *Braune* Salisburg. n. 108. *Jacq.* Austr. Tab. 230. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 409. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 40. *Schöpfer* Fl. Oenipont. n. 47. *Schrank* Bavar. n. 869. *Ejusd.* Prim. Fl. Salisb. n. 533. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 619. *Scop.* Carn. 2. n. 134. *Trattinn.* Archiv. 4. p. 146. Tab. 194. *Vest* Manuale p. 339.

Radix subrepens, digiti minimi crassitie, tuberculosa, fibrosa, multiceps. *Folia* radicalia, in orbem disposita, obverse lanceolata, in petiolum breviorem decurrentia, integerrima, crassiuscula, glabra, apice vel obtusa et integerrima, vel brevi mucrone terminata, vel etiam interdum laeviter emarginata cum mucrone brevissimo intermedio, tres, quatuor uncias longa. *Scapi* seu *Caules floriferi* oblique adscendentes, angulosi, nudi, una vel altera *Squama* lanceolata, acuminata, sessili, glaberrima, subscariosa praediti, foliis nunc longiores, nunc breviores, purpurascentes. *Capitulum* majus, quam in antecedentibus, he-

misphaericum, *Calycis communis foliola* lanceolata, mucronata, glabra nervosa. *Flosculi* caerulei vel violacei, trifidi, rarissime quadrifidi.

Nacktstielige Kugelblume.

Variat Squamis in Scapo tribus vel quatuor.

In alpibus Austriae *(Host)*, Carnioliae *(Scop.)*, Styriae *(Sartori)*, Tyrolis *(Schöpfer)*, Salisburgi *(Schrank)*, Bavariae *(Schrank)*. 2|. Fl. Jun. et Jul.

†† *Flores monopetali, monospermi, superi, aggregati.*

86. DIPSACUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 148. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 217. Gaertner de Fruct. 2. p. 39. Tab. 86.

Calyx communis polyphyllus: *foliolis* laxis; *proprius* superus, simplex, quadrangularis, minimus. *Corollulae* monopetalae, tubulosae, quadrifidae, superae, inaequales: *Lacinia exteriore* majore, acutiore. *Semen* unicum, columnare, margine calycino integro vel crenulato coronatum. *Receptaculum* paleaceum.

1. Dipsacus *sylvestris.*

D. foliis connatis, ovato-lanceolatis, subacuminatis, supra aculeatis, perianthiis inflexis, capitulo longioribus, paleis setaceis, rectis, linearibus, flexilibus, corollula longioribus.

Dipsacus sylvestris. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. II. p. 344. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 160. *Ejusd.* Bot. Abhandl. u. Beobacht. p. 19. *Besser* Galic. n. 144. *Jacq.* Austr. 5. Tab. 402. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 412. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 41. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 621. *Vest* Manuale p. 342. Flora Dan. Tab. 965.

Dipsacus fullonum. Pollich palat. n. 137. *Schkuhr* Handb. 1. p. 66. Tab. 21. *Scop.* Carn. 2. n. 141.

Dipsacus vulgaris. Gmelin Badens. n. 208.

Dipsacus sylvestris sive Labrum Veneris. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 74.

Labrum Veneris. *Lobel* Icon. 2. p. 18. *Ejusd.* Hist. p. 487. Fig. 3.

Dipsacus I. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1070.

Radix fusiformis, fibrosa, alba. *Caulis* erectus, quadri- ad quinquepedalis, rigidus, glaber, sulcatus, aculeis rigidis ubique armatus. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, connato-perfoliata, pedalia et longiora, ovato-lanceolata, subacuminata, serrata, carina ut et saepe supra aculeata; *suprema* lanceolata, longius acuminata, sessilia, distincta, supra medium saltem integerrima. *Capitulum* terminale, solitarium, ovatum. *Calycis communis* seu *Perianthii foliola* inaequalia, linearia, aculeis hinc inde adspersa, apice mucrone recto terminata: *exteriora* semiteretia, canaliculata, duplo fere longiora *interioribus*, capitulum subaequantibus, paullo latioribus, erectis. *Corollulae* pallide caeruleae, violaceo mixtae, rarius albae. *Paleae receptaculi* purpurascentes, corollulis longiores, lineari-setaceae, rectae, acutae, setis ciliatae, flexiles, basi latiores.

Wald-Karten.

Ad fossas, vias, sepes, in ruderatis. ♂. Fl. Jul. et Aug.

2. Dipsacus *fullonum.*

D. foliis connatis, oblongis, obtusis, supra inermibus, perianthiis reflexis, capitulum subaequantibus, paleis lanceolatis, rigidis, apice recurvis, corollula brevioribus.

Dipsacus fullonum. Willd. Spec. Plant. Lin. T. I. P. II. p. 543. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 161. *Ejusd.* Bot. Abhandl. u. Beobacht. pag. 18. *Braune* Salisburg. n. 110. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 413. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 41. *Schweigger* Erlang. I. p. 33. *Vest* Manuale p. 341.

Dipsacus sativus. Krocker Siles. n. 200. *a.*

Dipsacus satillus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 73. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1070.

Cardnus fullonum, sive Dipsacus sativus. *Lobel* Icon. 2. p. 17. *Ejusd.* Hist. p. 487.

Radix, ut in antecedente. *Caulis* angulosus, sulcatus, inermis, glaberrimus. *Folia omnia* connato-perfoliata: *inferiora* oblonga, apice rotundata, obtuse et inaequaliter serrata, supra inermia, carina aculeata; *superiora* ovato-lanceolata, obtusa, profunde serrata. *Pedunculi* aculeati. *Capitulum*, ut in antecedente.

Perianthii foliola inaequaliter reflexa, lanceolato-linearia, planiuscula, dorso convexiuscula, apice mucrone recurvo, rigido, terminata: *exteriora* capitulum longitudine fere aequantia; *interiora* multo breviora. *Corollulae* dilute purpureae. *Paleae receptaculi* lanceolatae, acutae, apice recurvae, virides, corollulis paullo breviores, margine aculeatae.

Walker-Karten.

In ruderatis, ad vias, fossas prope Salisburgum (*Braune*), Erlangam (*Schweigger*), Silesiae (*Krocker*), Austriae (*de Vest*). ♂. Fl. Jul., Aug.

3. Dipsacus *laciniatus.*

D. foliis connatis, supra inermibus: superioribus pinnatifidis, perianthiis patulis, capitulo brevioribus, paleis lineari-lanceolatis, rectis, acutis, setigeris, corollulam parum superantibus.

Dipsacus laciniatus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 544. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 161. *Besser* Galic. n. 145. *Gmelin* Badens. n. 210. *Jacq.* Austr. 5. tab. 403. *Lumnitz.* Poson. n. 130. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 412. *Pollich* palat. n. 138. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 42. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 622.

Dipsacus II. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1071.

Dipsacus sylvestris folio laciniato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 75.

Differt a *Dipsaco sylvestri*, cui proxime accedit: 1. *Foliis* omnibus connato-perfoliatis; *superioribus* sinuato-pinnatifidis, obtus villosis et margine setulosis: *Laciniis* oblongis, incisis, serrato-dentatis. 2. *Capitulis* subrotundo-ovatis.

Zerschlitzte Karten.

Ad vias, fossarum margines, in ruderatis passim. ♂. Fl. Jul., Aug., Sept.

4. Dipsacus *ferox.*

D. foliis utrinque aculeatis, intermediis caulinis connatis; superioribus pinnatifidis, perianthiis patulis, capitulo longioribus, paleis lineari-setaceis, rigidis, rectis, corollula longioribus: terminalibus elongatis.

Dipsacus ferox. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3.

p. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 414. *Trattinnik* Tabular. Tab. 235.

Radix fusiformis. Tota planta glabra, at aculeis rectis vel subcurvis, copiosis, armata. *Caulis* minor, quam in antecedentibus, simplex, superne divisus. *Folia* oblonga, obtusa, rigida: *radicalia* ovalia, integra, in orbem disposita; *caulina inferiora* obovata, in petiolum attenuata et decurrentia, petiolis basi dilatatis et caulem amplectentibus, cum *mediis* connatis, crenata, setulis ciliata; *superiora* pinnatifida: *Pinnis* alternis, obtuse serratis; *terminali* elongata, integerrima. *Capitulum* ovatum. *Perianthii foliola* capitulo longiora, lineari-subulata, patula, recta, canaliculata, dorso convexa. *Corollulae* dilute carneae vel albidae. *Paleae receptaculi* e latiore basi lineari-setaceae, subulatae, rectae, rigidae, corollulis longiores, hinc inde aculeolo armatae: *terminales* quatuor seu quinque elongatae, robustiores, capitulum coronantes, ejusdem fere longitudinis.

Vielstachlige Karten.

Ad margines agrorum copiose in Austria, Bohemia et Moravia (*Römer* et *Schultes*). ♂. Fl. Jul., Aug.

5. Dipsacus *pilosus.*

D. foliis distinctis, supra inermibus, petiolis appendiculatis perianthiis reflexis, capitulo brevioribus, paleis linearibus, rectis acutis, setigeris, corollula longioribus.

Dipsacus pilosus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 544. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 162. *Besser* Gallic. n. 146. *Gmelin* Badens. n. 211. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 248. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 415. *Pollich* palat. n. 139. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 42. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 623. Flora Dan. Tab. 1448.

Virga pastoris. *Camerar.* Epit. p. 433. *Lobel* Icon. 1. p. 18. *Ejusd.* Hist. p. 487.

Virga pastoris vulgaris. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 75.

Radix fusiformis. *Caulis* erectus, inferne pilosus, superne aculeatus, angulatus. *Folia* opposita, ovata, acuminata, serrata, in petiolum decurrentia, utrinque laeviter pilosa, costa subtus aculeata. *Petioli* complanati, canaliculati, basi annulo elevato conjuncti, supra basin, praesertim in superioribus, utrinque auriculo ovata, foliacea aucti. *Pedunculi* longi, maxime aculeati, pilosi. *Capitulum* hemisphaericum. *Perianthii foliola* linearia

lanceolata, reflexa, capitulo breviora. *Corollulae* albidae. *Paleae receptaculi* perianthii foliolis similes, at paullo minores, tamen corollulis longiores.

Haarige Karten.

Ad vias, fossarum margines, sepes, in sylvaticis. ♂. Fl. Jul., Aug. et Septemb.

Observ. *Dipsacus pilosus* quam proxime accedit ad *Scabiosam*, at ob calycem proprium simplicem, nec duplicem ad Scabiosas referri nequit.

87. SCABIOSA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 149. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 217. Gaertner de Fruct. 2. p. 38. Tab. 86.

Calyx communis polyphyllus, inaequalis; *proprius* duplex, superus, pappiformis, plerumque persistens, varie fissus. *Corollulae* monopetalae, tubulosae, quadri-seu quinquefidae, irregulares, vel subregulares. *Semen* solitarium, calyce proprio coronatum. *Receptaculum commune* paleaceum, vel villosum.

Observ. *Calyx* proprius, quo coronatur semen, *exterior* plerumque membranaceus et scariosus est, *interior* vero setosus, aut rarius plumosus observatur.

A. *Receptaculo paleaceo.*

a) Corollulis quadrifidis.

1. Scabiosa *leucantha.*

S. corollulis quadrifidis, subaequalibus, perianthii foliolis imbricatis, adpressis, ovatis, paleis receptaculi oblongo-obovatis, scariosis, foliis pinnatifidis: laciniis lineari-lanceolatis, subserratis.

Scabiosa leucantha. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 547. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 417. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 624. *Vest* Manuale pag. 339. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 314.

Cephalaria leucantha. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 47.

Scabiosa glabra, foliis rigidis, viridibus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 8.

Scabiosa alba, belgicorum hortorum. *Clus.* Hist. 2. p. 111. quoad figuram, non quoad descriptionem.

Scabiosa montana, calidarum regionum. *Lobel* Observ. p. 291. quoad figuram.

β minor.

Scabiosa Trenta. Hacquet Plantae alpinae Carniol. pag. 24. Tab. 4. Fig. 1.

Radix fusiformis, fibrosa. Caulis erectus, teres, rigidus, glaber, superne dichotomus, pedalis et bipedalis. *Folia* pinnatifida, glabra, rigida: *radicalia* in orbem disposita; *caulina* opposita, basi connata: *pinnis* oppositis alternisque, lanceolatis, dentato-serratis, planis, ad costam folii ala tenui, foliacea decurrentibus, in *superioribus* foliis angustioribus, linearibus, subintegerrimis; *exterioribus* majoribus interioribus; *impari* lateralibus majore. *Rami* oppositi, elongati, nudi, uniflori. *Capitula* terminalia, solitaria, globosa, alba, vel rubro variegata, imbricata. *Perianthii foliola* quatuor seu quinque, ovata, parva, viridia, albo-marginata, rigida. *Corollulae* niveae, quadrifidae, extus subpubescentes: *Laciniis* oblongo-ovatis; *extima* paullo majore. *Paleae* receptaculi oblongo-obovatae, membranaceo-scariosae, rigidae, pubescentes, concavae, albae et demum margine rubescentes. *Semina* fere quadrangula, pubescentia, calyce proprio campanulato, brevi, ciliato et interiore multiseto coronata.

β minor differt:

1. *Caule* simplici, unifloro, plerumque semipedali tantum.
2. *Corollulis marginalibus* paullo majoribus reliquis.

Weissblühtige Scabiose.

In asperis Japodum montibus, vulgo *Karsch*, inde a *Duino* usque *Segulam*, praeprimis qua ex *Schneeberg* Croatico per *Grobnek* ad sinum Flanaticum descenditur, (*Wulfen*), Litoralis, Forijulii (*Host*, *Vest*), *β* in montibus circa *Trenta* et in parte occident. declivi *Terglou* (*Hacquet*). 2|. Fl. Julio et Aug.

2. Scabiosa *Centauroides.*

S. corollulis quadrifidis, subaequalibus, perianthii folioli

imbricatis, adpressis, ovato-rotundatis, inferioribus obtusissimis, superioribus paleisque receptaculi acutis, foliis ciliatis: radicalibus oblongis integerrimis; caulinis pinnatifidis: inferiorum laciniis lanceolatis, superiorum linearibus.

Scabiosa Centauroides. Willd. Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 145.

Scabiosa laevigata. Waldstr. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. p. 235. Tab. 230. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 626.

Cephalaria Centauroides. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 49.

Caulis pedalis, bipedalis et altior, erectus, fragilis, nitidus, inferne teres, pilis adspersus, superne subtetragonus, laevis, ramosus. *Folia* subcoriacea, nitida, ciliata: *radicalia* oblongo-lanceolata, integerrima; *caulina* magna, profunde pinnatifida: *pinnis* in inferioribus foliis lanceolatis, plerumque integerrimis, ad costam communem decurrentibus; in superioribus linearibus, *impari* maximo: omnibus acuminatis, mucronatis. *Pedunculi* subtetragoni, longi, saepe pedales. *Capitula* subcernua. *Perianthii foliola* ex ovato rotundata, imbricata, *inferiora* obtusissima, *superiora* acuta, subpungentia, seminibus longiora, ochroleuca. *Corollulae* quadrifidae, stramineae: *Laciniis* obtusis: duabus exterioribus parum majoribus. *Semina* pubescentia, tetragona, calycem proprium demittentia.

Flockenblumenartige Scabiose.

In Bannatu prope *Mehadia* (*Waldst.* et *Kit.*). 2l. Fl. Julio.

3. Scabiosa *corniculata.*

S. corollulis quadrifidis, aequalibus, perianthii foliolis imbricatis, adpressis, subrotundis? inferioribus obtusis, superioribus paleisque receptaculi acutis, foliis pilosis; caulinis pinnatifidis: inferiorum laciniis obovatis, superiorum linearibus, seminum angulis in cornicula excrescentibus.

Scabiosa corniculata. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 11. Tab. 13. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 627.

Cephalaria corniculata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 49.

Differre dicitur ab antecedente: 1. *Caule* tetragono, inferne pilis reflexis. 2. *Foliis* pilosis: *Pinnis* inferiorum obovatis: superiorum lanceolatis, obtusiusculis, supremorum linearibus. 3. *Seminibus* nigro-fuscis, ad angulos corniculis cum interpositis dentibus praeditis.

Gehörnte Scabiose.

In Bannatu prope *Deva* (*Waldst.* et *Kit.*). 2|. Floret Jul. — Sept.

4. Scabiosa *transsylvanica.*

S. corollulis quadrifidis, subradiantibus, perianthii foliolis imbricatis, adpressis, paleisque receptaculi mucronato-aristatis, ciliatis, foliis pilosis: radicalibus lyratis; caulinis pinnatifidis, incisis.

Scabiosa transsylvanica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 547. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 624. *Allion.* Pedem. n. 504. Tab. 48. *Jacq.* Hort. Vindob. Tab. 111.

Cephalaria transsylvanica. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3 pag. 45.

Caulis erectus, teretiusculus, angulosus, scaber, superne ramosus, semipedalis et pedalis ad bipedalis. *Rami* oppositi, brachiati, profundius sulcati. *Folia* pilosa, inciso-dentata: *radicalia* lyrata; *caulina* opposita, pinnatifida; *pinnis* oppositis alternisve, ad petiolum linea foliacea decurrentibus, apice acuminatis; foliorum caulinorum ovato-lanceolatis; rameorum linearibus, plerumque integerrimis; *impari* lateralibus multo majore. *Pedunculi* longi, nudi, sulcati, uniflori. *Perianthii foliola* imbricata, ovato-lanceolata, scariosa, costa dorsali viridi, pilosa, in mucronem aristaeformem elongata. *Corollulae* quadrifidae, disci albidae, fere aequales; *radii* pallide vel saturate caeruleae, dimidio majores, irregulares. *Paleae* receptaculi perianthii foliolis similes, at paullo angustiores. *Calyx proprius exterior* octodentatus, *interior* margo ciliatus. *Semina* pubescentia.

Siebenbürgische Scabiose.

In arvis et agris Hungariae, praesertim australiori (*Schultes*). ⊙. Fl. Julio.

5. Scabiosa *tatarica.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis imbricatis, lanceolatis, capitulum aequantibus, paleisque receptaculi linearibus, coloratis, ciliatis, foliis radicalibus et caulinis summis integris, intermediis lyrato-pinnatifidis.

Scabiosa tatarica. Linné in Act. Upsal. 1744. p. 1. Tab. 1. *Horvatovski* Fl. Tyrnav. p. 19. *Lumnitz.* Person. n. 133.

Scabiosa alba belgicorum hortorum (octava). *Clus.* Hist 2. p. III. quoad descriptionem non quoad figuram.

Caulis tri-, quadripedalis et altior, crassus, subtetragonus, sulcatus, fistulosus, firmus, ramosus. *Folia* opposita, lanceolata, pilis longis, raris hirsuta, pinnatifida: *pinnis lateralibus* minoribus, ad petiolum decurrentibus, distantibus, recurvo-lunulatis, hinc subimbricatis, margine superiore inciso-dentatis, margine inferiore integris, vel uno alterove denticulo instructis; *terminali* maxima, inferiorum foliorum ovato-lanceolata, serrata, superiorum et rameorum sublineari, integerrima: *Folia radicalia* et *summa* plerumque integra. *Pedunculi* in caule ramisque terminales, solitarii, longi, tetragoni, rigidi, pubescentes, uniflori. *Capitula* magna, globosa. *Perianthii foliola* imbricata, ovata, coriacea, ciliata, costa dorsali in mueronem elongata. *Corollulae* quadrifidae, albae, glabrae, in disco subaequales, in radio majores et inaequales. *Paleae* receptaculi lanceolatae, membranaceae, concavae, nervo dorsali in mucronem producto. *Semina* quadrangula fusca, dentibus octo, alternis minoribus coronata.

Tatarische Scabiose.

Observ. I. Non intelligere possum, qua ratione auctores nonnulli *Scabiosam* hane *tataricam Lumnitzeri* ad *Scabiosam ciliatam*, quae S. *sylvaticae* proxima dicitur, retulerunt, quum S. *sylvatica* et *ciliata* receptaculo setoso, *Lumnitzeri* aeque ac *Linnei Scab. tatarica* contrario receptaculo paleaceo, gaudeat.

Observ. II. Statura *Scabiosae alpinae* proxima. *Clusii* descriptio et locus natalis, ab illo adductus l. c. omnino respondent *Scabiosae tataricae* hic descriptae et optimus *de Wulfen* in *Römer* Archiv. Band 3. St. 3. p. 315. in Observ. affirmat, Scabiosam, quam ipse *Tyrnaviae* vidit et quae ab auctoribus allegatis ibidem observata fuit, eandem esse cum *Scabiosa tatarica Linnei.*

Ad vias et earum fossas Pannoniae prope *Lautschitz*, copiose circa *Tyrnaviam* urbem (*Clusius*, *Horvatovski*, *Lumnitzer*). ♂? Fl. Julio.

6. Scabiosa *australis.*

S. corollulis quadrifidis, subaequalibus, perianthii foliolis patulis, ovato-lanceolatis, capitulo brevioribus, paleis recepta-

culi, demum elongati, lineari-acuminatis, foliis lanceolatis, acutis, integerrimis, radice fusiformi.

Scabiosa australis. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 316. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 419. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 60.

Radix fusiformis, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, inferne glaber, superne pubescens, subtiliter striatus, crassitie pennae columbinae, pedalis vel cubitalis, semel aut bis dichotomus. *Folia* lanceolata, acuta, glabra, viridi-glaucescentia, integerrima, margine retrorsum scabra, basi attenuata, firmula: *infima* in petiolum decurrentia; *caulina* opposita, connata. *Pedunculi* in caule ramisque terminales, nudi, uniflori. *Capitula* terminalia, magnitudine capitulorum *Sc. succisae*, florifera sphaeroidea; fructifera oblongo-ovata. *Perianthii foliola* capitulo breviora, patula, decem ad duodecim, tribus ordinibus disposita, ovato-lanceolata, integra, pubescentia, viridia. *Corollulae* quadrifidae, subaequales, flavae, lacinia exteriore paullo majore. *Paleae* receptaculi lineari-acuminatae, caeterum perianthii foliolis similes. *Semina* ovata, striata, nuda, calyce proprio duplici, exteriore membranaceo, albido, interiore setoso, coronata.

Südliche Scabiose.

In paludosis Monfalconii ad latera rivuli (*Wulfen*), in Styria (*Römer* et *Schultes*). 24. Fl. Jul., Aug.

7. Scabiosa *repens.*

S. corollulis quadrifidis, aequalibus, perianthii foliolis patulis, ovatis, capitulo brevioribus paleisque receptaculi demum elongati lineari-lanceolatis obtusis, foliis ovali-lanceolatis, caulinis superioribus lanceolatis, radice repente articulata.

Scabiosa repens. *Brignoli* Fasc. rar. Plant. Forijulii pag. 19.

Scabiosa australis. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 628. *Martius* Enum. Plant. horti Erlang. p. 45.

Scabiosa Pseud-australis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 61.

Scabiosa inflexa. *Besser* Galic. Vol. 2. p. 336.

Quam proxime accedit ad antecedentem S. *australem*, cujus varietatem putant amici *Mertens* et *Koch* in Deutschl. Flora n. 419. at constanter recedit: 1. *Radice* maxime repente, articulata, sobolifera; nec fusiformi. 2. *Caule* ramosiore, infra no-

dos hinc pubescente. 3. *Pedunculis* superne scabris. 4. *Floribus* pallide caeruleis, suaveolentibus. 5. *Perianthii foliolis paleisque* receptaculi obtusis.

Kriechende Scabiose.

Observ. I. In hac et in antecedente specie notatu dignissimum est, quod Receptaculum fructiferum elongetur et figuram antea sphaeroideam in ovato-oblongam mutet. Hac nota primo intuitu facile distinguuntur a *Scabiosa* sequente *succisa*, cui proximae sunt.

Observ. II. Sub nomine *Scabiosae australis Wulfen.* mihi quoque olim plantas vivas communicavit optimus *Schreberus*, quae adhuc in horto meo luxuriant. Hujus erroris ansam praebuit ipse *Wulfenius*, qui forsan postea hanc speciem varietatem putavit laevidensem suae *Scabiosae australis*, cui simillima est, nam *Schrebero* mihique hujus plantae specimina misit sub nomine S. suae *australis.*

In pratis Forijulii (*Brignoli*), Hungariae (*Schultes*), Galiciae prope *Ciechanowiec* in *Mecichowka* (*Kluk*). 24. Fl. Jul., Aug., Sept.

8. Scabiosa *succisa.*

S. corollulis quadrifidis, aequalibus, perianthii foliolis patulis, ovato-lanceolatis, capitulo brevioribus, paleisque receptaculi immutati, e lineari tenui basi, dilatato-lanceolatis, apice setigeris, foliis radicalibus ovatis, integerrimis, caulinis lanceolatis, subdentatis, radice praemorsa.

Scabiosa succisa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 548. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 163. *Besser* Galic. n. 147. *Gmelin* Badens. n. 212. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 5. Tab. 37. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 418. *Pollich* palat. n. 140. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 60. *Scop.* Carn. 2. n. 138. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 629. Flora Dan. Tab. 279.

Acrocephalus succisa. Wallroth Sched. crit. I. pag. 54.

Succisa. *Fuchs* Hist. p. 715.

Succisa seu morsus diaboli. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 11. quoad flores mala!

α hirsuta caule foliisque hirsutis.

Scabiosa succisa. Roth Flora Germ. l. c. *α. Gmelin* Badens. l. c. *β.*

β glabra caule foliisque glabris.

Scabiosa succisa. Roth Fl. Germ. l. c. *β. Gmelin* Bad. l. c. *α.*

Scabiosa glabrata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 61.

γ incisa foliis inciso-serratis.

Succisa seu Morsus diaboli. *Lobel* Icon. 1. p. 546. *Ejusd.* Hist. p. 295. *Dodonaei* Pempt. p. 124.

Morsus Diaboli. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 452.

Radix praemorsa, fusca, supra basin fibris longis fuscis vel albidis coronata. *Caulis* basi oblique adscendens, erectus, teres, striatus, maxima ex parte nudus et simplex, superne plerumque trifidus; *Ramis* duobus, oppositis, cum pedunculo intermedio nudo, pedalis et altior. *Folia* cum caule, ut in *α*, pilis depressis hirsuta et ciliata, vel, ut in *β*, glabra: *radicalia* in orbem disposita, ovata vel ovato-oblonga, obtusa, integerrima, in petiolum ciliatum desinentia; *caulina* remota, opposita: *inferiora* petiolata, lanceolata, subdentata; *superiora* seu *ramea* sessilia, linearia, acuta, integerrima. *Pedunculi* terminales, uniflori. *Capitulum* globosum, terminale. *Perianthii foliola* patula, ovato-lanceolata, capitulo breviora, plerumque quinquenervia, pilosa, seta una alterave terminata. *Corollulae* quadrifidae, aequales, caeruleae vel violaceae, rarius albae. *Paleae* receptaculi e tenui lineari basi dilatato-lanceolatae, pilosae, apice setis plerumque tribus, inaequalibus, terminatae, longitudine calycis proprii. *Semen* sulcato-angulosum, ad angulos pilosum, coronatum *Calyce proprio exteriore* quinquefido, *interiore* quinqueseto, setis maxime divaricatis, calyce exteriore paullo longioribus. *Receptaculum* breve, conicum, inter paleas setis adspersum.

γ incisa differt:

1. *Caule* cum foliis vel hirsuto, vel glabro, fere a basi ramoso.
2. *Foliis caulinis inferioribus* et *mediis* inciso-serratis.

Wiesen-Scabiose.

Variat: 1. *Capitulis* proliferis. 2. *Corollulae lacinia superiore* emarginata.

In pratis et pascuis humidis, inprimis turfosis. ♃. Flore Aug., Sept.

9. Scabiosa *stricta.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis, lineari-lanceolatis, capitulum aequantibus, paleis receptaculi lanceolato-subulatis, foliis inferioribus oblongo-ovatis, supra medium remote dentatis; superioribus basi pinnatifidis: laciniis integerrimis.

Scabiosa stricta. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 147. Tab. 138. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 62. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 636.

Radix densos caespites efformans. *Caules* erecti, vel adscendentes, plerumque simplices, rarius semel dichotomi, demtis pedunculis palmares. *Folia* opposita, subtus pubescentia, *parium trium vel quatuor inferiorum* oblongo-ovata, basi attenuata et integra, supra medium dentata, dentibus remotis, apice fuscis: *superiora* basi pinnatifida; pinnis integerrimis, acutis; *terminali* ovata, inciso-serrata. *Pedunculi* terminales, inferne glaberrimi, sub capitulo subpilosi. *Capitulum* ovatum. *Perianthii foliola* lineari-lanceolata, trinervia, patula, longitudine capituli florentis. *Corollulae* quadrifidae, inaequales, peripheriae majores, caerulescenti-lilacinae. *Paleae* receptaculi lanceolato-subulatae. *Semina* octogona, calyce proprio exteriore membranaceo, eroso et *interiore* quinqueseto coronata, setis fere longitudine corollularum.

Steife Scabiose.

Observ. Amici dilectiss. *Mertens* et *Koch* in Deutschl. Flora n. 424. hanc speciem cum *Scabiosa lucida*, praeeunte *De Candolle*, conjungunt, at *Waldst.* et *Kitaibelii* planta corollulis quadrifidis et S. *lucida* quinquefidis gaudet.

In Croatiae alpibus (*Waldst.* et *Kit.*). 2|. Fl. Julio.

10. Scabiosa *silenifolia.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patentissimis, linearibus, obtusis, margine subcoalitis, paleis receptaculi lanceolatis, obtusiusculis, foliis coriaceis: radicalibus obovato-cuneiformibus, integerrimis; caulinis superioribus pinnatifidis; rameis lanceolatis.

Scabiosa silenifolia. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 170. Tab. 157. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 63. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 637.

Caules plures, teretes, graciles, cano-tomentosi, palmares, simplices, raro semel dichotomi. *Folia* crassiuscula, coriacea, glabra, supra cava, basin versus attenuata et ciliata: *radicalia* obovato-cuneiformia, integerrima; *caulina* opposita: *superiora* pinnatifida; *pinnis* integerrimis; *suprema* vel *ramea* lanceolata, integerrima. *Pedunculi* purpureo-fusci, albo-tomentosi. *Perianthium* patentissimum, septem-ad novempartitum: *foliolis* margine subcoalitis, linearibus, obtusis. *Corollulae* quadrifidae, inaequales, peripheriae majores, pallide violaceae: *Laciniis* obtusiusculis. *Paleae* receptaculi lanceolatae, obtusiusculae, corollulis breviores. *Semina* pilosa, calyce proprio, *exteriore* membranaceo, denticulato et *interiore* quinqueseto coronata.

Silenenblättrige Scabiose.

In rupibus calcareis alpium Croatiae (*Waldst.* et *Kit.*). 2|. Fl. Julio.

* * *

Observ. Secundum *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 43. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 416. *Scabiosa alpina* in alpibus noricis provenire dicitur, at nemo Floristarum austriacorum ejusdem mentionem fecit.

b) *Corollulis quinquefidis.*

11. Scabiosa *columbaria.*

S. corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis linearibus, acutis, capitulo brevioribus, paleis receptaculi lanceolatis, foliis pubescentibus: radicalibus ovatis, crenatis, lyratis pinnatifidisve; caulinis pinnatis bipinnatifidisve; pinnis pinnulisque foliorum superiorum linearibus.

Scabiosa columbaria. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 166. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 423. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 64.

α. Foliis caulinis omnibus pinnatis.

Scabiosa columbaria. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 552. secundum diagnosin. *Krocker* Siles. n. 206. *Lumnitz.* Poson. n. 136. *Schrank* Bavar. n. 873. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 638. (exclusa Var. *δ.*) *Scop.* Carn. 2. n. 140. (excluso syn. *Haller.*)

Scabiosa polymorpha. *Weigel* Observ. bot. pag. 23. *α. Ejusd.* Fl. Pomer. n. 90.

β. Foliis caulinis bipinnatifidis et bipinnatis.

Scabiosa columbaria δ. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora l. c.

Scabiosa ochroleuca. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 559. secundum diagnosin. *Besser* Galic. n. 150. *Jacq.* Flora Austr. 5. Tab. 439.

Planta foliorum forma et florum colore quam maxime variabilis est, hinc auctorum dissensus inter *Scabiosam columbariam* et *ochroleucam* eamque ob caussam synonyma certa aegerrime eruenda sunt. Sequentibus autem varietates omnes conveniunt.

Radix fusiformis, ramosa. *Caulis* erectus, plus minus pubescens, teres, ad ramorum exortum nodosus. *Rami* oppositi, rachiati. *Folia* utrinque villis brevibus pubescentia vel glabra, petiolata: *radicalia* ovata seu obovata, obtusa, vel crenata, vel lyrata, vel pinnata; *pinnis* incisis; *caulina* opposita, petiolis connatis. *Pedunculi* terminales, nudi, simplices, uniflori, versus florem magis pubescentes. *Capitulum* terminale hemisphaericum, nudiatum. *Perianthium* polyphyllum; *foliolis* linearibus, acuminatis, inaequalibus, flore brevioribus. *Corollulae* quinquefidae: *radiales* maxime irregulares, majores; *disci* duplo vel triplo minores, subregulares, quasi truncatae. *Paleae* receptaculi lanceolatae, corollulis breviores. *Semina* villosa, calyce proprio *exteriore* membranaceo, brevi, plicato et *interiore* setoso coronatae, atris nigris. *Receptaculum* ovatum. *Flores* vel caerulei, vel pallello-lilacini, vel albi, vel ochroleuci.

α Foliis caulinis pinnatis.

Folia caulina I. vel *omnia* pinnata; pinnis omnibus lanceolato-linearibus, angustis, in infimis foliis subdentatis, in reliquis integerrimis: vel II. *folia caulina infima* cum *radicalibus* pinnatifida, *Laciniis* incisis, reliqua omnia pinnata, pinnis linearibus integerrimis: vel III. *folia infima* cum *radicalibus* crenata; *media* incisa; *superiora* pinnata: pinnis linearibus vel integris, vel inciso-pinnatifidis.

Primum statum indigitant:

Scabiosa polymorpha. Weigel Observ. bot. p. 24. *δ.*

Scabiosa major alba XVIII. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 445.

Scabiosa septima. *Clus.* Hist. 2. p. III.

Scabiosa multifido folio, albo flore, vel potius ochroleuco. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 8.

Secundum demonstrat:

Scabiosa minor quarta. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 443.

Ad *Tertium* pertinent:

Scabiosa lucida. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 66. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 424.

Scabiosa norica. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 65. *Reiner* et *Hohenwarth* Iter 2. p. 253.

Observ. Hujus formae foliorum glabrities et splendor mihi non sufficere videntur, quo specie distinguatur, quum omnibus reliquis in partibus floris et fructus conveniat cum *Scabiosa columbaria.*

β. Foliis caulinis bipinnatifidis et bipinnatis.

Folia caulina vel I. *infima* pinnatifida: *pinnis* incisis, extima plerumque majore, ovata, *media* et *superiora* bipinnata; pinnis pinnulisque lanceolato-linearibus, angustis; *suprema* simpliciter pinnata; pinnis linearibus.

Scabiosa columbaria. *Roth* Flora Germ. l. c. *β.* *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 638. *δ.*

Scabiosa polymorpha. *Weigel* Observ. bot. p. 23. *β.*

Scabiosa ochroleuca. *Weigel* Flora Pom. n. 91. descriptio, non diagnosis.

Scabiosa minor. *Camerar.* Epit. p. 711.

Scabiosa minor vulgaris. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 3. Figmala!

Vel II. *infima* et *media* bipinnata, *suprema* simpliciter pinnata: pinnis *infimorum* ovatis, vel obovatis, pinnatifidis, vel pinnatis; *mediorum* pinnis pinnulisque lanceolato-linearibus; *summorum* pinnis linearibus, integerrimis.

Scabiosa columbaria. Flora Dan. Tab. 314.

Scabiosa tenuifolia. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 167. (exclusis synon. plurimis.)

Scabiosa polymorpha. *Weigel* Observ. bot. p. 24. *γ.*

Scabiosa quinta. *Clus.* Hist. 2. p. III.

Scabiosa mas XXI. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 445.

Tauben-Scabiose.

In arvis, pratis siccis, collibus. 2. Fl. Jul., Aug., Sept.

Observ. *Scabiosae columbariae* similem plantam observavi

Celeber. *Hoppe* in sylva Lipizzensi ad Tergestum, cujus seminum calyculus interior aristis plane destitutus est et ita capitula fructifera calva apparent. Hinc amici dilectiss. *Mertens* et *Koch* in Deutschl. Flora n. 425. S. *leuocephalam* nominarunt. An species constans?

2. Scabiosa *canescens.*

S. corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis, linearibus, obtusis, capitulo brevioribus paleisque receptaculi spathulatis, pilosis, foliis cano-pilosis: radicalibus ovato-lanceolatis, integerrimis; caulinis pinnatifidis, pinnatisve, laciniis lineari-lanceolatis.

Scabiosa canescens. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 53. Tab. 53. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 639. *Röm.* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 66.

Scabiosa suaveolens. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. 3. 426.

Astrocephalus suaveolens. Wallroth Schedulae crit. 1. pag. 51.

Scabiosa minor secunda et tertia, praesertim prima. *Tournaemont.* Kräuterb. p. 443.

Quam proxime accedit ad antecedentem *Scab. columbariam* praesertim ad *α.* I. at recedit inprimis: 1. *Foliis radicalibus* ovato-lanceolatis, integerrimis; *caulinis infimis* quoque lanceolatis, at profunde remote et inaequaliter incisis, laciniis lanceolatis; *mediis* et *superioribus* pinnatis: pinnis linearibus, patulis, supra convexis, subtus concavis, apice acutis, subcallosis. 2. *Perianthii foliolis* cum receptaculi *paleis* spathulatis, pilosis, obtusis. 3. *Floribus* odoratis. 4. *Setis* calycis proprii interioris magis patulis, brevioribus, viridescentibus; nec fuscis. 5. *Perianthii foliolis* capitulo triplo brevioribus.

Graue Scabiose.

In collibus siccis Austriae (*Schultes*), Bohemiae (*Pohl*), Hungariae (*Waldst.* et *Kit.*), ad Halam Saxonum (*Wallroth*). 2|. Floret tota Aestate.

3. Scabiosa *styriaca.*

S. corollis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis linearibus, patentissimis, capitulo brevioribus, paleis receptaculi lanceolatis, foliis tenui tomento canescentibus: radicalibus pin-

natifidis; laciniis subincisis; caulinis pinnatis; pinnis parce dentatis.

Scabiosa styriaca. Vest in Regensb. bot. Zeit. 1821. pag. 146. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 427.

Tota planta tenui tomento canescens, pilis plane destituta. *Caulis* teres, valde ramosus: *Ramulis* fasciculatis. *Folia radicalia* pinnatifida: *Laciniis* lanceolatis, nonnullis incisis: *caulina* pinnata; *pinnis* lanceolatis, parce dentatis. *Pedunculi* spithamales, copiosi, nudi, uniflori. *Perianthii foliola* linearia, capitulo florifero breviora, patentissima. *Flos* pallide caeruleus, radiatus. *Corollulae* quinquefidae: *radiales* majores, irregulares, subringentes: Lacinia media acuta. *Paleae* receptaculi oblongo-cylindricae, lanceolatae, semina longitudine aequantes. *Semina* octangula, *calyculo exteriore* membranaceo, integerrimo coronata, *interiore* minimo, columnari, excavato, setis destituto.

Steyerische Scabiose.

In monte S. *Donati* Styriae inferioris (*de Vest*). 4. Fl. Jul., Aug.

Observ. A *Scabiosa canescente* distinctissima *Defectu* pilorum totius plantae; *Foliis radicalibus* pinnatifidis; *Absentia setarum* in semine, calycem interiorem in reliquis speciebus constituentium.

14. Scabiosa *agrestis.*

S. corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis patentissimis, linearibus, capitulo brevioribus, cum paleis receptaculi sublanceolatis, pilosis setaque terminatis, foliis piloso-scabris: radicalibus subpinnatis; caulinis subtripinnatis; pinnis pinnulisque anguste linearibus, divaricatis, subfalcatis, extimis latioribus, summis pinnatis, linearibus.

Scabiosa agrestis. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. p. 226. Tab. 204. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 640. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 67.

Radix fusiformis, fusca, ramosa. *Caules* erecti, teretes, striati, nodosi, cani, inferne pilis reversis scabri, plerumque simplices, superne ramosi. *Rami* oppositi, dichotomi. *Folia* piloso-scabra: *radicalia* infima obovata, lyrata, sequentia pinnata; pinnis incisis: *caulina* opposita, petiolis basi connata: *inferiora* bipinnata; pinnis pinnulisque ad costam decurrentibus, lineari-lanceolatis, obtusiusculis, setula terminatis; *supe-*

ora subtripinnata; pinnis pinnulisque linearibus, perangustis, tula terminatis, divaricatis et non raro recurvato-falcatis; timis paullo majoribus, latioribus; *summa* simpliciter pinnata; nnis quoque linearibus, angustis, longioribus quam in reliquis liis, rarius uno vel altero dente setaceo auctis, setula quo- e terminatis. *Pedunculi* terminales, solitarii, nudi, praeser- superne pilis reversis scabri, uniflori, semipedales et lon- ores. *Capitula* hemisphaerica, minora, quam in praecedenti- cognatis speciebus. *Perianthii foliola* patentissima, linea- , pilosa, setula terminata, capitulo breviora. *Corollulae* quin- efidae, pallide lilacinae: *radiales* majores magisque irregula- discoideis. *Paleae* receptaculi inferne lineares, superne pa- latiores, semine vix longiores, pilosae, setula terminatae. *mina* octangula, pubescentia, calyce proprio *exteriore* mem- naceo et *interiore* quinqueseto coronata, setis atropurpureis, yce exteriore vix longioribus.

Feld-Scabiose.

In pratis siccis Hungariae et Croatiae (*Waldst.* et *t.*). ♂. Fl. Junio.

Scabiosa *bannatica.*

S. corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis lis, linearibus, capitulum vix superantibus, cum paleis re- aculi, lineari-lanceolatis, pilosis setaque terminatis, foliis alibus lyratis, caulinis subbipinnatis, glabriusculis, ciliatis; ulis lanceolatis.

Scabiosa bannatica. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hun- l. p. 10. Tab. 12. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 641. *Rö-* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 69.

Radix fusiformis. *Caulis* erectus, subtetragonus, basi et genicula pilis reversis hirsutus, ramosus. *Rami inferio-* oppositi; superiores dichotomi. *Folia radicalia* obovata, a, grosse crenata et sequentia lyrata, pubescentia, mollia; *na* opposita, glabriuscula, bipinnatifida; pinnis pinnulisque ssime ciliatis et setula terminatis, petiolis basi connata: *a* latissima, maxima, pinnata; pinnis ovato-lanceolatis, nde inciso-pinnatifidis, *laciniis* ovato-lanceolatis; *media periora* evidentius bipinnata, pinnis pinnulisque latitudine scentibus ita, ut in foliis supremis et rameis pinnae pin- que lineari-lanceolatae et longiores evadant. *Pedunculi* nales, uniflori, semipedales et longiores, pilis reflexis sca-

bri. *Capitula* hemisphaerica. *Perianthii foliola* linearia, subulata, et setula terminata, patula, capitulum parum superantia, subpilosa. *Corollulae* quinquefidae, pallide rubrae vel ochroleucae: *radiales* majores et magis irregulares discoideis. *Paleae* receptaculi subconici lineari-lanceolatae, pilosiores et setula paullo longiore terminatae, quam perianthii foliola. *Semina* costis octo pilosis notata, *calyculo proprio exteriore* membranaceo et *interiore* quinquesetoso coronata, setis longioribus atris.

Bannater Scabiose.

In rupibus Bannatus. (*Waldst.* et *Kit.*) ♂. 2|. Fl. Julio.

16. Scabiosa *ucranica.*

S. Corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis, capitulum superantibus, cum paleis receptaculi angustissimis, linearibus, acutis, foliis laxe et anguste pinnatis, caulinis summis rameisque simplicibus, cum pinnis inferiorum, linearibus, integerrimis.

Scabiosa ucranica. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora n. 428. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 83. *Roth* Bot. Bemerk. u. Bericht. p. 149.

Scabiosa maritima. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 317. (exclusis synonymis *Linn.*, *Villars* et *Gouan.*)

Scabiosa maritima parva. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 7.

Sequentibus *Wulfen* l. c. spontaneam plantam describit:

Radix fusiformis, sublignescens, fibrosa. *Caules* teretes, divaricato-ramosi, rigidi, cubitales, atro-purpurascentes, villis cito caducis, sparsis obsiti, tum glabrescentes. *Folia radicalia* et *caulina* opposita, laxe pinnata, pinnis linearibus, angustis, integerrimis; *summa* simplicissima, linearia, integerrima. *Capitula* terminalia, longe pedunculata, *florifera* hemisphaerica, *fructifera* sphaeroidea. *Perianthii foliola* ad octo in duabus seriebus, alterna interiora breviora, lineari-acuta, viridia, cano-pubescentia, corolla paullo longiora, patentissima, demum reflexa. *Corollulae* extus cano-pubescentes, tubulosae, coelestino-caeruleae: *radiales* majores, profundius inaequaliter quinquepartitae; *centrales* breviter quinquefidi, aequales. *Paleae* receptaculi convexi, angustissime lineari-acutae, albae. *Semina* cano-villosa, *calyce proprio exteriore* pelviformi scarioso membranaceo, multidentato et *interiore* quinqueseto, triplo longiore coronata, setis atro-rubentibus, patentibus.

Ukrainische Scabiose.

Observ. *Linnei* descriptio in Amoen. Acad. Vol. 4. p. 304. ut etiam *Murray* in Prodr. Götting. p. 139. evidenter recedit a *Wulfeniana* planta hic descripta, hinc distincta ab hac species esse videtur.

In Litorali prope *Monfalcone* et *Sagrado*, tum et prope *Venetiae*, *Gemona* et *Ospidaleto (Wulfen)*. 2. Fl. Jul., Aug.

Scabiosa *graminifolia.*

S. corollulis quinquefidis, radiantibus, perianthii foliolis paleis, capitulum aequantibus, cum paleis receptaculi lineari-lanceolatis, pilosissimis, foliis omnibus simplicibus, linearibus, integerrimis, piloso-canis.

Scabiosa graminifolia. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. II. p. 558. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 429. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 642. *Scop.* Carn. 2. n. 139. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 86. *Vest* Manuale p. 341. *Waldst.* et *Kit.* Plant. rar. Hungar. 2. p. 206. Tab. 188.

Scabiosa argentea angustifolia. *C. Bauh.* prodr. p. 127.

Scabiosa graminea argentea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 12.

Radix lignosa, fibrosa, multiceps. *Caules* basi lignosi, adscendentes, erecti, plerumque simplices, demto pedunculo digitales et palmares, teretes, pilis depressis dense obsessi. *Folia radicalia* et *caulina* conformia, linearia, angusta, integerrima, acuta atque attenuata, sericeo-villosa, cano-viridia; *caulina* opposita, basi vaginantia, connata. *Pedunculus* terminalis, solitarius, nudus, uniflorus, palmaris et longior. *Capitulum* hemisphaericum. *Perianthii foliola* lanceolato-linearia acuminata, inaequalia, subaequalia, capitulum aequantia, vix parum longiora, villosa. *Corollulae* extus villosae, pallide caeruleae, quinquefidae, in radio valde inaequales et majores, in disco truncatae, subaequales, albidae. *Paleae* receptaculi hemisphaerici lanceolato-acuminatae, pilosae, in medio parum dilatatae. *Semina* oblongis, albis, sericeis dense vestita, *calyculo proprio exteriore* scarioso, campanulato, multistriato et dentato; *interiore* squameseto coronata, setis calyculo exteriore dimidio longioribus, albis.

Grossblättrige Scabiose.

In alpibus rhaeticis, carnicis, pannonicis, Tyrolis calidioribus et in maritimis Forijulii *(Host, Scopoli, Waldst.* et *Kit.)*. 2. Fl. Jul. et Aug.

B. *Receptaculo setoso.*

18. Scabiosa *arvensis.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis ovato-lanceolatis, capitulum aequantibus, foliis integris pinnatifidisque, incisis, caule hispido.

Scabiosa arvensis. *Hayne* Arzneygew. Band. 5 Tab. 38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 631.

Scabiosa polymorpha. *Schmidt* Fl. Bohem 3. p. 18.

Trichera arvensis. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 54.

α *Foliis radicalibus caulinisque pinnatifidis.*

Scabiosa arvensis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 550. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 164. *Besser* Galic. n. 148. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 420. *Pollich* palat. n. 142.

Scabiosa major communior hirsuta folio laciniato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 2. Fig. *prior.*

Scabiosa arvensis VI. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 442.

Scabiosa major, flore excaeruleo purpureo II. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 441.

β *Foliis radicalibus oblongo-ovatis, integris, vel integerrimis vel incisis; caulinis pinnatifidis.*

Scabiosa arvensis. *Gmelin* Badens. n. 314. *Krocker* Siles. n. 205. *Schkuhr* Handb. 1. p. 68. Tab. 22.

γ *Foliis radicalibus et caulinis ovato-lanceolatis, integris, argute serratis.*

Scabiosa major communior, folio non laciniato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 2. Fig. *inferior.*

δ *Foliis infimis obovatis crenatis; mediis incisis; superioribus pinnatifidis.*

Scabiosa dubia. *Mönch* Hass. n. 116. Tab. 3. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 166.

Planta foliorum forma, praesertim radicalium, valde variabilis! *Radix* sublignosa, ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus, cano-pubescens et insuper tuberculis sparsis setigeris subhispidus, teres, rigidus. *Rami* oppositi. *Folia* utrinque hirsuta; *radicalia* in orbem disposita, vel pinnatifida; *Laciniis* integerrimis aut inciso-dentatis, ut in α, vel oblongo-ovata, aut ovato-lanceolata, indivisa, integerrima aut argute serrata, ut

in β et γ, vel obovata, crenulata, ut in δ: *caulina* opposita, petiolo connato amplexicaulia, vel pinnatifida; *Laciniis* oblongis, integerrimis, una alterave lacinula auctis, vel integra, serrata; *summa* et *ramea* minora, vel basi pinnatifida, vel integerrima, angustiora, lineari-lanceolata. *Capitulum* hemisphaericum, sesquiunciam plerumque in diametro habens. *Pedunculi* in caule ramisque terminales, solitarii, nudi, simplices, pilosi, uniflori. *Perianthium* patens, polyphyllum: *foliolis* inaequalibus, ovato-lanceolatis, pilosis, longitudine florum radialium. *Corollulae* quadrifidae, caeruleae, pupurascentes, vel lilacinae, *disci* subaequales, minores, versus marginem capituli sensim majores magisque irregulares, ita, ut *radii* maximi. *Semen* ovato-compressum, angulosum, pilosum, calyce proprio duplici coadunato, *exteriore* piloso cum *interiore* paleaceo octoradiato, aristato, coronatum. *Receptaculum* setis fasciculatis dense obsessum, subrotundum.

Acker-Scabiose.

Variat: 1. *Foliis* cauleque glabris.
Scabiosa major, glabra. *Volkamer* Norimb. p. 336.
2. *Caule* simplici, unifloro.

Observ. Var. δ. *S. dubia Mönch* Hass. l. c. videtur monstrosa proles, ut vix varietatis nomine venire possit.

In agris eorumque versuris, arvis, pratis. δ in Monte *Meisner* Hassiae. ♃. Fl. tota Aestate.

19. Scabiosa *pubescens.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis, ovato-lanceolatis, capitulum subaequantibus, foliis radicalibus caulinisque inferioribus longe petiolatis, lyrato-pinnatifidis; superioribus ovato-oblongis, integris, serratis; summis et rameis sessilibus lineari-lanceolatis, integerrimis, caule hispido.

Scabiosa pubescens. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 146. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 634.

Trichera pubescens. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 3. pag. 57.

Excepta foliorum forma, valde variabili, omnibus in partibus exacte convenit cum antecedente S. *arvensi*, ut vix speciei propriae nomine venire mereatur. Differt tantum *Foliis radicalibus* et *caulinis inferioribus* longius petiolatis, plerumque remote lyrato-pinnatifidis inciso-dentatis; *Laciniis* ovatis, obtusis; *me-*

diis et *superioribus* elliptico-vel oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, brevius petiolatis, integris, serratis, vel basi pinnatifidis; *summis* et *rameis* lineari-lanceolatis, integerrimis.

Haarige Scabiose.

Variat Foliis omnibus integris; inferioribus tantum obtuse serratis.

In valle dominorum Hungariae (*Kitaibel*). 2. Fl. Jul., Aug.

20. Scabiosa *sylvatica.*

S. corollulis quadrifidis radiantibus, perianthii foliolis ovato-lanceolatis, patulis, capitulum aequantibus, foliis radicalibus ovalibus, crenatis, vel integris, vel auriculatis aut lyratis, cum caulinis acuminatis: caulinis omnibus integris, serratis, elliptico-lanceolatis, vel subrotundo-ovatis, caule hispido.

α *Foliis omnibus integris; caulinis elliptico-lanceolatis.*

Scabiosa sylvatica. *Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P. II p. 551. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 163. *Besser* Gallic. n. 149. *Gmelin* Badens. n. 213. *Jacq.* Flora Austr. 4 Tab. 362. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 421. Pollich palat. n. 141. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 632. *Scop* Carn. 2. n. 136.

Trichera sylvatica. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3 pag. 55.

Scabiosa maxima dumetorum, folio non laciniato. *Joh Bauh.* Hist. 3. p. 10.

Scabiosa latifolia pannonica flore rubro et albo. *Clus.* His 2. p. I. et II.

Scabiosa latifolia VII. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 44

β *Foliis radicalibus auriculatis vel lyratis; caulin subrotundo-ovatis.*

Scabiosa sylvatica. *Roth* bot. Bemerk. u. Bericht. p. 14 *Jacq.* Observ. I. p. 28. 3. Tab. 72?

Scabiosa ciliata. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 422. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 635. *Ejusd.* Observ. bo p. 18. (excluso synonymo *Lumnitzer.*)

Trichera ciliata. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. p. 37. (excluso saltem synon. *Lumnitzer.*)

Scabiosa latifolia, rubro flore. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 9.

Radix sublignosa, ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, teres tri-ad quinquepedalis, tuberculis sparsis, saepe atro-purpureis, setigeris, subhispidus, setis plerumque reversis, inferne simplex, superne divisus. *Rami* oppositi. *Folia* utrinque pilosa, *venis* supra depressis, fere horizontalibus, suboppositis, versus folii marginem obliteratis, apice bifidis et in lineam repandam, marginem folii sequentem, confluentibus, plus minus rugulosa: *radicalia* ovalia, in petiolum decurrentia, crenata, apice acumine brevi, integerrimo terminata, in *α* integra, in *β* basi vel auriculata vel lyrata; *caulina* opposita, in *β* rarius ternata, omnia integra, serrata, utrinque attenuata, vel elliptico-lanceolata, vel, ut in *β*, ex subrotundo ovata, acumine integerrimo terminata: *inferiora* breviter petiolata, petiolis basi connatis caulem amplectentibus; *superiora* sessilia, in *β* basi minus attenuata, tamen nunquam cordata; *ramea* minora reliquis, lanceolata, infra medium remote serrata, saepius falcata. *Pedunculi* in caule ramisque terminales, pedales et longiores, nudi, uniflori, ut caulis setis reversis hispiduli. *Capitulum* hemisphaericum. *Perianthii foliola* plura, inaequalia, majora capitulum longitudine aequantia, ovato-lanceolata, imbricata, dorso et inprimis margine setis erectis plus minus obsessa. *Corollulae* purpureo-violaceae, roseae vel albae, quadrifidae, in disco subregulares, versus radium sensim majores magisque irregulares. *Semina* compresso-tetragona, oblonga, pilosa, calyculo duplici, *exteriore* setoso, cum *interiore* coadunato, octoradiato, aristato, coronata. *Receptaculum* setosum.

Wald-Scabiose.

Observ. Collatis speciminibus a Celeberr. *Hoppe* prope Ratisbonam collectis cum vivis plantis, in graminosis umbrosis horti mei nunc quasi spontaneis, collatisque auctorum descriptionibus, excepta foliorum latitudine majore, *Scabiosa ciliata*, *Sprengel* in *Schrader* Journ. 1800. II. p. 199. nullum characterem distinctivum a *Scabiosa sylvatica* auctorum praebet. Specimen insuper possideo *Scabiosae sylvaticae Linn.* foliis infimis quoque lyratis.

In pratis montosis, sylvaticis, dumetis montosis asperis Germaniae australioris. 2|. Fl. Jul., Aug., Sept.

21. Scabiosa *longifolia.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis ovato-lanceolatis, capitulum aequantibus, foliis omnibus

elongato-lanceolatis, integerrimis, caule inferne glabro, superne hispido.

Scabiosa longifolia. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 4. Tab. 5. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 56. *Wulfen* in *Römer* Archiv. Band 3. St. 3. p. 316. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 633. *Vest* in *Hohenwarth* Reise 2. p. 25.

Scabiosa sylvatica β longifolia. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 421.

Pedunculis et *Capituli floriferi* neque ac *fructiferi* partibus omnimode convenit cum *Scabiosa sylvatica* et confinibus, recedit tantum: *Caule* inferne glabro. *Foliis* omnibus indivisis, integerrimis, elongato-lineari-lanceolatis: *inferioribus* glaberrimis, *superioribus* plus minus molliter pubescentibus.

Langblättrige Scabiose.

In adscensu graminoso rupestri, quo ex *Prax* supra *Niederndorf* versus alpem *Dürrenstein* adscenditur. Etiam in Monte *Cren* prope *Cividale (Wulfen)*, in alpibus Marmarosensibus in monte juratensi *Damen (Waldst.* et *Kit.)* 2|. Fl. Julio.

Observ. Scabiosa arvensis, *pubescens*, *sylvatica* et *longifolia*, excepta foliorum figura valde variabili, conveniunt inter se: *Duratione; Caule* tereti, fistuloso, pilis reversis, saepe e tuberculo oriundis, hispidulo; *Pedunculis; Perianthii foliolis; Corollulis* quadrifidis, radiantibus; *Seminibus* et *Receptaculo.* Foliorum figura et superficies tantum restant pro signis diagnosticis.

22. Scabiosa *integrifolia.*

S. corollulis quadrifidis, radiantibus, perianthii foliolis patulis, lineari-lanceolatis, capitulum subaequantibus, foliis integris: radicalibus ovatis, cum caulinis inferioribus oblongis, serratis, petiolatis: superioribus et rameis sessilibus, amplexicaulibus, lanceolatis, plerumque integerrimis, caule pubescenti piloso.

Scabiosa integrifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 548. (exclusis synonymis *Hoffmann*, *Roth* et *Haller*. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 630.

Trichera integrifolia. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 59.

Radix filiformis, fibrosa, descendens. *Caulis* erectus, teres, pubescenti-canescens, cum interjectis pilis sparsis, brev

ous, scabriusculus, mox a basi plerumque ramosus, pedalis et sesquipedalis. *Rami* oppositi, filiformes, brachiati, patuli, subdivisi. *Folia* opposita, pubescentia et subpilosa: *infima* oblongo-ovata, longius petiolata, basi attenuata et in petiolum decurrentia, demto petiolo uncialia, apice obtusa, infra medium integerrima, supra medium serrata; *inferiora* oblongo-lanceolata, supra medium quoque serrata, brevius petiolata, sesquiuncialia; *superiora* fere biuncialia, cum *rameis* tantum uncialibus fere lineari-lanceolata, brevissime petiolata et subsessilia, acuta et plerumque integerrima. *Pedunculi* in caule ramis ramulisque terminales, solitarii, filiformes, uniflori, pilosi, scabri, nudi. *Capitula* hemisphaerica, minora, quam in praecedentibus speciebus. *Perianthii foliola* lineari-lanceolata, patula, capitulo nunc breviora, nunc illud aequantia, canescentia, pilosa et ciliata. *Corollulae* quadrifidae extus pubescentes, rubro-lilacinae: *disci* minores, subregulares; *radii* majores, maxime irregulares; *Laciniis* oblongis, fere linearibus, obtusis. *Semina* oblonga, annulata, pilis erectis, sericeis vestita, calyce proprio duplici dentato-aristato et piloso coronata. *Receptaculum* setosum.

Ganzblättrige Scabiose.

In agris Bannatus (*Kitaibel*). ⊙. Fl. Jun., Jul.

††† *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

88. CENTUNCULUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 189. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 107. Gaertner de Fruct. 1. p. 228. Tab. 50. Dillen. Nov. Gen. p. 111. Tab. V.

Calyx tetraphyllus, inferus. *Corolla* quadrifida, calyce minor, fugax; *Limbo* patente. *Capsula* unilocularis, circumscissa, polysperma. *Receptaculum* liberum.

Centunculus *minimus.*

C. foliis alternis, ovatis, acutis, floribus sessilibus.

Centunculus minimus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 653. *Roth* Flora Germ. Tom. II. P. I. p. 169. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 10. *Gmelin* Badens. n. 240. *Krocker* Siles. n. 242. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 481. *Pollich* palat. n. 163. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 110.

Schkuhr Handb. 1. p. 80. Tab. 24. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 644. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 30. Flora Dan. Tab. 177.

Centunculus. *Dillen.* Giss. p. 161. Append. p. 111.

Anagallis spuria, sive minima arvensis, tetrapetaloides. *Rupp.* Jen. p. 19.

Anagallidiastrum exiguum, foliis lanceolatis alternis. *Michel* Nov. Plant. Genera p. 14. Tab. 18. Fig. 3.

Radix fibrosa, capillaris. *Caulis* uncialis, aut biuncialis, erectus, glaber, tenuis, simplex, vel ramosus, dichotomus. *Folia* ovata, acuta, carnosa, sessilia, glabra, integerrima, margine pellucida; infima nonnunquam opposita, caeterum alterna. *Flores* axillares, alterni, solitarii, sessiles. *Calycis quadripartiti Laciniae* lanceolatae, acutae. *Corolla* quadrifida, regularis, calyce brevior, fugax, alba, vel rubella. *Stamina* quatuor: *Filamenta* fauci corollae inserta, laciniis opposita. *Antherae* subrotundae. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum. *Capsula* globosa, mucrone brevi terminata, matura rubra, circumscissa, polysperma. *Semina* subrotunda, minima.

Wiesen-Kleinling.

Variat, licet rarius, *Calyce* cum *Corolla* quinquefido.

In pratis et pascuis arenosis humidis. ☉. Fl. Jun., Jul.

89. PLANTAGO.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 186. Juss. Genera Plant. ed. Roemer. p. 100. Gaertner de Fruct. 1. p. 236. Tab. 51.

Calyx quadrifidus inferus. *Corolla* quadrifida, persistens: *Limbo* reflexo. *Stamina* quatuor, corolla longiora *Stylus* cum *Stigmate* simplex. *Capsula* bilocularis, circumscissa: *Dissepimento* mobili: *Loculis* mono-seu polyspermis *Semina* ovato-oblonga.

a) *Scapo nudo.*

Observ. In speciebus hujus generis et praesertim hujus coetus, foliis latioribus gaudentibus, nervorum numerus quoad foliorum magnitudinem et soli fertilitatem, in una eademque specie saepe valde inconstans est, ut signa certa diagnostisca haud praebeat.

1. Plantago *major.*

P. foliis ovatis, subdentatis, glabriusculis, scapo tereti, spica cylindrica, elongata, capsulis polyspermis.

Plantago major. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 641. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 159. *Besser* Galic. n. 170. *Gmelin* Badens. n. 237. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 5. Tab. 13. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 468. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 111. *Pollich* palat. n. 159. *Schkuhr* Handb. 1. p. 78. Tab 23. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 645. *Scop.* Carn. 2. n. 161. *Wallroth* Schedulae bot. 1. p. 61. Flora Dan. Tab. 461.

Plantago major. *Tabernaem.* Kräuterb. 1107.

Plantago major, folio glabro, non laciniato ut plurimum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 502.

Anaglossa, Plantago latifolia, laevis. *Lobel* Icon. 1. pag. 303.

β minor.

Plantago major, ε brachystachya et *ζ microstachya. Wallroth* l. c.

Plantago major. *Roth* Flora Germ. l. c. *β* *Leyser* Halens. n. 143. *β.*

Plantago minima. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 646. *Trattinnik* Archiv 1. p. 42. Observ. bot. p. 23. n. 42.

Plantago latifolia glabra, minor. *Dill.* Gissens. p. 27.

Plantago latifolia, minor. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 505. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1107.

γ ramosa.

Plantago major. *Leyser* Fl. Halens. ed. 2. n. 143. *γ.*

Plantago latifolia, spica multiplici. *Dill.* Giss. p. 27.

Plantago major panicula sparsa. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 503. *Lobel* Icon. 1. p. 305.

Plantaginis majoris spica multiceps. *Dodon.* Pempt. p. 107.

δ rosea.

Plantago major γ phyllostachya. Wallroth Schedulae l. c.

Plantago rosea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 503. *Lobel* Icon. 1. p. 304.

Plantago major, rosea. *Camerar.* Epit. p. 261.

Plantago multiplex. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1108.

Radix crassa, subturbinata, apice lanata, utrinque fibras simplices demittens. *Folia* radicalia, ovata, obtusa, vel integriuscula, vel remote denticulata, vel sinuato-denticulata, glabra, vel subpubescentia, in caespitem congesta, in petiolum subdecurrentia, subtus nervis quinque, septem, ad novem, in β tantum tribus, eminentioribus, in petiolum continuatis, instructa. *Scapi* ex una radice plures erecti, basi plerumque obliqui, simplices, teretes, seu e tereti subcompressi, nudi, scabri, palmares et semipedales; in β unciales aut biunciales. *Spica* cylindrica, palmaris et minor, densa; in β laxior, pauciflora, semiuncialis et uncialis; in γ ramosa. *Flores* sessiles, parvi. *Bractea* ad quemvis florem solitaria, ovata, obtusiuscula, calycem aequans. *Stamina* corolla duplo longiora. *Capsula* oblonga, glabra, polysperma.

γ *rosea*, vix varietatis nomine venire potest, potius monstrosa proles nominanda est. *Spica* plerumque abortiva, Bracteis in foliola subspathulata capsulam tegentia excretis, vel in pyramidem imbricatis, vel rosacee expansis. Ad ulteriorem formam spectant:

Plantago major. Krocker Siles. n. 231. γ.

Plantago rosea, flore expanso. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 503.

Plantago rosea. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1108.

Grosser Wegetritt.

Ad domos, vias, in pomariis, vineis, hortis; β in pascuis tenui gramine tectis et viis tritis; γ et δ in hortis fertilioribus, rarius. 2|. Fl. Julio et Augusto.

2. Plantago *media.*

P. foliis ovato-lanceolatis, subintegerrimis, utrinque pubescentibus, scapo tereti, spica cylindrica, brevi, capsulis subtetraspermis.

Plantago media. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 642. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 170. *Besser* Galic. n. 171. *Gmelin* Badens. n. 238. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 5. Tab. 14. *Lumnitz.* Poson. n. 153. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 496. *Pollich* palat. n. 160. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 115. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 648. *Scop.* Carn. 2. n. 162.

Plantago major incana. *Clus.* Hist. 2. p. CVIII. *Lobel* Icon. 1. p. 30.

Plantago major hirsuta, media a nonnullis cognominata. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 505. *Fig. inferior.*

β maxima.

Plantago maxima. Schultes Oestr. Flora 2. n. 643.

γ minor.

Plantago media. Roth Flora Germ. 1. c. *β. Gmelin* Badens. 1. c. *β. Willd.* Prodr. Berol. n. 216. *β.*

Plantago major hirsuta, media a nonnullis cognominata. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 505. *Fig. superior.*

Plantago minor Dioscoridis. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1107.

Radix subfusiformis, flexuosa, obliqua, fere horizontalis, fibrosa. *Folia* radicalia, in orbem disposita, terrae incumbentia, ovata, utrinque attenuata, in petiolum brevem decurrentia, integerrima vel denticulata, utrinque canescentia et pilis brevibus, ad lentem articulatis pubescentia, quinque ad septemnervia. *Scapi* plures, oblique adscendentes, erectiusculi, teretes, pubescentes, nudi, pedales et longiores. *Spica* cylindrica, imbricata, uncialis, biuncialis vel parum longior. *Bractea* ad quemvis florem solitaria ovata, acuminata, concava, margine membranacea. *Flores* sessiles. *Calycis foliola* obovalia, erecta, margine scariosa. *Corolla* longitudine calycis: *Laciniis* ovatis, acutis, patentibus. *Stamina* corolla multo longiora, erecta, purpurascentia. *Stylus* staminibus brevior, curvatus. *Stigma* villosum. *Capsula* oblonga, mucronata, plerumque disperma.

β maxima. Differt tantum *Foliis* triplo latioribus, longius petiolatis, hinc petiolo brevioribus, supra vix pubescentibus, basi plerumque implicatis et quasi cucullatis: *Scapo* saepe tripedali: Spica plerumque longiore.

γ minor. Recedit Partibus omnibus minoribus.

Variat *Foliis* glabris.

Mittler Wegetritt.

In locis apricis, argillosis, sterilibus, in pratis et pascuis siccioribus; *β* in pratis humidis Hungariae (*Kitaibel*). 4. Fl. per totam Aestatem.

3. Plantago *lanceolata.*

P. foliis oblongo-lanceolatis, subintegerrimis, subhirsutis, scapo angulato, spica ovato-cylindrica, capsulis dispermis.

Plantago lanceolata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 643. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 171. *Besser* Galic. n. 173. *Gmelin* Badens. n. 239. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 5. Tab. 15. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 470. *Pollich* palat. n. 161. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 115. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 652. *Scop.* Carn. 2. n. 163. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 7. Flora Dan. Tab. 437.

Plantago lanceolata. Tabernaem. Kräuterb. p. 1111. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 505.

Plantago quinquenervia, sive lanceolata. *Lobel* Icon. 1. p. 305. *Ejusd.* Hist. p. 163.

β altissima.

Plantago altissima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 643. *Besser* Galic. n. 172. *Jacq.* Observ. 4. p. 5. Tab. 85. *Schultes* Oestr. Fl. n. 649. *Dörrien* Nassov. p. 177. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 118.

γ minor.

Plantago lanceolata. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. *β. Roth* Flora Germ. l. c. *β. Gmelin* Badens. l. c. *β. Sprengel* Mantissa II. p. 8. n. 16.

Plantago trinervia, folio angustissimo. *C. Bauh.* prodr. p. 94.

Plantago angustifolia minor. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1107.

Plantago lanceolata, spica minima. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 505.

Plantago lancea, trinervia. *Column.* Ecphras. p. 259.

δ prolifera.

Plantago lanceolata. Willd. Spec. Plant. l. c. *δ. Roth* Flora Germ. l. c. *γ. Pollich* palat. l. c. *β.*

Plantago angustifolia major, caulium summitate foliosa. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 506.

Plantago angustifolia Gareri prolifera. *Clus.* Hist. 2. p. CX.

Radix praemorsa, fibrosa. *Folia* radicalia, lineari-lanceolata, in petiolum decurrentia, tri-, quinque-, septem-, novem- ad undecimnervia pro ratione magnitudinis plantae, acuminata

plerumque integerrima, interdum denticulata, utrinque pubescentia. *Petioli* supra canaliculati. *Scapi* erecti, angulosi et sulcati, nudi, pilis brevibus, sparsis plus minus scabriusculi, a digitali ad bi-et tripedalem altitudinem accedentes, interdum torti. *Spica* ovato-cylindrica, vel exacte ovata, densa, arcte imbricata, fusca, junior fere nigricans. *Flores* sessiles. *Bractea* sub quoris flore solitaria, ovalis, longe acuminata, membranacea, diaphana, fuscescens, dorso pubescens, calycem superans. *Calycis foliola* obovata, acuta, membranacea diaphana. *Corollae laciniae* ovatae, acuminatae, patentes. *Stamina* corolla triplo longiora. *Antherae* flavescentes. *Stylus* staminibus dimidio brevior. *Stigma* villosum. *Capsula* oblonga, mucronata, disperma.

Observ. *Plantago hungarica Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. Tab. 203. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 123. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 653. vix varietatis nomine a *Plant. lanceolata* vulgari venire potest.

β altissima.

Non, nisi magnitudine partium dignoscitur! *Folia* sesquipedalia, plerumque quinque-ad septemnervia, integerrima et denticulata. *Scapus* non raro tripedalis, profunde sulcato-angulosus.

Observ. Neque in exsiccatis, neque in vivis plantis horti mei per plures annos jam vigentibus, signum diagnosticum constans, excepta magnitudine, invenire potui ullum. Celeberr. *Besser* l. c. quidem in *Plantag.* sua *altissima* bractearum marginem latiorem observavit, quam in *Plant. lanceolata* et spadiceum, nec albidum, quod in meis plantis non invenio et minoris sane momenti est.

γ minor.

Folia angusto-lanceolata, magis acuminata, trinervia, vix digito minore, longiora, magis villosa, plerumque integerrima. *Scapus* plerumque solitarius, digitalis, filiformis, subangulosus, villosissimus. *Spica* ex ovato subrotunda, vix longior, quam lata, pauciflora.

δ prolifera.

Potius monstrosa proles est *Scapo* apice folioso et prolifero.

Lanzettblättriger Wegetritt.

Variat quoque:

1. *Spicis* ternis, quaternis et pluribus, digitatis.
2. *Spicis* palmaribus, crassioribus, basi in duas vel tres spicas laterales divisis. *Leers* Herb. n. 108.

In pascuis sterilioribus, collibus, pratis, sylvis; β in Galiciae et Hungariae pratis humidis; γ in ericetis et collibus aridis. 2. Fl. tota Aestate.

4. Plantago *atrata.*

P. foliis lanceolatis, subdentatis, utrinque pubescentibus, scapo tereti, hispidulo, spica ovato-subglobosa, capsulis dispermis.

Plantago atrata. Hoppe bot. Taschenb. 1799. pag. 85. *Hoffmann* Germ. p. 76.

Plantago montana. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 117. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 651. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 651.

Habitu proxime accedit ad varietatem γ *minorem Plantag. lanceolatae*, est tamen diversa 1. *Radice* crassa. 2. *Foliis* acutioribus. 3. *Scapo* tereti; nec angulato. 4. *Spica* matura nigricante. 5. *Bracteis* obtusioribus, apice barbatis. 6. *Calycis foliolis* ecostatis, apice barbatis.

Schwarzähriger Wegetritt.

In alpibus Salisburgensibus et austriacis. (*Hoppe*). 2. Fl. Jun., Jul.

5. Plantago *alpina.*

P. foliis linearibus, utrinque attenuatis, planis, subintegerrimis, cum scapo tereti, plus minus pubescentibus, spica oblonga cylindracea, capsula disperma.

Plantago alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 645. *Braune* Salisburg. n. 135. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 473. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. pag. 133. *Schrank* Bayar. n. 293.

Radix sublignosa, multiceps. *Folia* linearia, angusta, plana, utrinque attenuata, acuminata, plus minus pubescentia, vel integerrima, vel subdentata, basi lanata. *Scapus* teres, tenuissime lineatus, pilis depressis pubescens. *Spica* oblonga, cylindrica semiuncialis et uncialis, ante anthesin nutans. *Bractea* sub qua

vis flore solitaria, ovata, acuta, margine membranacea, calycis longitudine, saepe purpurascens: *Calycis foliola* oblongo-ovalia, obtusa. *Corollae laciniae* ovatae, acutae. *Capsula* disperma.

Alpen-Wegetritt.

In monte *Nanas* Carnioliae *(Host)*, in alpibus Salisburgensibus, Bavaricis *(Hoppe, Braune, Schrank)*. 2. Fl. Jun., Jul.

6. Plantago *sericea.*

P. foliis lineari-lanceolatis, obsolete denticulatis, cum scapo tereti, sericeo-pilosis, spica ovata, calyce triphyllo, capsulis subdispermis.

Plantago sericea. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. Tab. 151. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 471. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 123. *Schultes* Oestr. Flora n. 650. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. Suppl. pag. 8.

Radix praemorsa, fibrosa. *Folia* lineari-lanceolata, acuminata, laete viridia, quinquenervia, margine denticulis brevibus, remotis praedita, utrinque pilis brevibus, sericeis, articulatis obsessa. *Scapus* unus vel alter e quovis radicis capite, teres, similibus pilis sericeis, adpressis, obsessus, foliis longior, semiuncialis, pedalis et longior. *Spica* ovata, arcte imbricata. *Bracteae* lanceolatae, dorso virides, margine scariosae, fuscae. *Calyx* triphyllus: foliolis ovatis. *Antherae* pallide flavae. *Capsula* disperma, vel non raro monosperma.

Seidenhaariger Wegetritt.

In collibus calcareis comitatus Weissenburg Scalader *(Kitaib.)*, prope Tergestem *(Hoppe* et *Hornschuch)*. 2. Fl. Jun., Jul.

7. Plantago *tenuiflora.*

P. foliis linearibus, obtusis, carnosis, pilosis, subintegerrimis, scapo obtuse angulato, spica tenui, elongata, depauperata, capsulis distantibus, suboctospermis.

Plantago tenuiflora. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 37. Tab. 39. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 134. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 655.

Folia linearia, obtusa, carnosa, basi fuscescentia, rarius

uno alterove dente praedita, utrinque pilis tenuibus, albis vestita, margine ciliata. *Scapus* erectus, obtuse angulosus, subpilosus, laevis, ratione magnitudinis plantae semiuncialis ad triuncialis. *Spica* erecta, linearis, longiuscula, laxa. *Flores* solitarii, longo ut plurimum intervallo dispositi. *Bracteae* ad quemvis florem solitariae, lineares, gibbae, vix calycis longitudine. *Corollae laciniae* erecto-conniventes, fuscescentes.

Dünnähriger Wegetritt.

Variat in solo humido *Scapo*, basi foliis tribus seu quatuor, semicylindricis, aucto.

In arenosis, salsis Hungariae in Comitatu *Stuhlweissenburg* et *Pest (Waldst. et Kit.)* ⊙. Fl. Majo, Junio.

8. Plantago *Wulfenii.*

P. foliis linearibus, utrinque attenuatis, planis, subcarnosis, scabriusculis, subintegerrimis, margine ciliatis, basi glabris, scapo tereti, spica cylindracea, capsulis dispermis.

Plantago Wulfenii. Bernhardi in *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berolinensis p. 16. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 475. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 135.

Radix fusiformis, carnosa, multiceps. *Folia* radicalia, linearia, plana, subcarnosa, crassiuscula, sature viridia, utrinque parum attenuata, basi glabra, submembranacea, apice obtusa, utrinque ad lentem pilis brevibus punctisque depressis interspersis, scabriuscula, margine setis brevibus ciliata et aspera. *Scapus* filiformis, teres, foliis longior, pilis brevibus, depressis, e viridi canescens, oblique adscendens, flexuosus. *Spica* cylindracea, sesqui-ad biuncialis, laxius imbricata, ante anthesin subnutans. *Bracteae* ovato-lanceolatae, concavae, calyci adpressae illoque breviores, dorso punctatae, pubescentes, concavae, carnosae. *Calycis foliola* et *Corollae laciniae* lanceolata. *Corollae tubus* villosus; *Laciniae* membranaceae, albidae, acutae, diaphanae, patentes, nervo tenui, concolore, praeditae. *Stamina* flavescentia. *Capsula* subrotundo-ovata, mucronata, disperma.

Wulfens-Wegetritt.

Observ. In inferioribus spicae floribus bracteae saepius illis demum longiores evadunt.

In Tyroli *im Passauer Thale* ad viam, in pratis (*Sieber*). 2. Fl. Jul., Aug.

9. Plantago *holosteum.*

P. foliis lineari-filiformibus, semitereti-triquetris, rigidiusculis, subulatis, margine tenuissime serrulato-ciliatis, basi latis, scapo tereti, pubescente, spica cylindracea, capsula diperma.

Plantago Holosteum. Scop. Carn. 2. n. 164. *Römer et Schultes* Syst. Veg. 3. p. 136.

Plantago carinata. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora 2. 476.

Plantago subulata. Wulfen in *Jacq.* Collect. 1. p. 204. Tab. 10. (exclusis synon. plerisque.) *Vest* Manuale p. 344.

Plantago Wulfenii. Schreber in *Sturm* Deutschl. Fl. 3. Fasc. 24. (excluso synon. *Sprengel* et loco natali ad Hallam Saxon.)

Plantago Gerardi. Schultes Oestr. Flora 2. n. 657. (excluso syn. *Sprengel.*)

Radix fusiformis, ramosa, longa, multiceps. *Folia* radicalia, laxa, lineari-filiformia, semiteretia, subtriquetra, supra planiuscula, dorso convexa, per exsiccationem canaliculata et dorso evidentius carinata, in apicem subulatum attenuata, rigidiuscula, patulo-recurva, margine ad lentem denticulis minutis ciliata, basi latiora, membranacea, lana vestita, in culta glabrata basi fere glabra. *Scapus* teres, filiformis, foliis longior, pubescenti-incanus, viridiusculus. *Spica* cylindracea, angusta, basi-ad biuncialis, ante anthesin nutans. *Bractea* sub quoque flore solitaria, ovato-lanceolata, acuminata. *Calycis foliola* lanceolata, concava, carinata. *Corollae laciniae* ovato-acuminatae. *Capsula* disperma.

Observ. Plantago subulata, cujus mentionem feci in *Schrader* Journ. für die Bot. 1803. Band 3. St. 2. p. 467. huc pertinet, at per culturam in horto quodammodo alienata, cui respondet: *Coronopus sylvestris* sive *serpentina Mathioli. Lobel* Icon. 1. p. 439. *Ejusd.* Hist. p. 240. Serpentina Mathioli. *Dodon.* Pempt. p. 109. Coronopus II. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 302. Coronopus sylvestris. *Camerar.* Epit. p. 277. quae synonyma celeberr. *Sprengel* in Fl. Halensi n. 166. ad suam *Plant. subulatam* adducit, cui vero ob folia longa, flaccida, minus respondent.

Hartblättriger Wegetritt.

In saxosis, rupestribus et collibus siccis circa Tergestem (*Wulfen*), in Forijulio (*Schreber*). 2|. Fl. Jul., Aug.

10. Plantago *maritima.*

P. foliis carnosis, linearibus, integerrimis dentatisve, glabriusculis, supra planiusculis, dorso convexiusculis, basi lanatis, scapo tereti, spica cylindracea, capsulis polyspermis.

Plantago maritima. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 647. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 172. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 9. *Lumnitz.* Poson. n. 155. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 474. *Pollich* palat. n. 162. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 131. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 654. *Vest* Manuale p. 344. *Wulfen* in *Römer* Archiv. Band 3. St. 3. p. 326.

α *Foliis planiusculis, integerrimis, latioribus, glabris.*

Plantago maritima. *Leyser* Flora Halens. n. 146. α Fl. Dan. Tab. 243.

Coronopus maritima nostras. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 511.

β *Foliis semicylindricis, integerrimis, angustioribus, subpubescentibus.*

Plantago maritima β subulata. *Leyser* Fl. Halens. ed. 2. n. 146.

Plantago subulata. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 174. (excluso synon. *Linn.*) *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 2. p. 138. n. 120. *Wohlleben* Suppl. Florae Halens. p. 8. (excluso syn. *Linn.*)

Plantago Wulfenii. *Sprengel* Flora Halens. n. 186. *Ejusd.* Mantissa 2. p. 9. n. 17.

γ *Foliis planiusculis, grosse dentatis, glabris.*

Plantago maritima. *Roth* Beitr. 1. p. 9. Observ.

Plantago maritima β dentata. Flora Dan. Tab. 1634.

Plantago dentata. *Roth* bot. Abhandl. u. Beobacht. pag. 8. n. 2. *Ejusd.* Flora Germ. T. II. P. I. p. 173. *Idem* in *Schrader* Journ. für die Bot. Band 3. St. 2. 1803. p. 467. *Hoffmann* Germ. 2. p. 76. *Wallroth* Annus bot. p. 25. *Wohlleben* Suppl. Florae Halens. p. 8.

Plantago marina. *Lobel* Icon. 1. pag. 306. *Ejusd.* Hist. p. 163. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1128.

Plantago angustifolia. *Dodon.* Pempt. p. 105.

Radix crassa, fusiformis, superne imbricatim squamosa. *Folia* radicalia, in caespitem congesta, semicylindrica, dorso convexa, supra planiuscula, glabra, carnosa, subintegerrima, nunc latiora, nunc angustiora, basi canaliculata, lanata. *Scapi* plures, teretes, pilosi, oblique adscendentes, foliis longiores. *Spica* oblonga, cylindracea, uncialis et biuncialis, erecta, dense imbricata, ante anthesin nutans. *Bracteae* ad quemvis florem solitariae, ovatae, acutae, carinatae, pubescentes. *Calyx* basi villosulus: *foliolis* ovatis. *Corollae tubus* pubescens: *Laciniis* ovato-acutis, patentibus, submembranaceis, plus minus diaphanis, purpurascentibus, demum albidis. *Stamina* corolla duplo longiora. *Antherae* flavae. *Capsula* glabra.

β Differt: *Foliis* angustissimis, semiteretibus, subcarinatis, hinc obsolete triquetris, subpubescentibus; *Spica* breviore.

γ Recedit: *Foliis* planiusculis, lineari-lanceolatis, quandoque ad tres lineas latis, obsolete tricostatis, basi canaliculatis, grosse et remote dentatis.

Meerstrands-Wegetritt.

Variat Foliis basi omnino nudis.

α et γ in maritimis vulgatissima; β in siccioribus a Mari remotis. 2. Fl. Jun., Jul., Aug.

11. Plantago *Coronopus.*

P. foliis linearibus, pinnatifido-dentatis, bipinnatifidisque, basi lanatis, cum scapo tereti, pilosis, spica cylindracea, capsulis subtetraspermis.

Plantago Coronopus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 648. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 477. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 139. *Scholler* Fl. Barbiensis n. 117. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 658. *Weigel* Fl. Pom. Rug. n. 103. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 327. Flora Dan. Tab. 272.

Plantago coronopifolia. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 74. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 10. *Ejusd.* bot. Abhandl. u. Beobacht. p. 9.

α *Foliis pinnatifidis.*

Coronopus sive Cornu cervinum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 509.

Cornu cervinum. *Lobel* Icon. 1. pag. 437. *Ejusd.* Hist. p. 239.

Coronopus. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 302. *Camerar.* Epit. p. 276.

Coronopus sylvestris hirsutior. *Dill.* Giss. Append. p. 17.

β Foliis bipinnatifidis.

Plantago Coronopus. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. *γ.*

Coronopus maritimus minimus. *C. Bauh.* prodr. p. 98.

Coronopus maritimus tenuifolius laevis. *Dillen.* Giss. Append. p. 16.

Coronopus neapolitanus tenuifolius. *Columnae* Ecphras. 1. p. 258. 2. p. 70. c. Fig. p. 71.

Radix fusiformis. *Folia* in orbem disposita, depressa, carnosa, plana, plus minus pilosa, basi rubella, canaliculata, membranacea, lanata, linearia, vel profunde pinnatifida et fere pinnata; *Laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, latitudine circiter costae ut in *α*: vel bipinnatifida; pinnis pinnulisque linearibus, ut in *β*. *Scapi* plures, teretes, basi incurvati et reclinati, adscendentes, pilosi. *Spica* oblonga, cylindracea, imbricata, ante anthesin nutans. *Bracteae* sub quovis flore solitariae, ovato-acuminatae, concavae, basi alis membranaceis, pellucidis, auctae longitudine calycis vel parum longiores. *Calycis foliola duo anteriora* ovata, obtusa, concava, margine membranacea, pellucida apice setis plerumque quatuor terminata; *duo posteriora* compressa, carinata, fere triangularia, acuminata, margine membranа latiore pellucida aucta, carina ciliata. *Corollae tubus* villosus; *Laciniae* lanceolatae, acutae, concavae, tres plerumque reflexae, una erecta. *Antherae* apice dente notatae. *Stylus* filiformis, longus. *Capsula* glabra, ovata, plerumque disperma, interdum tetrasperma.

Schlitzblättriger Wegetritt.

In maritimis, in locis salsis. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

b) ***Caulescentes, caule ramoso.***

12. Plantago *Psyllium.*

P. pubescenti-cana, caule herbaceo, erecto, ramoso, foliis linearibus, margine subdenticulato-revolutis, capitulis subrotundis, aphyllis, corollae laciniis ovato-longe acuminatis.

***Plantago Psyllium. Willd.* Spec. Plant. Lin. T. I. P.**

ag. 650. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 175. *Hayne* rzn. Gewächse Band 5. Tab. 17. *Lumnitz.* Poson. n. 159. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 478. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 145. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 59. *Scop.* Carn. 2. n. 165. *Crome* in *Hoppe* bot. Taschenb. 809. p. 171. *Sturm* Deutschl. Flora I. Fasc. 7. *Vest* Manuale p. 344.

Psyllium. *Dodon.* Pempt. p. 115. *Lobel* Observ. p. 239. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 424.

Psyllium majus erectum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. II. p. 513.

Radix fusiformis, fibrosa. Tota pilis brevibus hirsuta. *Caulis* erectus, teres, ramosus, herbaceus, e viridi demum rubescens. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, lineari-lanceolata, acuta, basi connata, patula, plana, vel integerrima, vel laxe dentata, margine subrevoluta, unciam ad duas vel tres uncias longa. *Pedunculi* ad apicem caulis axillares, solitarii, foliis plerumque longiores, erecto-patentes, nudi. *Capitula* terminalia, solitaria, ovata, obtusa, aphylla, imbricata. *Bracteae* ad quemvis florem solitariae, lineari-lanceolatae, acutae, longitudine calycis, interdum florum infimorum calyce paullo longiores. *Calycis foliola* linear-lanceolata, acuta, duo anteriora plerumque paullo longiora posterioribus. *Corollae laciniae* ovatae, longe acuminatae, membranaceae patentes: anteriores duae refractae. *Antherae* cordatae. *Capsula* disperma. *Semina* oblonga, cymbiformia.

Betäubender Wegetritt.

Inter segetes Germaniae australioris. ⊙. Fl. Jul., Aug.

Plantago *arenaria.*

P. piloso-cana, caule herbaceo, erecto, ramoso, foliis linearibus, subintegerrimis, planis, capitulis subrotundis, foliaceis, corollae laciniis lanceolatis, obtusiusculis.

Plantago arenaria. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hung. I. p. 54. Tab. 51. *Hayne* Arznei-Gewächse Band 5. Tab. 16. *Duval* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1803. p. 130. *Besser* Galic. n. 132. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 479. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 146. *Schultes* Oestr. Fl. n. 660. *Vest* Manuale p. 344.

Antecedenti simillima et hinc caute distinguenda. Differt: *Tota* pilis longis, ad lentem articulatis, canescens. 2. *Folia* planis; nec margine revolutis. 3. *Capitulo* basi foliis duobus, capitulum aequantibus, vel longioribus, exovata, fere tota

membranacea, basi linearibus, dorso villis longis tomentosis, involucrato. 4. *Bracteis* ex subrotundo ovatis, maxima ex parte membranaceis, fuscescentibus, dorso villis longis quasi tomentosis, calyce longioribus; nec lanceolatis, fere totis herbaceis, viridibus, pilis brevibus armatis, calycem aequantibus. 5. *Calycis foliolis* ovatis, maxima ex parte membranaceis, dorso villoso-tomentosis; nec lanceolatis, maxima ex parte herbaceis. 6. *Corollae laciniis* lanceolatis, obtusiusculis; nec ovato-longe mucronatis. 7. *Seminibus* ovatis; nec oblongo-cymbiformibus.

Sand-Wegetritt.

In arenosis Bohemiae *(Pohl)*, Galiciae *(Besser)*, Hungariae *(Waldst. et Kit.)*, Neomarchiae *(Willdenow)*. ☉. Fl. Jul. et Aug.

14. Plantago *Cynops.*

P. pubescenti-cana, caule suffruticoso, diffuso, ramoso, foliis anguste linearibus, integerrimis, margine revolutis, capitulis subrotundis, subfoliatis, corollae laciniis lanceolatis, in mucronem attenuatis.

Plantago Cynops. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 651. *Besser* Galic. Vol. II. p. 338. *Hayne* Arzn. Gewächse Bd 5. Tab. 18. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 480. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 144. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 661. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 328. *Vest* Manuale pag. 344.

Psyllium Plinianum forte. *Lobel* Observ. p. 239.

Psyllium majus supinum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. P. 2. p. 513.

Radix lignosa, ramosa, fusca. Tota pilis brevissimis canescens. *Caules* basi decumbentes, adscendentes, teretes, subangulosi, diffusi, ramosi, basi suffruticosi, palmares, semipedales et longiores. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, anguste linearia, integerrima, subulata, margine revoluta, hinc filiformia plus minus incurva, uncialia et biuncialia. *Pedunculi* axillares foliis duplo fere longiores, filiformes, nudi, solitarii, capitulo terminati. *Capitula* subrotundo-ovata, basi foliolis duobus, exovata basi linearibus, subulatis, apice recurvatis, ipso dimidio brevioribus, involucrata. *Bracteae* ad quemvis florem solitariae ex subrotundo ovatae, concavae, margine membranaceo, purpurascente vel fuscescente auctae; quinquenerviae: nervis in acumen lanceolatum desinentibus. *Calyx* submembranaceus: *foliola* lanceolatis. *Corollae laciniae* lanceolatae, in acumen tenue elon

gatae; *anteriores duae* refractae. *Antherae* cordatae. *Capsula* disperma. *Semina* oblongo-ovata, dorso convexa, interne excavata, margine subinvoluta.

Strauchartiger Wegetritt.

Ad maris litora Monfalconii *(Wulfen)*, ad margines sylvarum Galiciae *(Kluk)*. ♄. Fl. Junio.

90. EXACUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 141. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 158. Gaertner de Fruct. Vol. II. p. 158. Tab. 114.

Calyx monophyllus, quadrifidus, inferus. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis: *Tubo* germini arcte adpresso, ventricoso: *Limbo* patente, quadripartito. *Stamina* quatuor. *Stigma* capitatum. *Capsula* bisulca, bilocularis, polysperma, apice dehiscens. *Receptaculum* centrale, adnatum.

Observ. Exacum differt a *Gentiana*, cum qua olim *Linneus* speciem sequentem conjunxit, non solum numero partium floris, sed inprimis Capsula biloculari, nec uniloculari, seminibus capsulae parietibus undique affixis.

1. Exacum *filiforme.*

E. caule filiformi, dichotomo, foliis spathulato-lanceolatis, sessilibus, pedunculis elongatis.

Exacum filiforme. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 638. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 467. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 158. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 662. *Vest* Manuale p. 342.

Gentiana filiformis. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 292. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 16. *Murray* prodr. Gött. p. 48. *Willich* Illustr. bot. §. 45. Flora Dan. Tab. 324.

Radix fibrosa, capillaris. *Caulis* solitarius, strictus, filiformis, teretiusculus, glaber, simplex vel ramosus, bi-ad triuncialis. *Folia* spathulato-lanceolata, acutiuscula, sessilia, glabra, subcarnosa, integerrima: *radicalia* quatuor, patula, duo reliquis paullo longiora et latiora, obliqua; *caulina* et *ramea* opposita, connato-perfoliata. *Pedunculi* in caule ramisque terminales, solitarii, tenues, filiformes, nudi, elongati, uniflori. *Calyx* quadrangulus: *Laciniis* acutis margine membranaceis. *Co-*

rolla aurea, non, nisi sole meridiano, aperta. *Laciniis* concavis, lanceolatis, obtusis. *Stamina* quatuor, subinaequalia. *Filamenta* fauci corollae inserta, incurva. *Stigma* capitatum, obsolete emarginatum. Capsula oblongo-ovata.

Fadenförmiges Bitterblatt.

In arenosis, turfosis, humidis, hieme inundatis Ducatus Oldenburgici et Bremensis, regni Hannoverani; ad *Hanau* Wetteraviae. ⊙. Fl. Jul., Aug.

†††† *Flores monopetali, monocarpi, superi.*

91. SANGUISORBA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 190. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 372.

Calyx nullus (nisi Bracteas duas vel tres ad basin germinis pro calyce sumas). *Corolla* monopetala, quadripartita, rotata, supera. *Germen* tetragonum. *Stigma* obtusum, penicilliforme. *Achenium* uniloculare, corollae adnatum, submonospermum.

1. Sanguisorba *officinalis.*

S. spicis oblongo-ovatis, staminibus corollam aequantibus, pinnis foliorum cordatis, acute crenatis, glabris.

Sanguisorba officinalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 653. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 176. *Besser* Galic. n. 175. *Gmelin* Badens. n. 241. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 482. *Pollich* palat. n. 164. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 206. *Schkuhr* Handb. I. p. 80. Tab. 24. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 663. *Scop.* Carn. 2. n. 166. Flora Dan. Tab. 97.

Sanguisorba major. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 316. *Fuchs* Hist. p. 788.

Sanguisorba major, flore spadiceo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 120.

Sanguisorba sive Pimpinella major. *Camerar.* Epit. pag. 778.

Pimpinella italica major, Sanguisorba. *Clus.* Hist. 2. pag. CXCVII.

Pimpinella italica major seu Sanguisorba major. *Dodon.* Pempt. p. 105.

Radix sublignosa, ramosa, fusco-rubella. *Caulis* bi-seu tripedalis et interdum altior, erectus, glaber, subangulosus, striatus, saepe fusco-rubellus, ramosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, petiolata, cum impari pinnata, glabra, venosa: *Pinnis* cordatis, ovatis, obtusis, serratis, petiolellatis, basi saepe foliolis minimis stipulatis. *Stipulae* cordatae, serratae. *Pedunculus* in caule ramisque terminalis, nudus, terminatus. *Spica* ovato-oblonga, obtusa, densiflora, brevi, nuda. *Flores* sessiles, obscure rubri, basi *Bracteis* duabus, interdum tribus, lineari-lanceolatis, acutis, pubescentibus, margine ciliatis, caducis, (Calyx Linn.) suffulti: *superiores* spicae prius efflorescentes. *Germen* elliptico-subrotundum, subcompressum, inferum. *Corolla* rotata, quadrifida, extus basi pilosa. *Stamina* quatuor: *Filamenta* filiformia cum *Stylo* et *Stigmate* purpurea. *Antherae* nigrae.

Gemeiner Wiesenknopf.

In pratis, montosis sylvaticis, pomariis. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

92. VAILLANTIA.

Michel Nov. Plant. Gen. p. 13. Tab. 7. Dillen Nova Gen. p. 147. Tab. 8.

Polygama. Floris hermaphr. Calyx vix ullus. *Corolla* monopetala, plana, quadripartita, supera. *Stamina* quatuor. *Germen* subrotundum. *Stylus* bipartitus. *Nucula* monosperma. *Flores masculi*, hermaphroditi germini insidentes. *Calyx* ut in hermaphrodito. *Corolla* tripartita. *Stamina* tria. *Pistillum* imperfectum, abortiens.

Observ. Ab omnibus Rubiaceis *Vaillantia* recedit: Floribus masculis germini hermaphroditi floris insidentibus et fructu simplici; nec dioeco. Omni itaque jure proprium a confinibus (et in specie a *Galiis*) constituit genus, consentiente ipso *Linneo*, qui in Horto Cliffort. p. 468. „Hoc genus, inquit, a reliquis verticillatis distinctissimum est, adeo, ut prius concederem, omnia reliqua stellatarum genera in unum conjungi, quam hoc cum ullo misceri.“

1. Vaillantia *muralis.*

V. foliis quaternis, ellipticis, caule glabriusculo, fructu echinato, trirostri.

Valantia muralis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 947. *Roth* Beitr. zur Bot. 2. p. 39. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 264. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 686.

Cruciata muralis minima romana. *Columnae* Ecphras. 1. p. 298. Fig. p. 297.

Rubia quadrifolia verticillato semine. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 719.

Radix fibrosa, descendens, subramosa. *Caulis* adscendens, vel simplicissimus, vel basi ramosus, uncialis ad quinqueuncialis, tetragonus, nitidus, nodosus, articulatus, maxima ex parte glaber, superne plerumque pilosus, a basi foliosus et supra basin cum ramis totus floriferus. *Rami* alterni, simplices. *Folia* quaterna, verticillata, parva, aequalia, elliptica, in petiolum brevem desinentia, basi subciliata, vel tota margine glaberrima, carina scabra. *Pedunculi* breves, axillares, simplices, quaterni, flore hermaphrodito terminati, cujus germini ad latus insident *Flores masculi* plerumque duo, rarius tres, seu quatuor, trifidi, triandri, longius pedicellati, hermaphrodito, quadrifido, tetrandro, seriores, omnes flavescentes. *Fructus* subrotundus, pilosus, monospermus, plerumque trirostris: *Rostris* a floribus corrugatis, persistentibus, induratis obortis; *intermedio* crassiore, saepius apice denticulato; *lateralibus* paullo tenuioribus et longioribus, obtusis. *Semen* subreniforme.

Mauer-Vaillantie.

In muris Hungariae (*Kitaibel*). ⊙. Fl. Majo, Junio.

2. Vaillantia *hispida.*

V. foliis quaternis, ellipticis, caule, cum fructu erostri, hispidissimo.

Valantia hispida. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 948. *Lumnitz.* Flora Poson. n. 999. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 687.

Galium hispidum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 3 p. 260. (excluso synonymo *Gärtner.*)

Differt ab antecedente, cui proxima: 1. *Caulibus* plerumque majoribus magisque erectis, setis rigidis, rectis densissime obsessis et hispidis. 2. *Foliis* supra scabriusculis, subtus a

costam et margine setis brevibus armatis. 3. *Floribus* albidis, caducis et hinc fructu ecorni. 4. *Fructu* setis rigidis majoribus hispido, demum reflexo et sub foliis plerumque abscondito.

Steifborstige Vaillantie.

Ad sepes, in pratis sabulosis Pannoniae circa *Presburg* (*Kitaibel*), prope *Oberufer* et supra *Thomasbrunn* (*Lumnitzer*). ☉. Fl. Majo.

Observ. I. Hanc Vaillantiam optimus *Gärtner* in opere suo spendidissimo de Fructibus et semin. Vol. I. p. 109. Tab. 24. commutavit cum *Galio tricorni.*

Observ. II. Vaillantiae reliquae species a *Linneo* huc relatae a *Galio* non, nisi floribus masculis, hermaphroditis immixtis, recedunt, hinc a *Galio* non commode separari queunt, sub quo commemoratas invenies.

† † † † † *Flores monopetali, dioeci, superi. Stellatae.*

93. RUBIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 164. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 219. Gaertner de Fruct. 3. p. 85. Tab. 195.

Calyx superus, minimus, quadripartitus, deciduus. *Corolla* monopetala, rotato-subcampanulata, quadri-, rarius quinquepartita. *Stamina* quatuor, rarius quinque. *Bacae* duae, coalitae, monospermae. *Semina* umbilicata.

Rubia *tinctorum.*

R. foliis lanceolatis, supra glabris, margine carinaque subtus scabris: inferioribus senis quinisve; superioribus quaternis, inde aculeato.

Rubia tinctorum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 603. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 177. *Gmelin* Bad. n. 236. *Lumnitz.* Poson. n. 151. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 466 *Pollich* palat. n. 158. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 209. *Schkuhr* Handb. 1. p. 77. Tab. 23. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 664. *Scop.* Carn. 2. n. 160. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 3.

Rubia sativa. *Clus.* Pannon. p. 686. *Fuchs* Hist. pag. 280. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 471.

Rubia major. *Clus.* Hist. 2. p. CLXXVII. *Lobel* Icon. 1. p. 798.

Rubia sylvestris monspessulana major. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 715.

Rubia major et tinctoria officinarum. *Lobel* Hist. p. 463.

Radix profunde sub terra repens, teres, ramosa, crassitie pennae anserinae, extus dilute sanguinea. *Caules* diffusi, angulati, aculeis rigidiusculis, recurvis obsessi, geniculati, ramosi. *Rami* alterni, patentes. *Folia* ovato-lanceolata, sessilia, acuminata, rigida, dura, supra glabra, subtus et margine aculeis recurvis obsessa, ad quodvis geniculum verticillata: inferiora sena vel quina; superiora quaterna, ad ramorum apices bina, opposita. *Flores* in *Thyrsum* terminalem dispositi, flavi, quadrifidi, apice unguiculati. *Baccae* globosae, geminae globosae, glabrae, nigrae, monospermae.

Färber-Röthe.

Ad vias, juxta agros et in dumetis Palatinatus *(Pollich)*, inter *Posonium* et *Theben* olim *Clusius* observavit, ubi nunc vero evanuisse videtur secundum *Lumnitzerum*; in Litorali ad litora marina et in Insula Voglia *(Host, Scopoli)*, in Marggraviatu Badensi *(Gmelin)*. ♃. Fl. Julio.

94. GALIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 162. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 219. Gaertner de Fruct. 1. p. 109. Tab. 24.

Calyx margo obsoletus, superus, vel minimus, quadri- seu quinquedentatus. *Corolla* monopetala, rotata, quadri- seu quinquepartita. *Semina* duo coadunata, globosa (altero non nihil abortiente).

Observ. Valantiae Linn. (excepta *Valantia murali* et *hispida*) a Galio tantum recedunt, floribus masculis hermaphroditis immixtis. At in Galii speciebus pluribus cum hermaphroditis saepe quoque masculi et steriles flores observantur. Omni itaque jure eas Vaillantiae species cum Galio combinandas esse credo.

a) *Fructu glabro.*

1. Galium *rubioides.*

G. caule erecto, tetragono, subsimplici, glabro, ad geniculo piloso, foliis quaternis, subaequalibus, elliptico-lanceolatis, rigidis, trinerviis, subtus margineque scabris, panicula terminali, corymbosa, foliosa.

Galium rubioides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 584. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 178. *Gmelin* Badens. n. 222. *Lumnitz.* Poson. n. 141. *Scop.* Carn. 2. n. 146. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 214. (exclusa Var. *β.*) *Schultes* Qest. Fl. 2. n. 665. *Vest* Manuale p. 345.

Galium latifolium glabrum. *C. Bauh.* Prodr. p. 146.

Rubia quadrifolia glabra. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 717.

Radix repens, articulata, fibrosa, rubra. *Caulis* erectus, tetragonus, firmus, glaber, articulatus, ad genicula setulosus, superne vix scabriusculus, pedalis et altior. *Rami* oppositi. *Folia* ovalia, seu ovali-lanceolata, rigida, trinervia, margine et subtus scabra, ad quodvis geniculum quaterna, subaequalia, ad paniculae divisiones terna. *Panicula* terminalis, densa, subcorymbosa. *Flores* ex pallide luteo albidi. *Semina* glaberrima.

Rötheartiges Labkraut.

In Marggraviatu Badensi *(Gmelin)*, Bohemia *(Pohl)*, Carniolia *(Scopoli)*, Pannonia *in der Pötschen (Lumnitz.)*. ♃. Fl. Junio et Julio.

2. Galium *Cruciata.*

G. caulibus annotinis erectis, simplicibus, superne pilosis, foliis quaternis, ellipticis, trinerviis, margine et ad nervos pilosis, pedunculis axillaribus, repetito-trifidis, foliosis.

Galium Cruciata. Scop. Carn. 2. n. 145. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 440. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 217. *Sprengel* Flora Halens. n. 170.

Galium Valantia. G. M. S. Flora der Wetterau. n. 194.

Valantia cruciata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 951. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 547. *Besser* Galic. n. 156. *Gmelin* Badens. n. 1551. *Pollich* palat. n. 939. *Lumnitz.* Poson. n. 1000. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 689. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 7. *Vest* Manuale p. 349.

Cruciata. *Dodon.* Pempt. p. 257.

Cruciata minor. *Lobel* Icon. 1. p. 804. *Ejusd.* Hist. pag. 467.

Rubia quadrifolia glabra angustifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 717. *figura sinistra, ubi ramus seorsim delineatus est, (exclusa figura dextra cum descriptione).*

Radix repens, crocea. *Caules* basi procumbentes, adscendentes, ramosi: *annotini* simplices, erecti, tetragoni, scabriusculi, pubescentes, pedales et sesquipedales, angulis rubellis notati. *Rami* oppositi. *Folia* ad singulum caulis geniculum quatuor, verticillata, sessilia, ovata seu elliptica, obtusiuscula, fere uncialia, patentia, pubescentia, scabriuscula, carina et margine pilosa. *Flores* pallide lutei, parvi, corymbosi, ad genicula congesti, pedunculati, omnes, etiam masculi, quadrifidi. *Pedunculi* diphylli, trifidi: *Pedunculo intermedio* simplici, nudo; *lateralibus* ramosis, ad divisiones diphyllis. *Germen* didymum. *Semen* saepe unicum tantum perfectum, alterum abortiens, reniformi-globosum, nervosum, glabrum, pedicello reflexo insidens, foliis reflexis caulique adpressis reconditum.

Kreuzförmiges Labkraut.

Variat: 1. *Floribus* omnibus hermaphroditis.
2. *Floribus* omnibus quinquefidis cum Staminibus quinque.

Ad sepes et viarum margines. ♃. Fl. Majo, Junio et Julio.

3. Galium *Bauhini.*

G. caulibus annotinis erectis, simplicibus, superne subglabris, foliis quaternis, ellipticis, trinerviis, margine et ad nervos pilosis, pedunculis axillaribus, repetito-trifidis, aphyllis.

Galium Bauhini. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3 p. 218.

Galium vernum. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 441

α *Caule glabro.*

Valantia glabra. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. I p. 952. *Besser* Galic. n. 157. *Schkuhr* Handb. 3. Tab. 345. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 31. Tab. 3 *Vest* Manuale p. 350.

Galium latifolium glabrum. *C. Bauh.* Prodr. p. 146.

Rubia quadrifolia, glabra, angustifolia. *Joh. Bauh.* Hi 3. p. 717. *figura dextra cum descriptione, exclusa figu sinistra.*

β *Caule, praesertim inferne, hirsuto.*

Valantia glabra. Besser Galic. l. c. Var.

Maxime affine antecedenti *G. Cruciatae*, at evidenter diversum: 1. *Caule* minore, superne glabriusculo. 2. *Pedunculis* cum *pedicellis* aphyllis.

α Caulis fere totus glaberrimus, rarius inferne pilis raris adspersus. *Folia* ciliata, ad nervos utrinque, at subtus magis, quam supra, pilosa, caeterum glaberrima.

Observ. *Galium vernum*, *Scop.* Carn. 1. p. 99. 2. n. 144. Tab. 2. ab hac varietate nullo modo diversum esse credo, quum descriptio et figura nullo modo contradicat et ipse suspicatur auctor, idem esse cum *Valantia glabra Linn.*, licet b. *Willdenow* in Spec. Plant. l. c. diversum credat. Specimina *Galii verni Scop.* a Cel. *Schleicher* accepta respondent potius varietati sequenti.

β *Caulis* inferne pilis densis hirsutus, superne subpilosus et in summitate glaberrimus. *Folia* supra, exceptis nervis, glabra, subtus vero cum nervis hirsuta.

Bauhin's Labkraut.

In herbidis Carnioliae, Litoralis (*Scop.*, *Host*), Galiciae (*Besser*), Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*), Styriae (*Sartori*). ♃. Fl. Aprili et Majo.

4. Galium *pedemontanum.*

G. caulibus adscendentibus, hispidis, simplicibus, foliis quaternis, ellipticis, subtrinervibus, utrinque pilosis, pedunculis axillaribus, subbifidis, paucifloris, aphyllis.

Galium pedemontanum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 219. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 442.

Valantia pedemontana. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 949. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 688. *Waldst.* et *Kitaib.* Plant. rar. Hungar. 1. p. 32. Tab. 33.

Affine duobus praecedentibus. *Radix* fibrosa, annua. *Caules* plures, basi procumbentes, tunc adscendentes, erectiusculi, debiles, filiformes, simplices, pilis copiosis, patentibus hispidi, tetragoni, articulati, semipedales, pedales et longiores. *Folia* quaterna, pro more generis, verticillata, subinaequalia, elliptica, sessilia, utrinque pilis brevioribus hirsuta, ciliata, trinervia, ve-

nosa, nervis supra medium obliteratis. *Pedunculi* capillares, subbifidi, cum pedicellis tri-seu quadrifloris, aphylli, hispidi, foliis breviores: *fructiferi* reflexi. *Flores* pallide flavi: *hermaphroditi* quadrifidi, tetrandri; *masculi* trifidi, triandri. *Fructus* glaber, didymus, vel semine altero abortiente, solitarius, globosus.

Piemonteser Labkraut.

In sterilibus, siccis Pannoniae (*Waldst.* et *Kit.*). ☉ Fl. Majo.

5. Galium *palustre.*

G. caulibus procumbentibus, ramosis, diffusis, tetragonis, ad angulos scabriusculis, foliis quaternis quinisve obovato-lanceolatis oblongisve, obtusis, subaequalibus, glabris, margine scabriusculis, cymis axillaribus terminalibusque, laxis, foliosis, fructibus tuberculatis.

Galium palustre. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 585. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 178. *Besser* Galic. n. 159. *Gmelin* Badens. n. 223. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 450. *Pollich* palat. n. 149. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 215. *Lumnitz.* Poson. n. 142. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 666. Flora Dan. Tab. 423.

Radix repens, articulata, fibrosa. *Caules* palmares, pedales, procumbentes, vel inter frutices bi-, tripedales, erecti, ramosissimi, diffusi, tetragoni, ad angulos scabriusculi, geniculati. *Folia* quatuor, verticillata, inaequalia, patentia, saepius recurva, obovali-lanceolata, vel lanceolata, vel interdum linearia, obtusa, mutica, glabra, subtus et margine scabriuscula: *summa floralia* opposita. *Corymbi* in caule ramisque terminales, laxi, trifidi. *Pedunculi Pedicelli*que *fructiferi* maxime divergentes. *Flores* candidi. *Fructus* glaber, ad lentem punctis elevatis notatus.

Sumpf-Labkraut.

Observ. I. In Icone Florae Danicae l. c. floralia folia quaterna delineata sunt, quae observare mihi nondum contigit.

Observ. II. *Galium trifidum Oeder* Flora Dan. Tab. 48. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 220. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 445. huic pro-

ximum, secundum Celeb. *Bernhardi* in Styria prope *Judenburg* in *Seethal* provenire dicitur.

In paludosis, pratis humidis, ad fossas, rivulos. 24. Floret Jul., Aug., Sept.

6. Galium *uliginosum.*

G. caulibus adscendentibus, debilibus, tetragonis, retrorsum aculeatis, foliis senis octonisve lanceolatis, macronatis, rigidiusculis, margine inferne retrorsum, superne antrorsum, aculeatis, paniculis terminalibus, bis terve dichotomis, subcorymbosis, inferne foliatis, fructibus subgranulatis.

Galium uliginosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 595. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 179. *Besser* Galic. n. 164. *Gmelin* Badens. n. 224. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 448. *Pollich* Palat. n. 150. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 247. *Schrader* Spic. p. 17. Tab. 1. Fig. 1. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 681. Flora Dan. Tab. 1509.

Galium spurium. Sprengel Fl. Halens. p. 52. *Ejusd.* Mantiss. 1. p. 7.

Galium caule subaspero, foliis quaternis et senis, spinula terminatis. *Hall.* Gött. p. 189.

Caules basi decumbentes, vel etiam repentes, adscendentes, erectiusculi, debiles, digitales, palmares, tetragoni, ad angulos retrorsum aculeati. *Folia* sena vel octona in quovis verticillo, lanceolata vel lineari-lanceolata, utrinque glabra, subtus glaucescentia, margine, inferne retrorsum, superne antrorsum, aculeata, apice in mucronem setaceum attenuata, rigidiuscula, patentia, vel nonnihil deorsum flexa. *Paniculae* in caule ramisque terminales, bis terve dichotomae, subcorymbosae, ad divisiones foliis duobus, lineari-subulatis bracteatae. *Pedunculi Pedicelli*que glabri. *Corollae* albidae, fructu maturo majores. *Fructus* ad lentem punctis elevatis scabri.

Morast-Labkraut.

In pascuis et pratis uliginosis passim. 24. Floret Jun., Jul., Aug.

7. Galium *Mollugo.*

G. caulibus adscendentibus, debilibus, tetragonis, glaberrimis, foliis octonis, obverse lanceolatis, obtusiusculis, mucronatis, margine scabris, panicula terminali, ramosissima, foliosa, corymbis densis composita, fructibus rugosis.

Galium Mollugo. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 590. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 182. *Besser* Galic. n. 161. *Gmelin* Badens. n. 230. *Lumnitz.* Poson. n. 145. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 453. *Schrader* Spicil. p. 16. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 234. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 673. *Scop.* Carn. 2. n. 155.

α Caule foliisque glabris.

Galium Mollugo. *Pollich* Palat. n. 154. *Vest* Manuale p. 347. *Roth* Flora Germ. l. c. *α.* *Lumnitz.* Poson. l. c. Var. 3. Flora Dan. Tab 455.

Galium album vulgare. *Dillen* Giss. p. 82.

Galium album. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 719.

Mollugo. *Clus.* Hist. 2. p. CLXXVI. optima!

Mollugo belgarum. *Lobel* Icon. I. p. 802. *Ejusd.* Hist. p. 466.

Mollugo montana. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 434.

β Caule foliisque subtus pubescentibus.

Galium Mollugo. *Besser* Galic. l. c. Var. *Lumnitz.* Poson. l. c. Var. 1. *Schrader* Spicil. l. c. Var. 1. *Schultes* Oestr. Fl. l. c. *γ.*

γ Foliis supra scabris, subtus glabris.

Galium Mollugo. *Lumnitz.* Poson. l. c. Var. 2. *Schrader* Spicil. l. c. Var. 2. *Schultes* Oestr. Fl. l. c. *β.*

Radix repens, ramosa, fibrosa. *Caules* erecti, debiles, bi- ad quadripedales, ramosi, tetragoni, sulcati, ad genicula incrassati, in *α* et *γ* glabri, in *β* pubescentes. *Rami* oppositi et alterni, patentes, divisi. *Folia* obverse lanceolata, superne plus minus latiora, patentissima et nonnihil recurva, verticillata, plana, margine serrulato-scabra, mucrone brevi terminata: in *α* utrinque glaberrima; in *β* supra glabra, subtus vero pubescentia; in *γ* supra scabra, saepe hispida, subtus dilutiora vel glabra, vel ad costam aspera: *caulina* plerumque octona; *ramea* septena; *floralia inferiora* sena; *summa* opposita. *Panicula* in caule ramisque superioribus terminalis, ramosissima, densa, composita *Corymbi* tri- et quinquefidis, multifloris. *Flores* albi. *Fructus* glaber, rugulosus, flore minor.

Weisses Labkraut.

Variat: 1. *Foliis* angustioribus, lanceolatis, versus apice parum dilatatis.

Huc pertinent: Mollugo vulgatior Herbariorum. *Lobel* Icon. 1. p. 802. *Ejusd.* Hist. p. 465.

Rubia angulosa aspera. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 715.

2. *Foliis* septenis et rarius senis.

In pratis siccis, collibus aridis, saxosis, ad agrorum margines, inter frutices. ♃. Fl. Jul., Aug., Sept.

8. Galium *campanulatum.*

G. caulibus erectis, teretiusculis, glabris, vel inferne hirsutis, foliis octonis, linearibus, sulcatis, mucronatis, margine reflexis, scabriusculis, subtus plus minus glaucescentibus, panicula fastigiata, corollis subcampanulatis, fructibus rugulosis.

α *Glabrum.*

Galium campanulatum. Gmelin Badens. n. 231.

Galium glaucum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 184. *Besser* Galic. n. 163. *Jacq.* Flora Austr. 1. p. 51. Tab. 81. *Host* Synops. p. 74. *Lumnitz.* Poson. n. 148. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 676. *Sprengel* Fl. Halens. n. 179. *Vest* Manuale p. 347. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 153.

Galium montanum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 179. *Murray* prodr. Gött. p. 44. *Pollich* palat. n. 155. fide speciminis. *Zinn* Gött. p. 231.

Asperula galioides. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 439. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 60 α.

Galium montanum altissimum, foliis angustis albicantibus. *Rupp.* Jen. p. 5. *Haller* Gött. p. 189.

Rubia montana, angustifolia. *C. Bauh.* prodr. p. 145.

β *Hirsutum.*

Galium scabrum. Sprengel Fl. Halens. n. 174. (exclus. synon.)

Galium montanum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 585. (exclusis synon. *Hudson.*, *Villars* et *Petio.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 220. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 667. *Schrader* Spicil. p. 10.

Asperula galioides β hirsuta. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 60.

α *Glabrum.*

Caules erecti, teretes, lineis vix observabilibus striati, glaberrimi, bi-seu tripedales, ramosi, geniculis tumidis, flavescenti-

bus, vel e violaceo purpurascentibus. *Rami* alterni et oppositi, obsolete tetragoni, glabri. *Folia* exacte linearia, semiunciam ad unciam longa, lineam dimidiam vix lata, supra canaliculata, saturate viridia, subtus bisulca, glauca, utrinque glabra, margine revoluta, ad lentem denticulis scabra, mucrone brevissimo terminata: *caulina* in quovis verticillo septena vel octona, inferiora recurva, media et superiora patulo-erecta; *ramea* sena; *pedicellorum* bina opposita. *Corymbi* terminales, fastigiati, trichotomi, compositi. *Corollae* albae, majusculae, campanulatae, semiquadrifidae. *Fructus* oblongi, glabri, rugulosi.

β Hirsutum.

Quam pro *Galio montano* huc usque habui plantam, *Galio campanulato α glabro* proxima est et quoque glaucescit, at *Caulis* debilis, subangulosus, profunde striatus, inferne praesertim pilis brevibus, exstantibus, undique scaber, per exsiccationem ad genicula valde fragilis. *Rami Ramuli*que subtetragoni *Folia* duplo breviora: *caulina infima* suboctona, *media* et *ramea* sena, omnia reflexa, linearia, mucronata, margine revoluta et aspera, subtus vix discoloria: *inferiora* utrinque scabra *media* et *superiora* subtus ad carinam tantum aculeolis exasperata; *floralia* ad corymbi divisiones bina, opposita, breviora paullo et duplo fere latiora, quam in *α*. *Corollae* albae, extus purpurascentes, subcampanulatae, tamen ultra medium quadrifidae.

De hac mea planta monuit quondam in Literis optimus *Wulfen*, cum quo communicaveram: „Si quod *Galium Jacquinus* sub *glauci Linn.* nomine proposuit in Tab. S „Florae Austr., verum est *Linnei Galium glaucum*, tum he „Tuum ei plane simile non est. Plantam ille sistit trispithamalem, duplo triplove Tua crassiorem; Caulem teretem, la „vigatum; Folia octo, pollicaria et ultra, erecta, aut patenti „colore longe alterius.“

Observ. I. *Galium montanum* et *glaucum Linnei* val dubiae plantae sunt et verosimile ad nostrum *Galium campanulatum* pertinent. Cel. *Gouan* in Observ. Illustr. p. 6. ob argumenta prolata, utrumque in una speciem combinandum esse suadet. Utrum vero *Galium glaucum Jacq.* Flora Austr. 1. pag. 51. Tab. 81. hanc speciem referendum sit, an propriam speciem efficiat, adhuc sub judice lis est. Quum opere hoc carea litem tollere non valeo.

Observ. II. Ad *Asperulam* minus commode referri pote *Galium campanulatum*, cujus corollae faux quidem m

gis, quam in reliquis omnibus hujus generis speciebus in formam quasi campanulatam dilatata est, at Tubus neutiquam cylindraceus observatur, quem requirit *Asperulae* character.

Glockenartiges Labkraut.

In montosis, sylvaticis asperis passim in Germania. 2|. Fl. Maj., Jun., Jul.

9. Galium *tenuifolium.*

G. caulibus adscendentibus, tetragonis, glabris, ad angulos vix scabriusculis, foliis senis, angusto-linearibus, glabris, mucronatis, margine demum reflexis, scabriusculis, panicula fastigiata, laxa, fructibus rugosis.

Galium tenuifolium. Wulfen in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 320.

Specimen ab optimo *de Wulfen*, primo sub nomine *Galii Goriciensis*, acceptum omnimode respondet descriptioni ejusdem in *Römer* Archiv l. c. et varietati *β Galii campanulati* proximum est atque pro eodem haberem, nisi *Caules* tetragoni, glabri; tactu vix scabriusculi et *Folia* sena, exacte angusto-linearia, rigidiora, margine demum revoluta et mucrone longiore, evidentiore praedita essent. *Fructus* ante maturitatem ex oblongo obovatus, maturitate bipartitus: *Seminibus* divergentibus, forcipis in modum incurvatis, semilunaribus, valde rugosis; nec seminibus hemisphaericis. In schedula specimini adposita quaerit *b. Wulfen*, an pro *Galio glauco* habeam?

Schmalblättriges Labkraut.

In apricis duris asperis *Goritiae*, in monte *St. Catharinae*, prope *Salcanum*; etiam inter *Mernam* et *Bertoibam* circa lomum molitoris; in saxosis ad litus maris in Monfalcone, deique prope *San Daniele (Wulfen)*. 2|. Fl. Majo et Junio.

10. Galium *ochroleucum.*

G. caulibus erectis, quadrangulis, laevibus, foliis octonis enisve lineari-subulatis, margine scaberrimis, floribus corymosis.

Galium ochroleucum. Schultes Oestr. Flora 2. n. 677 *Römer et Schultes* Syst. Veget. 3. p. 242.

Planta l. c. ita describitur: *Caules* erecti, pedales et ul

tra, quadranguli, laeves, geniculis parum incrassatis. *Folia* octona vel dena, lineari-subulata, in mucronem longum, pungentem desinentia, margine scaberrima, patentissima, infima inprimis reflexa. *Flores* in corymbis plerumque terni, ochroleuci. *Corolla* campanulato-infundibuliformis.

Blassgelbes Labkraut.

In rupibus montium Menesiensium. (*Kitaib.*). 4. Fl. Aestate.

11. Galicum *purpureum.*

G. caulibus adscendentibus, ramosissimis, paniculatis, tetragonis, scabriusculis, foliis octonis denisve, angustissime linearibus, mucronatis, margine carinaque subtus scabris, racemis axillaribus, elongatis, foliosis simplicibus, paucifloris, fructibus laevibus.

Galium purpureum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 593. (excluso syn. *Scopoli.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 457. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 243. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 322. *Vest* Manuale p. 548.

Galium rubrum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 184. *Gmelin* Badens. n. 232. (exclusis syn. *Clusii* et *Moris.*) *Host* Synops. p. 74. (excluso syn. *Clusii.*) *Scop.* Carn. 2. n. 154. (excluso syn. *Clusii.*)

Galium flore rubro, Sprengerianum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Pars 2. p. 719. quoad figuram, exclusa descriptione.

Galium atropurpureum, montanum, tenuifolium. *Column.* Ecphras. p. 298.

Radix extus obscure rubens, vel fusca, crassitie culmi *Tritici.* *Caules* adscendentes, tetragoni, scabriusculi, juniores laete virides, adultiores obscure rubentes, crassitie fili emporetici tenuioris, a basi ramosissimi, cum foliis, ramis ramulisque approximatis, paniculam oblongam densissimam referentes. *Folia* octona, ramorum et ramulorum sensim pauciora in quovis verticillo, hinc floralia bina tantum opposita, omnia angustissime linearia, mucrone brevi terminata, margine scabra, supra saturate viridia, subtus pallidiora, patula, nunc supra glabra, nunc utrinque scabriuscula, juniora planiuscula, demum et per exsiccationem toti margine revoluta, ut setacea appareant. *Racemi* in ramis ramulisque oppositi, elongati, laxi, pauciflori, erecti. *Pedicelli* capillares, foliosis suis aliquantum longiores, scabriusculi, uniflori. *Flores* parvi, saturate vel nigro-rubra. *Corolla* rotata; *Lacinii*

ovato-acuminatis. *Fructus* subrotundus, corolla major, nigrescens, glaber.

Observ. In culta planta folia duplo latiora evadunt, quam in spontanea.

Purpurfarbenes Labkraut.

In Forijulio, Goritiae, Monfalconii, Duini, San Daniele. In Carniolia Hardoviae; in Carinthia in adscensu aspero Arnoldsteinii (*Wulfen, Scopoli, Host*), in Margraviatu Badensi (*Gmelin*). 2l. Fl. Jul., Aug.

12. Galium *rubrum.*

G. caulibus adscendentibus, ramosis, tetragonis, inferne scabris, superne laeviusculis, foliis senis obverse lineari-lanceolatis, mucronatis, margine carinaque scabris, corymbis terminalibus, repetito-dichotomis, foliosis, fructibus punctatis.

Galium rubrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 504. (exclusis syn. *Royen, Pollich, Roth.*) *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 456. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 242. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 678. *Treviranus* in d. Jahrb. d. Gesellsch. N. Hist. Freunde Band 1. Heft 2. p. 10. *Vest* Manuale p. 348.

Galium rubro flore. *Clus.* Hist. 2. p. CLXXV.

β Floribus albidis.

Galium obliquum. Wulfen in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. pag. 324. secundum *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora l. c.

Caules debiles, procumbentes, adscendentes, acute quadranguli, inferne simplices, pilis exstantibus scabri, superne divisi, glabri, laeves. *Folia* sena, patula, obverse lanceolata, basi valde attenuata, apice in mucronem brevem nitidum parum attenuata, margine subrevoluta, scabra; inferiora utrinque scabra, media carina subtus tantum scabra; superiora utrinque laevia. *Corymbi* parvi, in caule ramisque terminales, repetito-divisi; *Pedunculis* trifidis, capillaribus, foliis duobus valde acuminatis suffultis, divaricatis, unifloris. *Flores* sordide purpurascentes, vel ut in *β* albidi. *Corolla* plana: *Laciniis* lanceolatis, in mucronem aristaeformem, sublongiorem attenuatis. *Fructus* subrotundus, corolla parum major, ad lentem punctis exiguis granulatus.

Observ. *Clusii* figura l. c. minus quadrat ad meam plantam, e seminibus ex horto botanico Hafniensi acceptis enatam.

Rothes Labkraut.

In Hungaria australiore (*Vest*, *Schultes*), in Tyroli australi (*Treviranus*), in Austria (*Wulfen*). 24. Floret Jul., Aug.

13. Galium *sylvaticum.*

G. caulibus erectis, teretibus, obsoletissime angulosis, ramosissimis, foliis octonis denisve lanceolatis, margine carinaque scabris, floribus paniculato-corymbosis, nubilibus cernuis, pedunculis capillaribus, corollae laciniis acuminatis, fructibus rugosis.

Galium sylvaticum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 591. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 183. *Host* Synops. pag. 73. *Krocker* Siles. n. 222. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 458. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 236. *Schrader* Spicil. p. 17. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 675.

Galium sylvaticum β pubens. *Wallroth* Sched. crit. I. pag. 56.

Caulis erectus, teres, obsoletissime angulosus, bi-seu tripedalis, glaber, nitidus, ad genicula incrassatus, ramosus. *Folia* laete viridia, glabra, margine carinaque scabra, mucrone brevi terminata; *caulina inferiora* oblongo-ovata, plerumque octona; *caulina* et *ramea* elliptico-lanceolata, plerumque sena; floralia bina, opposita angusto-lanceolata. *Flores* albi, parvi, in paniculam ramosissimam, patulam, dispositi, corymbosi, ante anthesin nutantes, corymbis plerumque trifloris. *Pedunculi Pedicelli*que capillares, elongati. *Corollae laciniae* acuminatae. *Fructus* rugosus.

Wald-Labkraut.

Variat Caule hispido. *Schrader* Spicil. l. c.

In sylvaticis montosis. 24. Fl. Jul., Aug.

14. Galium *intermedium.*

G. caulibus erectis, teretibus, subangulosis, ramosissimis, foliis octonis, elliptico-lanceolatis, utrinque laevibus, margine scabris, floribus paniculato-corymbosis, nubilibus erectis, pedunculis capillaribus, corollae laciniis mucronatis, fructibus rugosis.

Galium intermedium. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 674. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 236.

Galium sylvaticum. *Besser* Galic. n. 162. et forsan plurium floristarum germanicorum.

Galium sylvaticum α laevigatum. *Wallroth* Sched. crit. pag. 55.

Galium glaucum. Flora Dan. Tab. 609.

Antecedenti *Galio sylvatico* simillimum, at evidenter recedit: 1. *Foliis* utrinque laevibus; nec carina subtus scabra: *floralibus inferioribus* quinis et quaternis: *superioribus* et *summis* binis et solitariis, nec omnibus binis. 2. *Floribus* ante anthesin erectis; nec cernuis. 3. *Corollae laciniis* mucrone aristaeformi terminatis; nec acuminatis tantum.

Observ. I. Floristarum germanicorum plures sub *Linnei* diagnosi folia describunt, utrinque laevia, nec subtus ad carinam scabra, hinc verosimile hanc speciem prae oculis habuerunt, licet de Corollae laciniarum figura taceant, eandemque ob caussam veterum botanicorum synonymia non rite erui potest.

Observ. II. *Galium Schultesii Vest* in der Regensb. bot. Zeit. Jahrgang 4. Band 2. p. 529. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 459. quoad descriptionem nullo modo diversum est ab hoc G. *intermedio.*

Observ. III. Ab hoc vix specie diversum puto *Galium linifolium Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 591. *Galium aristatum Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 323. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 460. Nam si excipias caulem evidentius lineis quatuor eminentioribus tetragonum, nullum discrimen inter utrumque invenio, folia enim margine omnino scabra sunt in meis speciminibus, de quo silent auctores nominati. *Galium tyrolense Willd.* Enum. Plant. h. b. Berol. p. 153. cujus specimina a Celeberr. *Otto* ex horto Berolinensi accepi, omnimode conveniunt cum speciminibus *Galii linifolii* ex horto Wratislaviensi a dilectiss. *Trevirano* acceptis.

Mittleres Labkraut.

In montosis sylvaticis Galiciae *(Besser)*, Ducatus Oldenburgici *(Trentepohl)*, alibique in Germania. 24. Fl. Junio.

5. Galium *verum.*

G. caulibus adscendentibus, erectiusculis, tetragonis, foliis

octonis denisve, anguste linearibus, sulcatis, mucronatis, margine revolutis, scabris, ramis floriferis brevibus, racemis paniculatis, condensatis, corollae laciniis muticis, fructibus laevibus.

Galium verum. *Willd.* Spec. Pl. Linn. T. I. P. II. p. 599. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 181. *Besser* Galic. n. 160. *Gmelin* Badens. n. 228. (exclusa var. *β.*) *Host* Synops. p. 73. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 455. *Pollich* palat. n. 152. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 233. *Schkuhr* Handb. 1. p. 75. Tab. 23. *Schrader* Spicil. p. 15. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 672. Flora Dan. Tab. 1146.

Galium. *Dodon.* Pempt. p. 355. bona! *Camerar.* Epit. p. 868. *Fuchs* Hist. p. 195. fig. 196.

Galium verum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 718. Fig. 2.

Galium primum. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 432.

Quoad superficiem caulis et foliorum nunc glabram, nunc scabriusculam, nunc subtomentosam, valde variat. *Caules* basi procumbentes, adscendentes, erecti, vel etiam diffusi, duri, ad genicula parum incrassati, obsolete tetragoni, ramosi. *Rami* alterni et oppositi, inferiores steriles, plerumque simplices, versus apicem caulis breviores, floriferi et fere semper scabriusculi. *Folia* verticillata, in caule plerumque octona; in ramis sena: floralia bina, opposita, angusto-linearia, supra canaliculata, primum patentissima, demum reflexa, margine plus minus, siccitate vero semper, revoluta, praesertim versus apicem serrulato-scabra, mucrone nitido, brevi terminata. *Panicula* in caule terminalis, fastigiata, interrupta, composita Umbellulis simplicibus, tri-, quadri-seu quinquefloris in racemos densissimos, oblongos, ramosissimos, dispositis. *Flores* aurei vel saturate lutei, suaveolentes. *Corollae laciniae* lanceolatae, muticae. *Fructus* subrotundus, laevis.

Dunkelgelbes Labkraut.

Ad fossas, vias, agrorum margines, in pratis et pascuis. ♃ Fl. Jun. et Jul.

16. Galium *affine.*

G. caulibus adscendentibus, erectis, obsolete tetragonis, foliis octonis vel novenis, linearibus, antrorsum parum latioribus, sulcatis, mucronatis, margine revolutis, scabris, ramis floriferis brevibus, corymbis paniculatis, densiusculis, corollae laciniis mucronatis, fructibus laevibus.

Galium ochroleucum. *Schweigger* Flora Erlangensis I pag. 36?

Galium verum. *Gmelin* Badens. n. 22. β?

Galium flore pallido. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 719.

Galium secundum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 432. absque icone, descriptio bona!

Maxime affine praecedenti G. *vero* et quoad superficiem caulis t foliorum glabram, scabram vel subtomentosam simili modo variat, evidenter tamen recedit: 1. *Foliis* paullo latioribus, versus picem parum dilatatis. 2. *Umbellulis florum* in Corymbos (nec n racemos) repetito-trichotomos, parum divergentes, dispositis, aniculam quoque interruptam, fastigiatam constituentes. 3. *Floibus* pallide luteis, minus odoratis. 4. *Corollis* duplo fere majoibus: *Laciniis* mucrone evidenti terminatis.

Verwandtes Labkraut.

In *Fimbria*, insula maris Baltici (*Mertens* et *Roth* 1802), i maritimis prope *Warnemünde* (*Treviranus*, secundum specimina). 2|. Fl. Jul. et Aug.

7. Galium *tricorne.*

G. caulibus simplicibus, tetragonis, cum foliis suboctonis, nceolatis, margine inferne carinaque retrorsum aculeatis, pedunculis axillaribus, trifloris, rectis, pedicellis fructiferis arcuato-reflexis, fructibus globosis, tuberculosis.

Galium tricorne. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 43. *Wallroth* Annus botan. p. 23. *Römer* et *Schultes* yst. Veg. 3. pag. 245.

Galium spurium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 594. (exclusis synonymis plerisque.) *Roth* Flora Germ. T. II. . I. p. 188. *Schrader* Spicil. p. 18. Tab. 1. Fig. 2.

Galium Valantia. *Weber* in *Wiggers* Fl. Holsat. p. 17.

Valantia tricornis. *Besser* Galic. n. 154. *Roth* Neue eiträge zur Bot. 1. p. 142. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 691.

Valantia Aparine. *Gmelin* Badens. n. 1549. *Pollich* alat. n. 938.

Aparine semine laevi. *Vaill.* Paris. p. 14. Tab. 4. fig. 3 aa.

Aparine vulgaris. *Rupp.* Jenens. p. 5. Nota *Halleri* b.

Radix parva, fibrosa. *Caulis* plerumque simplex, basi interdum tantum ramosus, erectiusculus, flaccidus, palmaris, sesquipedalis et altior, articulatus, quadrangulus, ad angulos acutis recurvis scaberrimus: *Articuli* unciales aequales. *Folia* lanceolata, mucrone tenuissimo terminata, glabra, margine et sae-

pius etiam carina aculeis recurvis retrorsum scaberrima: *inferiora* suboctona; *superiora* sena; summa plerumque quaterna. *Pedunculi* axillares, alterni, solitarii, longitudine circiter foliorum, tetragoni, retrorsum scabri, trifidi, triflori. *Flores* omnes pedicellati, parvi, albidi: *laterales* plerumque masculi et steriles; *intermedius* hermaphroditus et fertilis. *Pedicellus fructiger* arcuato-reflexus. *Semina* globosa, nigricantia, tuberculis parvis exasperata.

Dreihörniges Labkraut.

Inter segetes, in cultis. ☉. Fl. Junio et Julio.

18. Galium *saccharatum.*

G. caulibus ramosis, tetragonis, retrorsum aculeatis, foliis suboctonis, lanceolatis linearibusve, margine carinaque antrorsum aculeatis, pedunculis axillaribus, trifloris, erectis, fructiferis totis refractis, fructibus globosis, papillis conicis, crystallinis, exasperatis.

Galium saccharatum. *Wallroth* Annus bot. pag. 24. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 444. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 249.

Valantia saccharata. *Gmelin* Badens. n. 1550. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 692.

Valantia Aparine. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p, 950. (exclusis synonymis pluribus.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 548. (excluso syn. *Ruppii.*) *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 144. *Schrader* Spicil. p. 55. Tab. 1. Fig. 3.

Aparine semine Coriandri Parkinson. *Vaill.* Paris. p. 14. Tab. 4. Fig 3.

Caulis debilis, subdecumbens, diffusus, adscendens, ramosus, a biunciali ad semipedalem et pedalem magnitudinem accedens, tetragonus, ad angulos aculeolis deorsum spectantibus armatus. *Rami* alterni et oppositi, divaricati. *Folia* sena, septena et octona: in verticillis, obverse lanceolata vel fere linearia, mucrone acuto terminata, per totum marginem et ad carinam subtus aculeolis sursum spectantibus armata, caeterum glabra. *Pedunculi* axillares, oppositi, longitudine fere foliorum aculeolis deorsum spectantibus asperi, vel nudi, vel folio uno alterove apice bracteati, trifidi, triflori; *floriferi* erecti; *fructiferi* toti refracti, tamen recti. *Pedicelli* laterales, longiore intermedio fertili: *fructiferi* recti, nec arcuati. *Flores* albidi *laterales* masculi, steriles, plerumque trifidi. *Fructus* globosus

idymus, vel solitarius, papillis conicis, crystallinis, pellucidis asperatus, duplo fere major, quam in antecedente G. *tricorni.*

Observ. I. In hac specie pedunculus, cum pedicello fructifero, rectus, refractus est, in *Galio tricorni* simili, pedicellus tantum fructiger arcuato-reflexus observatur. Habitus *Galii Aparines*, at fructus structura primo jam intuitu facile distinguitur.

Observ. II. In anno suo botanico veneratiss. *Wallroth* l. c. per errorem semina hujus speciei cum seminibus antecedentis G. *tricornis* commutavit.

Ueberzuckertes Labkraut.

In cultis, ad sepes passim in Germania. ⊙. Fl. Jun. et Jul.

0. Galium *saxatile.*

G. caulibus procumbentibus, caespitosis, obsolete tetragonis, glabris, ramis elongatis confertis, floriferis adscendentibus, foliis subsenis, obovato-lanceolatis, mucronatis, margine scabris, paniculis axillaribus et terminalibus, multifloris, coarctatis, fructibus granulatis.

Galium saxatile. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 438. (exclusis synonymis praeter *Linn.* Hort. Cliffort.) *Mönch* Meth. n. 123. *Murray* Prodr. Gött. pag. 41. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 252. *Weber* in *Wigg.* Fl. Holsat. p. 12. Flora Dan. Tab. 1633.

Galium harcynicum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 595. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 180. *Gmelin* Bad. n. 226. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora n. 462. *Schrader* Spicil. p. 17. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 680. *Weigel* Observ. bot. p. 25.

Galium caule ramosissimo, foliis quinis obverse ovatis. *Haller* Gött. p. 188. *Rupp.* Jen. p. 407.

Galium album, supinum, multicaule, angustifolium, polyspermum. *Rupp.* Jen. ed. *Haller* p. 4.

Caules semidigitales, digitales et semipedales, procumbentes, debiles, ramosissimi, densissime foliosi et caespitosi, obsolete tetragoni, glabri, laeves; *floriferi* oblique adscendentes. *Rami* elongati, diffusi, conferti. *Ramuli* steriles breves. *Folia* quaterna, quina et sena in quovis verticillo, basi attenuata, ad apicem dilatata, hinc obverse ovato-lanceolata, apice nunc obtusio-

ra, nunc acutiora, utrinque glabra, margine plus minus scabra, patula, plana. *Paniculae* axillares et terminales, fastigiatae, primum coarctatae, demum laxiores, repetito-trichotomae, subcorymbosae, ad divisiones foliis binis, oppositis, lineari-lanceolatis suffultae. *Flores* albi. *Corollae laciniae* ovatae, acutae. Fructus didymus. *Semina* subglobosa, nigra, primo intuitu laevia, ad lentem vero, punctis minutis elevatis exasperata.

Stein-Labkraut.

In umbrosis saxosis et ericetis sylvaticis. ♃. Fl. Jun. et Jul.

21. Galium *decipiens.*

G. caulibus basi ramosissimis, adscendentibus, debilibus, obsolete tetragonis, cum foliis glabris hirsutisve, foliis quinis ad denis, lineari-lanceolatis, in mucronem rigidum attenuatis: inferioribus spathulatis minoribus, pedunculis axillaribus terminalibusque, elongatis, trifidis, corymbosis, corymbis repetito-di-vel trichotomis, fructibus tuberculosis.

Galium multicaule. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 63.

Galium sylvestre. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flor. n. 461.

α Glabrum: caule foliisque glabris.

Galium sylvestre. *Schrader* Spicil. p. 11. Var. 1.

Galium pusillum. *Wallroth* Annus bot. p. 22. *α.*

Galium austriacum. *Jacq.* Flora Austr. 1. Tab. 80. *Host* Synops. p. 74. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 587 (exclusis synon. *Villars* et *Allion.*) *Römer* et *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 668. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 224. *Vest* Manuale p. 346.

Galium glabrum. *Hoffmann* Germ. 1. p. 72.

β Hispidum: caule glabro, foliis margine hispidis.

Galium sylvestre. *Schrader* Spicil. p. 12. Var. 2.

γ Pubescens: caulibus foliisque inferne pubescentibus vel hirsutis.

Galium sylvestre. *Schrader* Spicil. p. 12. Var. 3. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 180. *Krocker* Siles. n. 233. *Hoffmann* Germ. p. 45.

Galium pusillum. *Wallroth* Annus bot. p. 22. *β.*

Galium Bocconi. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 5. *Willd.*

Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 587. *Gmelin* Badens. n. 227. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 227. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 669. *Sprengel* Fl. Halens. n. 173. *Vest* Manuale pag. 346.

Galium multicaule γ eriophyllum. *Wallroth* Sched. I. 1. p. 54.

Galium asperum. *Schrader* Spicil. p. 3.

Galium ciliatum. *Schrank* Prim. Salisb. n. 140.

Galium pumilum. *Murray* Prodr. Fl. Gött. p. 44.

δ *Scabrum:* caule cum foliis omnibus hispidulis.

Galium scabrum. *Jacq.* Flora Austr. 5. p. 10. Tab. 422. secundum specimina a *Wulfenio* communicata. *Host* Synops. p. 72. *Schrader* Spicil. p. 15. *Vest* Manuale p. 346.

Galium pusillum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 185. *Braune* Salisb. n. 120. *Schrank* Prim. Salisb. n. 136. *Sternberg* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1804. p. 91. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 321.

Pro loci natalis diversitate mirum in modum variat haec species magnitudine, superficie glabra, pubescente vel scabra et foliorum numero. Collatis inter se speciminibus *Galii austriaci* et *Labri Jacq.* et *Bocconi Hänke*, ab optimo *Wulfenio* mecum communicatis, mihi persuasissimum habeo, quod specie nullo modo inter se differant, sed omnia structura et figura partium inter se conveniant et in partibus minus essentialibus tantum recedant atque per gradus intermedios confluant, ita, ut saepe determinatu difficile sit, ad quamnam enumeratarum varietatum hoc vel illud specimen pertineat.

Radix ramosa, fibrosa, sublignosa. *Caules* basi decumbentes, nonnihil radicantes, tunc adscendentes, erectiusculi, debiles, simplices, obsolete tetragoni, digitales, semipedales, pedales, vel longiores, in α et β toti glabri, in γ inferne tantum pubescentes, vel brevissimis sparsisque aculeolis adspersi, in δ pilis copiosis a basi ad apicem scabri. *Folia* mucronata, sena, octona, vel dena: *inferiora* breviora, latiora spathulata, plus minus reflexa, verticillis approximatis; *superiora* lineari-lanceolata, versus apicem plus minus parum latiora; *floralia* lanceolaria, reliquis multo minora: in α utrinque glabra, in β margine setulis vel antrorsum vel retrorsum spectantia ciliata; in *inferiora* nunc in utraque pagina, nunc in supina vix margine tantum villis brevibus obsessa: *superiora* glabra; in δ omnia utrinque setulis copiosis scabra. *Pedunculi* axillares, oppositi et terminales, elongati, corymbosi, trifidi; *partiales* re-

petito-di-vel plerumque trichotomi, foliolis binis suffulti, in α, β, γ glabri, in δ plerumque scabriusculi. *Corolla* parva, alba, vel interdum rubicunda: *Laciniis* ovatis, acutis. *Fructus* subrotundus, tuberculosus.

Täuschendes Labkraut.

In nemorosis, pratis montosis, saxis, rupibus passim. 4. Fl. Jun., Jul., Aug.

22. Galium *baldense.*

G. caulibus basi ramosissimis, adscendentibus, tetragonis cum foliis glabris, foliis suboctonis, subcarnosis, muticis: inferioribus obovatis minoribus; superioribus lanceolatis, pedunculis axillaribus terminalibusque, umbellatis, subtrifloris, fructibus laevibus.

Galium baldense. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 238. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 463. *Sprengel* Pugill. 1. p. 10.

Radix fibrosa. *Caules* plures, basi ramosissimi, procumbentes et plerumque densissime caespitosi, bi-seu triunciales, tetragoni, glabri, tunc adscendentes, erectiusculi, superne divisi. *Folia* sena ad octona verticillata, glabra, mutica, subcarnosa, plana: *inferiora* obovata, reliquis minora; *media* oblonga: *superiora* lanceolata. *Pedunculi* terminales et in axillis foliorum superiorum tres ad sex umbellati plerumque uniflori, rarius bi- seu triflori, foliis vix longiores. *Corollae* majusculae, albidae. *Laciniis* ovatis, acutiusculis. *Fructus* laevis.

Observ. Quam proxime cognatum est cum *Galio saxatili*, tamen facile distinguendum: 1. *Statura* minore. 2. *Foliis* muticis. 3. *Inflorescentia* simpliciore. 4. *Fructibus* laevibus.

Baldisches Labkraut.

In graminosis alpium Tyrolensium *(Sieber)*, ut in cacumine Taurorum Radstadiensium *(Mayer)*. 4. Floret Aestate.

23. Galium *pumilum.*

G. caulibus procumbentibus, densissime caespitosis, adscendentibus, tetragonis, rigidis, cum foliis glabris hirsutisve, foliis angusto-linearibus, subulato-mucronatis, subtus bisulcatis, pedunculis terminalibus, subcorymbosis, corymbis tri-, quinquefloris, fructibus granulatis.

Galium pumilum. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora
. 364.

α Glabrum.

Galium trichophyllum. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band
. St. 3. p. 319. (excluso syn. *Villars.*)

β Hirsutum.

Galium pusillum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II
. 589. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 230.

Rubeola saxatilis. *C. Bauh.* Prodr. p. 145.

Differt ab antecedente, cui primo intuitu simile: 1. Foliis ngusto-linearibus, subulato-mucronatis, rigidioribus, subtus isulcis cum nervo intermedio crassiore. 2. *Corymbis* terminali- us, bi-seu trifidis. 3. *Pedicellis* lateralibus plerumque trifloris. . *Fructibus* granulatis.

Zwergiges Labkraut.

In collibus saxosis Litoralis prope *San Daniele* et *Monfalco- ium (Wulfen).* 4. Fl. Aestate.

b) *Fructu nudo hispidove.*

4. Galium *gracile.*

G. caulibus adscendentibus, ramosis, tetragonis, retrorsum culeatis, foliis subseptenis lineari-lanceolatis, mucronatis, mar- ine sursum-aculeatis, racemis axillaribus et terminalibus, bis rve trichotomis, fructibus granulatis nudis hispidisve.

Galium gracile. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora
. 449.

a Fructibus nudis.

Galium gracile. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 57.

Galium anglicum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3.
. 246. *Koch* et *Ziz* Cat. Plant. Palat. p. 5.

Galium rubrum. *Pollich* palat. n. 156. secundum *Koch* t *Ziz* l. c.

β Fructu hispido.

Galium parisiense. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II.
. 599. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 260. *Wul- en* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 324.

Radix fibrosa, tenuis. *Caulis* adscendens debilis, crassitie

setae porcinae vel fili tenuioris, digitalis, palmaris, immo pedalis, tetragonus, ad angulos aculeolis deorsum spectantibus asper, ramosus. *Folia* verticillata, sena et septena, parva, lineari-lanceolata. in mucronem acutum attenuata, margine aculeolis sursum spectantibus serrata, vel utrinque laevia, glabra, vel supra scabra, demum reflexa. *Pedunculi* mox supra basin caulis fere ex omnibus verticillis oppositi vel alterni, setae equinae crassitie, longitudine articulorum caulis, nudi, ad divisiones tantum foliis duobus, vel in terminali unico tantum praediti, cum ramulis retrorsum aculeati, bis terve trichotomi: *fructiferi* patentes et demum parum declinati. *Pedicelli* capillares, nudi, uniflori. *Flores* exigui, viridi-flavescentes, vel albi, vel atropurpurei, fructu minores. *Fructus* didymus, in α tuberculis exasperatus, in β pilis brevissimis, apice uncinatis hispidus. *Semina* globosa, nigricantia.

Observ. I. Speciminibus e locis natalibus Angliae et Galliae collatis et in horto cultis, omnium partium structura et figura adeo sibi similia sunt *Galium anglicum* et *parisiense*, ut nullum sane discrimen ea inter detegi possit, seminum solum superficie nuda et hispida discrepant, hinc congrue combinanda esse in unam speciem putavi.

Observ. II. Hujus speciei specimina, quae mecum Celeberr. *Wallroth* benevole communicavit, circa Halam Saxonum lecta, omnibus in partibus exacte conveniunt cum G. *anglico* et floribus atropurpureis tantum recedunt.

Zartes Labkraut.

In arenosis siccis, sterilibus et muris α prope Halam Saxonum (*Wallroth*), β in Litorali circa *San Daniele* (*Wulfen*) ☉. Floret Jul., Aug.

25. Galium *spurium.*

G. caulibus subramosis, debilibus, tetragonis, ad angulos obtusos retrorsum aculeatis, ad genicula plus minus pilosis, foliis senis octonisve obverse lanceolatis, supra antrorsum hispidis, margine carinaque retrorsum aculeatis, pedunculis axillaribus subtrichotomis, pedicellis divaricatis subbifloris, seminibus reniformibus nudis, hispidisve.

Galium agreste. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flor. n. 447.

α *Fructibus nudis.*

Galium spurium. *Linn.* Syst. Veget. ed. *Murray.* p. 15

oth Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 140. *Besser* Galic. 1. pag. 66. n. 676. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 679.

Galium hispidum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 184.

Galium agreste β lasiospermum. *Wallroth* Schedulae rit. I. p. 59.

Aparine vulgaris. *Rupp.* Jen. p. 5. Nota *Halleri* a).

Aparine vulgaris, semine minore. *Vaill.* Paris. pag. 14. ab. 4. Fig. 4 a.

β Fructibus hispidis.

Galium agreste α eriospermum. *Wallroth* Schedulae rit. l. c.

Galium infestum. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hung. pag. 226. Tab. 202. *Besser* Galic. n. 167. *Römer* et *chultes* Syst. Veget. 3. p. 258. *Schultes* Oestr. Flora 2. 685.

Galium Aparine. *Vest* Manuale p. 349. *Krocker* Si-s. n. 230. ob flores ochroleucos.

Aparine vulgaris. *Vaill.* Paris. p. 14. Tab. 4. Fig. 4 b.

Radix fibrosa. *Caulis* erectiusculus, debilis, diffusus, plus inus ramosus (in *β* saepe ramosissimus), tetragonus, lateribus anis, laevibus, ad angulos obtusos aculeolis deorsum spectanti-s armatus, geniculis parum incrassatis, articulatus, nunc su-a, nunc infra ad genicula pilosus, nunc plane glaber, bipedalis et ajor, fili emporetici tenuioris crassitie. *Rami* alterni et oppo-i. *Folia* verticillata, sena et octona, obverse lanceolato-li-aria, apice in mucronem acutum attenuata, supra strigis sursum rectis hispida, subtus ad carinam retrorsum aculeata, caeterum abra, margine aculeolis omnibus deorsum spectantibus, (nonni-in eadem planta aculeolis inferioribus deorsum, superioribus rsum directis) armata, semiunciam ad unciam longa. *Pedun-li* axillares, plerumque bini oppositi, nonnunquam terni, tri-, rius bi- et quadrifidi, subumbellati, cum Pedicellis retrorsum uleati; *fructiferi* folio sesqui- vel duplo longiores. *Pedicelli* i foliis duobus, rarius tribus involucrati; *intermedio* plerum-e bifido, bifloro; *lateralibus* simplicibus unifloris; *fructiferi* aricati. *Flores* parvi, flavescentes. *Fructus* subrotundus, di-mus in *α* vel plane glaber et tuberculis minimis exasperatus, hinc inde pilis brevissimis ad lentem adspersus; in *β* pilis bre-us, uncinatis obsessus. *Semina* reniformia.

Observ. *Galium α spurium Linn.* et *β infestum Waldst.* et *Kit.* duratione et structura omnium partium omnimode conveniunt, ut ab invicem separari nequeant, licet Se-

mina in α vel exacte laevia et glabra, vel tuberculis minimis exasperata et vix observabiliter pilosa observentur, in β e contrario evidenter pilosa appareant. *Ambo Galio Aparini* quam maxime similia sunt, tamen evidenter distincta, inprimis figura caulis et seminum, ut in sequentibus ostendam.

Bastard-Labkraut.

In cultis, inter segetes Ducatus Oldenburgici *(Trentepohl, Roth)*, Galiciae *(Besser)*, ad Halam Saxonum *(Wallroth)*, Hungariae *(Waldst. et Kit.)* alibique in Germania. ☉. Fl. Aestate.

26. Galium *boreale.*

G. caulibus erectis, simpliciusculis, quadrangulis antrorsum hispidis glabrisve, foliis lanceolatis quaternis, trinerviis, inaequalibus, margine carinaque antrorsum hispidis glabrisve, paniculа terminali, ovata, subcoarctata, pedunculis repetito-trichotomis, subcorymbosis, fructibus nudis, hispidisve.

Galium boreale. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 452.

α *Fructu hispido.*

Galium boreale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 595. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 186. *Besser* Galic. n. 165. *Gmelin* Badens. n. 233. *Lumnitz.* Poson. n. 149. *Host* Synops. p. 75. *Schrader* Spicil. p. 18. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 253. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 682. *Scop.* Carn. 2. n. 151. Flora Dan. Tab. 1024.

Asperula laevior, acuto quaterno folio. *Rupp.* Jen. p. 6.

Rubia pratensis, laevis, acuto folio. *C. Bauh.* Prodr. pag. 145.

Rubia erecta, quadrifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 716.

β *Fructu nudo.*

Galium boreale b *hyssopifolium. Koch* et *Ziz* Cat. Plant. Palat. p. 5.

Galium hyssopifolium. Hoffmann Germ. p. 71.

Galium rubioides. Pollich palat. n. 148. (secundum *Koch* et *Ziz.*) *Pohl* Bohem. n. 224.

Habitu α proximum est *Galio rubioidi*, differt autem: *Caule* basi pubescente, quadrangulo, lateribus elevatis, ad angulos glaucos retrorsum hispido; nec tetragono, lateribus planis gl

bris, ad genicula tantum piloso. 2. *Foliis* angustioribus, per exsiccationem margine fere ex toto revolutis, margine carinaque tantum hispidis, inaequalibus, binis oppositis in verticillo duplo latioribus; nec subtus totis piloso-scabris, nec latitudine subaequalibus. 3. *Floribus* albis; nec pallide luteo-albidis. 4. *Fructibus* setis apice uncinatis hispidis; nec nudis.

Observ. Cultura variat *Foliis* angustioribus et *fructibus* minus hispidis. *Gmelin* Badens. l. c.

β differt ab *α*: 1. *Habitu* teneriore. 2. *Colore* pallidiore. 3. *Glabritie* omnium partium.

Observ. Ob seminum conditionem a nonnullis auctoribus botanicis pro varietate *Galii rubioidis* vendita est haec planta, at, excepta glabritie, structura et figura partium ut et florum colore convenit cum *Galio boreali*, ut ab hoc jure separari nequeat.

Nördliches Labkraut.

In uliginosis, pratis montosis, saxosis, humidis, passim in Germania. ♃. Fl. Jul., Aug.

c) *Fructu hispido.*

27. Galium *Aparine.*

G. caulibus erectis, ramosissimis, debilibus, quadrangularibus, ad angulos acutos retrorsum scaberrimis, supra genicula pilosis, foliis suboctonis, obverse lanceolatis, mucronatis, margine carinaque inferne retrorsum, superne antrorsum aculeatis, supra antrorsum setosis, pedunculis terminalibus di- et trichotomis, pedicellis divaricatis, seminibus globosis hispidis.

Galium Aparine. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 597. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 187. *Besser* Galic. n. 168. *Gmelin* Badens. n. 235. *Hayne* Term. Bot. Tab. 13. Fig. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 446. *Pollich* palat. n. 157. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 684. Flora Dan. Tab. 495.

Aparine vulgaris. *Rupp.* Jen. p. 5. (exclusa Nota *Halleri.*)

Simillimum *Galii spurii* Varietati *β Fructu hispido*, a qua caute distinguendum est. Differt inprimis: 1. *Caule* plerumque ramosiore, quadrangulari, *angulis* acutis, *lateribus* excavatis; nec tetragono, angulis obtusis, lateribus planis. 2. *Pedunculis* in caule, ramis ramulisque terminalibus; nec axillaribus. 3. *Flo-*

ribus albis, nec flavescentibus. 4. *Seminibus* rotundis, setis duplo longioribus obsessis; nec reniformibus, breviter setosis.

Kletterndes Labkraut.

In sepibus et nemorosis. ⊙. Fl. tota Aestate.

28. Galium *rotundifolium.*

G. caulibus adscendentibus ramosis quadrangulis, inferne scabriusculis, foliis quaternis, subrotundo-ovatis, trinerviis, utrinque scabris, margine hispidis, pedunculis terminalibus, elongatis, bis terve trichotomis, seminibus globosis hispidis.

Galium rotundifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 596. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 186. *Ejusd.* Observ. in *Römer* et *Usteri* Magaz. für die Bot. Stück 2. p. 12. *Besser* Galic. n. 166. *Gmelin* Badens. n. 234. *Host* Synops. p. 75. *Jacq.* Flora Austr. 1. Tab. 94. *Krocker* Siles. n. 229. Tab. 42. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 451. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 254. *Schrader* Spicil. p. 19. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 683. *Scop.* Carn. 2. n. 150.

Asperula laevigata. *Scholler* Barbiens. n. 130. *Schöpfer* Oenopont. n. 56.

Asperula alpina quadrifolia. *Rupp.* Jen. p. 6.

Rubia quadrifolia seu rotundifolia laevis. *C. Bauh.* Prodr. pag. 145.

Rubia quadrifolia, semine duplici, hispido. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 718. bona! sed deficiente flore et fructu.

Caules palmares, raro altiores, quadranguli, basi prostrati et saepe radicantes, ramosi, tunc adscendentes, erectiusculi, simplices, inferne aculeis deorsum spectantibus, sparsis, scabriusculi, *internodiis* approximatis, foliis vix duplo longioribus. *Folia* elliptica, vel subrotundo-ovalia, brevissime petiolata, fere sessilia, trinervia, aequalia, obtusa cum acumine brevi margine aculeato-ciliata, utrinque scabra: *caulina suprema quatuor* alterne minora. *Pedunculus* terminalis, trichotomus et dichotomus, nudus, pauciflorus, in procerioribus speciminibus saepe tres, foliolo uno, rarius et altero minori auctus. *Pedicelli* vel simplices uniflori, vel bifidi, nudi: *fructiferi* divaricati. *Flores* candidi. *Fructus* subrotundus, pilis longis apice unciatis hispidus.

Rundblättriges Labkraut.

In sylvis et nemoribus montosis, muscosis Germaniae austrioris. 24. Fl. Jul., Aug.

95. ASPERULA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 157. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 219. Gaertner de Fruct. 3. pag. 89. Tab. 195.

Calyx margo obsoletus, quadridentatus, superus, caducus. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida: *Tubo* cylindraceo. *Semina* duo coadunata, globosa.

Observ. Asperula recedit a *Galio Corolla* infundibuliformi, *Tubo* cylindraceo.

Asperula *Aparine.*

A caulibus ramosis, tetragonis, ad angulos cum foliis octonis senisve obverse lanceolatis, mucronatis, supra scabris, margine carinaque, retrorsum aculeatis, panicula corymbosa, fructibus granulatis.

Asperula Aparine. Besser Galic. n. 152. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 264. (exclus. syn. *Smith.*) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 693.

Similis *Galii Aparines. Caules* paniculati, tetragoni, ad angulos aculeolis brevibus, deorsum spectantibus, scabri, geniculis laevibus. *Rami* diffusi. *Folia* octona vel sena, lanceolata, basi attenuata, seu obverse lanceolata, mucronata, supra strigosa, ad costam et marginem infra apicem retrorsum, aculeata: *Verticillia* quaterna, terna aut solitaria. *Flores* paniculato-corymbosi, pedunculis simplicibus, bi-trifidisque. *Corollae* speciosae, albae, infundibuliformi-campanulatae: *Laciniis* acutis. *Fructus* albri, granulati.

Aparinen-Waldmeister.

Circa *Zaleszezyki*, *Leopoli* in sylva *Krzywezycensis* humida, circa stagna, Cracoviae ad *Rudawam (Besser).* 24. Fl. Julio.

Observ. In *Regensb. bot. Zeit.* 1823. pag. 735. Celeberr. *Reichenbach Asperulae* mentionem fecit sub nomine *rivalis*, quam in Moravia invenit *Hochsteter* et quae

differre dicitur ab *Asperula Aparine*, corolla campanulata; nec tubuloso-infundibuliformi. An potius Galii species?

2. Asperula *odorata.*

A. caulibus simplicibus, tetragonis, laevibus, foliis octonis, lato-lanceolatis, mucronatis, glabris, margine antrorsum hispidis, corymbis fasciculatis terminalibus, fructibus hispidis.

Asperula odorata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 575. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 189. *Besser* Galic. n. 153. *Gmelin* Badens. n. 218. *Host* Synops. pag. 71. *Lumnitz.* Poson. n. 139. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 431. *Pollich* palat. n. 145. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 265. *Schkuhr* Handb. 1. p. 72. Tab. 23. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 694. Flora Dan. Tab. 562.

Galium odoratum. Scop. Carn. 2. n. 158.

Galium Matrisylva. Weber in *Wigg.* Flora Holsat. p. 13.

Asperula odorato flore. *Clus.* Hist. 2. p. CLXXV.

Asperula sylvatica. *Rupp.* Jen. p. 6.

Radix repens, articulata. *Caulis* digitalis, palmaris, immo pedalis, erectus, glaber, tetragonus, ad genicula squamulis lanceolatis minutis quasi pubescens, plerumque simplex: *Folia* plerumque octona, lanceolata, acutiuscula, glabra, patentia, margine aculeolis sursum directis scabra. *Corymbus* terminalis, trifidus, fasciculatus. *Pedicelli floriferi* erecti; fructiferi divergentes. *Bracteae* ad quamvis pedicellorum divisionem duae oppositae. *Flores* albi, suaveolentes. *Semina* pilis uncinatis hispida.

Gemeiner Waldmeister.

In nemoribus et sylvis, praesertim montanis, caeduis. ♃ Fl. Majo, Junio.

3. Asperula *taurina.*

A. caulibus superne ramosis, tetragonis, pubescentibus, foliis quaternis, lato-elliptico-lanceolatis, trinerviis, utrinque scabriusculis, floribus fasciculatis, terminalibus, involucratis, subsessilibus, polygamis, fructibus glabris.

Asperula taurina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 576. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 434. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 265. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 695. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 318.

Cruciata alpina, latifolia, laevis. *Scheuchz.* Iter alpin. 1. p. 172.

Rubia quadrifolia, italica, hirsuta. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 717.

Rubia laevis taurinensis. *Lobel* Observ. p. 465. *Ejusd.* Icon. 1. p. 800.

Radix repens. Caulis erectus, semipedalis et pedalis, tetragonus, pilis brevissimis sparsis pubescens, superne uno alterove ramo divisus. *Folia* quaterna, sessilia, elliptico-lanceolata, trinervia, utrinque pubescentia, margine pilis brevibus ciliata. *Flores* in caule ramisque terminales, fasciculatim aggregati, brevissime pedicellati, albi, per exsiccationem caerulescentes: *centrales* pauci hermaphroditi; *laterales* seu *marginales* dures masculi. *Fasciculi* basi foliis quatuor, caulinis similibus, et duplo minoribus, magis hirsutis, involucrati. *Bracteae*, flores masculos circumdantes, lineares, margine setis longis ciliatae, illis duplo saltem breviores. *Corollae tubus* elongatus, tenuis, superne parum dilatatus: *Limbus* quadripartitus: *Laciniis* oblongis, obtusis, erecto-patulis, demum revolutis. *Fructus* rotundus, nudus, e baccis binis coalitis subdidymus.

Italienischer Waldmeister.

In sylvis umbrosis montis sancti et Montis sanctae Catharinae Goritiae et circa Monfalcone *(Wulfen)*, Bannatus et Syrmiae *(Kitaibel)*. 4. Fl. Majo, Jun.

4. Asperula *arvensis.*

A. caulibus ramosis, tetragonis, scabriusculis, foliis senis octonisve obverse lineari-lanceolatis, patulis, subtus scabris, margine revolutis, floribus terminalibus, sessilibus, aggregatis, involucro setoso-ciliato brevioribus, fructibus glabris.

Asperula arvensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 576. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 189. *Gmelin* Badens. n. 219. *Host* Synops. pag. 71. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 433. *Pollich* palat. n. 146. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 265. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 696. *Scop.* Carn. 2. n. 159. *Vest* Manuale p. 351.

Asperula caerulea. *Lobel* Icon. 1. pag. 801. *Dodon.* Pempt. p. 355.

Rubia caerulea erectior altiorve. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 719.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, semipedalis et al-

tior, tetragonus, scabriusculus, ramosus, geniculis demum parum incrassatis. *Rami* alterni et oppositi. *Folia infima* quaterna, obovata, reliqua sena, septena et octona, lineari-lanceolata, versus apicem parum dilatata, obtusiuscula, margine revoluta, supra glabra, subtus scabra. *Flores* caerulei, in caule ramisque terminales, sessiles, aggregati, quasi umbellati, *Bracteis* pluribus, lanceolatis et lanceolato-linearibus, setoso-ciliatis, corollis longioribus, involucrati. *Fructus* subrotundus, glaber.

Feld-Waldmeister.

In arvis, hortis, cultis, vineis, passim. ⊙. Fl. Majo, Jun.

5. Asperula *hexaphylla.*

A. caulibus simplicibus tetragonis, cum foliis senis, linearibus, acuminatis, erectis, planis, glabris, floribus subsessilibus, aggregatis, involucro glabro longioribus, fructibus glabris.

Asperula hexaphylla. Allion. Pedem. n. 48. Tab. 77. Fig. 3. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 576. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 268. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 697.

Differt ab antecedente *A. arvensi*, cui proxima: 1. *Radice* perenni. 2. *Glabritie* totius plantae. 3. *Caulibus* pluribus, simplicibus, ad basin interdum ramosis. 4. *Foliis* constanter senis, linearibus, angustioribus, acuminatis, planis, internodiis parum tantum brevioribus, erectis, nec pluribus, obverse lineari-lanceolatis, patulis, subtus scabris, internodiis multo brevioribus. 5. *Floribus* purpureis, intus albis, vix sessilibus, involucro glabro duplo longioribus. 6. *Seminibus* oblongis, compressis; nec subrotundis.

Sechsblättriger Waldmeister.

In rupibus calcareis Hungariae prope *Mehadia (Kitaib.)*. 2|. Fl. Aestate.

6. Asperula *longiflora.*

A. caulibus ramosis, adscendentibus, tetragonis, foliis quaternis, linearibus, inaequalibus, subulato-acuminatis, margine scabris, floribus subternis inter bracteas quatuor subulatas sessilibus, corollae laciniis subbidentatis, fructibus granulatis.

Asperula longiflora. Waldstr. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. Tab. 150. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n.

38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 701. *Römer* et *Schultes* yst. Veget. 3. p. 272.

Radix subfusiformis, flexuosa, sublignosa, fibrosa. *Caules* lures, adscendentes, erectiusculi, debiles, semipedales et longio- es, tetragoni, glabri. *Folia* quaterna, linearia, subulato-acu- inata, margine scabra, caeterum glabra, inferiora patentia, su- eriora erecta, longitudine plerumque valde inaequalia, *Flores* bi- i ternive, rarius solitarii, terminales, extus purpurascentes, in- is flavescentes, sessiles, *Bracteis* quatuor, lanceolato-subulatis, ucronatis involucrati. *Corollae tubus* limbo triplo et fructu ıintuplo longior; *Limbus* quadri-seu tripartitus: *Laciniis* apice ıbbidentatis. *Fructus* granulis exasperatus.

Langblättriger Waldmeister.

In alpibus Croatiae *Velebich* (*Waldst.* et *Kit.*). 2|. Fl. Jul.

Asperula *laevigata.*

A. caulibus ramosis, quadrangulis, laevibus, foliis quaternis, lipticis, obtusis, in petiolum attenuatis, subtrinerviis, mar- ine scabris, pedunculis terminalibus, tri-quadrifidisque, fructi- us glabris, punctatis.

Asperula laevigata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 579. *Krocker* Siles. n. 213. *Mertens* et *Koch* Deutschl. l. n. 432. *Roth in Römer* et *Usteri* Magaz. für die Bot. St. 2. 12. (excluso syn. *Barrel.*) *Schrader* Spicil. p. 9. *Schul- es* Oestr. Fl. 2. n. 702. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. 272.

Radix repens, fibrosa, tenuis. *Caules* oblique adscenden- s, erectiusculi, debiles, pedales, crassitie fili emporetici te- uioris, quadranguli, lateribus excavatis, subramosi, laeves, labri. *Rami* alterni: *floriferi* patentes. *Folia* quaterna, ellip- ca, obtusa, glabra, basi subtrinervia, in petiolum brevem desi- entia, supra basin margine scabra, quatuor seu quinque lineas nga, duas fere lineas lata: *ramea* quaterna, terna et bina. *'edunculi* in caule ramisque terminales, setacei, solitarii, gemi- i, vel terni, fere unciales, nudi, apice trifidi, interdum qua- rifidi. *Pedicelli* uniflori, breves, basi folio uno alterove, linea- , angustissimo bracteati: *fructiferi* longitudine Bracteae. *Flo- s* exigui, albi. *Fructus* subrotundus, punctis elevatis granu- atus.

Glatter Waldmeister.

In montosis et collibus sylvaticis Silesiae prope *Pitschen* et in *Wartenberg (Krocker)*, Bohemiae prope *Swietla* et *Redwesi* non procul a *Lomnitz* et in montibus giganteis *(Pohl)*, Styriae *(Sartori)*, in Carpathis *(Rochol)*. ♃. Fl. Aestate.

Observ. Primo intuitu ad *Galium rotundifolium* accedit, cum quo olim conjunxerat *Linneus*, a quo tamen distinctissima est. Differt: 1. *Statura* majore. 2. *Caule* laevi, nec praesertim inferne scabriusculo. 3. *Internodiis* tri-vel quadruplo longioribus. 4. *Foliis* utrinque glabris, in petiolum desinentibus, basi obsolete trinerviis, apice obtusis, margine scabriusculis. 5. *Bracteis* linearibus, angustissimis, longitudine pedicellorum; nec ovalibus, pedicellis multo brevioribus. 6. *Corolla* tubuloso-campanulata; nec rotata. 7. *Fructu* granulato, nudo; nec hispido.

8. Asperula *tinctoria.*

A. caulibus debilibus, flaccidis, laevibus, obsolete tetragonis, foliis linearibus: inferioribus senis, trinerviis; intermediis quaternis; summis oppositis ovato-lanceolatis, floribus fasciculato-corymbosis, corollis plerumque trifidis, glabris, fructibus laevibus.

Asperula tinctoria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 578. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 190. *Besser* Galic. n. 151. *Gmelin* Badens. n. 220. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 436. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 268. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 698. *Sprengel* Halens. n. 168. *Vest* Manuale p. 351.

Galium tinctorium. Scop. Carn. 2. n. 149.

Galium album tripetalum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 433. Fig. 1.

Rubia quadrifolia, caule ramoso, flaccido, floribus trifidis. *Rupp.* Jenens. p. 8.

Radix repens, rubra vel rufa. Planta per exsiccationem nigrescit. *Caules* prostrati seu adscendentes, obsolete tetragoni, glabri, inferne vix scabriusculi, ad genicula tumidi, ramosi, pedales et majores. *Rami* oppositi, flaccidi, brachiati. *Folia* linearia, angustissima, per exsiccationem convoluta, mucrone obtuso terminata, glabra: *infima* sena, scabriuscula; *media* quaterna, longiora, *superiora* et *ramea* opposita, cum aliis duobus minimis setaceis. *Flores* in corymbo terminali fasciculati, albi, extus subrubelli. *Corollae* plerumque trifidae, extus glabrae. *Stamina* plerumque tria. *Fructus* glaber, laevis.

Färbender Waldmeister.

In sylvaticis montosis, lapidosis, asperis, in collibus aridis Germaniae praesertim australioris. 24. Fl. tota Aestate.

9. Asperula *montana.*

A. caulibus debilibus, flaccidis, laevibus, obsolete tetragonis, foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis; summis oppositis lanceolatis, floribus fasciculato-corymbosis, corollis quadrifidis, extus cum Germine scabris.

Asperula montana. Waldst. et *Kit.* apud *Willdenow* in Enum. Plantar. Horti bot. Berol. p. 151. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 437. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 269. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 699.

Maxime affinis antecedentis *A. tinctoriae* et distincta tantum: 1. *Foliis* paullo latioribus, minus rigidis. 2. *Corolla* constanter quadrifida, tetrandra, extus cum germine scabra.

Observ. An re vera specie ab antecedente differat, vel potius varietatis nomine venire debeat, determinare non audeo.

Berg-Waldmeister.

In collibus sylvaticis Hungariae *(Waldst. et Kit.)*. 24. Fl. Jun. et Jul.

10. Asperula *Cynanchica.*

A. caulibus adscendentibus, erectiusculis, scabris, tetragonis, foliis inferioribus quaternis lanceolatis; superioribus linearibus, maxime inaequalibus, binisve, floribus fasciculato-corymbosis, corollis quadrifidis, extus ruguloso-pubescentibus, ovatibus glabris, tuberculatis.

Asperula Cynanchica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 579. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 190. *Besser* Gal. n. 155. *Gmelin* Badens. n. 221. *Lumnitzer* Poson. n. 440. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 435. *Pollich* palat. n. 147. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 269. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 700. *Sprengel* Halens. n. 169. *Vest* Manuale pag. 351.

Galium Cynanchicum. Scop. Carn. 2. n. 147.

Galium album, minus, quartum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 433. Fig. 2.

Galium tetraphyllum montanum cruciatum. *Columnae* Ephras. p. 296. Fig. 297.

Rubia Cynanchica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 720.

Caules adscendentes, erectiusculi, pedales, tetragoni, plerumque tactu scabriusculi. *Folia* linearia, versus apicem vix paullo latiora, mucrone obtuso terminata, glabra, margine scabra: *inferiora* quaterna, inaequalia, recurva; *superiora* et *ramea* opposita, bina, cum foliolis duobus minimis, stipulaceis, linearibus acutissimis. *Corymbi* terminales, laxi, pauciflori. *Pedunculi* trifidi, triflori. *Flores* purpurascentes vel albi. *Corollae* extus ruguloso-pubescentes, quadrifidi. *Fructus* tuberculatus.

Observ. Differt a simili *Asperula tinctoria:* 1. *Caulibus* evidentius tetragonis, erectioribus et rigidioribus, geniculis tumidioribus. 2. *Foliis*, exceptis summis, omnibus quaternis et maxime inaequalibus. 3. *Floribus* in pedicellis ultimis subsessilibus, tribus, quatuor et nonnunquam pluribus. 4. *Corollis* extus rugulosis, pubescentibus, quadrifidis, tetrandris. 5. *Fructibus* tuberculatis.

Hügel-Waldmeister.

In collibus siccis, asperis Germaniae praesertim australioris. ♃. Fl. Jul., Aug.

96. SHERARDIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 156. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 219. Gaertner de Fruct. 1. p. 110. Tab. 24. Dillen. Nov. Gen. in Append. Catal. Giss. p. 9. Tab. 3.

Calyx parvus, sexdentatus, superus, persistens. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida: *Tubo* longo cylindraceo. *Semina* duo, coadunata, calyce rupto coronata.

Observ. Ab *Asperula* differt Sherardia *Calyce* persistente, fructum coronante.

1. Sherardia *arvensis.*

S. caule tetragono, ramoso, scabro, foliis ovato-lanceolatis, mucronatis, asperis: inferioribus quaternis; superioribus suboctonis, floribus subumbellatis, sessilibus, involucratis.

Sherardia arvensis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II

p. 575. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 191. *Besser* Gallic. n. 151. *Gmelin* Badens. n. 217. *Lumnitz.* Poson. n. 138. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 430. *Pollich* palat. n. 144. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 273. *Schkuhr* Handb. I. p. 71. Tab 22. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 708. *Vest* Manuale p. 351. Flora Dan. Tab. 439.

Rubeola arvensis, repens, caerulea. *C. Bauh.* Prodr. p. 145. *Dillen.* Giss. Append. p. 10.

Rubia parva, flore caeruleo, se spargens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 719. Fig. 2.

Asperula hexaphyllos, purpurea. *Rupp.* Jen. p. 7.

Radix subfusiformis, fibrosa. *Caulis* plerumque decumbens, digitalis, palmaris, tetragonus, scaber, a basi ramosus. *Rami* alterni, adscendentes. *Folia* ovato-lanceolata, acuminata, mucronata, aspera: *inferiora* quaterna; *superiora* sena, interdum octona. *Flores* in Umbellam terminalem dispositi, sessiles, purpureo-caerulei, quatuor ad sex, raro plures, involucrati *Bracteis* plerumque octo, reliquis foliis similibus, basi connatis. *Calyx* sexdentatus, superus, persistens, *Dentibus* subulatis, ciliatis. *Corollae Tubus* limbo vix longior, tenuis. *Limbus* quadripartitus: *Laciniis* acutiusculis. *Fructus* ovato-subrotundus, didymus, aculeolis sparsis asper, calyce coronatus.

Acker-Sherardie.

In arvis et inter segetes. ☉. Fl. tota Aestate.

97. CRUCIANELLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 163. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 219. Gaertner de Fruct. 1. p. 111. Tab. 24.

Calyx nullus, sed ejusdem loco Bracteae una ad tres. *Corolla* infundibuliformis, supera: *Tubo* filiformi: *Limbo* quadri-seu quinquefido; *Laciniis* caudatis, inflexis. *Stamina* quatuor seu quinque. *Semina* duo, coadunata, calva.

Observ. Bracteas florem quemque basi munientes *Linneus* calycem pronunciavit, at quum earum numerus in diversis speciebus hujus generis diversus observatur, pro vero calyce assumi nequeunt.

1. Crucianella *angustifolia.*

C. caule erecto, tetragono, cum foliis senis linearibus, scabro, floribus spicatis, quadrifariam imbricatis, tetrandris.

Crucianella angustifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 601. *Host* Synops. pag. 76. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 465. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 286. *Vest* Manuale p. 352. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 325.

Rubia spicata cretica. *Clus.* Hist. 2. p. CLXXVII.

Rubia angustifolia spicata. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 721.

Radix fibrosa. *Caulis* semipedalis et major, erectus, tetragonus, striatus, rigidulus, scaber, plus minus ramosus. *Rami* oppositi et alterni, simplices. *Folia* verticillata, sena, rarius quina aut quaterna, linearia, angulata, scabra, margine revoluta, erecto-patentia, demum reflexa. *Spicae* axillares, alternae et terminales, erectae basi nudae, longe pedunculatae, graciles, bi-ad quadriunciales, quadrifariam imbricatae. *Flores* sessiles, axi adpressi, flavi, vel albidi. *Bracteae* duae vel tres, calycis munere fungentes, lanceolatae, carinatae, compressae, scabrae, conniventes, subaequales, e viridi cinerascentes, margine membranaceo, albo, cinctae. *Corolla* germini oblongo insidens, infundibuliformis, bracteis longior: *Tubo* angusto, cylindraceo: *Limbo* quadrifido; *Laciniis* acute caudatis, inflexis. *Stamina* quatuor, tubo corollae infixa. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo obtusa. *Fructus* oblongus, didymus. *Semina* oblonga, gracilia, extus convexa, introrsum stria exarata.

Schmalblättriges Kreuzblatt.

In Litoralis agris arenosis circa *Tergestum* et in vicinis maris Adriatici insulis (*Host*, *Wulfen*). ☉. Fl. Jul., Aug.

2. Crucianella *Molluginoides.*

C. caulibus erectis, angulosis, ad angulos scabriusculis, foliis subduodenis, lineari-lanceolatis, utrinque scabris, fasciculis florum pedunculatis, axillaribus et terminalibus, involucratis, floribus pentandris.

Crucianella molluginoides. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. Suppl. pag. 155. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 289. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 704.

Caules pedales et altiores, erectiusculi, angulosi, subtetragoni, ad angulos scabriusculi, simplices, vel inferne ramosi, ni

tidi, geniculis supra foliorum verticillos incrassatis. *Rami* terni vel quaterni verticillati, axillares, simplices. *Folia* verticillata, lineari-lanceolata, octona et duodena, in brevem mucronem attenuata, saturate viridia, supra setis brevissimis scabriuscula, margine carinaque ciliata, uncialia vel breviora. *Pedunculi* in ramis terminales, in superioribus foliorum verticillis oppositi, terni et quaterni, unciales ad biunciales, filiformes, nudi, apice, praesertim in inferioribus, elongati et fasciculis florum duobus, altero alteri imposito, onusti. *Involucrum* sub quovis fasciculo tri- vel tetraphyllum, floribus multo brevius: foliolis exovato-lanceolatis, mucronatis, hirsutis. *Flores* in fasciculis aggregati, subsessiles vel brevissime pedicellati, ex albido virides. *Bracteae* flores fulcientes, plerumque tres, dimidiatae, magnitudine inaequales, exovato-lanceolatae, mucronatae, hirsutae, setis longis albis ciliatae, erecto-patulae, fructu longiores. *Corollae tubus* praelongus, tenuis, cylindraceus: *Limbus* quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, caudatis, inflexis. *Stamina* quinque. *Fructus* subrotundus, didymus, nudus.

Weichlingsartiges Kreuzblatt.

In arenosis Hungariae, in montibus circa *Menes* (*Schultes*). ♃. Fl. Jul., Aug.

†††††† *Flores tetrapetali, inferi.*

98. EPIMEDIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 208. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 318.

Calyx tetraphyllus, caducus, inferus. *Corolla* tetrapetala. *Nectaria* quatuor, cyathiformia, petalis incumbentia. *Siliqua* oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis, polysperma.

1. Epimedium *alpinum.*

Epimedium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 660. *Host* Synops. p. 79. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 183. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 290. *Schultes* Oest. Flora 2. n. 705. *Scop.* Carn. 2. n. 169. *Vest* Manuale p. 352. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 44.

Epimedium. *Dodon.* Pempt. p. 599. *Lobel* Hist. p. 176. *Ejusd.* Icon. 1. p. 325.

Radix repens. *Caulis* erectus, semipedalis et pedalis, plerumque binodis, teretiusculus, glaber, nitidus, inferne florifer, superne foliosus. *Folia* bi-seu triternata, petiolata. *Foliola* petiolellata, cordata, acuminata, glabra, quinquenervia, integerrima, ciliata: *intermedio* basi aequali; *lateralibus* basi inaequalibus, lobo altero dimidio longiore. *Flores* in racemum vel in paniculam solitariam, rarius geminam, dispositi. *Pedunculus communis* e caulis nodo inferiore egrediens, nudus, filiformis, infra racemum vel paniculam glaber, intra eundem cum pedicellis pilis capitatis, viscidis obsessus, rubicundus. *Pedicelli* vel omnes simplices, uniflori, vel bi-et trifidi, bi-et triflori. *Bractea* sub pedunculo communi, partialibus et pedicellis solitaria, exigua, ovata, scariosa. *Corolla* sordide purpurea. *Nectaria* flavo-hyalina. *Siliquae* glabrae.

Alpen-Sockenblume.

In Forijulio in sylvis circa *Goritiam (Scopoli)*, in Croatia circa *Raunagora (Host)*, in Hungaria australiore *(Schultes)*. 2|. Fl. Aprili, Majo.

†††††† *Flores tetrapetali, superi.*

99. TRAPA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 205. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 76. Gaertner de Fruct. 1. p. 84. Tab. 26.

Calyx monophyllus, bi-ad quadripartitus, superus: *Laciniis* demum in spinas fructus excrescentibus. *Corolla* tetrapetala. *Nux* ovato-oblonga, unilocularis, monosperma, *Spinis* duabus ad quatuor, in medio latere oppositis armata.

1. Trapa *natans.*

F. foliis natantibus, rhombeis, dentatis, nucibus subquadricornibus.

Trapa natans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 681. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 192. *Besser* Galic. n. 177. *Gmelin* Badens. n. 245. *Host* Synops. pag. 80. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 489. *Pollich* palat. n. 166. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 286. *Schkuhr*

Handb. 1. pag. 85. Tab. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 706. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 30.

Tribulus aquaticus. *Haller* Gött. p. 171. *Camerar.* Epit. p. 715. *Lobel* Icon. 1. p. 590.

Tribuloides vulgaris, aquis innascens. *Rupp* Jen. p. 62.

Radix praelonga, ad fundum aquae repens, articulata, verticillato-fibrosa. *Caules* longi, teretes, glabri, primo sub aqua repentes, tunc adscendentes et aquae superficiem petentes. *Folia submersa* multifido-capillaria; *natantia* ad caulis summitatem in orbem disposita, rhombidea obtusa, glabra, laete viridia, crassiuscula, petiolata, profunde dentata, subtus fusco-tomentosa, unciam circiter longa et lata. *Petioli* fere digitales, tomentosi, in medio dilatati et ventricosi, vesicarii. *Flores* inter folia centrales, albi, breviter pedunculati. *Calycis laciniae* plerumque quatuor, lanceolatae, acutiusculae, linea villosa notatae, quorum *duae* ad latera germinis, *duae* ad ejusdem angulos, demum in cornua fructus inaequalia excrescentes. *Petala* obovata, calyce longiora, rotundato-obtusa. *Nux* durissima, obovata, angulosa, *Cornubus* validis, acutis, plerumque quatuor, alterne majoribus, armata.

Variat: 1. *Foliis* subtus glabriusculis, nitidis. 2. *Petiolis* glabris, non ventricosis, sed crassitie aequalibus. 3. *Calycis laciniis* duabus vel tribus totidemque Nucis cornubus. Tribulus aquaticus. *Camerar.* Epit. p. 715.

Gemeine Wassernuss.

In stagnis, piscinis, passim Germania, praesertim limosis. ☽. Fl. Jun. et Jul.

100. CORNUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 194. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 238. Gaertner de Fruct. 1. p. 126. Tab. 26.

Involucrum tetraphyllum, coloratum, vel nullum. *Calyx* quadridentatus, superus. *Corolla* tetrapetala. *Drupa Nuce* bilaculari.

a) *Involucratae, umbellatae.*

1. Cornus *mascula.*

C. arborea, umbellis praecocibus, involucrum subaequantibus.

Cornus mascula. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 660. *Ejusd.* Berlin. Baumzucht ed. 2. p. 101. n. 2. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 193. *Gmelin* Badens. n. 242. *Host* Synops. p. 79. *Lumnitz.* Poson. n. 158. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 485. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 319. *Schkuhr* Handb. 1. p. 82. Tab. 24. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 707. *Scop.* Carn. 2. n. 170. *Hayne* Termini bot. Tab. 35.

Cornus *Clus.* Hist. 1. p. 12.

Cornus mas. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1459.

Frutex seu *arbor* mediocris. *Rami* oppositi, teretes glabri: *juniores annotini* quadranguli, hirsuti. *Folia* petiolata, opposita, ovata, acuminata, integerrima, scabra. *Flores* ante foliorum evolutionem in ramis ramulisque terminales, in umbellam simplicem, parvam, dispositi, flavi, pedunculati. *Involucrum* tetraphyllum: *foliolis* ex rotundato ovatis, acutis, concavis, intus flavescentibus, dorso viridescentibus, villosis, aequantibus umbellam multifloram. *Drupa* oblonga, utrinque obtusa, cinnabarina, demum atropurpurea, nitidissima. *Nux* oblonga, lineis quatuor elevatis, ad medium usque notata.

Gelber Hartriegel.

In sepibus, circa pagos, in collibus Austriae *(Host)*, Carnioliae *(Scopoli)*, Bohemiae *(Presl)*, Tyrnaviae *(Lumnitz.)*, Marggrav. Badens. *(Gmelin)*, Thuringiae *(Rupp)*, alibique in Germania. ♄. Fl. Martio, Aprili.

2. Cornus *suecica.*

C. herbacea, involucro umbella duplo longiore.

Cornus suecica. Willd. Spec. Pl. Linn. T. I. P. II. p. 660. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 194. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 484. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. pag. 318. *Schrader* Spicil. p. 21. *Vest* Manuale p. 353. Flora Dan. Tab. 5.

Chamae periclymenum. *Clus.* Hist. 1. p. 60.

Periclymenum parvum prutenicum Clusii. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 108.

Periclymenum III. minus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1299.

Radix repens, sublignosa, tenax, fusca, fibris flexuosis ramosa. *Caules* plures caespitosi, tetragoni, glabri, erecti, simplices, herbacei, annotini, palmares et simipedales, apice ramis binis oppositis aucti. *Folia* opposita, ovalia subpetiolata, inferiora rotundiora, quinque-ad septemnervia, integerrima, glaucoviridia, supra setulis bifurcato-divergentibus et arcte adpressis hirsuta. *Flores* pedunculati, albi, minimi, plures abortivi, in *Umbellam* simplicem, involucratam, longe pedunculatam, solitariam, dispositi. *Pedunculus communis* e dichotomia caulis, terminalis, nudus, subpilosus. *Involucrum* tetraphyllum, umbella duplo majus: *foliolis* ovatis, obtusiusculis, candidis, nervis purpureis striatis corollamque mentientibus, deciduis; *duobus oppositis* paullo minoribus. *Calyx* minimus, quadridentatus, superus, persistens. *Petala* quatuor, oblonga, acuta, concava, minima. *Stamina* quatuor. *Germen* cum pedicellis similiter hirsutum. *Stylus* columnaris, elongatus. *Stigma* simplex. *Drupa* globosa, coccinea, calycis dentibus styloque subexserto coronata. *Nux* subrotunda.

Schwedischer Hartriegel.

Variat, licet rarissime, *Caule* duobus ramorum paribus.

In sylvis et sylvaticis Ducatus Oldenburgici copiosissime *auf dem Ammerlande*, *im Burgförder Holze*, *in der langen Hörne inter Westerstade et Burgförde*, *prope Seggern*, *Elmendorf (Trentepohl)*, prope Jever *(Jürgens)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

b) *Nudae, cymosae.*

3. Cornus *sanguinea.*

C. fruticosa, ramis rectis, foliis ovatis, pubescentibus, cyma depresso-plana.

Cornus sanguinea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 602. *Ejusd.* Berlin. wilde Baumz. 2. p. 101. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 193. *Besser* Galic. n. 176. *Gmelin* Badens. n. 243. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 484. *Pollich* palat. n. 165. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 320. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 708. *Scop.* Carn. 2. n. 171. Flora Dan. Tab. 481.

Cornus femina. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1459.

Virga sanguinea. *Dodon.* Pempt. p. 782. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 214. *Dill.* Giss. p. 79.

Ossea Loniceri et Rivini. *Rupp* Jen. p. 93.

Frutex octo-ad duodecimpedalis. *Rami* oppositi, erecti; *iuniores* praesertim per hiemem sanguinei. *Folia* opposita, petiolata, elliptica, integerrima, glabra, triplinervia. *Cyma* in ramis ramulisque terminalis, depresso-plana, involucro communi destituta. *Bracteae* ad pedunculorum basin, parvae, deciduae. *Flores* albi. *Drupa* globosa, nigra, magnitudine Baccae Juniperi, umbilicata, calycis dentibus styloque coronata. *Nux* subrotunda, vix sulcata.

Rother Hartriegel.

In sepibus, dumetis, nemoribus lapidosis, montosis calcareo-argillaceis frequens. ♄. Fl. Jun., Jul.

Observ. *Cornus alba*, quae secundum *Pohl* in Bohemia provenire dicitur, vix Germaniae indigena est.

†††††††† *Flores incompleti, inferi.*

101. CAMPHORASMA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 221. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 94. Gaertner de Fruct. 3. p. 175. Tab. 213.

Calyx quadripartitus inferus: *Laciniis* conniventibus; *duabus* minoribus. *Corolla* nulla. *Stamina* imo calyci inserta. *Stylus* semibifidus. *Semen* intra calycem absconditum.

1. Camphorasma *monspeliacum.*

C. caulibus adscendentibus, sublignosis, perennantibus, cum foliis anguste lanceolato-linearibus, piloso-canis, staminibus calyce brevioribus.

Camphorasma monspeliacum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 696. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 491. *Schkuhr* Handb. 1. p. 86, Tab. 26. *Senus* Iter Istr. et Dalmat. p. 32. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 330.

Camphorasma perenne. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 462.

Camphorata monspeliensium, *Lobel* Icon. 1. p. 174. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Pars 2. p. 379.

Radix fusiformis, fibrosa, sublignescens, multiceps. *Caules* plures, decumbentes, adscendentes, ramosi, vel simplices, pe-

dales et longiores, teretes, basi lignescentes, piloso-cani, per aetatem, praesertim inferne decalvati. *Rami* sparsi, breves. *Folia* alternatim a basi ad apicem sparsa, in quorum axillis ramulorum rudimenta, e foliis fasciculatis composita, e latiori basi angusto-linearia, tres, quatuor lineas longa, piloso-canescentia, erecto-patula, supra plana, subtus costa eminente carinata, integerrima, rigidula. *Flores* ad caulis ramorumque apicem in spicam brevem, imbricatam, foliaceam digesti, in Bractearum axillis solitarii, sessiles. *Bracteae* exiguae, ovato-acutae, hirsutae. *Calyx* hirsutus, vix lineam longus, sub anthesi patulus, caeterum connivens, quadripartitus: *Laciniae duae exteriores* oppositae lanceolatae, carinatae, compresso-naviculares, adpressae, amplectentes *duas interiores* alternatim oppositas, paullo breviores, ovatas, apice albo-villosas, planas. *Stamina* quatuor, calyce breviora. *Filamenta* alba. *Antherae* luteae. *Germen* ovato-acuminatum, desinens in *Stylum* rubrum, semibifidum, rarius trifidum, calyce longiorem. *Stigmata* simplicia. *Semen* calyce obtectum, ovatum.

Haariges Kampferkraut.

Variat Calyce quinquepartito et *Staminibus* quinque. *Gärtner* l. c.

In arenosis maritimis Insulae Veglia, in sinu Flanatico (*Wulfen*, v. *Senus*). 4. Fl. Jul., Aug.

2. Camphorasma *ovatum.*

C. caule erecto herbaceo, foliis subcarnosis subulatis, demum nudis, staminibus calyce duplo longioribus.

Camphorasma ovatum. Waldst. et *Kit.* Plant. rar. Hungar. 1. p. 64. Tab. 63. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 463. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 714.

Differt ab antecedente: 1. *Radice* annua. 2. *Caule* erecto, in sterilibus locis simplici, sesquipollicari, in fertilioribus ramoso, pedali. 3. *Foliis* subcarnosis, patentibus, apice incurvis, junioribus pilosis, demum calvis. 4. *Spica* bi-seu triflora tantum. 5. *Calyce* compresso, acuto: *Laciniis duabus majoribus* obtusis. 6. *Staminibus* calyce duplo longioribus.

Eiförmiges Kampferkraut.

In campis Hungariae copiose (*Waldst.* et *Kit.*). ⊙. Fl. Aug., Sept.

Observ. Camphorasma acuta, Host Synops. p. 81. *Vest* Manuale p. 354. quae in Litorali provenire dicitur, mihi

dubia adhuc planta est et verosimile ad priorem speciem *C. monspeliensis* pertinet.

102. PARIETARIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1576. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 443. Gaertner de Fruct. 2. p. 184. Tab. 119.

Polygama. Involucrum hexaphyllum, triflorum. *Hermaphroditi flores* laterales. *Calyx* monophyllus, quadrifidus, inferus. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor. *Stigma* capitatum, penicilliforme. *Semen* solitarium, in calyce clauso. *Femineus* vel *Masculus flos* intermedius, alterutro sexu destitutus.

1. Parietaria *erecta.*

P. caulibus adscendentibus, erectis, inferne tantum ramosis, foliis elliptico-lanceolatis, utrinque longius attenuatis corymbulorum ramulis repetito-dichotomis, floribus femineis in dichotomiis, hermaphroditis lateralibus bracteis distinctis, sessilibus.

Parietaria erecta. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 492. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 101.

Parietaria officinalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 953. (exclusis synonymis *Linnei* et *Pollich*). *Roth* Fl. Germ. T. II. P. II. p. 549. *Besser* Galic. n. 178. *Gmelin* Badens. n. 1552. *Hayne* Arzneigew. Band 5. Tab. 12. *Lumnitz.* Poson. n. 1001. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 464. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 718. *Scop.* Carn. 2. n. 1242. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 9. Fl. Dan. Tab. 521.

Parietaria. *Dodon.* Pempt. p. 102. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 976. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 939.

Helxine. *Camerar.* Epit. p. 849.

Radix lignosa, fibrosa, ramosa. *Caules* plures, basi decumbentes, adscendentes, erectiusculi, sesquipedales et altiores, inferne ramosi, caeterum subflexuosi, pubescentes, teretiusculi, rubello-virides. Folia alterna, elliptico-lanceolata, utrinque longius attenuata, supra viridia, punctis minutis, elevatis, albidis, opacis adspersa, subtus pallidiora, petiolata, utrinque scabriuscula, integerrima, duas, tres ad quatuor uncias longa. *Petioli* flaccidi, filiformes, unciales et sesquiunciales, cano-pubescentes. *Flores* albidi, in Corymbulos axillares, semiverticil-

itos dispositi: *Ramulis* geminis, brevibus, repetito-dichotomis, olitarii, sessiles, in dichotomiis feminei, laterales et terminales ermaphroditi. *Bracteae* ovatae, floribus breviores, ad flores ermaphroditos laterales duae, ad terminales tres et ad axillares emineos solitariae. *Stamina* calyce longiora, ante anthesin inlexa, sub anthesi elastice resilientia et antherarum pollen sparentia.

Aufrechtes Glaskraut.

In ruderatis, ad sepes, in urbium et vinearum muris. 2. Fl. ul., Aug.

3. Parietaria *diffusa.*

P. caulibus procumbentibus, ramosis diffusis, foliis ovalius, glomerulorum ramulis bifidis, trifloris, flore femineo axilari, lateralibus duobus hermaphroditis, bracteis connatis, decurrentibus.

Parietaria diffusa. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora 493. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 202.

Parietaria judaica. Gmelin Badens. n. 1553. (excluso yn. *Linnei.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 465. exeluso syn. *Linnei.*) *Schkuhr* Handb. 3. Tab. 346. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 719.

Parietaria officinalis. Pollich palat. n. 940.

Parietaria foliis ovatis. *Haller* Gött. pag. 27. *Zinn.* Gött. p. 31.

Parietaria minor folio Ocymi. *Rupp* Jenens. p. 340.

Differt ab antecedente: 1. *Statura* minore, teneriore. 2. *Caulibus* a basi ramosioribus, minus elongatis, diffusis, hirsutioribus. 3. *Foliis* ovalibus, minoribus et ad apicem caulis et ramorum sibi fere contiguis. 4. *Pedunculis* bifidis, trifloris, flore intermedio sessili femineo; lateralibus duobus hermaphroditis. 5. *Bracteis* decurrentibus, ad florem femineum solitarias, ad flores hermaphroditos ternis, connatis.

Ausgebreitetes Glaskraut.

Ad muros observatorii *Göttingae* (*Rupp*, *Haller*, *Zinn* et nuperius *Rohde*), in Sponhemia ad rudera arcium antiqua prope *Winterberg* et *Martinstein*, prope *Winningen* ad Mosellam, in regionibus rhenanis prope *Bingen*, *Caub*, *Bacharach*, *Weissenfels*, *Coblenz* et *Andernach* frequens (*Gmelin*), a Hungaria (*Kitaibel*). 2. Fl. tota Aestate.

Observ. I. Tam in hac, quam in antecedente specie, folia utrinque punctis elevatis adspersa sunt, opaca, nunquam pellucida.

Observ. II. Primo amici suavissimi *Mertens* et *Koch* observarunt, *Linneum* sub *Parietaria officinali Parietariam judaicam* Floristarum germanicorum indigitasse et *Parietariam judaicam* ejusdem longe alienam plantam esse, hinc nomina specifica mutanda erant, ne confusio oboriatur.

103. ALCHEMILLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 222. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 373. Gaertner de Fruct. 1. p. 346. Tab. 73. Fig. 1 et 2.

Calyx monophyllus, octo-seu quadrifidus, inferus. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor seu unicum, ori calycis imposita. *Stylus* germini ad basin insertus. *Semen* unicum, calyce inclusum.

1. Alchemilla *vulgaris.*

A. foliis reniformibus, plus minus profunde septem-ad novemfidis stipulisque serratis, serraturis erecto-patulis, corymbis terminalibus.

Alchemilla vulgaris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 698. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 193. *Besser* Galic. n. 179. *Gmelin* Badens. n. 246. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 494. *Pollich* Palat. n. 168. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 468. *Schkuhr* Handb. 1. p. 86. Tab. 26. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 710. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 2. Flora Dan. Tab. 693.

Alchemilla. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 249. *Lobel* Icon. 1. p. 663. *Ejusd.* Hist. p. 378.

Alchemilla vulgaris. *Clus.* Hist. 2. p. CVIII.

Pes Leonis sive Alchemilla. *Joh. Bauh.* Hist. 2. Lib. 17. Cap. 76. p. 398.

Pes Leonis. *Fuchs* Hist. p. 612.

Stellaria. *Camerar.* Epit. p. 908.

β hirsuta.

Alchemilla vulgaris Var. *Gmelin* Badens. l. c.

Alchemilla vulgaris hibrida. *Willd.* Spec. Plant. Linn. I. γ. *Roth* Flora Germ. l. c. β. *Weber* Spicil. Gött. p. 6.

Alchemilla hibrida. *Hoffmann* Flora Germ. p. 79.

Alchemilla montana. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 711. *Vallroth* Annus bot. p. 26.

γ *fissa.*

Alchemilla fissa. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 495.

Radix crassiuscula, horizontalis fibris validis descendentibus, ulticeps. *Caules* basi declinati, adscendentes, erectiusculi, te-tes, plus minus hirsuti, laete virides, in β saepe purpurascen-s, simplices, superne tantum divisi, semipedales et pedales. *lia* vel utrinque glabriuscula, vel subtus hirsutiuscula, vel, ut β, supra hirsuta et subtus sericeo-villosa, reniformi-orbicula-, septem-ad novemfida, *laciniis* apice rotundatis, serratis, ser-turis erecto-patulis: in γ paullo profundius divisa, ad divisuras tinia exigua aucta et serraturis paullo majoribus: *radicalia* lon-os, *caulina* alterna, brevius petiolata; *floralia* sessilia, ample-caulia. *Stipulae* oppositae, sessiles, basi in vaginam brevem, bulosam, connatae, semiorbiculatae, serratae. *Corymbi* in ule ramisque terminales, in α magis divaricati, repetito-dicho-mi. *Flores* octofidi, *laciniis* alternis minoribus, pedicellati, ice annulo glanduloso notati. *Stamina* quatuor. *Stigma* glo-sum.

Gemeiner Löwenfuss.

In pratis et pascuis sylvaticis, montosis; γ in Sudetis (*Schummel*, *Tausch*). 24. Fl. Majo, Jun. et Jul.

Alchemilla *alpina.*

A. foliis digitatis: foliolis quinis septenisve, obverse lanceo-is, obtusis, apice adpresso-serratis, corymbis terminalibus.

Alchemilla alpina. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 698. *Host* Synops. p. 81. *Krocker* Siles. n. 248. *Mer-ns* et *Koch* Deutschl. Flora n. 496. *Römer* et *Schul-s* Syst. Veg. 3. p. 470. *Schöpfer* Flora Oenopont. n. 68. *Schrank* Salisb. n. 153. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 712. *ost* Manuale p. 354. Flora Dan. Tab. 49.

Heptaphyllum. *Clus.* Hist. 2. p. CVIII.

Pentaphyllum, potius heptaphyllum argenteum, flore musco-. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 398.

Pentaphyllum alpinum petrosum et minimum. *Lobel* Advers. p. 307. *Ejusd.* Icon. 1. p. 691.

Stellaria argentea. *Camerar.* Epit. p. 909.

Pentaphyllum minus. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 354. n. XIV.

Quinquefolium alpinum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 354. n. XV.

Radix lignosa, fibrosa, nigro-fusca. *Caules* depressi, cum foliis radicalibus saepe densos caespites formantes, floriferi ad scendentes, erecti, digitales, palmares, simplices, teretiusculi, filiformes, dense sericeo-pilosi, superne dichotomi. *Folia* digitata, supra glabriuscula, subtus elegantissime sericeo-cana; radicalia quinata et septenata; *caulina* alterna, quinata, quaternata et summa ternata. *Foliolis* obverse lanceolatis, obtusis, infra apicem integerrimis, ad apicem serratis vel dentatis, serraturis conniventibus, adpressis. *Petioli* sericeo-pilosi. *Stipulae* oppositae; *inferiores* apice adpresso-serratae; *superiores* bi-seu trifidae. *Corymbi* in caule ramisque terminales, repetito-dichotomi, conferti, subglomerati. *Flores* sericeo-pilosi, canescenti-virides, octofidi: *Laciniis* alternis minutis. *Stamina* quatuor.

Alpen-Löwenfuss.

In alpibus et subalpinis Salisburgensibus (*Schrank*), Tyrolis (*Schöpfer*), Carinthiae et Carnioliae (*Host*), Styriae (*Sartori*), Silesiae (*Krocker*). Fl. Julio.

3. Alchemilla *Aphanes.*

A. foliis tripartitis, basi cuneatis, lobis bi-seu tripartitis, floribus axillaribus, glomeratis, submonandris.

Alchemilla Aphanes. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 699. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 193. *Besser* Galic. n. 180. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 470. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 713. *Vest* Manuale p. 354.

Alchemilla arvensis. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. II. 497. *Scop.* Carn. 2. n. 175.

Aphanes arvensis. Gmelin Badens. n. 2. *Pollich* pal. lat. n. 169. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 87. Tab. 26. Flora Dan. Tab. 973.

Alchemilla montana minima. *Columnae* Ecphras. p. 146.

Percepier anglorum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 74. *Dillen* Giss. p. 60. *Ejusd.* Nova Gen. p. 94. Tab. 3.

Scandix minor. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 288.

Radix fibrosa. *Caules* procumbentes, vel erectiusculi, debi-
s, tenues, filiformes, teretes, pilosi, ramosi, dichotomi. *Folia*
lterna, subrotunda, utrinque villosa, in petiolum brevem vix de-
urrentia, hinc cuneata, tripartita: *Lobis* obtusis, bi-et tripartis.
s. *Stipulae* exiguae, amplexicaules, dentatae, ciliatae. *Flores*
sciculati, axillares, subsessiles, virides, villosi, exigui. *Calyx*
erumque quadrifidus, interdum una alterave lacinia minima auc-
is. *Stamen* plerumque unicum. *Filamentum* ori calycis impo-
tum. *Stylus* unicus. *Stigma* obtusum.

Observ. I. *Aphanes Linn.* calycis, genitalium et fructus structura, figura et situ omnimode convenit cum *Alchemilla*, recedit tantum calyce sub anthesi erecto, intus piloso, quadrifido, rarius cum lacinula alterna una alterave aucto et stamine unico, licet interdum rudimenta duo vel tria minutissima staminum inveniantur. Non sufficiunt haec omnia, quo ab *Alchemilla* separetur *Aphanes* et proprium genus constituat.

Observ. II. Sub anthesi *Calyx* erectus est, post anthesin magis patulus evadit et anthera effeta plane evanescit. Hoc in stadio forsan, pilis calycem intus investientibus, erectis, in errorem inducti sunt observatores nonnulli, qui uno plura viderunt stamina. Confer. *Schrank* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1806. p. 150.

Acker-Löwenfuss.

Variat interdum *Stylis* duobus cum seminibus binis.

In agris, arvis, cultis arenosis frequens. ☉. Floret Jun., Aug.

†††††††††† *Flores incompleti, superi.*

104. ISNARDIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 207. et Vol. II. p. 820.
Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 369.

Calyx campanulatus semiquadrifidus, superus: Laciniis
tis. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor e medio calycis.
psula tetragona, calyce vestita et coronata, quadrilocularis,
drivalvis, polysperma. *Dissepimentis* valvulis oppositis.

1. Isnardia *palustris.*

I. caule repente tetragono, foliis ovatis, acutis, in petiolum brevem desinentibus, floribus axillaribus oppositis, subsessilibus.

Isnardia palustris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 680. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 197. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 11. *Besser* Galic. Vol. 2. p. 339. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 200. *Gmelin* Badens. n. 244. *Host* Synops. pag. 80. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 488. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 476. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 84. Tab. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 720. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22. *Vest* Manuale p. 355.

Caulis pedalis, sesquipedalis et longior, obsolete tetragonus, glaber, purpureus, repens, adscendens et in aquis nutans, articulatus, ad genicula incrassata radicans. *Rami* oppositi, patentes, saepe recurvi. *Folia* opposita, ovalia, utrinque attenuata, in petiolum longitudine plerumque aequantem decurrentia, glabra, integerrima, purpurascentia, saepius secunda, sursum tendentia. *Flores* oppositi, axillares, solitarii, breviter pedunculati. *Calyx* obsolete tetragonus, lineis quatuor purpurascentibus notatus, caeterum viridis, glaber, campanulatus, quadrifidus: *Laciniis* lanceolatis, patentibus. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor. *Filamenta* fundo calycis inserta, laciniis opposita. *Antherae* subrotundae. *Germen* subinferum. *Stylus* staminibus longior, filiformis. *Stigma* simplex capitatum. *Capsula* calyce coronata, vix dehiscens.

Sumpf-Isnardie.

Observ. Similis primo intuitu *Peplidi Portulae*, at magnitudine foliorum duplo majore iisque acuminatis et structura partium fructificationis facile distinguitur.

In palustribus, aquis stagnantibus et lente fluentibus, inprimis turfosis, fere per totam Germaniam. ♃. (non ☉). Fl. Julio et Augusto.

105. ELAEAGNUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 213. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 84. Gaertner de Fruct. 3. p. 203. Tab. 216.

Calyx campanulatus, quadrifidus, superus, intus coloratus, deciduus. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor brevissima, ad

alycis incisuras. *Drupa* baccata, exsucca. *Nux* unilocula-is, monosperma.

Elaeagnus *angustifolia.*

E. foliis oblongo-lanceolatis, furfuraceo-squamulosis.

Elaeagnus angustifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 688. *Ejusd.* Berlin. Baumz. 2. p. 131. *Host* Synops. 80. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 490. *Römer* et *chultes* Syst. Veget. 3. p. 482. *Schkuhr* Handb. 1. p. 85. ab. 26. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 5. *Wulfen* in *Rö-er* Archiv Band 3. St. 3. p. 329.

Elaeagnus. *Camerar.* Epit. p. 106.

Zizyphus alba. *Clus.* Hist. 1. p. 29.

Zizyphus capadocica, quibusdam Olea bohemica. *Joh. auh.* Hist. 1. Pars II. Lib. VI. p. 27.

Olea sylvestris septentrionalium. *Lobel* Hist. pag. 567. *Ejusd.* Icon. 2. p. 106.

Frutex seu *arbor* mediocris, a basi ramosissimus, cortice inneo obductus. *Rami* alterni et sparsi. *Ramuli* cum foliis, rimis subtus, pedunculis et floribus extus, squamulis minutis, furaceis, nitidis, argenteis, dense obsessi. *Folia* alterna, pe-iata, oblongo-vel lineari-lanceolata, sesquiunciam ad duas un-s longa, integerrima, brevi obtusoque mucrone terminata, su-i cano-viridia, subtus argentea nitidissima. *Flores* laterales axillares, plerumque terni, breviter pedunculati, suaveolentes. *dunculi laterales* paullo breviores intermedio: *Calyx* tubuloso-mpanulatus, quadrifidus, erecto-patens, intus flavo-aurantia-, laevis, superus: *Laciniae* lanceolatae, obtusae. *Stamina* ituor, brevissima. *Antherae* obscure rubrae. *Stigma* simplex. *upa*, calyce deciduo, ovalis, flavescens.

Schmalblättriger Oleaster.

Observ. Squamulae furfuraceae, quibus ramuli cum suis partibus tecti sunt, originem ducunt a basi pilorum fasciculato-stellatorum, brevissimorum, provectiore aetate evanescentium, qui in apicibus annotinorum ramulorum et eorum foliis, nondum plane exoletis, ad lentem evidentissime apparent.

Ad litora maris Adriatici, praesertim in insula *Osero* (*Host*, *ulfen*), in Bohemiae locis humidis, circa *Brandis* cis Albim montem Mariae prope *Sedlitz*, circa *Pragam* et *Leitmeritz* chmidt, *Pohl*). ♄. Fl. Majo, Junio.

DIGYNIA.

106. CUSCUTA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 227. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 150. Gaertner de Fruct. 1. p. 297. Tab. 62.

Calyx monophyllus, cyathiformis, quadri-seu quinquefidus, inferus. *Corolla* urceolato-campanulata: *Limbo* quadri-seu quinquefido. *Stamina* quatuor seu quinque. *Squamae nectariferae* tot, quot stamina, ad eorum basin, vel nullae. *Styli* duo, vel unus. *Capsula* circumscissa, bilocularis seu unilocularis, tetra-seu disperma.

Observ. Essentialis hujus generis character consistit Calyce cum Corolla infero, monophyllo et Capsula circumscissa. Numerus (quaternarius et quinarius) partium florum et situs, tum squamarum nectariferarum, tum staminum filamentorum in diversis speciebus diversi observantur. *Squamae* enim, si adsunt, vel ad basin, vel ad faucem corollae, et staminum filamenta vel corollae ad squamas, vel ipsis squamis inserta, obveniunt.

1. Cuscuta *europaea*.

C. caulibus filiformibus, laevibus, floribus sessilibus, conglomeratis, distinctis, plerumque quadrifidis, tetrandris, ebracteatis, corolla calyce dimidio majore, fauce nuda.

Cuscuta europaea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II p. 702. (exclusa var. *β.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p 198. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 323. *Gmelin* Badens. n. 147. *Host* Synops. p. 82. *Krocker* Siles. n. 250. *Pollich* palat. n. 170. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 199. *Schkuhr* Handb. 1. p. 89. Tab. 27. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 724. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 10. Flora Dan. Tab. 199.

Cuscuta vulgaris. Besser Galic. n. 181.

Cassita. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1392.

Caules parasitici, scandentes, implexi, papillis subsecuriformibus ad internodia affixi vicinis plantis, ramosi, dichotomi, ad dichotomias squamula stipulacea, minima, membranacea, ovata instructi, caeterum nudi, aphylli, fili emporetici mediocris crassitie praelongi, laeves, glabri, rubelli, subtetragoni. *Rami* cau-

ibus similes. *Flores* in capitula globosa glomerati, distincti, ubsessiles rubri vel albidi. *Glomeruli* basi ebracteati, nisi quamulam stipulaceam pro Bractea habeas. *Calyx* laevis, pleumque quadripartitus, rarius quinquepartitus: *Laciniis* ovais, obtusis. *Corolla* campanulata, hyalina, calyce dimidio maor, quadri-, rarius quinquefida: *Laciniae* ovatae, obtusae, uplo angustiores laciniis calycinis. *Stamina* quatuor, rarius ninque. *Filamenta* fauci corollae affixa et in tubum ex parte ecurrentia. *Squamae nectariferae* nullae (aut si adsint, nonihil in serioribus floribus, ad basin filamentorum, secundum lariss. Host, semibifidae, laciniis iterum bifidis, incurvis). *Styli* duo, acuminati. *Capsula* ovata, bilocularis: *loculis* ispermis.

Observ. Celeberr. *Host* cum *Leersio* et *Gouano* contendit, sqamulas nectariferas in serioribus floribus adesse semibifidas, laciniis iterum bifidis, incurvis, quas autem neque *Schkuhrio*, neque mihi unquam contigit observare.

Europäische Flachsseide.

Urticae aliisque herbis et fruticibus sese associans. ⊙. Jun. et Jul.

Cuscuta *Epilinum.*

C. caulibus filiformibus, laevibus, floribus sessilibus, conomeratis, basi connatis plerumque quinquefidis, pentandris, racteatis, corolla calycem verrucosum aequante, fauce nuda.

Cuscuta Epilinum. Weihe Archiv des Apoth. Vereins. ind 8. Heft 1 et 2. p. 51. *Bönninghausen* Flora Monast. 321.

Differt ab antecedente: 1. *Caulibus* pallidioribus flavescenus. 2. *Floribus* basi connatis. 3. *Calyce* gibboso, verrucoquinquefido. 4. *Corolla*, calycem magnitudine aequante, inquefida; *Laciniis* calycem vix superantibus. *Staminibus* inque.

Lein-Flachsseide.

Parasitica in *Lino usitatissimo* Westphaliae (*Weihe, Bönninghausen*), in Dynastia Jeverana (*Mertens*). ⊙. Fl. , Aug.

3. Cuscuta *Epithymum.*

C. caulibus capillaribus, laevibus, floribus sessilibus, conglomeratis, basi distinctis, ebracteatis, plerumque quinquefidis, pentandris, corolla calyce ultra dimidium majore, fauce squamulosa.

Cuscuta Epithymum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 198. *Gmelin* Badens. n. 148. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 201. *Schrank* Bavar. n. 311. *Ejusd.* Primit. Fl. Salisb. n. 162. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 725. Flora Dan. Tab. 427.

Cuscuta europaea β Epithymum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 702. *Krocker* Siles. n. 250.

Distinctissima sane a priore *Cusc. europaea*, cujus varietas olim putata est, at differt inprimis: 1. Omnibus in partibus est multo minor et tenerior. 2. *Caulibus* capillaribus et purpureis. 3. *Florum glomerulis* paucioribus compositis, exacte sessilibus, floribus basi squamis membranaceis exiguis bracteatis. 4. *Calyce* rubro, fere semper quinquefido: *Laciniis* acutioribus. 5. *Corolla* alba, infundibuliformi: *Tubo* brevi: *Laciniis* ovato-lanceolatis, subacuminatis. 6. *Squamis* ad faucem corollae tot, quot stamina, cum corollae laciniis alternantibus.

Thymian-Flachsseide.

In *Thymo Serpyllo Erica* aliisque minoribus plantis. ⊙ Fl. Jun., Jul., Aug.

4.* Cuscuta *monogyna.*

C. caulibus subfuniformibus, punctato-asperis, floribus subpedunculatis, subaggregatis, basi bractea suffultis, plerumque quadrifidis, tetrandris, monogynis, corolla calyce duplo majore fauce nuda.

Cuscuta monogyna. *Bluff* et *Fingerhuth* Compend. Florae Germ. 1. n. 715. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 726. *Vahl* Symbol. 2. p. 32. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 703. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 202.

Cuscuta lupuliformis. *Krocker* Siles. n. 251. Tab. 36.

Cuscuta major, caulibus Lupuli. *Buxbaum* Cent. I. pag. 14. Tab. 23.

Distinctissima a *Cuscuta europaea!* Omnibus in partibus major et robustior. *Caules* culmi secalini vel caulis Lupuli tenuioris crassitie, laxe ramosus, purpureo-brunneus, vel viridi

utilans, punctis concoloribus elevatis asper. *Rami* alterni, mius divisi, quam in antecedentibus speciebus. *Flores* fere omes brevissime pedunculati, basi squama membranacea, ovato-anceolata suffulti, ad caulem ramosque partim solitarii, partim rni seu quaterni, fasciculati, in ramulis lateralibus copiosiorius, fasciculis magis approximatis et ita quasi racemosis. *Ca*x basi subcarnosus, quadripartitus e viridi purpurascens: *Laniis* ovatis, subacutis, nitidis. *Corolla* calyce duplo longior, bida, vel purpurea, tubulosa, ad faucem angustata, quadrifi, fauce nuda: *Laciniis* lanceolatis. *Stamina* quatuor, infra ucem corollae affixa, faucem vix superantia. *Germen* supem, subrotundum. *Stylus* longitudine fere corollae, columnas. *Stigma* globosum. *Capsula* subrotundo-ovata, membracea, nitida, magnitudine *Piperis* vel *Pisi* minoris, tetraspera, stylo terminata.

Orientalische Flachsseide.

Observ. Quae ab amicis b. *Starcke* et *Trevirano* Prof. Wratislav. accepi specimina, in Silesia lecta, omnimode conveniunt cum descriptione *Vahlii* in Symbolis l. c.

In dumetis, Salicibus aliisque fruticibus Silesiae *(Krocr, Starcke, Treviranus)*, Bohemiae *(Pohl)*. ⊙. Fl. o et Augusto.

Observ. Quum plurimae hujus generis exoticae species pentandrae sint observatae, melias hoc genus ad Class. V. *Pentandriam* referendum esset.

107. CROSSOPETALUM.

Calyx tubulosus, quadrifidus: *Laciniis* subinaequalibus. *rolla* hypocrateriformis, quadrifida: *Laciniis* in medio que inciso-ciliatae. *Stamina* quatuor. *Filamenta* tubo lae medio adnata. *Glandulae* quatuor, elevata, intra enta, ubi corollae affixa. *Germen* oblongum, subpedicella, superne attenuatum, stylum quasi geminum formans. *nata* duo. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis, porma. *Semina* valvulis ad suturam affixa.

Observ. Ambigit Crossopetalum *Gentianam* et *Swertiam.* A *Gentiana* recedit: glandulis ad internum tubi corollae parietem, inter staminum filamenta nec basi disposi-

tis, a *Swertia* vero glandulis quatuor, non ad laciniarum corollae basin locatis, nec geminis, nec excavatis, sed in corollae tubo solitariis et elevatis. Hinc neutri earum commode adnumerari potest.

1. Crossopetalum *gentianoides.*

Gentiana ciliata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1351. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 291. *Besser* Gallic. n. 301. *Braune* Salisb. n. 243. *Frölich* de Gent. p. 109 n. 45. *Gmelin* Badens. n. 391. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 113. *Mönch* Hass. n. 208. *Pollich* palat. n. 260. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1024. *Ejusd.* Syst. Veg. 6. p. 174. *Scop.* Carn. 2. n. 387. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 23. *Vest* Manuale p. 485.

Gentianella lanugine ad singulorum foliorum floris lacinias donata flore quadripartito. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 525.

Gentianella caerulea fimbriata, angustifolia, autumnalis *Columnae* Ecphr. 1. p. 32.

Viola calathinna, seu autumnalis prima. *Thal* Hercyn. p. 130.

Radix simplex, inferne ramosa, gemmas oblongas, squamis oppositis, ovatis vestitas, producens. *Caulis* adscendens, suberectus, flexuosus, tetragonus, geniculatus, ad genicula tumidus, vel simplex et uniflorus, vel ramosus et tri-ad octoflorus. *Rami* alterni, erecti, breves. *Folia* opposita, semiamplexicaulia, nervo prominente subtus caninata, margine scabra integerrima: *infima* minima, ovata, obtusa; *inferiora* lanceolata, obtusiuscula; *superiora* lanceolato-linearia seu linearia acuta. *Flores* in caule ramisque terminales, solitarii, pedunculati. *Pedunculi* subtetragoni, superne incrassati. *Calyx* tubulosus, tetragonus, tubo corollae dimidio brevior, quadrifidus. *Laciniis* lanceolatis, subinaequalibus. *Corolla* hypocrateriformis speciosa, saturate caerulea, immaculata, quadrifida: *Laciniis* tubo brevioribus, oblongis, sursum latioribus, superne subdilatatis, medio utrinque inciso-fimbriatis. *Glandulae* quatuor semilunares, ad tubum corollae, inter filamentorum productiones dispositae. *Stamina* quatuor, tubum corollae aequantia. *Filamenta* medio tubo adnata et ubi corollae adhaerent, ciliata. *Antherae* distinctae. *Germen* tetragono-ovatum, longe pedicellatum. *Stigmata* subrotunda, cochleariformia. *Capsula* tetragona, longe pedicellata.

Entianähnliche Franzenblume.

Variat Foliis lanceolatis et ovato-lanceolatis.

In collibus, pratis, pascuis montosis fere totius Germaniae. ♃ Fl. Aug., Sept.

108. HYPECOUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 228. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 262. Gaertner de Fruct. 2. p. 164. Tab. 115.

Calyx diphyllus, inferus: *foliolis* oppositis. *Corolla* tetrapetala, inaequalis. *Capsula* siliquaeformis articulata, bilocularis. *Semina* solitaria, insertione bilaterali alternante.

Hypecoum *litorale.*

H. petalis integris: exterioribus longioribus, lineari-spatulatis, capsulis compressis.

Hypecoum litorale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 704. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 498. *Römer Schultes* Syst. Veget. 3. p. 482. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 2. p. 205. *Jacq.* Icon. rar. 2. Tab. 309. *Vest* Manuale p. 355.

Ab omnibus hujus generis speciebus recedit: *Petalis* omnibus integris et in specie ab *Hypecoo procumbente* quoque differre dicitur *Foliolis* brevioribus, acute dentatis et *Petalis* pallidioribus.

Meerstrands-Lappenblume.

In sabulosis aridis maritimis Austriae Litoralis (*Wulfen*). ♃ Fl. Jun., Jul.

109. OXYRIA.

Hooker Scot. 111.

Calyx diphyllus, inferus. *Petala* duo, subherbacea, subolete nervosa, obovata. *Stamina* quatuor, (rarius sex). *Filamenta* capillaria. *Germen* compressum, apice emarginatum. *Styli* duo, cum *Stigmatibus* plumosis, persistentes.

Semen unicum, nudum, ovato-subrotundum, compressum, margine membranaceum, apice emarginato-bifidum.

1. Oxyria *reniformis.*

O. foliis reniformibus, subemarginatis.

Oxyria reniformis. Bluff et *Fingerhuth* Compend. Florae Germ. 1. n. 979.

Rumex digynus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. II. P. I. p. 258. *Braune* Salisb. n. 331. *Gmelin* Badens. n. 562. *Jacq.* Collect. 2. p. 30. *Krocker* Siles. n. 570. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1380. *Vest* Manuale p. 572. Fl. Dan. Tab. 14.

Acetosa rotundifolia alpina. *C. Bauh.* Prodr. p. 55.

Radix fusiformis, teres, fibrosa, lignosa. *Folia* fere omnia radicalia, unum vel alterum tantum ad basin caulis, longe petiolata, reniformi-cordata, apice integra vel aetate plerumque emarginata, ut tota planta glabra, laete viridia, plana, nervoso-venosa. *Petioli* teretes, digitales et paullo longiores. *Caulis* adscendens, erectus, debilis, teres vel subcompressus, striatus, nudus, simplex, superne plus minus divisus, palmaris et semipedalis. *Rami* toti floriferi, basi *Ochrea* scariosa, fusca, oblique truncata, brevi, suffulti. *Verticilli* subdimidiati, distincti, pauciflori, effusi, laxi, basi *Ochrea* brevi, scariosa, oblique truncata, fusca, muniti. *Pedicelli* capillares, infra medium, nodulo perexiguo praediti, apice incrassati. *Flores* parvi, nutantes. *Calyx* diphyllus: *foliolis* ovato-lanceolatis. *Perigonii Valvulae* binae, cum calycis foliolis alternantes, illis duplo latiores, obverse ovatae, obtusissimae, apice rotundatae, obsolete nervosae, subherbaceae, virides, margine submembranaceae, planae, ex albido rubicundae, integerrimae. *Stamina* quatuor, rarius sex. *Filamenta* capillaria, valvulis perigonii vix longiora. *Germen* compressum, margine submembranaceum, apice emarginatum et *stigmatibus* duobus, plumosis, purpureis, persistentibus terminatum. *Semen* ovato-subrotundum, magnum, compressum, margine membranaceum, apice emarginato-bifidum.

Nierenförmige Oxyrie.

Observ. Non solum ob numerum partium floris, sed inprimis ob semen compressum, planum, margine membranaceum; nec acute triquetrum, quod omnibus *Rumicis* speciebus commune est, proprium genus constituere meretur haec planta, quocum consentientem quoque habet Celeberr. *Trattinnik.*

In rupium fissuris et saxosis alpium et in subalpinis Austriae *Jacq.*, *Host)*, Silesiae *(Krocker)*, prope Salisburgum *Schrank*, *Braune)*. 2. Fl. Jul., Aug.

TETRAGYNIA.

110. ILEX.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 232. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 416. Gaertner de Fruct. 2. p. 72. Tab. 92. (sub *Aquifolio.*)

Calyx quadri-, rarius quinquedentatus, inferus. *Corolla* quadri-, rarius quinquepartita, rotata: *Laciniis* ovatis, neavis. *Stamina* ut plurimum quatuor. *Filamenta* reclina-, corollae ad lacinias affixa. *Stigmata* quatuor, sessilia, mi-ma, obtusa. *Bacca* tetrasperma. *Semina* ossea.

Ilex *Aquifolium.*

I. foliis ovatis, acutis, undulatis, dentato-spinosis, coria-is, nitidis, floribus axillaribus, subfasciculatis.

Ilex Aquifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 707. *Ejusd.* Berlin. Baumz. 2. p. 188. *Roth* Flora Germ. II. P. II. p. 558. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 11. *Gmelin* dens. n. 249. *Host* Synops. p. 82. *Mertens* et *Koch* eutschl. Flora n. 499. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. 486. *Schkuhr* Handb. 1. p. 91. Tab. 28. *Schrank* Pri-t. Salisb. n. 164. *Ejusd.* Fl. Bavar. n. 313. *Schultes* ustr. Fl. 2. n. 731. *Vest* Manuale p. 356. *Sturm* Deutschl. ora 1. Fasc. 7. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. 331. Flora Dan. Tab. 508.

Aquifolium Ilex. Scop. Carn. 2. n. 177.

Aquifolium. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1382. *Hal-r* Gött. p. 198. *Rupp* Jen. p. 45.

Aquifolium seu Agrifolium vulgo. *Joh. Bauh.* Hist. 1. g. 114.

Frutex elegans, ad arboris viginti pedum altitudinem acce-ns, sempervirens, saepe polygamus, in diversis speciminibus ribus hermaphroditis, masculis et raro femineis gaudens. *Trun-*

cus griseo-viridis. *Rami* alterni et sparsi, teretes, glabri: *juniores* saturate virides, nitidi. *Folia* alterna, petiolata, coriacea, nitidissima glabra, saturate viridia, ovata, apice spina terminata, margine undulata, dentata, dentibus spina rigida flavescente terminatis: in *senili planta* plerumque integerrima, inermia, laurina, pallidiora. *Flores* axillares, pedunculati, albi, vel fasciculati, copiosissimi, plerumque masculi, cum pistillo imperfecto et abortiente, vel solitarii, bini et terni fere semper hermaphroditi, rarius feminei. *Pedunculi* simplices, breves, sursum incrassati, uniflori. *Bracteae* supra pedunculorum basin duae oppositae, exiguae, pubescentes. *Corollae laciniae* ovatae, obtusae, concavae, reclinatae. *Antherae* semibifidae, incumbentes. *Bacca* rubra, in vertice lineis duabus in formam crucis exarata.

Gemeine Hülsen.

In sylvis et sylvaticis, in sepibus, frequens. ♄. Fl. Majo Junio.

Variat, licet rarissime, *Floribus* pentandris, cum quinqu calycis et corollae laciniis.

111. RADIOLA.

Dillen. Nova Gen. Plant. pag. 126. Tab. 7.

Calyx octo-ad duodecimdentatus, inferus. *Corol* tetrapetala. *Stamina* quatuor. *Styli* duo. *Capsula* o tolocularis, octovalvis: *Loculis* monospermis.

1. Radiola *linoides.*

R. caule erecto, dichotomo, foliis ovatis, oppositis.

Radiola linoides. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 19 *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 517. *Schultes* Oes Fl. 2. n. 737.

Radiola Millegrana. Besser Galic. n. 182. *Bönnin hausen* Flora Monast. 220. *Mertens* et *Koch* Deutsc Flora n. 525. *Sprengel* Fl. Halens. n. 195.

Linum Radiola. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1542. *Gmelin* Badens. n. 484. *Pollich* Palat. n. 328. Dan. Tab. 178.

Linocarpon serpyllifolium multicaule et multiflorum. *M chel* Nova Plant. Gen. p. 23. Tab. 21.

Radix fibrosa tenuissima. Tota planta gracilis, exigua, unciam ad sesquiunciam alta, glabra. *Caulis* erectus, mox supra basin repetito-dichotomus, ramosissimus: *Ramis* subfastigiatis. *Folia* opposita, sessilia, ovata, acuta, integerrima. *Flores* perexigui, in dichotomiis ramorum solitarii, longe pedunculati; terminales plerumque terni, ante anthesin coarctati. *Calyx* quadrifidus: *Laciniis* bi-seu trifidis, hinc octo-ad duodecim dentatus. *Petala* quatuor, alba, obovata, vix calycis longitudine. *Styli* breves. *Capsula* subrotunda.

Leinartiges Strahlkraut.

In areis, pascuis et ericetis, inprimis sabulosis et turfosis hyeme inundatis. ⊙. Fl. Jul., Aug.

112. S A G I N A.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 236. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 333. Gaertner de Fruct. 2. p. 225. Tab. 129.

Calyx tetraphyllus, inferus. *Corolla* tetrapetala, vel nulla. *Stamina* quatuor. *Styli* quatuor. *Capsula* unilocularis, ad basin usque quadrifariam dehiscens, polysperma: *Valvulis* patentissimis. *Receptaculum* columnare.

1. Sagina *procumbens.*

S. caulibus procumbentibus, cum foliis planis, pedunculis calycibusque glabris, floribus nubilibus subrotundis.

Sagina procumbens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 718. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 200. *Besser* Gall. n. 189. *Gmelin* Badens. n. 267. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 519. *Pollich* palat. n. 178. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 497. *Schkuhr* Handb. I. p. 90. Tab. 27. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 752. *Sturm* Deutschl. Fl. I. Fasc. 30.

Alsinella muscoso flore repens. *Dill.* Giss. p. 81.

Radix tenuis, fibrosa. *Caules* caespitosi, decumbentes, saepe radicantes, ramosi, adscendentes, digitales et longiores, filiformes, ut tota planta, glabri. *Folia* opposita, connato-sessilia, linearia, planiuscula, mucronata. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, foliis longiores, apice nutantes, post seminis emissionem erecti. *Flores* exigui, ante anthesin globosi. *Ca-*

Calyx patens: *foliolis* ovato-subrotundis, obtusis, capsula duplo brevioribus. *Petala* exigua, alba, calyce breviora, interdum deficientia. *Stamina* quatuor, longitudine fere calycis. Styli quatuor. *Stigmata* simplicia. *Capsula* subrotundo-ovata, ad basin usque quadrifariam dehiscens.

Liegendes Mastkraut.

In agris, arvis, pascuis, viis neglectis, praesertim humidis et umbrosis. ♃. Fl. tota Aestate.

2. Sagina *depressa.*

S. caulibus adscendentibus, cum foliis canaliculatis glabris, pedunculis calycibusque glanduloso-pubescentibus, floribus nubilibus oblongis, acuminatis.

Sagina depressa. Schultz Supplementum Florae Stargard. p. 10.

Celeberr. *Schultz*, qui mecum benevole specimina communicavit, sequentem dedit descriptionem:

Radix fibrosa, alba. *Caules* plures sublignosi, purpurascentes, vel toti prostrati, vel basi tantum depressi, adscendentes: *centrales* erecti, nudi. *Folia* subulata, mucronata, subtus convexa, supra canaliculata, basi membranacea, connata, nuda. *Pedunculi* patentes et calyces glandulis stipitatis obsiti. *Flores* oblongi, erecti. *Corolla* obsoleta. *Calycina foliola* oblonga, acutiuscula, albo-marginata, capsulam maturam subaequantia. *Semina* angulata, subcuneata, fulva, immarginata.

Observ. Media quasi inter *Saginam procumbentem* et sequentem *apetalam*, ulteriori tamen propior est, ab ambabus vero evidenter recedit: 1. *Pedunculis calycibus*que glanduloso-pilosis. 2. *Floribus nubilibus* oblongis. 3. *Foliolis calycinis* oblongis, acutiusculis, capsulam maturam subaequantibus. In specie vero a *Sagina apetala* distinguitur: 1. *Caule* depresso, adscendente, glabro; nec stricto. 2. *Foliis* glabris, duplo longioribus; nec versus basin inprimis ciliatis.

Niedergedrücktes Mastkraut.

In agris arenosis infrequens prope *Neobrandenburgum, auf dem Broda'schen Felde gegen Belvedere (Schultz).* ♃. Fl. Jun., Jul.

Sagina *apetala.*

S. caulibus erectis, rigidis, subpubescentibus, foliis inferne iliatis, pedunculis calycibusque glabriusculis, floribus nubilibus ubrotundis.

Sagina apetala. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 719. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. II. p. 568. *Gmelin* Badens. 263. Tab. 1. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 526. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 498. *Schrader* picil. p. 22. *Sprengel* Fl. Halens. pag. 194. *Schultes* estr. Flora 2. n. 783. *Vest* Manuale p. 357.

β maritima foliis carnosis, muticis, glabris.

Sagina maritima. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora 521.

Radix fibrosa, tenella. *Caules* plures, saepe numerosi, bi- u triunciales et nonnunquam altiores, erecti, stricti, rigidi, chotomi, pubescentes: *exteriores* basi declinati. *Rami* alter- , recti. *Folia* opposita, linearia, subulata, obtuse mucronata, rsus basin ciliata, basi connata, vix ultra sesquilineam ad as lineas longa. *Pedunculi* alares, nudi, recti, stricti, capil- res, foliis quadruplo vel et quintuplo longiores, uniflori, vix bescentes. *Flores* parvi, ante anthesin subrotundi, sub an- esi plerumque nutantes. *Calycis foliola* ovata, saepe mar- ne rubella. *Petala* quatuor, obcordata, minutissima, vix in- mato oculo observanda, albida, vel plane obsoleta. *Stamina* atuor, calyce breviora. *Capsula* calycis fere longitudine. *mina* linea nigricante notata.

β maritima.

Foliorum structura quodammodo diversa, a solo marino atum dependere videtur, quum in reliquis partibus non dif- re dicatur a S. *apetala.*

Korollenloses Mastkraut.

Variat Calycibus pentaphyllis et *Staminibus* quinque.

Observ. Caules plures ex una radice proveniunt, quorum exteriores proxime ad radicem quidem decumbunt, quia ob praesentiam interiorum statim sese erigere nequeunt et ad latus reprimuntur, mox autem iterum eriguntur strictique evadunt. In *Sagina procumbente* caules omnes debiles, decumbentes, apice tantum cum pedunculis adscendentes observantur.

In agris, pascuis, cultis, ad aggeres, inter segetes Duca-

tus Oldenburgici prope *Eckwarden* et *Langwarden* (*Trentepohl*), Hassiae prope *Aldendorf* et *Rinteln* (*Schrader*), Monasteriae Westphalor. (*Bönninghausen*), prope Carlsruhe (*Gmelin*), prope Halam Saxonum (*Sprengel*), in insula Fimbria maris Baltici (*Mertens*, *Roth*). ☉. Floret Mart., Aprili, Majo.

113. MOENCHIA.

Ehrhart Beiträge Fasc. 2. pag. 177. Dillen. Nova Gen. Plant. p. 124. Tab. 6. (sub Alsinella).

Calyx tetraphyllus, inferus. *Corolla* tetrapetala. *Stamina* quatuor. *Styli* quatuor. *Capsula* unilocularis, univalvis, octodentatata, polysperma: *Receptaculum* columnare.

Observ. Recedit hoc genus a Sagina inprimis *Capsula* univalvi, octodentata; nec quadrivalvi.

1. Mönchia *quaternella.*

M. caule plerumque bifloro, floribus tetrandris. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 518.

Mönchia quaternella. Ehrhart Beitr. 2. p. 178. *Bluff* et *Fingerh.* Compend. Fl. Germ. n. 427.

Sagina erecta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 719. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 201. *Gmelin* Badens. n. 264. *Pollich* palat. n. 179. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 498. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 734. *Vest* Manuale p. 357. Flora Dan. Tab. 843.

Alsinella foliis caryophyllidis. *Dillen* Giss. p. 47.

Asperula unicaulis, pusilla, foliis latiusculis acutis. *Rupp* Jen. p. 73.

Radix descendens, fibrosa, tenuis. *Caulis* solitarius erectus, subdivisus, saepe simplicissimus, filiformis, rigidus, glaucus glaber, ab unciali ad digitalem altitudinem accedens. *Rami*, s adsunt, supra medium caulis duo, uniflori: altero nudo; alter bifolio. *Folia* linearia, acuminata, integerrima, planiuscula, gla bra, glauco-viridia: *radicalia* nonnulla in orbem disposita *caulina* opposita, connato-sessilia, erecta. *Flores* solitarii, pe dunculati, erecti. *Calycis foliola* lanceolata, erecta, acuminati margine albo, membranaceo. *Petala* alba, calyce minora. *Sta mina* petalis breviora. *Styli* brevissimi. *Capsula* ovato-con ca, apice dentibus octo dehiscens.

Viermännige Mönchie.

Variare dicitur a Veneratiss. *Schultes* in Oestr. Flora l. c. *Staminibus* quinque ad octo.

In pascuis sterilibus, arenosis, aridis, apricis, ad margines agrorum. ☉. Fl. Aprili, Majo.

114. POTAMOGETON.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 234. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 23. Gaertner de Fruct. 2. p. 23. Tab. 84.

Calyx nullus. *Corolla* tetrapetala, infera, caduca. *Stamina* quatuor, interdum ad octo. *Styli* quatuor, brevissimi, recurvi, simplices. *Drupae* quatuor, uniloculares, monospermae. *Semen* uncinato-incurvum.

Observ. Aquae inhabitantes plantae, quoad ejusdem profunditatem, quietem et rapiditatem, mirum in modum variant, licet structura partium essentialium conveniant. Quo itaque in genere *Potamogeton*, tam difficili et maxime confuso, species a varietatibus rite discernantur, sequentia respiciamus necesse est: 1. *Caulis* figuram. 2. *Foliorum* situm et structuram. 3. *Stipularum* praesentiam, figuram et proportionem cum petiolo. 4. *Glandularum* praesentiam ad foliorum basin. 5. *Pedunculorum* conditionem et proportionem cum Spica multi-vel pauciflora. 6. *Druparum* figuram.

a) *Foliis superioribus coriaceis, opacis.*

Observ. Nervorum numerus in foliis hujus coetus specierum pro latitudine valde variabilis est.

1. Potamogeton *natans.*

P. foliis omnibus petiolatis, obtusis, margine integerrimis; inferioribus lineari-lanceolatis, membranaceis, longissimis; superioribus coriaceis, basi attractis; floralibus oppositis, petiolis folio longioribus, stipulis intrafoliaceis petiolum subaequantibus, linearibus, pedunculis superne subincrassatis, spica cylindracea.

α *vulgaris*; foliis superioribus natantibus basi obtusis, rotundatis subcordatisve.

Potamogeton natans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P.

I. p. 712. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 201. *Besser* Galic. n. 183. *Gmelin* Badens. n. 250. *Koch* et *Ziz* Cat. Pl. Palat. p. 17. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 500. *Pollich* palat. n. 171. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 503. *Schkuhr* Handb. 1. p. 92. Tab. 28. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 708. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. Flora Dan. Tab. 1025.

Potamogeton. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 1117. *Fuchs* Hist. p. 651.

β minor foliis superioribus ellipticis.

Potamogeton natans. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palatinatus pag. 18. d. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. E. *Roth* Flora Germ. l. c. *β.*

γ fluitans: foliis superioribus oblongo-spathulatis in petiolum desinentibus.

Potamogeton natans. Gmelin Badens. l. c. *Var. Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora l. c. *γ angustatus. Schultes* Oestr. Fl. l. c. *β.*

Potamogeton fluitans. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 713. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 202. *Ejusd.* Beiträge zur Bot. 2. p. 126. n. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 504. *Vest* Manuale p. 358.

Caules pro aquae profunditate et rapiditate nunc breviores, nunc longiores, teretes, geniculati, glabri, superne divisi. *Folia* petiolata, integerrima, *inferiora* submersa angusto-linearilanceolata, alterna, membranacea, plus minus diaphana, superioribus longiora; *suprema* natantia, opposita, coriacea, opaca: in *α* utrinque obtusa, late ovalia, vel oblongo-ovalia, basi attracta et obtusa vel plus minus excisa et subcordata; in *β* multo minora, magis elliptica; in *γ* magis elongata, utrinque attenuata et basi in petiolum desinentia, hinc ex oblongo sublanceolata. *Petioli* teretes, nunc foliorum longitudine, nunc et plerumque longiores. *Stipulae* intrafoliaceae, lanceolatae, membranaceae, erectae, nunc longitudine fere foliolorum nunc breviores. *Pedunculi* terminales, teretes, superne subincrassati, petiolis nunc longiores, nunc breviores illisque paullo crassiores. *Spica* cylindracea, obtusa, ad unciam et sesquiunciam fere longa, densa, nuda: *fructifera* duas ad tres uncias longa. *Drupa* oblique ovata, compressa, margine dorsoque rotundato-obtusa.

Schwimmendes Leichkraut.

Observ. Pro aquae conditione maxime polymorpha species est. In varietate β omnibus in partibus multo minore folia jam magis ad ellipticam formam tendunt, in γ vero ob aquae rapiditatem omnes partes magis elongatae evadunt, ut primo intuitu propria videatur species. At ex India orientali specimina asservo, quae omnibus in partibus conveniunt cum γ *fluitante*, licet folia suprema, partim basi attracta et obtusa, partim in petiolum attenuata in conspectum veniant.

α in aquis stagnantibus, profundis; β in paludibus inundatis, fossis et rivulis, inprimis turfosis et magna ex parte aestate exsiccatis; γ in fluviis et aquis lente fluentibus, minus profundis. 4. Fl. Jul., Aug.

2. Potamogeton *spathulatus.*

P. foliis omnibus petiolatis, margine integerrimis: inferioribus lineari-lanceolatis, membranaceis, pellucidis, in petiolum brevissimum desinentibus; superioribus spathulato-oblongis, obtusis, coriaceis, in petiolum longitudine subaequantem attenuatis; floralibus oppositis, stipulis intrafoliaceis, petiolo brevioribus, pedunculis crassitie aequalibus, spica cylindracea.

Potamogeton spathulatus. Mertens et *Koch* Deutschl. Fl. n. 501. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palat. p. 18. n. 5. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 516.

Primo intuitu perquam similis est *Pot. natantis* varietati γ *fluitanti*, at omnino distinctus: 1. *Foliis* laete, nec saturate, viridibus: *inferioribus* in petiolum brevissimum attenuatis et fere subsessilibus; *superioribus* obtusis, in petiolum folium longitudine subaequantem desinentibus; nec omnibus petiolis folio longioribus praeditis. 2. *Stipulis* duplo fere brevioribus et angustioribus. 3. *Drupis* compressis margine acuto instructis et ita ancipitibus.

A sequente *Pot. rufescente* recedit: *Caule* tenuiore. 2. *Foliis* omnibus petiolatis, margine integerrimis, remotioribus, laete viridibus; nec rufescentibus, *inferioribus* exacte sessilibus, tenuissime et obscure crenulatis, magis approximatis; *superioribus* longius petiolatis: nec petiolis folio longe brevioribus.

Spatelblättriges Leichkraut.

In aquis stagnantibus prope *Kaiserslautern*, prope Zweibrücken (*Bruch*, *Koch*). 4. Fl. Jun., Jul., Aug.

3. Potamogeton *rufescens.*

P. foliis inferioribus lanceolatis, approximatis, alternis sessilibus, pellucidis, obsolete crenatis; superioribus spathulato-lanceolatis, remotis, oppositis, in petiolum brevem desinentibus, integerrimis, subopacis, stipulis intrafoliaceis oblongis, pedunculis crassitie aequalibus, spica cylindracea.

Potamogeton rufescens. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 207. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 502. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 510. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 66.

Potamogetum serratum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 208. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 2. p. 129. *Kluk* apud *Besser* Fl. Galic. Vol. II. p. 340.

Potamogeton semipellucidum. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palat. p. 18. n. 6.

Potamogeton fluitans. Flora Dan. Tab. 1450. *Smith* Fl. brit. Vol. I. p. 1391 (secundum specimina originalia, exclusis synon. praeter Engl. Bot. 1285.)

Potamogeton obscurus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 505.

Potamogeton foliis oblongis, alternis leviter undulatis. *Dillen.* Giss. Append. p. 52.

Potamogeton longo serrato folio. *Rupp* Jen. p. 65.

Lapathum fluitans, longo serrato folio. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 988. (quoad folia inferiora bona, folia superiora opposita desiderantur.)

Radix repens. *Caules* adscendentes, teretes, rubentes, simplices, pro aquae profunditate pedales, bipedales et longiores, articulati, internodiis vix ultra semiuncialibus. *Folia* multinervia, venis transversalibus reticulata: *inferiora* alterna sessilia, lanceolata, acuta, basi attenuata, submembranacea pellucida, subundulata, tenuissime et obsolete crenata, obscure viridia, patentissima, approximata, tres ad quinque fere uncias longa, et semiunciam circiter lata, in aquis rapidius fluentibus nonnunquam pedalia et unciam fere lata: *superiora* floralia opposita, paribus duobus vel tribus, remota, saepe tres ad quatuor uncias distantia, spathulato-lanceolata, apice obtusa vel saepe rotundata, basi in petiolum circiter uncialem attenuata, subdecurrentia, purpurascentia, subcoriacea, subopaca. *Stipulae* intrafoliaceae, membranaceae, oblongae, obtusae, inferiores breviores et saepe evanidae, superiores unciales et longiores, rubicundae. *Pedunculi* ex summorum foliorum axillis alterni,

tarii, nudi, crassitie aequales, ad apicem incurvi, rubentes, i-, quadriunciales. *Spica* densa, cylindracea, purpurascens, ncialis et longior, nuda. *Drupae* elliptico-lenticulares, com-ressae, ancipites.

Röthliches Leichkraut.

Observ. Florae Danicae Icon *Potamog. fluitantis* nomine inscripta, hnic speciei melius, quam ulli alii respondet, licet tota viridis colorata sit et folia inferiora minus sessilia in conspectum veniant. *Potamogeton coloratus* Florae Dan. Tab. 1449. hujus varietas videtur. Ad *Potamogeton heterophyllum* saltem nullo modo referri potest haec figura.

In fossis, rivulis, fluviis segnioribus et lacubus Ducatus denburgici et Bremensis *(Trentepohl, Roth)*, Palatina- *(Koch)*, et alibi in Germania. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

Potamogeton *heterophyllus.*

P. foliis alternis, vel omnibus conformibus, submersis, ses-ibus, membranaceis, pellucidis, lineari-vel oblongo-lanceola-, utrinque attenuatis, aut basi obtusis, mucronatis, margine uissime serrulatis, vel nonnullis natantibus, petiolatis, co-ceis, integerrimis, ellipticis, utrinque obtusis aut attenuatis, pulis intrafoliaceis, convoluto-acuminatis, pedunculis incras-is, spica cylindracea vix duplo longioribus.

α Foliis submersis basi attenuatis.

Potamogeton heterophyllus. Bönninghausen Fl. Mo-t. n. 208. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 504. *Rö-r* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 506.

Potamogeton heterophyllum. Schreber Spicil. Fl. Lips. 1. *Gmelin* Badens. n. 254. *Schweigger* Flora Erlang. 1. *Vest* Mannale p. 358. Flora Dan. Tab. 1263.

Potamogeton gramineum β heterophyllum. Roth Flora rm. T. II. P. I. p. 207.

β Foliis submersis basi obtusis.

Potamogeton curvifolius. Mertens et *Koch* Deutschl. n. 505.

Potamogeton gramineum. Roth Flora Germ. l. c. p. 206. *hultes* Oestr. Flora 2. n. 746.

Potamogeton lanceolatus. Römer et *Schultes* Syst. get. 3. p. 507.

Radix repens, articulata. *Caules* plures, ramosi, sub aqua divaricati, teretes, articulati, crassitie fili emporetici tenuioris, flexuosi, undique foliosi, palmares et pedales. *Rami* alterni, divaricati. *Folia submersa*, tam caulina, quam ramea alterna, approximata sessilia, lineari-lanceolata, acuminata et brevi mucrone terminata, tenera, pellucida, sordide viridia vel rubentia, patula, supra medium plerumque plus minus recurvata et undulata, quinque-ad septemnervia, venoso-reticulata, margine ad lentem tenuissime serrulata, unciam ad duas uncias longa: in α basi attenuata; in β basi obtusa et fere semiamplexicaulia: floralia plerumque opposita: *superiora* in caule ramisque nonnulla serotina, nunc brevius, nunc longius petiolata aquae superficiem petunt et natant, elliptica, vel oblonga, vel utrinque obtusa, vel utrinque parum attenuata, coriacea, plana, integerrima, multinervia, reticulata, viridia, semiunciam ad unciam longa. *Stipulae* intrafoliaceae oblongae, lineares, obtusae, foliis sessilibus vix duplo breviores; *florales* longiores, convoluto-acuminatae. *Pedunculi* ad caulis ramorumque summitatem axillares, solitarii, circiter biunciales, apicem versus valde incrassati, teretes. *Spica* terminalis, cylindracea, densa, multiflora, circiter uncialis. *Drupae* oblique ovatae, margine obtusae.

Verschiedenblättriges Leichkraut.

Variat Colore rubro *Potamogeton coloratus.* Flora Dan. Tab. 1449.

Observ. Eodem jure, quo *Potamogeton* meus *fluitans* cum *natante* conjunctus est, *Potam. curvifolius* cum *Potam. heterophyllo* in unam speciem combinandus erit. Nam excepto foliorum figura, basi vel attenuata, vel obtusa, structura omnium partium, inprimis quoque Stipulis convoluto-acuminatis, exacte inter se conveniunt.

In aquis stagnantibus, fossis. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

b) *Foliis omnibus membranaceis.*

5. Potamogeton *plantagineus.*

P. foliis omnibus conformibus, membranaceis, pellucidis, integerrimis, planis, petiolatis: infimis alternis, oblongis, basi attenuatis; reliquis oppositis, ellipticis, utrinque obtusis vel basi subcordatis, petiolis folio dimidio brevioribus, patulis, stipulis intrafoliaceis acuminatis, erectis, petiolo sublongioribus, pedunculis crassitie aequalibus, folio longioribus, spica cylindracea.

Potamogeton plantagineus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 504. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 503.

ß *minor* foliis inferioribus alternis, floralibus tantum oppositis.

Caulis teres, articulatus, inferne simplex, tenuis, filiformis, laxe foliosus, superne ramosus, parum crassior. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* omnia membranacea, pellucida, multinervia integerrima, petiolata, laete viridia, *Petiolis* patenti-horizontalibus, folio dimidio brevioribus: *inferiora* remotiora, alterna, oblongo-lanceolata, obtusa, utrinque attenuata: *superiora* et *ramea* opposita, elliptica, utrinque obtusa, basi non raro subcordata. *Stipulae* intrafoliaceae, oblongae, fuscae, acuminatae, *inferiores* plerumque destructae, *superiores* caulem ramosque arcte amplectentes. *Pedunculi* alterni, teretes, crassitie caulis, aequales, foliis duplo triplove longiores, erecto-patuli. *Spica* cylindracea, uncialis et paullo longior, densa. *Drupae* subrotundo-ovatae, compressae, margine obtusae.

Wegetrittblättriges Leichkraut.

Observ. I. Planta primo intuitu *Potamogetonis natantis* varietatem refert, at distinctissima: 1. *Caule* tenuiore, ramosiore; *Ramis* divaricatis; 2. *Foliis* omnibus, etiam natantibus, membranaceis, pellucidis, patentibus, *inferioribus* oblongis, vel lineari-lanceolatis. 3. *Petiolis* brevioribus, horizontalibus. 4. *Stipulis* angustioribus, arctis, nec laxis. 5. *Spica* tenuiore.

Cum *Pot. lucente* vix commutari potest ob habitum longe diversum, folia omnia petiolata, stipulas angustiores, arctas et pedunculos crassitie aequales.

Observ. II. Caveas, ne Stipulas arctissimas praetervideas et plane absentes credas.

In Palatinatu prope *Moguntiam (Koch).* 2|. Fl. Jul., Aug.

3. Potamogeton *Zizii.*

P. foliis omnibus conformibus, membranaceis, pellucidis, oblongo-lanceolatis, mucronatis, basi attenuatis, cuneatis, margine laeviter undulatis et tenuissime serrulatis: inferioribus sessilibus, junioribus complicatis, recurvatis; floralibus petiolatis, petiolis folio dimidio brevioribus, stipulis intrafoliaceis, ovato-lanceolatis, acutis, pedunculis sursum incrassatis, folio longioribus, spica cylindracea.

Potamogeton Zizii. Koch in Literis.

Quoad folia juniora complicata et recurvata similis est Potam. *heterophyllo* demtis foliis natantibus, at minus ramosus et robustior est, nec unquam folia natantia, coriacea protrudit atque stipulae multo latiores, complicatae quidem, sed nunquam convolutae et acuminatae observantur.

Proxime accedit ad *Potamog. lucentem*, a quo differt: 1. *Foliis junioribus* constanter complicatis, recurvato-falcatis: *floralibus* oppositis, in petiolum dimidio vel plus quam dimidio breviorem, valde attenuatis et ita cuneiformibus, patentissimis. 2. *Stipulis* brevioribus et acutioribus.

Zizens Leichkraut.

In Palatinatu *(Koch* et *Ziz)*.

7. Potamogeton *lucens.*

P. foliis omnibus conformibus, membranaceis, pellucidis, elliptico-lanceolatis ovatisve plus minus mucronatis, margine tenuissime serrulato-aculeatis: inferioribus alternis subsessilibus floralibus oppositis sessilibus, stipulis intrafoliaceis oblongis, obtusis, pedunculis sursum incrassatis, spica cylindracea.

Potamogeton lucens. Mertens et *Koch* Deutschl. Flor. n. 506. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 509.

α *Foliis utrinque attenuatis.*

Potamogeton lucens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 714. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 204. *Ejusd.* Beit. zur Bot. 2. p. 129. *Besser* Galic. n. 184. *Gmelin* Baden. n. 253. *Pollich* palat. n. 173. *Lumnitz.* Poson. n. 161. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 741. *Vest* Manuale p. 358. Flor. Dan. Tab. 195.

Potamogeton alpinum plantaginis folio. *Rupp* Jen. p. 6.

Potamogeton foliis alternis oblongis laeviter undulatis. *Dill.* Giss. p. 112. *Ejusd.* Append. p. 52.

Potamogeton aquis immersum, foliis pellucidis latis, oblongis acutis. *Dill.* Giss. p. 106.

Fontinalis altera. *Dodon.* Pempt. p. 582.

Fontinalis lucens major. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 769.

β *Foliis utrinque rotundatis.*

Potamogeton lucens β rotundifolius. Schultz Flora Stuttgard. Supplem. p. 9.

Potamogeton lucens α ovalifolius. *Mertens* et *Koch* Deutschlands Flora l. c.

γ Foliis in acumen longum productis.

Potamogeton lucens. Var. *Rebentisch* Fl. Neomarchic. . 265.

Potamogeton lucens β macrophyllus. *Wallroth* Sched. it. l. p. 65.

Potamogeton acuminatum. Flora Dan. Tab. 1384.

Radix repens, articulata, ramosa. *Caules* sub aqua repen-s, teretes, ramosi, dichotomi, tri-, quadripedales et longio-s. *Folia* laete viridia, lucida, diaphana, nervosa, transver-m venosa, margine, praesertim per exsiccationem, crispata, imo intuitu integerrima, ad lentem vero, praesertim superne, rrulato-aculeata, hinc scabriuscula, petiolata, patula: *inferiora* erna, *summa floralia* opposita; in α elliptico-lanceolata, utrin-e attenuata, apice acuta, tres ad quinque uncias longa et ad ciam fere lata; in β ovalia, utrinque obtusa, apice breviter uminata, magis, quam in α approximata et brevissime petiola-, duas ad tres uncias longa et semiunciam ad duas fere uncias a: in γ oblongo-lanceolata, utrinque attenuata et apice in acu-n rigidum, praelongum producta, octo ad decem uncias longa, ciam ad duas uncias in medio lata. *Stipulae* intrafoliaceae mbranaceae, magnae, oblongae, obtusae, canaliculatae, ses--ad biuncialis, saepe dimidiam folii longitudinem aequantes. *dunculus* unus vel alter, ad caulis apicem axillaris, caule du-crassior, teres, erectus, versus apicem incrassatus, digitalis emipedalis, nudus. *Spica* cylindracea, densa, crassa, ses--ad biuncialis. *Drupae* compressae, margine laeviter cari-ae.

Spiegelndes Leichkraut.

In fossis, rivulis, fluviis, lacubus, stagnis. 24. Fl. Jul., Aug.

Potamogeton *praelongus.*

P. foliis omnibus conformibus, membranaceis, subdiaphanis, rnis, oblongis, obtusis, sessilibus, basi latioribus et semiam-ticaulibus, subintegerrimis, stipulis intrafoliaceis oblongis ob-s, pedunculis longissimis, crassitie aequalibus, spica cylin-rea.

Potamogeton praelongus. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band st. 3. p. 331. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 507.

Römer et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 510. Flora Dan. Tab. 1687. at pedunculus justo brevior!

Potamogeton flexicaulis. *Dethardíng* Strelitz. Anzeig. 1809. n. 50.

Potamogeton flexuosus. *Bredow* Flora Meklenb.

Potamogeton serratum. *Scop.* Carn. 2. n. 178. secundum *Wulfen* (exclusis synon.)

Radix repens, articulata. *Caules* fluitantes, praelongi, flexuosi, teretes, ramosi, remote geniculati. *Folia* oblonga, alterna, floralia tantum opposita, omnia sessilia, ex ovata et semiamplexicauli basi oblongo-lanceolata, obtusiuscula, margine ad lentem obsolete crenulata et sub aqua crispula, caeterum plana, laete viridia, subdiaphana, flaccida, nervosa, venis transversalibus horizontalibus reticulata. *Stipulae* intrafoliaceae, compresso-lanceolatae, obtusae, membranaceae, albidae. *Pedunculi* semipedales et fere pedales, nudi, crassitie caulis, aequales, plerumque pallide rubentes, ad caulis summitatem axillares, solitarii. *Spica* oblonga, cylindracea, laxiuscula, unciam ad sesquiunciam longa. *Drupae* compressae, margine acute carinatae.

Langgestrecktes Leichkraut.

In fluviis et lacubus Litoralis *(Wulfen, Scopoli)*, Megapolitaniae *(Dethardíng, Bredow)*. 4. Fl. Jul. et Aug.

9. Potamogeton *perfoliatus.*

P. foliis omnibus conformibus, membranaceis, pellucidis, cordatis, sessilibus, amplexicaulibus, exstipulatis, margine tenuissime serrulato-aculeatis, alternis: summis oppositis, pedunculis subincrassatis, spica oblonga.

Potamogeton perfoliatus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I P. II. p. 713. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 203. *Ejusd* Beitr. zur Bot. T. 2. p. 127. *Gmelin* Badens. n. 251. *Lum nitz.* Poson. n. 163. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 508. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 739. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 507. *Vest* Manuale pag. 358. Flora Dan Tab. 196.

Potamogeton foliis latis splendentibus. *Rupp* Jen. p. 65.

Potamogeton tertium. *Dodon.* Pempt. p. 582.

Potamogeton altera Dodonaei. *Joh. Bauh.* Hist. pag. 770.

β rotundifolius foliis cordato-subrotundis.

Potamogeton perfoliatus β rotundifolius. Wallroth chedulae crit. 1. p. 67. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora c. *β.*

Potamogeton Löselii. Römer et *Schultes* Syst. Veg. p. 508.

Potamogeton rotundifolius. *Lösel* Pruss. p. 205. Tab. 65.

Radix repens, articulata. *Caules* pro aquae rapiditate saepe aelongi, teretes, dense foliosi, dichotomi, submersi. *Folia* alrna, summa opposita, approximata, sessilia, cordato-ovata, el cordato-oblonga, vel cordato-lanceolata, vel, ut in *β*, corato-subrotunda, obtusa, quinquenervia, plana, tenera, pellucida lcherrime reticulata, margine ad lentem serrulato-aculeata, *tipulae* caulinae nullae, florales breves. *Pedunculi* plerumque litarii in caulis summitate, unciales circiter, superne parum inassati. *Spica* semiuncialis, aut paullo major, oblonga, densa, *rupae* oblique ovatae, compressae, margine rotundatae.

Durchwachsenes Leichkraut.

In piscinis, fossis, rivulis et fluviis. ♃. Fl. Jul., Aug.

). Potamogeton *crispus.*

P. caule compresso, foliis omnibus conformibus, membranais, subdiaphanis, lineari-lanceolatis, obtusiusculis, sessilibus, nticulato-serratis, undulatis, crispis, alternis, floralibus oppois, stipulis intrafoliaceis, brevissimis, obsoletis, pedunculis ssitie aequalibus, spica oblonga, brevi.

Potamogeton crispum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I, II. p. 714. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 204. *Ejusd.* itr. zur Bot. 2. p. 129. *Besser* Galic. n. 185. *Gmelin* dens. n. 255. *Lumnitz.* Poson. n. 166. *Mertens* et och Deutschl. Flora n. 509. *Pollich* palat. n. 174. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 511. *Schultes* Oestr. 2. n. 742. *Scop.* Carn. 2. n. 181. *Vest* Manuale pag. 9. Flora Dan. Tab. 927.

Potamogeton foliis crispis seu Lactuca ranarum, sarmentis nis. *Dillen* Giss. p. 78. *Rupp* Jen. p. 65.

Fontinalis crispa. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 770.

Tribulus aquaticus minor. *Clus.* Hist. 2. p. CCLII.

Fontilapathum pusillum. *Lobel* Icon. 1. p. 286.

Radix repens, ramosa, articulata. *Caules* compressi, sub-

quadranguli, rubicundi, ramosi, demersi, bi-ad tripedales. *Rami* fere ex omnibus foliorum alis alterni, breves, longitudine aequales, patentissimi, steriles. *Folia* alterna, floralia opposita, omnia sessilia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, undulato-crispa, denticulato-serrata, tenera, subpellucida, trinervia, venis oblique adscendentibus reticulata, bi-ad triuncialia; inferiora ultra unciam a se invicem remota; superiora magis approximata; ramea conferta. *Stipulae* intrafoliaceae brevissimae, obsoletae, laciniatae. *Pedunculus* plerumque solitarius ex ultima dichotomia, rubens, foliis dimidio longior, crassitie aequalis. *Spica* rubens, brevis, oblonga, subduodecimflora. *Drupae* ellipticae, compressae, rostratae, margine subcarinatae.

Krauses Leichkraut.

In piscinis, fossis, stagnis et rivulis. 2|. Fl. Jul., Aug.

11. Potamogeton *densus.*

P. caule tereti, foliis omnibus conformibus, membranaceis, diaphanis, ovato-lanceolatis, apice plus minus acutis et recurvis, sessilibus, semiamplexicaulibus, undulatis, serrato-aculeatis, oppositis, stipulis caulinis nullis, floralibus pedunculo brevioribus, pedunculis crassitie aequalibus, capitulo subquadrifloro.

Potamogeton densum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 714. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 203. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 2. p. 128. *Gmelin* Badens. n. 252. *Lumnitz.* Poson. n. 164. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 516. *Pollich* palat. n. 172. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 508. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 740. *Vest* Manuale pag. 358. Flora Dan. Tab. 1264.

Fontinalis media lucens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 769.

Tribulus aquaticus, minor, alter. *Clus.* Hist. 2. p. CCLII. descriptio bona, absque icone.

β *latifolius:* foliis subrotundo-ovatis, obtusis, quinquenerviis.

γ *angustifolius:* caule setaceo, foliis lineari-lanceolatis.

Potamogeton densus β angustifolius. Wallroth Sched. crit. 1. p. 66.

Potamogeton setaceus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 716. et auctor. (ob synonymum *C. Bauhini.*)

Potamogeton ramosum angustifolium. *C. Bauh.* Prodr. ag. 101.

Radix repens, articulata, ad articulos fibrosa. *Caules* de- ersi, caespitosi, teretes, a basi ramosi, dichotomi. *Rami* alter- i, plerumque steriles. *Folia* opposita, sessilia, semiamplexicau- a, ovata, vel ovato-lanceolata, acuta, complicata, margine un- ulata et ad lentem serrulato-aculeata, patentissima, apice recur- ata, trinervia, nitentia, diaphana, approximata, superiora con- erta, semiunciam ad novem lineas longa, ad basin duas ad tres neas lata. *Stipulae* in caule nullae, *florales* pedunculo brevio- es. *Pedunculus* ex axilla summae dichotomiae solitarius, se- iuncialis, crassitie aequalis, arcuatim reflexus. *Capitulum* ter- inale, plerumque quadriflorum, tetragonum, interdum biflorum, rius triflorum. *Drupae* oblique ovatae, breviter rostratae, mar- ne late carinatae.

β latifolius.

Folia subrotundo-ovata, obtusa, quinquenervia, quatuor li- as longa et duas lineas lata.

γ angustifolius.

Excepta parvitate partium, structura sua omnimode conve- t cum *α*, at habitu quodammodo diversus: *Caule* tenui, setae einae crassitie, digitali, sesquidigitali, vix longiore, parcius ra- so, saepe simplici, ut in *α* dense folioso. *Foliis* lineari-lan- olatis, magis membranaceis et pellucidis, ut in *α*, oppositis, tri- rviis, tres circiter lineas tantum longis et basi lineam fere latis, is minus undulatis, versus apicem magis recurvis. *Pedunculo* ullo infra apicem caulis, plerumque solitario, crassitie caulis, gitudine fere foliorum, ut in *α*, arcuatim reflexo et quadri- ro.

Observ. *Potamogeton setaceus* in Herbario *Linnei* non exstat, at ob synonymum *C. Bauhini* ab auctoribus allegatum, cujus descriptio huic varietati exactissime respondet, nullum restat dubium, hanc varietatem eandem esse plantam cum *Pot.* auctorum *setaceo.*

Dichtblättriges Leichkraut.

In fossis et stagnis, praesertim limosis, *β* in Palatinatu *(Koch)*, *γ* prope Moguntiam *(Koch)*, et ad Halam Saxonum *(Wallroth)*. 24. Fl. Jul., Aug.

c) ***Foliis submembranaceis, omnibus linearibus, integerrimis.***

12. Potamogeton *compressus.*

P. caule filiformi, compresso, foliis omnibus conformibus, anguste linearibus, obtusis, alternis sessilibus, planis, obsolete trinerviis, ad nervum costalem striatis, subaveniis, basi subangustatis, biglandulosis, stipulis intrafoliaceis obtusis, pedunculis crassitie aequalibus, spica pauciflora sublongioribus.

α Foliis obtusis.

Potamogeton compressum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 715. (excluso syn. *Löselii.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 203. *Lumnitz.* Poson. n. 167. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 512. (excluso syn. saltem *Löselii.*) *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 744. *Wallroth* Annus bot. pag. 26. *Willd.* in Magaz. der Naturforsch. Freunde Tom. III. pag. 297. 1809. Flora Dan. Tab. 203.

Potamogeton gramineum. Trentepohl Florae Oldenburg. MS.

Potamogeton gramineum latiusculum, foliis et ramificationibus densissime stipatis. *Raji* Synops. pag. 149. Tab. 4. Fig. 3. optima!

Potamogeton ramosum, caule compresso, folio graminis canini. *Dill.* Giss. p. 112.

β Foliis acutis.

Potamogeton obtusifolius. Mertens et *Koch* Deutschl. Flora n. 512?

γ Foliis angustissimis.

Potamogeton pusillum. Flora Dan. Tab. 1451.

Caules sub aqua fluitantes, flexuosi, filiformes, subcompressi, subquadranguli, ramosi, debiles, dichotomi. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* alterna, floralia opposita, sessilia, angusto-linearia, basin versus parum angustata, apice obtusa, absque acumine, fere rotundata, superiora nonnihil acumine brevi terminata, laete viridia, erecto-patula, margine integerrima vel plana, vel subundulata, diaphana, ad lentem obsolete trinervia, nervo intermedio costali latiore, pallidiore, nervis approximatis composito, caeterum omni stria vel laevissima destituta, subavenia, duas ad tres uncias longa, nunc angustiora, vix lineam lata, nunc latiora, lineam superantia, basi utrinque *Glandula* hemisphaerica, cartilaginea, flavescente notata. *Stipulae* oblongae, membranaceae, superne laxae, obtusae, semiunciales et paullo longiores, folio inferne angustato latiores, ad inferiora

olia saepe obliteratae. *Pedunculi* in ramorum dichotomia solita-ii, tres, quatuor lineas, nonnunquam unciam fere longi, angu-ti, erecti, valid, aequales crassitie. *Spica* quatuor ad sex li-eas longa, sex-ad octoflora. *Drupae* oblique ellipticae, com-ressae.

β recedit: *Foliis* dimidio angustioribus, omnibus fere acumine brevi terminatis.

γ differt: *Foliis* angustissimis, vix tertiam lineae par-tem aequantibus latitudine, acutiusculis.

Observ. Ne confundatur cum *Potamogeto pusillo*, cui quoad teneritatem caulis et foliorum perquam similis et hinc in Flora Danica l. c. commutatus est cum illo. Structura vero foliorum et stipularum atque glandularum praesentia omnino convenit cum *Pot. compresso.*

Zusammengedrücktes Leichkraut.

In fossis et lacubus passim. 2|. Fl. Jul., Aug.

3. Potamogeton *complanatus.*

P. caule ancipiti, alato, foliis omnibus conformibus, angus--linearibus, breviter acuminatis, alternis, sessilibus, triner-is, multistriatis, subaveniis, planis, basi latitudine aequalibus, landulosis, stipulis intrafoliaceis, acuminatis, demum fissis, duneulis crassitie aequalibus, spica submultiflora duplo triplove ngioribus.

Potamogeton complanatum. Willd. in Berlin. Magaz. Na-rforsch. Freunde 1809. pag. 297. *Schultz* Suppl. Florae argard. p. 9.

Potamogeton Zosteraefolius. Römer et *Schultes* Syst. g. 3. p. 512. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 510.

Potamogeton compressum. Trentepohl Flora Oldenb. MS.

Potamogeton gramineum latifolium. *Lösel* Pruss. p. 206. m Icone.

Caules sub aqua fluctuantes, filiformes, ramosi, dichotomi, mpressi, ancipites et ala foliacea aucti. *Rami* erectiusculi al-rni. *Folia* alterna, floralia pro more opposita, sessilia, angus--linearia, integerrima, plana, brevi acumine terminata, dia-ana, trinervia et elegantissime striata, subavenia, basi latitu-ne aequalia et eglandulosa, tres ad quatuor fere uncias longa et milineam ad lineam lata. *Stipulae* oblongo-lanceolatae, acu-e, intrafoliaceae, tenui membrana constructae, elegantissime

striatae, demum fissae. *Pedunculi* in ramorum dichotomia, duas ad tres fere uncias longi, crassitie aequales, angulosi. *Spicae* decem-ad duodecimflora, densiuscula, *florifera* tres, quatuor lineas longa; *fructifera* fere uncialis. *Drupae* subreniformes, margine obtusae.

Flachstängeliges Leichkraut.

Observ. Distinguitur facile ab antecedente simili: 1. *Caule* alato. 2. *Foliis*, praeter nervos, totis elegantissime striatis, basi non angustatis et non glandulosis. 3. *Stipulis* acuminatis, striatis, demum fissis. 4. *Pedunculis* longioribus.

In rivulis et piscinis Ducatus Oldenburgici *(Trentepohl)*, prope *Ballin* Ducatus Strelitzensis *(Schultz)*, et alibi passim. ♃. Fl. Jul. et Aug.

14. Potamogeton *acutifolius.*

P. caule compresso, subquadrangulo, foliis omnibus conformibus, angusto-linearibus, in mucronem attenuatis, alternis, sessilibus, trinerviis, multistriatis, aveniis, planis, basi latitudine aequalibus, eglandulosis, stipulis intrafoliaceis, acuminatis, demum fissis, pedunculis crassitie aequalibus, longitudine spicae paucifiorae.

Potamogeton acutifolius. Link in *Römer* et *Sehultes* Syst. Veg. 3. p. 513.

Potamogeton compressum. Gmelin Badens. n. 257.

Medius quasi inter *Potamog. complanatum* et sequentem *cuspidatum*. Habitu priori proximus sed diversus est: 1. *Caule* compresso, subtetragono; nec alato. 2. *Foliis* in mucronem longiorem attenuatis. 3. *Pedunculis* spicae laxae, tri-, quadrifiorae longitudine; nec spica densa, multiflora duplo triplove longioribus. 5. *Drupis* subrotundis. Cum sequente figura caulis et foliorum, ut et magnitudine pedunculorum atque spicarum convenit, recedit tamen: 1. *Caule* cum *foliis* flaccidiore. 2 *Defectu* Glandularum ad basin foliorum. 3. *Drupis* subrotundis, duplo majoribus.

Spitzblättriges Leichkraut.

In fossis et stagnis prope *Rostock (Link)*, in Marggraviatu Badensi circa *Carlsruhe (Gmelin)*, in Palatinatu *(Koch)* ♃. Fl. Jul. et Aug.

15. Potamogeton *cuspidatus.*

P. caule compresso, subquadrangulo, foliis omnibus conformibus, angusto-linearibus, in cuspidem attenuatis, alternis, sessilibus, trinerviis, multistriatis, subaveniis, planis, basi latitudine aequalibus, biglandulosis, stipulis intrafoliaceis, acuminatis, demum fissis, pedunculis crassitie aequalibus, longitudine spicae pauciflorae.

Potamogeton cuspidatus. Schrader in literis.

Quam proxime accedit ad *Potamog. complanatum*, differt tamen: 1. *Caule* teneriore, subquadrangulo, compresso, sed non bialato. 2. *Foliis* minoribus, rigidioribus, in cuspidem attenuatis, basi biglandulosis; nec brevi tantum acumine terminatis, nec eglandulosis. 3. *Pedunculis* multo brevioribus, spicam aequantibus; nec spica duplo triplove longioribus. *Spica* quadri-, rarius quinqueflora; nec subduodecimflora.

A *Potamog. compresso* recedit: 1. *Caule* teneriore, rigidiore. 2. *Foliis* basi latitudine aequalibus, trinerviis et insuper elegantissime striatis, in cuspidem attenuatis, rigidioribus; nec basi angustatis, nec extra nervum dorsalem omni stria destitutis, nec obtusis. 3. *Stipulis* acuminatis; nec obtusis. 4. *Spica* minore, paucioribus floribus composita.

Spitziges Leichkraut.

Observ. Sub *Potamog. acutifolio* amici dilectiss. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 511. hunc et antecedentem *Potamogetonem* in unam speciem conjunxerunt, at caulem alatum illi attribuunt, quod in meis plantis non observatur.

In Ducatus Megapolitani lacubus *(Timm)*, et alibi forsan in Germania. 2|. Fl. Jul. et Aug.

16. Potamogeton *marinus.*

P. caule filiformi, ramosissimo, foliis omnibus conformibus, lineari-setaceis, canaliculatis, subaveniis, subopacis, alternis, basi vaginantibus, vagina margine membranacea, ligula bifida, acuta, erecto-patula terminata, stipula intrafoliacea inclusa, lineari, pedunculis crassitie aequalibus, serius cum spica multiflora interrupta elongatis.

Potamogeton marinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 715. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 207. *Besser* Galic. n. 182. *Gmelin* Badens. n. 260. *Pollich* palat. n. 176. Flora Dan. Tab. 186.

Potamogeton pectinatus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Fl. n. 516. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 513. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 67.

Potamogeton pectinatum. *Schultz* Flora Stargard. n. 145. (secundum specimina) et plerorumque Floristarum germanicorum.

Potamogeton interruptus. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 514. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 748.

β *setaceus*, foliis setaceis, cum ramis maxime approximatis.

Potamogeton pectinatus. *Wallroth* Annus bot. p. 145.

Potamogeton pectinatus γ *scoparius.* *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 68.

Potamogeton pectinatum. *Wulfen* in *Römer* Archiv Bd 3. St. 3. p. 333.

Caules sub aqua fluctuantes, filiformes, tetragoni, ramosissimi, plerumque dichotomi, bi-, tripedales et in aquis rapide fluentibus longiores, saepe quadri- et quinquepedales. *Folia* alterna, floralia opposita, omnia conformia, digitalia et longiora, lineari-setacea, acuminata, obscure viridia, subopaca, canaliculata, integerrima, nervo solitario percursa, latere utroque a nervo ad marginem, illo duplo triplove latiore, venis hinc inde sparsis, transversalibus, linearibus interstincta, basi Graminum more vaginantia. *Vaginae* striatae, in adultioribus caulinis foliis laxae, per exsiccationem margine undulatae, unciales et paullo longiores, basi amplexicaules, in rameis foliis arctiores, margine albo, membranaceo, sursum latiore, auctae, apice *Ligula* bifida, lineari et sesquilineari, lanceolata, membranacea, acuminata, erecto-patula, terminatae: *florales* latiores et magna ex parte membranaceae. *Stipula* intrafoliacea, in folii vagina plerumque occultata, linearis, membranacea, duas ad tres lineas longa, libera. *Pedunculi* in suprema caulis et nonnunquam ramorum dichotomia solitarii, filiformes, crassitie aequales, ab unciali demum ad digitalem et ultra longitudinem saepe producti. *Spica* primum semiuncialis et longior, multiflora, plus minus densa, demum elongata, bi- ad triuncialis et interrupta glomerulis alternis. *Drupae* compressae, margine obtusae.

β *setaceus.*

Recedit tantum, licet habitu diversus videatur: 1. *Rami* cum *foliis* maxime approximatis, densioribus, scopam referentibus. 2. *Foliis* tenuioribus, setaceis, plerumque rufescentibus. 3. *Floribus fructibus*que paullo majoribus.

Observ. b. *Wulfen* l. c. folia dicit ecostata, at sub lente magis augente omnino costata sunt, licet costa paullo tenuior sit, quam in P. *marino*.

See-Leichkraut.

Observ. I. Omnia specimina, quae e diversis Germaniae regionibus sub *Potam. pectinato* possideo, foliorum structura hic descripta exacte conveniunt, licet longitudine et latitudine foliorum et eorum obscuriore colore varient.

Observ. II. *Vaillantii* figura in Botan. Paris. Tab. 32. Fig. 5 a. vaginarum foliorum structuram cum sua stipula, optime repraesentat.

Observ. III. Stipulae praesentiam intrafoliaceam oculatissimus quondam observator *Trentepohl* primo observavit.

In fossis et lacubus, tam marina, quam dulci aqua repletis ut et in fluviis Germaniae. 2|. Fl. Jul. et Aug.

17. Potamogeton *pectinatus.*

P. caule setaceo, flaccido, dichotomo, foliis omnibus conformibus, lineari-angustissimis, planis, diaphanis, venis transversalibus suboppositis interstinctis, alternis, exstipulatis, basi arcte vaginantibus, vagina margine submembranacea, ligula cylindracea, integra, caulem ramosque arcte amplectente, terminata, pedunculis crassitie aequalibus, serius cum spica pauciflora, interrupta, elongatis.

Potamogeton marinus. *Schultz* Flora Stargard. n. 146. *Ejusd.* Suppl. Florae Stargard. p. 9. secundum specimina.

Plura synonyma adducere vix audeo, quum fere omnia mihi incerta videantur.

Caules sub aqua fluitantes, setae equinae crassitie, subtetragoni, flaccidi, remote dichotomi, pedales et longiores. *Folia* alterna, floralia opposita, omnia conformia, lineari-angustissima, plana, diaphana, integerrima, nervo dorsali percursa, latere utroque a nervo ad marginem illo vix sesquilatiore et venis transversalibus, crassitie fere nervi dorsalis, suboppositis, per aequalia intervalla interstincta, ut ita per exsiccationem fere articulata appareant, caulina remotiora, ramea magis approximata et disticha, exstipulata, basi vaginantia. *Vaginae*, ut in antecedente specie, sed arctiores, breviores et angustiores, margine submembranaceae, apice *Ligula* membranacea, cylindrica, tubulosa, caulem ramosque arcte includente, apice integra, vagina fere triplo breviore, striata, auctae. *Pedunculi* et *Spica*, ut in *Potam. marino*, at duplo tenuiores et minores.

Observ. Ligula, in hac specie diu vexata, caulem ramosque arcte includens, primo intuitu stipulis in sequente specie simillima est, at si folium cum sua Vagina a caule removeatur, ejus structura statim in conspectum venit. Venae insuper transversales, validae, per aequalia intervalla subopositae, quibus plane destitutus est *Potam. pusillus*, primo intuitu differentiam ostendent.

Kammförmiges Leichkraut.

Prope *Neobrandenburgum* im *Tollensee* Ducatus Strelitz. (*Schultz*), et forsan alibi quoque in Germania. ♃. Fl. Jul. et Aug.

18. Potamogeton *pusillus.*

P. caule setaceo, rigidiusculo, dichotomo, foliis omnibus conformibus, lineari-angustissimis, planis, diaphanis, aveniis, alternis, sessilibus, evaginatis, stipula intrafoliacea caulem ramosque arcte involvente, tubulosa, pedunculis crassitie aequalibus, capillaribus, cum spica ovata, pauciflora, serius immutatis.

Potamogeton pusillus. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 514. (exclusa Flora Dan.) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 516. (exclusa saltem Flora Dan.) *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 68.

Potamogeton pusillum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 717. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 208. *Besser* Galic. n. 183. *Gmelin* Badens. n. 261. *Pollich* palat. n. 177. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 747.

Potamogetum pusillum, gramineo folio, caule rotundo. *Vaillant* Paris. p. 164. Tab. 32. Fig. 4. *Rupp* Jen. p. 66.

Potamogeton minimum, capillaceo folio. *C. Bauh.* Prodr. p. 101. *Dill.* Giss. p. 108.

Potamogeton gramineum, tenuifolium. *Lösel* Pruss. pag. 206. Tab. 67. bona!

Tota sub aqua fluitans, saturate viridis. *Caules* setacei, subangulati, rigidiusculi, recentes fragiles et adhibita tantum cura integri ex aqua protrahendi, remote dichotomi, pedales et longiores. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* alterna, floralia opposita, rigidiuscula, diaphana, angustissime linearia, plana, latitudine crassitiem caulis et ramorum aequantia, nervo robusto, dorso elevato percursa, latere utroque a nervo ad marginem illum latitudine aequante absque ullo venarum transversalium vestigio, sessilia, semiamplexicaulia, evaginata, patula, integerrima. *Sti*

ulae intrafoliaceae, cylindraceae, tubulosae, caulem ramosque cte involventes, apice integrae, obtusiusculae, striatae, in ra- is novellis nondum plane evolutis latiores, laxiores, magis mem- anaceae, subventricosae. *Pedunculi* capillares, semiunciales unciales, in caule ramisque terminales, fructiferi immutati. pica parva, subovata, quinque- seu sexflora, demum non elon- ta.

Observ. I. *Vaillantii* figura l. c. optime stipularum figuram demonstrat.

Observ. II. Teneritate proxime accedit ad antecedentem *Potamog. pectinatum*, at praesentia stipularum interfoliacearum, defectu venarum foliorum et spica nunquam elongata, facile distinguitur.

Observ. III. *Potamogeton pusillum* Fl. Dan. Tab. 1451. ob stipulas omnes liberas, nec caulem arcte involventes, multo latiores, huc pertinere nequit, sed potius *Pot. compressi* varietatem *γ foliis angustissimis* indigitat.

Kleines Leichkraut.

In fossis, stagnis et paludibus. 2|. Fl. Jul. et Aug.

115. RUPPIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 235. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 23. Gaertner de Fruct. 2. p. 23. Tab. 84.

Spadix ex axillis foliorum vaginantium, simplicissimus, bre- oblongus, biflorus. *Calyx* et *Corolla* nullus. *Stamina* tuor. *Antherae* sessiles, grandiusculae, transversim de- entes. *Pistilla* quatuor, coarctata. *Germina* sessilia. *mata* sessilia, peltata. *Nuculae* monospermae, ovatae, de- longissime pedicellatae.

Ruppia *maritima.*

Ruppia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 717. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 208. *Ejusd.* Catalecta bot. Fasc. 3. p. 27. *Host* Synops. pag. 85. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 517. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 518. *Schrader* Spicil. p. 21. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsat. p. 16. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 333. Flora Dan. Tab. 364.

Bucca ferrea maritima, foliis acutissimis. *Michel* Nova Plant. Genera p. 72. Tab. 35.

Fucus ferulaceus. *Lobel* Icon. 2. p. 255. *Ejusd.* Observ. p. 653.

Potamogeton pusillum alterum, seminibus singulis, longis pedicellis insidentibus. *Pluknet* Phytogr. Tab. 248. Fig. 4.

Potamogeton maritimum, gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato. *Raj.* angl. 3. p. 134. Tab. 6. Fig. 1.

Gramen maritimum fluitans, cornutum. *C. Bauh.* Prodr. pag. 7.

Gramen aquae innatans cum utriculis, seu foeniculacea marina. *Joh. Bauh.* Hist. 3. P. 2. p. 776.

Radix repens, geniculata, ad genicula radices fibrosas in limum demittens. *Caules* adscendentes, rectiusculi, sub aqua fluitantes, pedales et longiores, debiles, ramosissimi, dichotomi, teretes, filiformes, ferruginei. *Folia* alterna, floralia opposita, angustissime linearia, canaliculata, integerrima sesqui-ad bipollicialia, uninervia, avenia, atroviridia, basi vaginantia. *Vaginae* margine membranacea, apice *Ligula* brevi, obtusa, bifida, terminata; *foliorum floralium* latissima, tota fere membranacea. *Spadix* in omnibus ramis ramulisque terminalis, ante anthesin in vaginis foliorum duorum oppositorum, terminalium, spathae munere fungentibus, arcte inclusus, breviter pedunculatus, versus florescentiae tempus vaginas spathaeformes derelinquens, pedunculo ad unciae longitudinem producto, supra aquae superficiem fructificationis negotium absolvens, ex oblongo ovatus, plerumque biflorus, peracta fructificatione in aquam iterum descendens. *Calyx* et *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor. *Antherae* sessiles, grandiusculae, ferrugineae, subrotundae, approximatae, longitudinaliter utrinque sibi adpositae, demum transversim dehiscentes et fere hemisphaericae. *Pollen* sulphureum. *Pistilla* quatuor, rarius tria, vel quinque, approximata, ferruginea, vix ac ne vix quidem pedicellata. *Styli* nulli. *Stigmata* subrotunda, obtusa, subexcavata. Peracta fructificatione *Pedunculus* in aquam descendens, ad trium, quatuor et quinque unciarum longitudinem producitur, filiformis, flexuosus, demum spirae in modum contortus et simul Germina grossificata evidenter pedicellata evadunt. *Pedicellis* usque ad fructus maturitatem ad unciae longitudinem enatis, rectis, spadicis axi horizontaliter deflexae insidentibus. *Nuculae* ovatae, subretusae, ferrugineae, monospermae.

Meer-Ruppie.

Observ. I. Caveas, ne cum *Potamogetone marino* confu

das, cui quoad habitum et figuram caulis atque foliorum quam proxime accedit, at multo ramosior est, ramis minus elongatis et omnibus cum ramulis floriferis.

Observ. II. Ad caulis genicula non raro tubercula solitaria, solida, flavo-virescentia, magnitudine seminis *Cannabis* vel *Pisi* enascuntur, quae successu temporis radiculas protrudunt et matrem denique deserentia in novas plantas excrescunt.

Observ. III. Notatu dignissimum est in hac planta, quod pedunculi, florescentiae tempore tantum fere unciales, peracta fructificatione in aquam descendant, in longitudinem tri-ad quadriuncialem producantur et spirae in modum flectantur et contorqueantur, ut pro aquae profunditate laxari et contrahi valeant, pari modo, ut florens *Valisneriae* femineus pedunculus. At cuinam usui?

In fossis et lacubus aqua marina repletis Dynastiae Jeverae (*Jürgens*), Holsatiae (*Weber*), *Fimbriae* insulae maris Baltici (*Mertens*, *Roth*), Tergesti (*Wulfen*) alibique. 2|. Fl. Jul. et Aug.

CLASS. V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

† *Flores monopetali, inferi, di- vel tetragymnospermi.*

Asperifoliae.

116. CERINTHE. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* cylindraceo-campanulata, quinquedentata. *Faux* pervia, nuda. *Nuces* duae, biloculares, basi perforatae.

117. ECHIUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformis, campanulata, quinquefida, plerumque inaequalis. *Faux* pervia, nuda. *Semina* unilocularia, basi imperforata.

118. HELIOTROPIUM. *Cal.* quinquepartitus. *Corol.* hypocrateriformis, quinquefida: *Laciniis* plicatis. *Faux* pervia. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

119. PULMONARIA. *Cal.* prismatico-pentagonus, quinquedentatus. *Cor.* infundibu-

liformis, quinquefida. *Faux* pervia. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

20. LITHOSPERMUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida. *Faux* pervia, nuda. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

21. SYMPHYTUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* cylindraceo-campanulata, quinquedentata. *Faux* fornicibus quinque conniventibus munita. *Nuces* quatuor, basi perforatae.

22. BORAGO. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Faux* clausa fornicibus. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

23. ONOSMA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* tubuloso-campanulata, quinquedentata. *Faux* nuda. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

24. LYCOPSIS. *Cal.* quinquefidus, in fructu inflatus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformis. *Faux* pervia, barbata. *Nuces* quatuor, basi perforatae.

25. ASPERUGO. *Cal.* quinquepartitus, irregularis, in fructu compressus. *Cor.* subinfundibuliformis, quinquefida. *Faux* fornicibus clausa. *Nuces* quatuor, basi imperforatae.

26. CYNOGLOSSUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida. *Faux* fornicibus coronata. *Nuces* quatuor, basi imperforatae, echinatae.

27. OMPHALIUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquefida. *Faux* fornicibus clausa. *Nuces* quatuor, basi imperforatae,

margine membranaceo inflexo cyathiformes.

128. MATTIA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida. *Faux* fornicibus coronata. *Nuces* quatuor, in discum dilatatae, imperforatae.

129. ANCHUSA. *Cal.* quinquepartitus seu quinquefidus, in fructu plus minus inflatus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida. *Faux* fornicibus clausa. *Nuces* quatuor, basi perforatae.

130. MYOSOTIS. *Cal.* quinquepartitus, quinquefidus vel quinquedentatus. *Cor.* hypocrateriformis, quinquefida. *Faux* fornicibus clausa. *Nuces* quatuor, basi inperforatae.

† † *Flores monopetali, inferi, angiospermi.*

* Capsula uniloculari.

131. CORTUSA. *Cal.* campanulatus, quinquefidus. *Cor.* infundibuliformis, profunde quinquefida. *Antherae* subcoalitae. *Capsula* bivalvis, apice dentata.

132. CORIS. *Cal.* quinquedentatus, extra dentes spinis quinque armatus. *Cor.* tubulosa, quinquefida, irregularis. *Capsula* quinquevalvis.

133. ANDROSACE. *Cal.* pentagonus, quinquedentatus. *Cor.* hypocrateriformis, quinquefida; *fauce* glandulosa. *Capsula* quinquefariam dehiscens.

134. PRIMULA. *Cal.* pentagonus, quinquefidus. *Cor.* hypocrateriformis, quinqueloba: *Lobis* emarginatis, *fauce* eglandulosa. *Capsula* decemfida.

135. **SOLDANELLA.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* campanulata, ore lacero-multifida. *Capsula* ore subdecemfida.

136. **CYCLAMEN.** *Cal.* semiquinquefidus. *Cor.* quinquepartita: *Limbo* reflexo: *fauce* prominula. *Capsula* ore quinquefariam dehiscens.

137. **ANAGALLIS.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Capsula* circumscissa.

138. **LYSIMACHIA.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Capsula* quinque-vel decemvalvis.

139. **HOTTONIA.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* hypocrateriformis, quinquefida. *Capsula* evalvis, apice dehiscens.

140. **MENYANTHES.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida: *Laciniis* barbatis. *Capsula* bivalvis.

141. **WALDSCHMIDTIA.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita: *Laciniis* disco glabris, margine fimbriatis. *Pepo* carnosus.

142. **ERYTHRAEA.** *Cal.* quinquefidus, subpentagonus. *Cor.* infundibuliformis, quinquefida. *Capsula* bivalvis.

* * Capsula subbiloculari et biloculari.

143. **CONVOLVULUS.** *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* campanulato-plicata, obsolete quinqueloba. *Stigmata* duo, oblonga. *Capsula* bi-ad quadrilocularis, tri-seu quadrivalvis.

144. **DATURA.** *Cal.* quinquedentatus, deciduus, remanente basi orbiculata. *Cor.* infundibuliformis, plicata, quinqueloba. *Capsula* semiquadrilocularis, quadrivalvis.

145. HYOSCIAMUS. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* infundibuliformis, irregularis, vel campanulata, regularis, quinquefida. *Capsula* circumscissa, bilocularis.

146. VERBASCUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Capsula* bilocularis, bivalvis.

* * * Capsula tri-ad quinquelocularis.

147. AZALEA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* subcampanulata, profunde quinquefida. *Capsula* bi-, tri-, quinquelocularis et bi-, tri-, quinquevalvis.

148. POLEMONIUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

* * * * Folliculis unilocularibus.

149. APOCYNUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* campanulata, semiquinquefida: *Tubi* denticuli quinque, inclusi. *Folliculi* duo, univalves. *Semina* papposa.

150. CYNANCHUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* rotata, quinquepartita. *Nectarium* corona duplex. *Folliculi* duo, univalves. *Semina* papposa.

151. VINCA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* hypocrateriformis: *Tubo* cylindraceo, ore pentagono. *Limbo* quinquepartito. *Germina* duo, in *Stylum* simplicem desinentia. *Folliculi* duo, univalves. *Semina* nuda.

* * * * * Bacca unilocularis.

152. MANDRAGORA. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* campanulata, quinquefida. *Receptaculum* nullum.

* * * * * * Bacca biloculari.

153. ATROPA. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* campanulata, quinquefida. *Receptaculum* membranaceum.

154. PHYSALIS. *Cal.* semiquinquefidus: *fructiger* demum inflatus. *Cor.* campanulato-rotata, plicata, quinqueloba. *Receptaculum* carnosum.

155. SOLANUM. *Cal.* quinquepartitus; *fructiger* immutatus. *Cor.* rotata, quinquefida. *Antherae* apice poro gemino. *Receptaculum* carnosum.

† † † *Flores monopetali, superi.*

* Capsula uniloculari.

56. SCHULTESIA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* campanulata, quinquefida. *Capsula* intus quinqueplicata, apice quinquefariam dehiscens.

57. SAMOLUS. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* hypocrateriformis, quinquefida. *Capsula* semiquinquevalvis.

* * Capsula biloculari.

58. LOBELIA. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* irregularis, quinquefida: *Tubo* superne longitudinaliter fisso. *Capsula* bivalvis.
Crucinella Molluginoides.

* * * Capsula subtri-ad quinquelocularis.

59. PHYTEUMA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* profunde quinquefida rotata: *Laciniis* linearibus. *Filamenta* basi latitudine aequalia. *Capsula* bi-seu trilocularis, foraminibus totidem lateralibus *Semina* emittens.

160. CAMPANULA. *Cal.* quinque-vel decempartitus. *Cor.* campanulata vel subrotata. *Filamenta* basi dilatata, *Nectaria* tegentia. *Capsula* tri-seu quinquelocularis, foraminibus totidem *Semina* emittens.

161. PRISMATOCARPUS. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibuliformi-rotata, quinquefida. *Filamenta* basi latitudine aequalia. *Capsula* prismatica, trilocularis, foraminibus totidem lateralibus *Semina* emittens.

* * * * Bacca bi-quadrilocularis.

162. LONICERA. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* tubulosa, basi gibba, irregularis, subbilabiata. *Bacca* vel solitaria e duabus conflata, vel duae, basi coadunatae.

† † † † *Flores pentapetali, inferi.*

* Bacciferae.

163. RHAMNUS. *Cal.* quinque-seu quadrifidus. *Petala* quinque seu quatuor, squamaeformia. *Bacca* bi-vel quadrilocularis.

164. VITIS. *Cal.* quinquedentatus. *Petala* caduca. *Bacca immatura* quinquelocularis: *matura* unilocularis.

* * Drupaceae.

165. PALIURUS. *Cal.* quinquefidus. *Petala* unguiculata. *Drupa* coriacea, sicca, orbiculo membranaceo lato cincta.

166. ZIZYPHUS. *Cal.* quinquefidus. *Petala* unguiculata. *Drupa* baccata.

* * * Capsulares.

a) Capsula uniloculari.

7. VIOLA. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* irregularis resupinata, calcarata. *Antherae* apice membranaceae, cohaerentes. *Capsula* trivalvis.

3. IMPATIENS. *Cal.* diphyllus. *Cor.* irregularis calcarata. *Nectarium* monophyllum, cucullatum. *Antherae* apice cohaerentes. *Capsula* quinquevalvis, elastice dissiliens.

b) Capsula tri-quinqueloculari.

). EUONYMUS. *Cal.* quinque-seu quadripartitus, cum totidem *Petalis*. *Stamina* germini, tanquam receptaculo, imposita. *Capsula* sulcata, quinque-seu quadrivalvis. *Semina* arillo baccato obducta.

† † † † † *Flores pentapetali, superi.*

* Capsulares.

. JASIONE. *Involucrum* flores in capitulum colligens plurimos. *Cal.* quinquefidus. *Petala* aequalia, basi connexa. *Antherae* basi connexae. *Capsula* coronata calyce, apice dehiscens, semibilocularis.

* * Bacciferae.

. RIBES. *Cal.* semiquinquefidus. *Petala* parva, calycis margini insidentia. *Bacca* pulposa, unilocularis.

. HEDERA. *Involucrum* umbellae minimum. *Cal.* quinquedentatus. *Petala* patentia. *Bacca* demum exsucca, quinquelocularis.

† † † † † † *Flores incompleti, inferi.*

. GLAUX. *Cal.* coloratus, quinqueparti-

tus. *Cor.* nulla. *Capsula* unilocularis, quinquevalvis.

174. ILLECEBRUM. *Cal.* coloratus, pentaphyllus. *Cor.* nulla. *Capsula* unilocularis, quinquevalvis.

175. PARONYCHIA. *Cal.* ad basin usque quinquepartitus, intus coloratus. *Squamae* quinque petaloideae, cum Staminibus alternantes. *Capsula* unilocularis, non dehiscens.

† † † † † † † *Flores incompleti, superi.*

176. THESIUM. *Cal.* quinque-aut quadrifidus: *Laciniis* basi intus barbatis. *Cor.* nulla. *Nux* mucronata, calyce tecta.

DIGYNIA.

† *Flores monopetali, inferi.*

177. SWERTIA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* quinquepartita: *Laciniis* basi biglandulosis. *Capsula* unilocularis, bivalvis.

178. GENTIANA. *Cal.* cum *Cor.* quinque-, interdum quadri-ad novemfidus. *Glandulae* ad basin germinis tot, quot laciniae corollae. *Capsula* unilocularis, bivalvis.

Cuscuta europaea, monogyna.

† † *Flores incompleti.*

179. SALSOLA. *Cal.* quinquepartitus seu pentaphyllus, demum plerumque mutatus. *Cor.* nulla. *Semen* unum, calyce obvallatum, albuminosum, embryonem cochleatum continens.

0. KOCHIA. *Cal.* quinquefidus seu quinquepartitus, demum plerumque mutatus. *Cor.* nulla. *Semen* unum, calyce obvallatum, albuminosum, embryonem duplicatum continens.

1. CHENOPODIUM. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* nulla. *Semen* unum, superum, utriculo tectum, embryonem perisphaericum includens.

2. ATRIPLEX. *Polygama. Cal. hermaphr.* quinquepartitus, immutatus: *feminei* diphyllus, demum effiguratus et auctus. *Cor.* nulla. *Semen* unum, subcrustaceum.

3. BETA. *Cal.* profunde quinquepartitus. *Cor.* nulla. *Achenium* cum calyce deciduum. *Semen* reniforme.

4. CORISPERMUM. *Cal.* diphyllus, rarius mono-vel triphyllus. *Cor.* nulla. *Achenium* compressum, margine plus minus membranaceum. *Semen* planum.

5. HERNIARIA. *Cal.* quinquepartitus. *Cor.* nulla. *Achenium* ovatum.

6. ULMUS. *Cal.* quadri-ad octofidus, marcescens. *Cor.* nulla. *Samara* compressa, monosperma.

CELTIS. *Polygama. Cal. hermaphr.* quinquepartitus: *masculi* sexpartitus. *Cor.* nulla. *Drupa* baccata, monosperma.

† † † *Flores pentapetali, superi.*

UMBELLATI.

UMBELLIS PERFECTIS.

Fructu seu Achenio compresso, plano.

HERACLEUM. *Fructus* subrotundo-ova-

tus, membranaceo-marginatus. *Cocculi* costis tribus obsoletis: *Valleculis* ad dimidiam longitudinem maculatis: *Commissura* plana, bimaculata.

189. PASTINACA. *Fructus* ovalis, membranaceo-marginatus: *Cocculi* costis obsoletis: *Valleculis* striatis: *Commissura* bistriata.

190. PEUCEDANUM. *Fructus* ovalis, seu oblongus, margine dilatato. *Cocculi* costis tribus ad quinque, obtusiusculis: *Valleculis* cum sutura commissoriali parallelo-vittatis: *Commissura* plana.

191. FERULA. *Fructus* margine incrassatus: *Cocculi* costis tribus obtusis: *Valleculis* et ad suturam commissorialem vittatis.

192. TORDYLIUM. *Fructus* orbicularis, margine turgido, crenulato.

** Fructu solidiusculo, plus minus alato.

193. THYSSELINUM. *Fructus* ovato-subrotundus, convexo-planus, margine subalatus. *Cocculi* costis dorsalibus tribus cum duabus cum margine parallelis, elevatis, torulosis, obtusis: *Valleculis* angustissimis quatuor, vittatis.

194. SELINUM. *Fructus* subrotundus, planus, margine alatus. *Cocculi* costis dorsalibus tribus subprominulis et duabus cum margine parallelis, obsoletis: *Valleculis* quatuor, plano-convexis.

195. ANGELICA. *Fructus* compressus, margine alatus. *Cocculi* costis tribus acutis, subalatis: *Valleculis* sulcatis.

196. LASERPITIUM. *Fructus* ovalis, subcompressus. *Cocculi* costis tribus primariis acutis; secundariis alatis.

*** Fructu corticato, utriculato, solido, vel compresso.

197. SMYRNIUM. *Fructus* solidus, ovatus: *Cocculi* cortice nigro, tricostato: *Latusculae* a sutura commissoriali contracta.

198. CACHRYS. *Fructus* oblongo-ovalis, cortice spongioso-suberoso cinctus: *Cocculi* dorso angulati: *Valleculis* planis.

199. CORIANDRUM. *Fructus* globosus, vix costatus, sutura commissoriali membrana obducta, vittata.

200. BIFORIS. *Fructus* didymus: *Cocculi* semiglobosi, acuminati, dorso gibborosi, sub apice suturae commissorialis excavatae bipori.

201. SILER. *Fructus* ovali-oblongus, compressus: *Cocculi* costis novem obtusis, quinis magis prominulis.

202. CICUTA. *Fructus* subglobosus, depressus, solidus. *Cocculi* costis quinque, cortice in *Valleculis* prominente.

203. AETHUSA. *Fructus* ovato-subrotundus, solidus. *Cocculi* cortice in costas quinque dorsales, acutas, prominentes, turgescente.

204. PHYSOSPORUM. *Fructus* ovatus. *Cocculi* dorso obtuse quinquecostati, utriculo laxo, globoso, vix striato, vestiti.

205. PLEUROSPERMUM. *Fructus* oblongo-ovalis: *Cocculi* duplici utriculo; *exteriore* quinquelobo filis cum *interno* quinquangulari cohaerente.

**** Fructu armato, hirto.

206. CAUCALIS. *Fructus* oblongus, subcor-

ticatus, angulatus: *Cocculi* dorso costis primariis quinque aculeatis, secundariis interpositis vel nudis, vel pariter aculeatis.

207. DAUCUS. *Fructus* oblongus, solidiusculus. *Cocculi* dorso costis primariis et secundariis aculeato-setosis.

208. TORILIS. *Fructus* ovatus, vel oblongus, subcostatus. *Cocculi* dorso vel *omnes* setis aculeisque tecti, vel interiores tantum muricati.

209. ATHAMANTA. *Fructus* elliptico-oblongus. *Cocculi* solidi dorso quinquecostati, hispiduli vel villosi.

210. ANTHRISCUS. *Fructus* oblongus, teres, apice attenuatus, muricatus. *Commissura* sulcata.

211. SCANDIX. *Fructus* sublinearis, rostratus, costato-strigosus. *Semen* cocculi dimidiam longitudinem aequans.

* * * * * Fructu solido, nudo.

212. MYRRHIS. *Fructus* oblongus, profunde sulcatus. *Cocculi* dorso costis tribus acutis, submembranaceis: *Valleculis* sulcatis, *sutura commissoriali* planiuscula, bistriata.

213. CEREFOLIUM. *Fructus* oblongo-linearis, teres, ecostatus, glaber, apice attenuatus. *Sutura commissoriali* simplici.

214. CHAEROPHYLLUM. *Fructus* oblongus, obtuse costatus, glaber, apice stylo coronatus. *Sutura commissoriali* profunde sulcata.

215. SIUM. *Fructus* ovatus, vel oblongus, solidus, subcorticatus, angulosus. *Fostis*

quinqne obtusis: *Valleculis* convexiusculis.

16. CONIUM. *Fructus* subrotundo-ovatus, solidus. *Cocculi* dorso costis quinque obtusis, *immaturis* undulatis: *Valleculis* planis.

17. LIGUSTICUM. *Fructus* ovato-oblongus, solidus, corticatus. *Cocculi* dorso costis quinque acutis (subalatis): *Valleculis* sulcatis.

18. WALLROTHIA. *Fructus* ovatus, solidus; *Cocculi* dorso costis tribus obtusis: *Valleculis* sulcatis: *Commissura* plana.

9. PIMPINELLA. *Fructus* oblongo-ovalis, solidus. *Cocculi* dorso quinquecostati, costis obtusis: *Valleculis* convexiusculis. *Commissura* contracta.

0. SESELI. *Fructus* ovatus, plus minus oblongus, solidus. *Cocculi* dorso quinquecostati, costis acutis: *Valleculis* sulcatis, striatis.

1. SISON. *Fructus* ovatus, solidus. *Cocculi* dorso tricostati: *Valleculis* convexis: *Latusculis* contractis. *Sutura commissoriali* excavata.

2. CARUM. *Fructus* oblongo-ellipticus, solidus: *Cocculi* lineari-oblongi, dorso gibbi, tricostati cum costis duabus marginalibus: *Valleculis* tristriatis, stria intermedia elevata vittata: *Vitta* excurrente, articulata.

3. CNIDIUM. *Fructus* ovatus, solidus, ala tenui cinctus: *Cocculi* dorso quinquecostati, costis acutis: *Valleculis* sulcatis, striatis: *Commissura* plana, bivittata.

4. OENANTHE. *Fructus* ovato-cylindri-

cus, angulatus, calyce stylisque persistentibus coronatus: *Cocculi* subprismatici, oblongi, apice dentati, dorso quinquecostati.

225. APIUM. *Fructus* subrotundo-ovatus: *Cocculi* subrotundo-ovati, dorso costis quinque acutiusculis: *Valleculis* subtrivittatis, convexiusculis: *Sutura commissoriali* plana.

226. MEUM. *Fructus* oblongo-ovatus, costatus: *Cocculi* dorso costis quinque acutis: *Valleculis* planis: *Sutura commissoriali* excavata.

227. BUPLEURUM. *Fructus* oblongo-ovalis, solidus, laevis, costatus: *Cocculi* dorso costis quinque obtusiusculis: *Sutura commissoriali* excavata.

228. ODONTITES. *Fructus* ovatus, subcompressus, subangulosus, undique verruculosus: *Cocculi* ovato-oblongi, dorso elevato quinquecostati.

II. UMBELLIS IMPERFECTIS.

229. ASTRANTIA. Umbella cymosa. *Fructus* ovatus, costatus, sulcatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque membranaceis, plicatis.

230. DONDIA. Umbella capitata, simplex. *Fructus* ovatus, solidus costatus: *Cocculi* dorso elevato bicostati: *Valleculis* convexis.

231. SANICULA. Umbella cymosa: Umbellulae capitatae. *Fructus* ovatus, oblongus, solidus, costatus, setis uncinatis undique obsessus calyceque coronatus.

232. ECHINOPHORA. Umbella submultiradiata. Umbellulae capitatae. *Fructus* oblongo-ovatus, ecostatus, *sutura commissoriali* sulcata, in *Receptaculo* turgido nidulans.

233. HYDROCOTYLE. Umbella imperfecta, simplex, capitata subquinqueflora. *Fructus* subrotundus, angulosus: *Cocculi* dorso elevato tricostati, lateribus compressis.

234. ERYNGIUM. *Flores* capitati in *Receptaculo* elevato, paleaceo, sessiles. *Fructus* ovatus, paleaceo-squamatus, bipartibilis.

TRIGYNIA.

235. VIBURNUM. *Cal.* quinquedentatus, brevis, superus. *Cor.* quinquefida. *Bacca* monosperma.

236. SAMBUCUS. *Cal.* quinquedentatus, superus. *Cor.* rotata, quinquefida. *Bacca* globosa, unilocularis, trisperma.

237. RHUS. *Cal.* quinquepartitus, inferus, persistens. *Cor.* pentapetala. *Bacca* unilocularis, sicca, submonosperma.

238. STAPHYLEA. *Cal.* quinquepartitus. inferus. *Cor.* pentapetala. *Nectarium* urceolatum. *Capsulae* inflatae, basi coalitae, intus dehiscentes, dispermae. *Semina* ossea, globosa.

239. TAMARIX. *Cal.* quinquepartitus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Stamina* quinque ad decem. *Capsula* oblonga, triangularis, unilocularis, bivalvis, polysperma. *Semina* apice lanata.

240. DRYPIS. *Cal.* semiquinquefidus, inferus. *Cor.* pentapetala: *Petala* ad faucem denticulo gemino aucta. *Capsula* unilocularis, circumscissa, monosperma.

241. ALSINE. *Cal.* pentaphyllus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Capsula* unilocularis, sexvalvis, polysperma.

242. CORRIGIOLA. *Cal.* pentaphyllus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Semen* in calyce connivente nudum.

Spergula pentandra.

TETRAGYNIA.

243. PARNASSIA. *Cal.* quinquepartitus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Nectaria* quinque, ad basin petalorum, cordata, filis apice glanduliferis radiata. *Capsula* unilocularis, quadrivalvis, polysperma.

PENTAGYNIA.

244. CRASSULA. *Cal.* quinque - vel tri - et quadripartitus. *Petala, Stamina* et *Pistilla* quinque, vel tria et quatuor *Squama* basi cujusvis germinis affixa. *Capsulae* tot, quot Pistilla, unilocula-res, introrsum dehiscentes.

245. LINUM. *Cal.* pentaphyllus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Filamenta* basi coalita. *Capsula* quinque - ad decemlocularis. Loculis monospermis.

46. DROSERA. *Cal.* quinquefidus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Capsula* unilocularis, apice subquadrivalvis, polysperma.

47. SIBBALDIA. *Cal.* semiquinquefidus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Semina* quinque in calycis fundo clausi nuda.

48. ARMERIA. *Involucrum* capituli polyphyllum: *foliolis* scariosis; *infimis* in tubulosam vaginam elongatis. *Cal.* tubulosus, quinquedentatus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Filamenta* basi connata. *Capsula* evalvis, monosperma.

49. STATICE *Cal.* quinquedentatus, plicatus, inferus. *Cor.* pentapetala. *Filamenta* petalis affixa. *Capsula* evalvis, monosperma.

Cerastium semidecandrum. Spergula pentandra saginoidee.

POLYGYNIA.

50. MYOSURUS. *Cal.* pentaphyllus, inferus. *Petala* quinque, tubulosa, lingulata, unguibus poro nectarifero, nudo. *Semina* plurima in *Receptaculo* caudaeformi.

51. CERATOCEPHALUS. *Cal.* pentaphyllus, inferus. *Petala* quinque, plana, ad ungues poro nectarifero, squamula tecto. *Achenia* plura, apice acinaciformia, perparia, *Receptaculo*, demum elongato, adnata.

CLASS. V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

---

† *Flores monopetali, inferi, di-vel tetragymnospermi.*

Asperifoliae.

116. CERINTHE.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 246. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 145. Gaertner de Fruct. 1. p. 321. Tab. 67. Lehmann Asperifol. p. 4.

Calyx profunde quinquepartitus, persistens. *Corolla* cylindraceo-campanulata, quinquedentata, aequalis. *Faux* pervia, nuda. *Nuces* duae, biloculares, perforatae, fundo calycis affixae; *Loculis* monospermis.

1. Cerinthe *major.*

C. corollis obtusis, patulis, apice ventricosis, campanulatis, bracteis corolla brevioribus, foliis glabris.

Cerinthe major. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 772. *Lehmann* Asperifol. p. 357. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 7. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 1. p. 32. *Schul-*

es Oestr. Flora 2. n. 749. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 12. *Vulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 334. *Vest* Manuale ag. 434.

Cerinthe quorundam major, versicolore flore. *Clus.* Hist. 2. . CLXVIII. *Lobel* Observ. p. 215. *Ejusd.* Icon. 1. p. 397. *oh. Bauh.* Hist. 3. p. 602.

Radix fusiformis, fibrosa. *Caulis* vel solitarius, vel plu-es, erectus, pedalis, sesquipedalis et altior, crassitie pennae nserinae, laevis, glaucescens, superne ramosus. *Rami* alterni. *olia radicalia* obverse ovata, in petiolum attenuata; *caulina* lterna, sessilia, cordato-spathulata, amplexicaulia, obtusa, labra, margine scabra, glauco-viridia, interdum albo-macu-ta. *Flores* in racemum terminalem arcuatum dispositi, al-rni et in bractearum axillis sessiles. *Bracteae* cordato-ova-e, sessiles, floribus breviores, solitariae. *Calyx* persistens, rolla duplo brevior: *Laciniis* ovato-lanceolatis, inaequalibus, tegris, hispidulis, serius caerulescentibus. *Corolla* tubuloso-mpanulata, superne incrassata, ventricosa, patula, rubro-erulea, quinquedentata: *denticulis* revolutis. *Stamina* corolla eviora. *Filamenta* atropurpurea. *Antherae* sagittatae, lan-olato-acuminatae. *Nuculae* ovatae, nigricantes.

Grössere Wachsblume.

In Carnia *(J. Host)*, in Forojulio comitatus *Goritiensis Vulfen)*. ⊙. Fl. Jun. et Jul.

Cerinthe *minor.*

C. corollis acutis, clausis, subventricosis, bracteis corolla evioribus, foliis glabris.

α Corollis immaculatis.

Cerinthe minor, *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 772. *oth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 210. *Besser* Galic. n. 209. *melin* Badens. n. 280. *Host* Synops. p. 91. *Jacq.* Flora ustr. Tab. 124. *Lehmann* Asperifol. p. 391. *Römer* et *chultes* Syst. Veg. 4. p. 8. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 750. *est* Manuale pag. 434.

Cerinthe quorundam minor, flore flavo. *Clus.* Hist. 2. p. LXVIII. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 603.

Cerinthe minor. *Rupp* Jen. p. 9. *Tabernaem.* Kräu-rb. p. 805.

Cerinthe floribus semiquinquefidis. *Haller* Gött. p. 220.

β Corollis maculatis.

Cerinthe maculata. *Allion.* Pedemont. 1. p. 51. n. 178. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 286. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 8.

Isatis folio glastum montanum Dalechampii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 603.

Caulis erectus, dichotomus, vel solitarius, vel plures e *Radice* fusco-albida, pedalis et sesquipedalis, teres, glaber. *Folia* glabra, integerrima: *radicalia* obovata, in petiolum decurrentia; *caulina* alterna, sessilia, amplexicaulia, cordato-ovata, pallide viridia, saepe maculata. *Racemi* terminales, simplices, elongati, bracteati. *Bracteae* approximatae, secundae, cordato ovales, sessiles, amplexicaules, margine tenuissime setaceo ciliatae. *Pedunculi* in bracteis axillares, solitarii, uniflori, longitudine circiter calycis, nudi, demum ad oppositum latus deflexi, et ita secundi. *Calyx* glaber, inaequalis: *Laciniis* margine subciliatis; *duabus exterioribus* majoribus, ovato-lanceolatis; *tribus interioribus* aequalibus, lanceolatis. *Corolla* tubulosa, superne subventricosa, acuminata, profunde quinquefida, flava, glabra: *Laciniis* lanceolato-linearibus, rectis, conniventibus, in *α* concoloribus, in *β* basi macula atropurpurea pictis. *Antherae* sagittatae, sessiles. *Nuces* ovatae, atrae, nitidae.

Kleinere Wachsblume.

α. Ad sepes in *Kunitz* et *Calmsdorf* prope Jenam *(Rupp, Haller)*, in Carnia *(Host)*, in Galicia *(Besser)*, circa *Pfirt* in plaga Basiliensi *(Gmelin)*; *β* in Bohemia ad *Scharka*, *Carlstein (Pohl)*. ♂. ☉. Floret Jun. et Jul.

Observ. Essentiale discrimen inter *Cerinthem α minorem* et *β maculatam* sane nullum invenio, nam maculae ad basin limbi corollae, quae in *β* observantur, mihi non sufficiunt, quo specie distinguatur.

3. Cerinthe *alpina.*

C. corollis acutis, subpatulis, subventricosis, bracteis corolla multo longioribus, arcte imbricatis, foliis glabris.

Cerinthe alpina. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 391. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 9. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 751.

Differre dicitur ab antecedente: 1. *Foliis* angustioribus magisque elongatis. 2. *Bracteis* corolla multo longioribus, angus-

ioribus, arcte imbricatis. 3. *Corollis* subpatulis, luteis vel vio-aceis.

Alpen-Wachsblume.

In Hungariae alpibus (*Mauksch* et *Kitaibel*). ⊙. Fl. un. et Jul.

117. ECHIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 251. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 145. Gaertner de Fruct. 1. p. 326. Tab. 67. Lehmann Asperifol. p. 4.

Calyx quinquepartitus, persistens. *Corolla* infundibu-formi-campanulata; *Tubo* brevissimo; *Limbo* sensim ampliato, inquefido: *Laciniis* saepe inaequalibus; *duabus* superioribus ngioribus; *Fauce* pervia. *Filamenta* inaequalia, plerum-e declinata. *Semina* quatuor, unilocularia, basi imper-rata.

Echium *italicum.*

E. caule herbaceo, erecto, simplici, racemoso, elongato, icto, cum foliis lineari-lanceolatis strigoso-hispido, racemo to, composito spicis conjugatis, imbricatis, staminibus corolla aequali duplo longioribus.

Echium italicum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 786. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 443. *Römer* et *Schul-s* Syst. Veg. 4. p. 21. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 752. *nus* Iter Istr. et Dalmat. p. 37. *Vest* Manuale p. 437. *Wul n* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 335.

Echium altissimum. *Jacq.* Flora Austr. V. Append. p. 35. b. 16.

Echium albo flore majus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. P. 2. . 588.

Tota planta, excepta corolla cum genitalibus, e tubercu-parum elevatis strigosa. *Caulis* simplex, plerumque solita-s, erectus, strictus, teres, tri-, quadripedalis, crassitie di-minimi, vel paullo crassior, circa medium usque alternatim isus in ramos florigeros. *Folia* prioris anni radicalia in or-a disposita, oblongo-lanceolata, secundi anni lineari-lanceo-a; *caulina* alterna, sessilia, linearia, integerrima, obtusa, aliculata, nervosa, supra saturate viridia, subtus pallidiora. emus terminalis, elongatus, pyramidalis, compositus *Spicis*

alternis, axillaribus, pedunculatis, conjugatis, utrinque extrorsum patulis, subincurvis, brevibus, heteromallis, dense imbricatis, *fructiferis* elongatis, laxioribus. *Pedunculi* digitales, nudi. *Bracteae* lineares, foliis conformes. *Flores* in Bractearum axillis solitarii, sessiles, approximati, albi, vel pallide caerulescentes. *Calyx* setis validis, saepe flavicantibus, densissimis muricato-hispidus: *Laciniis* angusto-linearibus. *Corolla* parum irregularis, tubulosa. *Filamenta* corolla duplo longiora, inaequalia.

Italienischer Natterkopf.

In campestribus siccis Austriae prope *Schwächat*, Hungariae in Comitatu nitriensi, qua *Posonio Chemnitium* itur *(Host)*, in Litorali *(Wulfen)*, in Styria *(Sartori)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

2. Echium *rubrum.*

E. caule herbaceo, erecto, simplici, racemoso, elongato, cum foliis lineari-lanceolatis hispido, racemo composito racemulis solitariis, brevibus, staminibus corolla subaequali longioribus.

Echium rubrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 787. *Besser* Galic. n. 213. *Jacq.* Fl. Austr. 5. Append. p. 27. Tab. 3. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 23. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 438. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 753. *Vest* Manuale p. 437.

Echium rubro flore. *Clus.* Hist. 2. p. CLXIV.

Caulis pedalis, bipedalis et altior, simplex, erectus, ut tota planta, strigis hispidus. *Folia* lineari-lanceolata. *Racemus* laxiusculus, oblongus, compositus. *Racemulis* axillaribus, solitariis, brevibus, folium suum vix superantibus. *Calyx* ut in antecedente, at dimidio minor. *Corolla* kermesina, rarius pallide rubra, dimidio minor, quam in antecedente, striis quinque elevatis subpentagona, parum irregularis. *Stamina* corolla duplo longiora. *Filamenta* cum *Stylo* pilis brevibus adspersa.

Rother Natterkopf.

In pratis et graminosis Austriae circa *Ebergässing*, in Pannonia prope *Sopronium (Host, Jacq.)*, Styriae *(Sartori)*, in montibus Carpathicis *(Besser)*. ♂. Fl. Junio.

3. Echium *vulgare.*

E. caule herbaceo, erecto, subsimplici, racemoso, elongato

am foliis lineari-lanceolatis, hispidulo, racemo denso, compo-
to racemulis approximatis, deflexis, staminibus corolla inae-
uali sublongioribus.

Echium vulgare. *Willd.* Spec. Pl. Lin. T. I. P. II. p. 787. *oth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 211. *Besser* Galic. n. 214. *melin* Badens. n. 283. *Hayne* Arzneigewächse Band 1. ab. 27. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 449. *Lumnitz.* Poson. 191. *Pollich* palat. n. 193. *Römer* et *Schultes* Syst. eget. 4. p. 25. *Schkuhr* Handb. 1. p. 105. Tab. 52. *Schul-* s Oestr. Fl. 2. n. 754. *Scop.* Carn. 2. n. 200. *Sturm* eutschl. Fl. 1. Fasc. 18. Flora Dan. Tab. 445.

Echium vulgare. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 586. *Clus.* ist. 2. p. CLXIII.

Caulis erectus, cubitalis, simplex vel basi ramosus, hispi-
lus. *Folia* lineari-lanceolata, scaberrima: *radicalia* in or-
m disposita, in petiolum attenuata; *caulina* alterna, sessilia. *acemus* oblongus, pyramidalis, densus, compositus *Racemulis* nsis, rigidiusculis, apice recurvis. *Flores* brevissime pedicel-
ti, secundi, ante anthesin amoene purpurei, demum caerulei, terdum rubri, vel albi. *Calyx* strigosus: *Laciniis* linearibus utis. *Corolla* campanulata, extus pubescens. *Limbo* inae-
ali. *Stamina* declinata, corolla longiora.

Gemeiner Natterkopf.

In agris, praesertim arenosis, sterilibus, ruderatis, muris, vias. ♂. Fl. tota Aestate.

Echium violaceum.

E. caule herbaceo, ramoso, debili, demum diffuso, foliis oso-hispidis: inferioribus oblongis; summis cordato-lanceo-
is, amplexicaulibus, racemis simplicibus, elongatis, stamini-
s corollam aequantibus.

Echium violaceum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 788. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 211. *Besser* lic. n. 215. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 454. *Römer* et *hultes* Syst. Veget. 4. p. 25. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 5. *Vest* Manuale p. 438.

Caulis debilis, ramosus, demum diffusus, ut tota planta, oso-hispidus. *Rami* alterni. *Folia* alterna, integerrima: *eriora* oblonga, obtusiuscula, subpetiolata; *summa* sessilia, plexicaulia, cordato-lanceolata. *Racemi* terminales, simpli-
, apice recurvi, demum elongati. *Flores* approximati, bre-

viter pedunculati, primum purpurei, demum violacei. *Calyx* hispidus. *Corollae* tubus longitudine fere calycis. *Stamina* corolla non longiora, purpurea.

Violetter Natterkopf.

In montibus et vallibus Austriae *(Schultes)*, Hungariae *(Kitaibel)*, Galiciae *(Besser)*. ☉. Fl. Jun., Jul., Aug.

* * *

Echium petraeum, *Trattinnik* Thesaur. bot. 34. quod Celeberr. *Lehmann* cum *Echio rosmarinifolio* combinare videtur, quodque *J. Host* in monte *Biokono* et *de Portenschlag* prope *Almissam* Dalmatiae observaverunt, ab *E. rosmarinifolio* differre dicitur: *Foliis* absolute sessilibus, obtusis, punctis callosis destitutis; *Spiculis* ramosis, multifloris; *Calycis* quinquepartiti *laciniis* aequalibus; *Corollae tubo* glabro; *Staminibus* et *Stylo* corolla longioribus. Vide *Regensb.* bot. Zeit. 1820. p. 727.

118. HELIOTROPIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 239. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 145. Gaertner de Fruct. 1. p. 329. Tab. 68.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* hypocrateriformis, quinquefida, fauce pervia: *Laciniarum sinubus* plicatis. *Stigma* subconicum. *Nuces* quatuor, uniloculares, cohaerentes, fundo calycis affixae, basi clausae.

1. Heliotropium *europaeum.*

H. caule herbaceo, erecto, foliis ovatis integerrimis, planis, lineatis, tenuiter tomentosis, spicis lateralibus solitariis, terminalibus conjugatis, calycibus in fructu stellatim patentibus. *Lehmann* Asperifol. 1. p. 51.

Heliotropium europaeum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 742. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 211. *Gmelin* Badens. n. 266. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 207. *Pollich* palat. n. 180. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 29. *Schkuhr* Handb. 1. p. 94. Tab. 29. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 756. *Vest* Manuale p. 438.

Heliotropium majus. *Clus.* Hist. 2. p. XLVI.

Heliotropium majus, flore albo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 605.

Heliotropium majus Dioscoridis. *Tabernaem.* Kräuterb. . 937.

Caulis erectus, teres, pubescenti-scabriusculus, palmaris, edalis et interdum altior, ramosus, dichotomus. *Folia* alter- a, petiolata, ovata, obtusa, integerrima, plana, lineata, basi petiolum attenuata, tenui tomento vestita. *Spicae* lineares, ecundae, densae, apice involutae: *laterales* plerumque solita- ae; terminales geminae. *Flores* albi, sessiles. *Calyces flori-* ri erecti; *fructiferi* stellatim patentes. *Corollae laciniae* utae.

Europäische Sonnenwende.

Observ. Celeberr. *Schultes* in Observ. bot. p. 27. n. 114. sub nomine *Heliotropii humilis* plantae mentionem fecit, quae *Heliotr. europaeo* simillima et in Galicia provenire dicitur. Recedit *Statura* multo minore: *Foliis* rugosis et *Corollarum laciniis* obtusis.

In cultis siccioribus, agris, vineis Marggrav. Badensis *(Gmelin)*, Palatinatus *(Pollich)*, Austriae *(Host, Jacq.)*, yriae *(Sartori)*. ☉. Fl. Jul., Aug., Sept.

119. PULMONARIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 244. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 146.

Calyx prismatico-pentagonus, quinquedentatus. *Co- lla* infundibuliformis, quinquefida, fauce pervia: *Limbi la-* iis obtusis. *Stigma* emarginatum. *Nuces* quatuor, unilo- ares, fundo calycis affixae, basi clausae.

Pulmonaria *angustifolia.*

P. calycibus longitudine tubi corollae, foliis oblongo-lan- latis, hirsutis: radicalibus ovato-lanceolatis, petiolatis; cau- s sessilibus, lanceolatis.

Pulmonaria angustifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. I. p. 768. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 212. *Bön- ghausen* Flora Monast. n. 226. *Hayne* Arzneigewächse d 2. Tab. 43. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 275. *Römer* et *ultes* Syst. Veg. 4. p. 53. *Pollich* palat. n. 189. *Spren-* Fl. Halens. n. 217. Flora Dan. Tab. 483.

Pulmonaria foliis Echii. *Lobel* Icon. 1. p. 586.

Pulmonaria rubro flore, foliis Echii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 597.

Pulmonaria quinta, pannonica. *Clus.* Hist. 2. p. CLXX.

Pulmonaria quarta Plinii, angustifolia. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 948.

β *oblongata:* caule altiore, foliis latioribus et obtusioribus.

Pulmonaria angustifolia. Gmelin Badens. n. 424. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 757.

Caulis erectus, semipedalis et pedalis, pilis brevibus hirsutus, simplex, apice tantum divisus. *Folia* integerrima, hirsuta, vel maculis albis notata, vel immaculata et concoloria: *radicalia* oblonga, utrinque attenuata, vel ex ovato lanceolata, acuta, in petiolum longum ad basin usque decurrentia; *caulina* sessilia, semiamplexicaulia, oblongo-lanceolata, acuminata. *Racemi* terminales, laxi, simplices, ante anthesin subrevoluti. *Flores* pedunculati, antrorsum parum nutantes, primo purpurei, demum violacei. *Calyx* prismatico-pentagonus, tubulosus, quinquedentatus. *Corolla* infundibuliformis; *Tubo* cylindraceo, longitudine calycis, *Limbo* quinquefido: *Laciniis* rotundatis, erecto-patulis, *Fauce* nuda. *Stamina* quinque. *Filamenta* brevia. *Antherae* oblongae incumbentes, conniventes. *Stigma* capitatum, emarginatum. *Nuces* monospermae, ovatae, subcompressae, basi clausae.

Schmalblättriges Lungenkraut.

In sylvis, nemoribus et dumetis. 4. Fl. Majo, Jun.

2. Pulmonaria *azurea.*

P. calycibus tubo corollae longioribus, corollis fauce fasciculato-pilosis, foliis piloso-hispidis: radicalibus oblongo-lanceolatis, in petiolum attenuatis; caulinis sessilibus subdecurrentibus, angusto-lanceolatis.

Pulmonaria azurea. Besser Galic. n. 205. *Römer et Schultes* Syst. Veg. 4. p. 54.

Bessera azurea. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 759. *Ejusd.* Observ. bot. p. 27.

Pulmonaria tertia austriaca. *Clus.* Hist. 2. p. CLXIX.

Pulmonaria angustifolia, caeruleo flore. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 576.

Pulmonaria prima angustifolia. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 948.

Pulmonariae antecedenti proxima, tamen evidenter diversa: . *Foliis* magis oblongo-lanceolatis; *caulinis* basi ala tenui, revi ad caulem decurrentibus. 2. *Caule* pilis reflexis obsesso. 3. *Floribus* subnutantibus. 4. *Calyce* campanulato, corollae tubo ongiore; *Laciniis* inaequalibus, nec aequalibus. 5. *Corollae auce* fasciculis pilorum quinque munita; *Limbo* campanulato, emum elegantissime azureo.

Azurblaues Lungenkraut.

Observ. Calyce prismatico et seminibus basi clausis respondet haec planta characteri *Pulmonariae*, at fauce corollae fasciculis pilorum quinque barbata ad *Anchusam* accedit.

In pratis udis prope Wratislaviam (*Treviranus*), in alicia (*Christiani* et *Besser*), in Austria et Pannonia (*Clusius*). 24. Fl. Jun., Jul.

Pulmonaria *mollis.*

P. calycibus tubo corollae sublongioribus, foliis pubescenti-mentosis: radicalibus oblongo-lanceolatis, in petiolum attenuatis; caulinis sessilibus, ovatis, subcordatis, oblique mucronatis.

Pulmonaria mollis. *Heller*, Wirceburg. Supplem. pag. 13. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 176. *Römer* et *Schultes* Syst. eget. 4. pag. 53.

Pulmonaria officinalis γ. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. . II. p. 768.

Pulmonaria angustifolia. *Besser* Galic. n. 203. (exclus synonymis fide speciminis, *Lehmann.*) et secundum diagnosin.

Ab antecedentibus speciebus evidenter recedit: 1. *Pube* seicea, molli, qua caulis et folia utrinque, cum calyce vestita unt. 2. *Foliis caulinis* ovatis, oblique mucronatis.

Weichhaariges Lungenkraut.

In umbrosis prope Suevefurtum (*Wolf*, *Schreber*), in alicia (*Besser*). 24. Fl. Majo, Junio.

Pulmonaria *officinalis.*

P. calycibus longitudine tubi corollae, foliis scabris: radilibus ovato-subcordatis, petiolatis; caulinis ovatis, acuminas, sessilibus, subdecurrentibus.

Pulmonaria officinalis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 768. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 212. *Besser* Galic. n. 204. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 225. *Gmelin* Badens. n. 277. *Hayne* Arzneigew. Band 2. Tab. 44. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 277. *Lumnitz.* Poson. n. 182. *Pollich* palat. n. 189. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 54. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 100. Tab. 30. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 758. Flora Dan. Tab. 482.

Pulmonaria maculosa. *Lobel* Icon. 1. p. 586.

Pulmonaria maculosa mas. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 948.

Pulmonaria italorum ad Buglossum accedens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 595.

Pulmonaria vulgaris maculoso folio. *Clus.* Hist. 2. p. CLXIX.

Caulis erectus, simplex, hirsutus, ut tota planta, semipedalis et pedalis. *Folia* vel maculis albis praedita, vel immaculata et concoloria, integerrima: *radicalia*, ovato-subcordata, acuta, in petiolum longum usque ad ejusdem basin decurrentia; *Caulina* sessilia, semiamplexicaulia, vix parum decurrentia, ovata, acuta. *Racemi* terminales, laxi, ante florum evolutionem revoluti. *Flores* pedunculati, distichi, nutantes, ante anthesin purpurei, demum violacei. *Calyx* prismatico-pentagonus, quinquedentatus; *dentibus* aequalibus. *Corollae* tubus longitudine calycis, cylindraceus; *Faux* nuda.

Gemeines Lungenkraut.

Observ. Plurimis in partibus convenit cum *Pulmonaria angustifolia*, Foliorum inprimis latitudine et figura recedit.

In sylvis, nemoribus et dumetis humidioribus. ♃. Fl. Aprili, Majo.

120. LITHOSPERMUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 241. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 145.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida: *Tubo* cylindrico, *Fauce* nuda, pervia; *Limbi Laciniis* obtusis. *Nuces* quatuor, distinctae, fundo calycis affixae, uniloculares, basi imperforatae.

. Lithospermum *officinale.*

L. nucibus laevibus, corollis calycem vix superantibus, fo- is lanceolatis, acutiusculis, nervosis, scabris.

Lithospermum officinale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 751. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 213. *Besser* Galic. n. 195. *Gmelin* Badens. n. 270. *Hayne* Arzeigewächse Band 6. Tab. 29. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 310. *Pollich* Palat. n. 183. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. 42. *Schkuhr* Handb. 1. p. 96. Tab. 29. *Schultes* Oestr. l. 2. n. 760. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 5. *Vest* Manuale p. 345. Flora Dan. Tab. 1084.

Lithospermum arvense. *Tabernaemont.* Kräuterb. g. 1234.

Radix simplex, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, ramosus, per. *Rami* axillares, sparsi, virgati. *Folia* sparsa, tamen nsa, lanceolata vel elliptico-lanceolata, acutiuscula, integerma, sessilia, scabra, quinque-ad septemnervia. *Racemi* in ale ramisque terminales, foliosi, ante florescentiam revoluti, anthesi evoluti, demum elongati, laxi. *Flores* breviter pedunculati, in axillis summorum foliorum solitarii. *Calyx* quinquepartitus, persistens, scaber; *Laciniis* lanceolatis, sub anthesi rectis, post anthesin patentibus. *Corolla* infundibuliformis, alba; tubo longitudine corollae, cylindraceo; *Limbo* quinquefido: *Laciniis* rotundatis, patentibus; *Fauce* quinque gibbulis notata, pervia. *Nuces* oblique ovatae, subcinereae, laeves, nitidae, basi calycis infixae, imperforatae.

Gemeiner Steinsame.

In ruderatis, ad vias, fimeta. ♃. Fl. Majo, Junio.

Lithospermum *arvense.*

L. nucibus rugosis, corollis calycis longitudine, foliis lanceolato-linearibus, obtusis, enerviis, strigosis.

Lithospermum arvense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 751. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 214. *Besser* Galic. n. 196. *Gmelin* Badens. n. 271. *Lehmann* Asperifol. p. 321. *Pollich* Palat. n. 184. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 43. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 761. *Vest* Manuale pag. 436. Flora Dan. Tab. 456.

Anchusa arvensis, minor, facie Miliisotis. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1233.

Radix ramosa, fibrosa, rubra. *Caulis* erectus, subangu-

latus, scaber, superne ramosus, dichotomus, pedalis et altior. *Folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, strigosa, enervia. *Racemi* terminales, secundi, demum elongati, laxi. *Flores* in alis summorum foliorum subsessiles, Bracteis foliaceis oppositi, plerumque solitarii. *Calyx* punctis nigris setigeris strigosus. *Corolla* longitudine calycis, glabra, alba, vel interdum caerulea. *Nuces* nigrae, rugosae, scabriusculae.

Acker-Steinsame.

In agris secalinis, arvis, vineis. ☉. Fl. Jun., Jul.

3. Lithospermum *purpureo-caeruleum.*

L. nucibus laevibus, corollis calyce sesquilongioribus, foliis lanceolatis, enerviis, utrinque acutis, scabriusculis.

Lithospermum purpureo-caeruleum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 754. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 214. *Besser* Galic. n. 193. *Gmelin* Badens. n. 272. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 754. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 299. *Pollich* Palat. n. 185. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 46. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 762. *Vest* Manuale pag. 436. *Römer* Flora Europ. Fasc. 6.

Lithospermum majus, repens. *Clusii* Hist. 2. p. CLXIII.

Radix lignosa, fibrosa. *Caules* plures, partim steriles, partim fertiles, *steriles* exteriores, ad terram inclinati, debiles, decumbentes, longi, versus extremitatem radicantes, *fertiles* interiores erecti, pedales et sesquipedales, subangulosi, superne ramosi, pubescentes, scabriusculi. *Folia* alterna, sessilia vel subpetiolata, lanceolata, utrinque attenuata, integerrima, enervia, scabriuscula. *Racemi* breves, geminati, foliosi. *Flores* in alis foliorum floralium subsessiles, solitarii. *Calyx* quinquefidus. *Corolla* speciosa, calyce sesqui- vel duplo longior, primum caerulea, demum purpurascens, ad faucem foveolis quinque notata. *Nuces* ovatae laeves, nitidae, albae, saepe unica tantum perfecta.

Purpurblauer Steinsame.

Variat, licet rarius, *Flore* albo, in Bohemia (*Lehmann*).

In montosis sylvaticis, asperis Marggrav. Badensis (*Gmelin*), Palatinatus (*Pollich*), Austriae (*Jacq.*), Galiciae (*Besser*), Styriae (*Sartori*), Goritiae (*Wulfen*), Bohemiae (*Pohl*). ♃. Fl. Majo, Junio.

121. SYMPHYTUM.

LINN. Gen. Plant. ed. SCHREBER n. 245. JUSS. Gen. Plant. ed. ROEMER p. 146.

Calyx quinquepartitus, pentagonus. *Corolla* cylindra-o-campanulata, quinquedentata, obtusa: *Fauce* fornicibus quin-e subulatis, in conum conniventibus, limbo brevioribus, mu-ta. *Nuces* quatuor, fundo calycis affixae, uniloculares, basi rforatae.

Symphytum *officinale.*

S. calycibus tubum corollae aequantibus, foliis ovato-lan-latis, alternis decurrentibus, radice fasciculata, descendente.

Symphytum officinale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 770. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 215. *Besser* Ga-n. 206. *Gmelin* Badens. n. 279. *Hayne* Arzneigew. d 3. Tab. 37. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 351. *Pollich* t. n. 191. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 64. *kkuhr* Handb. 1. p. 101. Tab. 30. *Schultes* Oestr. Fl. 2. 166. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 17. *Vest* Manuale 84. Flora Dan. Tab. 664.

Symphytum majus, flore purpureo. *Tabernaemont.* uterb. p. 949.

Symphytum Alum seu Alus. *Lobel* Icon. 1. p. 583.

β bohemicum: Foliis ad caulem minus decurrentibus.

Symphytum bohemicum. Schmidt Bohem. n. 212. *Per-* Synops. 1. p. 161.

Symphytum officinale γ bohemicum. Pohl Bohem. n. 283.

γ patens: Calyce colorato patente.

Symphytum officinale b. *patens. Koch* et *Zix* Cat. Plant. t. p. 6

Radix fasciculata, nigra, descendens. *Caules* erecti, an-si, ramosi, scabri, alati, bi-seu tripedales. *Folia* acumi-, scabra, integerrima, subundulata: *radicalia* oblongo-lan-ta, utrinque attenuata, longe petiolata; *caulina* alterna; *riora* petiolata; *superiora* sessilia, ad caulem decurrentia, -lanceolata: *ramea* plerumque opposita. *Racemi* axilla-t terminales, pedunculati, geminati, nudi, ante florescen-revoluti. *Flores* alterni et sparsi, pedicellati. *Calyx* pen-tus, quinquepartitus, scaber: *Laciniis* acutis, erectis vel,

ut in γ, patulis. *Corolla* clavata, superne dilatata, lineis quinque decurrentibus notata, quinquedentata, dentibus recurvis, purpurea, carnea vel alba: *Faux* clausa fornicibus quinque, subulatis, conniventibus, limbo corollae brevioribus. *Stamina* quinque, cum fornicibus alternantia illisque breviora. *Antherae* oblongae, biloculares, fornicibus tectae. *Stylus* corolla longior. *Stigma* simplex. *Nuces* quatuor, oblongo-ovatae, apice conniventes, fundo calycis affixae, nigricantes.

Gemeine Schwarzwurz.

In umbrosis humidis, ad fossas. 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Symphytum *tuberosum.*

S. calycibus tubo corollae brevioribus, foliis ovato-oblongis, alternis, petiolatis, subdecurrentibus, floralibus oppositis, radice tuberosa, repente.

Symphytum tuberosum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 771. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 570. *Besser* Galic. n. 207. *Jacq.* Flora Austr. 1. Tab. 225. *Ejusd.* Observ. 3. p. 12. Tab. 63. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 345. *Lumnitzer.* Poson. n. 184. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 64. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 167. *Schrank* Bavar. n. 336. *Scop.* Carn. 2. n. 196. *Vest* Manuale p. 474.

Symphytum tuberosum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 594. *Lobel* Icon. 1. p. 584. *Ejusd.* Observ. p. 315.

Symphytum tuberosum minus. *Clusii* Hist. 2. p. CLXVI.

Symphytum tuberosa radice. *Camerar.* Epit. p. 101.

Radix tuberosa, extus alba, aetate repens. *Caulis* erectus, simplex, apice bifidus, angulosus, piloso-scabriusculus, semipedalis et pedalis. *Folia* ovato-oblonga, hirsuta, integerrima, in petiolum brevem et aliquantulum ad caulem decurrentia, *caulina* alterna, infima primordialia minima, submembranacea; *floralia* duo, opposita, sessilia magis ad caulem decurrentia, vel etiam brevissime petiolata. *Racemi* terminales, plerumque gemini et bifolii, apice recurvi. *Flores* pedicellati. *Calyx* tubo corollae brevior: *Laciniis* linearibus. *Corolla* pallide lutea, *Limbo* demum fuscescente: *dentibus* quinque obtusis. *Stylus* corolla paullo longior.

Knollige Schwarzwurz.

In collibus umbrosis, in sylvis et nemoribus Austriae

(*Jacq.*, *Vest*), Carnioliae (*Scopoli*), Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*), prope Ratisbonam (*Hoppe*) et Salisburgum (*Schrank*) alibique in Germania australiore. ♃. Floret Aprili, Majo.

3. Symphytum *cordatum.*

S. calycibus tubo corollae brevioribus, foliis caulinis cordatis, acuminatis, alternis, longe petiolatis; floralibus suboppositis, ovatis, sessilibus, radice tuberosa, repente.

Symphytum cordatum. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 6. Tab. 7. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 180. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 344. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 66. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 768.

Symphytum pannonicum. *Persoon* Synops. 1. pag. 161. *Besser* Galic. n. 208.

Pluribus convenit cum *Symph. tuberoso*, at diversum: 1. *Radice* extus fusca. 2. *Caule* altiore, ramoso. 3. *Foliis caulinis* cordatis, basi aequalibus; *floralibus* non decurrentibus. 4. *Petiolis* longioribus, canaliculatis, absque ala foliacea. 5. *Floribus* viridescenti-albidis.

Herzblättrige Schwarzwurz.

In sylvis acerosis Hungariae (*Waldst.* et *Kit.*), Galiciae (*Besser*). ♃. Fl. Majo, Junio.

122. BORAGO.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 248. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 146. Gaertner de Fruct. 1. p. 323. Tab. 67.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* rotata, quinquepartita: *Tubo* brevissimo. *Fauce* clausa fornicibus quinque, emarginatis, cum aliis quinque staminiferis clavato-subulatis, alternantibus. *Nuces* quatuor, fundo calycis affixae, basi imperforatae.

1. Borago *officinalis.*

B. foliis rugosis, hispidis, alternis: inferioribus obovatis, basi attenuatis, petiolatis; reliquis oblongis, sessilibus, amplexicaulibus, corollae laciniis ovatis, acutis, explanatis.

Borago officinalis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II.

p. 776. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 215. *Gmelin* Badens. n. 281. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 38. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 201. *Lumnitz.* Poson. n. 185. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 66. *Schkuhr* Handb. 1. p. 103. Tab. 31. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 769. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 8.

Borago I. II. III. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 799.

Radix subfusiformis, fibrosa, extus fuscescens. *Caulis* erectus; teres, strigosus, ramosus, sesqui-ad bipedalis. *Folia* integerrima, strigosa: *radicalia* obovata, apice rotundata, longe petiolata: *caulina* alterna, sessilia; *inferiora* oblonga, semiamplexicaulia; *superiora* oblonga, basi plus minus cordata, acuta, amplexicaulia. *Corymbus* terminalis et axillaris, laxus. *Flores* nutantes, longe pedunculati. *Calyx* strigosus, patens, Laciniis acutis. *Corolla* rotata, caerulea, interdum alba. *Laciniis* ovatis, acutis. *Faux* coronata, clausa. *Nuces* oblongo-ovatae, conniventes, basi imperforatae.

Gemeine Boretsche.

In ruderatis et hortorum rejectamentis. ☉. Fl. Aestate.

123. ONOSMA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. . . . Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 146. Gaertner de Fruct. 1. p. 325. Tab. 67.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* tubuloso-campanulata, quinquedentata: *Fauce* nuda. *Nuces* quatuor, unilloculares, ovatae, lapideae, fundo calycis affixae, basi imperforatae.

1. Onosma *echioides.*

O. tuberculato-hispidum, pilis sparsis erectis; foliis lanceolatis.

Onosma echioides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 295. *Lumnitz.* Poson. n. 186. p. 771. *Schkuhr* Handb. 1. p. 182. Tab. 31. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 57. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 763.

Cerinthe echioides. Scop. Carn. 2. n. 197.

Anchusa ex albido flore. *Clusii* Hist. 2. p. CLXV. *Ejus* Pannon. p. 677.

β arenarium.

Onosma arenarium. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3 p. 308. Tab. 279. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 58. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 764.

Tota planta, exceptis corollis, tuberculato-hispida, pilis solitariis, patulis, albis. *Caulis* erectus, plus minus ramosus, semipedalis et pedalis, teretiusculus. *Rami* erecto-patuli, alterni. *Folia* alterna, lanceolata, obtusa, pilis nonnullis conniventibus terminata, sessilia, integerrima: *radicalia* et *caulina* infima petiolata, angustiora, basi magis attenuata. *Flores axillares* solitarii et racemosi. *Racemi* in caule ramisque terminales, foliosi, ante florescentiam recurvati. *Calyx* truncatus, erectus. *Corollae* primum albae, demum flavescentes. *Antherae* apice conniventes, membranaceae, faucem corollae claudentes.

β arenarium.

Vix specie distinctum est et differre tantum dicitur: 1. *Radice* perenni; nec bienni. 2. *Ramis* patentissimis recurvis. 3. *Floribus* oblique positis.

Natterkopfartige Lotwurz.

In montosis asperis et ruderatis Palatinatus (*Koch* et *Ziz.*), Austriae (*Jacq.*, *Host*), Carnioliae (*Scop.*), Hungariae (*Sumnitzer*), Tyrolis (*Frölich*); *β* in Hungaria (*Waldst. Kit.*). 24. Fl. Jun., Jul.

Onosma *stellulatum.*

O. tuberculato-hispidum pilis fasciculato-stellatis depressis, radiis lineari-lanceolatis.

Onosma stellulatum. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 189. Tab. 173. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 59. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 785.

Differt ab O. *echioide:* 1. *Pilis* plantae fasciculato-stellatis, depressis, centro stellulae unico pilo multo majore, niveo, erecto; radiis omnibus distinctis, patulis. 2. *Foliis* paullo angustioribus. *Corollis* dimidio majoribus, speciosioribus, citrinis, fauce magis dilatatis.

Besternte Lotwurz.

In rupibus calcareis Croatiae prope *Korenicza* (*Waldst. Kit.*). 24. Fl. Junio.

124. LYCOPSIS.

Gaertner de Fruct. 1. p. 327. Tab. 67. Fig. 9. Lehmann Asperifol. 1. p. 3.

Calyx quinquefidus, in fructu campanulatus, inflatus, nutans. *Corolla* infundibuliformis: *Fauce* pervia, barbata. *Nuces* quatuor, uniloculares, turbinatae, fundo calycis affixae, basi concavae, perforatae.

1. Lycopsis *pulla.*

L. foliis lanceolatis, integerrimis, basi cordatis, semiamplexicaulibus, caule erecto.

Lycopsis pulla. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 779. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 216. *Jacq.* Flora Austr. 2. Tab. 188. *Lumnitz.* Poson. n. 189. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 771. *Sprengel* Halens. n. 211. *Vest* Manuale p. 433.

Nonea pulla. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 71. Echium pullo flore. *Clusii* Hist. 2. p. CLXIV.

β prostrata: Caulibus ramosioribus prostratis.

Lycopsis pulla β vesicaria. Pohl Bohem. n. 287.

Lycopsis vesicaria. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 216. *Schmidt* Flora Bohem. Cent. 3. p. 15. *Vest* Manuale p. 433.

Radix repens. *Caulis* erectus, simplex, in *β* prostratus et ramosus, junior villosus, adultior strigosus, semipedalis et altior. *Folia* integerrima, scabra: *radicalia* oblonga obtusa, in orbem disposita; *caulina* alterna, cordato-lanceolata, semiamplexicaulia, obtusiuscula. *Racemi* terminales et axillares ad summitatem caulis, breves, secundi, densi. *Flores* pedicellati. *Bracteae* calyce longiores, maxime ciliatae, scabrae. *Calyx floriger* oblongus, tubulosus, inferne ventricosus, scaber, quinquefidus; *Laciniis inferioribus duabus* paullo latioribus; *fructiger* inflatus, pendulus, subpentagonus. *Corolla* calyce longior, atropurpurea. *Tubo* albicante, pentagono, recto: *Fauce* barbata, pervia.

Schwarzbraune Ochsenzunge.

In agris, inter segetes, praesertim arenosis. ♃. Fl. Majo, Junio.

Observ. I. Lycopsis vesicaria Linn. (Nonea violacea *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 70.) in Ger-

mania huc usque non observata est, consentiente Celeberr. *Lehmann.*

Observ. II. *Lycopsis arvensis Linn.* Anchusae species est.

125. ASPERUGO.

Calyx quinquedentatus, irregularis, in fructu compressus: *Lamellis* plano-parallelis, sinuatis, irregulariter dentatis. *Corolla* subinfundibuliformis, quinquefida: *Fauce* fornicibus quinque convexis conniventibus clausa. *Nuces* quatuor, distinctae, *Columnae* centrali affixae, basi inperforatae, uniloculares.

1. Asperugo *procumbens.*

Asperugo. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 778. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 217. *Besser* Galic. n. 210. *Lumnitz.* Poson. n. 188. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 111. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 208. *Schkuhr* Handb. 1. p. 103. Tab. 31. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 773. *Scop.* Carn. 2. n. 199. *Vest* Manuale p. 433. *Römer* Flora Europ. Fasc. 6. Flora Dan. Tab. 552.

Aparine major Plinii. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1177.

Caules prostrati, debiles, diffusi, ramosi, dichotomi, angulosi, sesqui-ad bipedales; *angulis* aculeolis incurvis scaberrimis. *Folia* ovali-lanceolata, in petiolum brevem decurrentia, subdecurrentia in caulis angulos, integerrima, scaberrima, alterna, opposita, terna et subquaterna saepe in eadem planta. *Flores* axillares vel solitarii, vel plures, breviter pedunculati. *Pedunculi* uniflori, post florescentiam recurvi. *Calyx florifer* campanulatus, quinquedentatus; *fructiger* compressus, sinuato-dentatus, nervosus, scaber, bilamellatus: *Lamellis* parallelis. *Corolla* exigua, caerulea.

Liegendes Scharfkraut.

In ruderatis, pomariis, hortis, ad muros, domos passim in Ducatu Oldenburgensi (*Trentepohl*), et Bremensi (R.), Halae Saxonum (*Leyser, Sprengel*), Palatinatus (*Koch* et *Ziz*), Austriae (*Host, Jacq.*), Hungariae (*Lumnitzer*), Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*). ☉. Fl. Majo, Junio.

126. CYNOGLOSSUM.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida: *Fauce* fornicibus quinque erectis coronata. *Nuces* quatuor, uniloculares, hamoso-echinatae, columnae centrali affixae, basi inperforatae.

a) *Nucibus depressis.*

1. Cynoglossum *officinale.*

C. caule pubescente, foliis pubescenti-tomentosis: inferioribus lato-lanceolatis; superioribus lineari-lanceolatis, sessilibus, racemis ebracteatis, nucum aculeis dorsalibus.

Cynoglossum officinale. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 760. (exclusa Var. β.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 218. (exclusa Var. β.) *Besser* Galic. n. 200. *Gmelin* Badens. n. 275. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 26. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 152. *Lumnitz.* Poson. n. 179. *Pollich* palat. n. 188. (exclusa Var. β.) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 74. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 98. Tab. 30. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 774. *Scop.* Carn. 2. n. 191. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale p. 432. Flora Dan. Tab. 1147.

Cynoglossum vulgare. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 598.

Cynoglossum cum flore. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 1113.

Radix fusiformis, perpendicularis, extus fusca. *Caulis* erectus, obtusangulus, ramosus, villosus, sesqui- et bipedalis. *Folia* utrinque villosa, integerrima, undulata, obtusa: *radicalia* elliptico-oblonga, in petiolum attenuata: *caulina* sessilia, basi angustiora, lato-lanceolata. *Racemi* ad summitatem caulis axillares et terminales, apice revoluti, *fructiferi* recti. *Flores* secundi, nunc longius, nunc brevius pedunculati. *Calyx* campanulatus, villosus, quinquepartitus: *Laciniis* oblongis. *Corolla* infundibuliformis, purpurea: *Tubo* cylindraceo; *Limbo* campanulato, quinquefido; *Laciniis* rotundatis. *Fauce* clausa fornicibus quinque rotundatis, convexis, atropurpureis, conniventibus. *Filamenta* brevia, ad tubum decurrentia. *Antherae* incumbentes, didymae, oblongae. *Stigma* simplex. *Nuces* quatuor, compresso-ovales, depressae, dorso aculeolis uncinatis obsessae.

Gemeine Hundszunge.

In ruderatis, ad vias, domos pagorum. ♂. Fl. Majo, Jun., Jul.

1. Cynoglossum *sylvaticum.*

C. caule hirto, foliis supra glabriusculis, lucidis, subtus scaris: inferioribus subspathulato-lanceolatis; superioribus ovato-blongis, semiamplexicaulibus, racemis ebracteatis, nucum acuis dorsalibus.

Cynoglossum sylvaticum. Besser Galic. n. 201. *Gmein* Badens. n. 276. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 77. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 158. *Lumnitz.* Poson. n. 189. *Röer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 75. *Schmidt* Flora ohem. n. 219. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 776.

Cynoglossum montanum. Koch et *Ziz.* Catal. Pl. Palat. 6. *Pohl* Bohem. 279.

Cynoglossum apenninum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. 219. *Murray* Prodr. Gött. p. 95.

Cynoglossum virens. Schreber Spic. Fl. Lips. p. 163.

Cynoglossum officinale β sylvaticum. Willd. Spec. Plant. nn. T. I. P. II. p. 760.

Cynoglossum officinale β sempervirens. Roth Fl. Germ. II. P. I. p. 218.

Cynoglossum folio virenti. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 600. scriptio nec Figura.

Cynoglossa montana, medio rubro flore. *Columnae* Ecras. p. 176. Tab. 175.

Caulis erectus, lineatus, piloso-hirtus, laete viridis, nis. *Folia* integerrima, viridia, plana, supra glabriuscula, nitia, subtus scabra: *radicalia* et *caulina inferiora* ovata, vel thulato-lanceolata, petiolata; *superiora* ovato-oblonga, sesa, semiamplexicaulia. *Racemi* in caule ramisque terminales uiores, quam in antecedente. *Calyx* pilosus. Corolla dimiminor, quam in antecedente, pallide ex albo caerulescens, iis purpureis pictae.

Wald-Hundszunge.

Observ. Hänkii *Cynoglossum sylvaticum* in *Jacq.* Collect. l. c. descriptum V. V. celeberr. *Besser* et *Schultes* pro distincta specie habent a *Cynogl. sylvatico Smith* Fl. Brit. 1. p. 216. et *Schultes* in Oestr. Fl. 2. n. 775. *Cynoglossum Hänkii* nominavit. At teste Celeberr. *Lehmann* in Asperifol. Monogr. l. c. specie non diversum est a *C. sylvatico.*

In montibus sylvaticis umbrosis humidis Germaniae, inprimis australioris. ♂. Fl. Jun., Jul.

3. Cynoglossum *pictum.*

C. caule villoso, foliis laeviter tomentosis: inferioribus lato-lanceolatis; superioribus ovato-lanceolatis, basi cordatis, amplexicaulibus, racemis ebracteatis, corollae limbo dilatato, nucum aculeis dorsalibus.

Cynoglossum pictum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 761. *Ejusd.* Enum. Pl. Horti bot. Berol. p. 180. *Lehmann* Asperifol. 2. pag. 154. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 76. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 717.

Cynoglossum cheirifolium. Jacq. Collect. 3. p. 30. *Scop.* Carn. 2. n. 193. *Vest* Manuale p. 432.

Cynoglossum creticum secundum. *Clus.* Hist. 2. p. CLXII.

Statura proxime accedit ad *Cynoglossum officinale*, at differt inprimis: 1. *Foliis* laevibus; nec tuberculatis, *caulinis superioribus* non sessilibus tantum, sed basi cordatis, amplexicaulibus. 2. *Calycibus fructiferis* subnutantibus seu pendulis. 3. *Corollae limbo* dilatato, pallide caeruleo vel carneo, venis saturatioribus eleganter picto.

Bunte Hundszunge.

In montosis umbrosis, ad vias Litoralis, Tergesti, Duini (*Host*, *Scopoli*), Hungariae (*Kitaib.*, *Schultes*). ♂. Fl. Julio, Augusto.

b) *Nucibus latere compressis.*

Observ. Ex sequentibus speciebus absque urgente necessitate novum genus construxerunt auctores botanici nonnulli recentiores. Excepta autem Nucum figura, nihil obstat, quin cum *Cynoglosso* combinarentur.

4. Cynoglossum *Lappula.*

C. caule cum foliis oblongis piloso, dense ramoso, ramis erectis fastigiatis, racemis bracteatis, pedunculis fructiferis patulis, longitudine calycis, nucum aculeis marginalibus biseriatis.

Myosotis Lappula. Linn. Flora Suec. ed. 2. n. 158.

Echinospermum Lappula. Lehmann Asperifol. 2. p. 121. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 43.

Rochelia Lappula. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 109.

β squarrosum.

Cynoglossum Lappula. Scop. Carn. 2. n. 192. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 77.

Echinospermum squarrosum. Reichenbach in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 43.

Echinospermum Lappula β squarrosum. Lehmann Asperifol. 2. l. c.

Myosotis Lappula. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 149. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 224. *Besser* Gallic. n. 194. *Gmelin* Badens. n. 269. *Pollich* palat. n. 182. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 793. *Vest* Manuale p. 431. Flora Dan. Tab. 692.

Rochelia squarrosa. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 109.

Cynoglossum minus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 600.

Radix fusiformis, subsimplex, extus nigricans. Tota planta plus minus papilloso-strigosa. *Caulis* erectus, semipedalis et pedalis, plus minus a basi ramosus, teres. *Rami inferiores* remotiores, in α copiosiores, fastigiati, conferti, erecti; in β laxiores, pauciores, patuli. *Folia* oblonga vel oblongo-lanceolata, obtusa, integerrima: *radicalia* petiolata; *caulina* alterna, basi tantum attenuata. *Racemi* in caule ramisque terminales, elongati, plus minus densi. *Flores* alterni, parvi, caerulei, pedunculati. *Pedunculi* in flore erecti, in fructu patuli, longitudine calycis. *Bracteae* cuique pedunculo oppositae, solitariae, lineares, longitudine Floris. *Calyx* longitudine tubi corollae, vel paullo longior: *Laciniis* linearibus, acutis, demum patulis. *Corollae laciniae* rotundatae. *Nuces* ovatae, latere utrinque compressae, dorso convexiusculae, margine duplici serie aculeorum glochideorum, basi vix cohaerentium armatae.

Klettenartige Hundszunge.

In muris, ruderatis, collibus, agris, vineis et ad vias passim in Germania. ⊙. Fl. Jun., Jul.

Cynoglossum *deflexum.*

C. caule, cum foliis elliptico-oblongis, villoso, laxe ramoso, ramis patulis, fastigiatis, racemis bracteatis, calycibus setiferis deflexis, calyce duplo longioribus, nucum aculeis marginalibus, uniseriatis.

Echinospermum deflexum. Lehmann Asperifol. 2. p. 120. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 43.

Myosotis deflexa. Wahlenberg Carpath. p. 47. Fl. Dan. tab. 1568.

Rochelia deflexa. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 109.

Differt ab antecedente: 1. *Caule foliisque* villosis; nec piloso-strigosis. 2. *Foliis* elliptico-oblongis. 3. *Pedunculis* calyce duplo longioribus; *fructiferis* deflexis. 4. *Nucibus* simplice aculeorum serie, basi confluentium margine armatis. 5. *Duratione.*

Niedergebogene Hundszunge.

In subalpinis praesertim calcareis Styriae *(Reichenbach)*, in Carpathis Hungariae *(Wahlenberg)*, circa *Baden* Austriae *(Wahlenberg)* ♂. Fl. Jun., Jul.

127. OMPHALIUM.

Wallroth Sched. crit. 1. p. 77.

Calyx profunde quinquepartitus. *Corolla* rotata, quinquefida: *Tubo* calyce breviore; *Fauce* fornicibus quinque brevibus, antheras tegentibus, clausa. *Nuces* quatuor, unilaculares, margine membranaceo-inflexo, calathiformes, *Columnae* centrali oblique incumbentes, laeves, basi imperforatae.

1. Omphalium *vernum.*

C. caule erectiusculo, stolonibus repentibus, foliis glabriusculis: radicalibus ovato-cordatis; caulinis ovatis, racemis conjugatis, paucifloris.

Cynoglossum Omphalodes. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I P. II. pag. 766. *Hoppe* bot. Taschenb. 1795. p. 106. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 779. *Scop.* Carn. 2. n. 190. Tab. 2 *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 21. *Vest* Manuale p. 433.

Omphalodes verna. Mönch Method. p. 420. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 185.

Picotia verna. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 83

Symphytum pumilum repens, Boraginis facie. *Lobel* Icon 1. p. 577. *Ejusd.* Observ. p. 311. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 597

Radix obliqua, fusca, fibrosa. *Caulis* erectus, palmaris et semipedalis, simplex, superne divisus, subangulosus, glaber, demum e basi stolones longos producens. *Folia* longe petiolata, subpubescentia, integerrima: *radicalia* ovato-cordata; *caulina* et *floralia* ovata, plus minus acuminata. *Petioli* stolonum basi subvaginantes, margine submembranacei et villis longiusculis ciliati. *Racemi* conjugati, laxi, pauciflori, ebracteati

Flores longe pedunculati, azurei, fauce albi. *Nux* plerumque nica tantum ad perfectionem provenit.

Frühlings-Vergissmeinnicht.

In sylvis et nemoribus prope Ratisbonam ad *Riegeldorf (Düval)*, Carnioliae et Croatiae *(Scopoli, Host, Vest)*. 4. Fl. Aprili, Majo.

2. Omphalium *scorpioides.*

O. caule prostrato, dichotomo, subtetragono, foliis inferioibus oppositis spathulatis, reliquis ovato-lanceolatis, alternis, edunculis axillaribus, unifloris; fructiferis deflexis.

Omphalodes scorpioides. Lehmann Asperifol. 2. p. 189. ab. 7.

Cynoglossum scorpioides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 302. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 570. *Hänke Jacq.* Collect. 2. p. 3. *Schmidt* Bohem. 3. n. 220. *Schulis* Oestr. Flora 2. n. 778. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 21. *est* Manuale pag. 432. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. 3. p. 336.

Picotia scorpioides. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. g. 87.

Radix fibrosa. *Caulis* procumbens, angulatus, subtetranus, laeviusculus, inferne divisus. *Rami* alterni, elongati, plices. *Folia* subpetiolata, inferne attenuata, acutiuscula, egerrima, laete viridia, subvillosa, vix ultra unciam longa, s, quatuor lineas lata: *inferiora* spathulata, subopposita; *suriora* lanceolata vel ovato-lanceolata, alterna, remota. *Peduculi* axillares, solitarii, uniflori, filiformes, scabriusculi, o suo breviores: *floriferi* erecti; *fructiferi* horizontales, num deflexi. *Flores* magnitudine et colore *Myosotidi palus*simillimi. *Calyx* quinquepartitus, persistens, pubescens, gitudine tubi corollae, in fructu triplo vel quadruplo major: *ciniis* ovato-lanceolatis, acutis. *Corolla* hypocrateriformis: *bo* brevissimo; *Fauce* callis quinque conniventibus clausa, cio, albo flavoque vario, cincta; *Limbo* quinquepartito, pate, caeruleo: *Laciniis* ovatis, obtusis. *Antherae* flavae. *Stigemarginatum. Nuces* quatuor, subrotundae, depresso-planae, cavae, laeves, latere interno communi Receptaculo columnari, trali affixae.

Mauseohrartiges Vergissmeinnicht.

In nemoribus umbrosis, humidis prope *Suevefurtum (Wolf)*,

prope Viennam ad montem *Galizin (Schultes)*, prope arcem *Pöckstein* Episcopi Gurcensis *(Wulfen)*, in Bohemia *(Schmidt, Pohl)*. ♂. ⊙. Fl. Aprili, Majo.

128. MATTIA.

Schultes Observ. bot. pag. 30.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida: *Fauce* fornicibus quinque linearibus, glabris, coronata. *Stamina* faucem superantia. *Nuces* quatuor, uniloculares, nudae, in discum dilatatae, commissura laterali receptaculo circumpositae, imperforatae.

Observ. Differt a *Cynoglosso* inprimis structura et figura Nucum.

1. Mattia *umbellata.*

M. caule erecto, foliis angusto-lanceolatis, pubescentibus canescentibus, racemis terminalibus umbellatis.

Mattia umbellata. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 780. *Roemer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 82.

Cynoglossum umbellatum. Waldst. et Kit. Plantae rar. Hungar. 2. p. 158. Tab. 148. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 172. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 181.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, simplex, teres, superne sulcatus, villosus, pedalis. *Folia* alterna, angusto-lanceolata, utrinque attenuata, pubescentia, canescentia, integerrima: *inferiora* petiolata; *superiora* sessilia. *Racemi* in umbellam terminalem dispositi, ramis calycibusque dense villosis. *Bracteae* una, rarius et altera ad inferiorem racemorum divisionem. *Pedunculi* alterni, simplices, nudi, uniflori, longi. *Flores* primo nutantes, demum erecti, tristes, rubro-flavescentes. *Calyx* quinquepartitus, aequalis: *Laciniis* lineari-lanceolatis obtusis, erecto-patentibus. *Corolla* infundibuliformis: *Tubo* calyce breviore, prismatico-pentagono: *Fauce* fornicibus quinque compressis, erectis, fere linearibus, apice obtusis, integerrimis, nigricantibus, glabris, coronata: *Limbo* calycem parum superante, erecto, quinquepartito: *Laciniis* linearibus obtusis. *Stamina* quinque, tubo corollae affixa. *Filamenta* fornicibus parum longiora. *Antherae* oblongae, fuscae, sagittatae. *Stylus* tetragonus, atropurpureus, corollam supereminens. *Stigma* simplex, subobliquum. *Nuces* quatuor, subrotundae, emargin-

ıe, glabrae, nitidae, in discum dilatatae, margine membrana-
eo, diaphano cinctae.

Doldentragende Mattie.

In collibus arenosis Bannatus, inter *Delibla* et *Dubowatz*. *Waldst.* et *Kitaib.)* ♂. 24. Fl. Aprili, Majo.

129. ANCHUSA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 242. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 146.

Calyx quinquepartitus vel quinquefidus, in fructu vel ectus, inaequalis, vel canaliculatus, plus minus inflatus, nu-
is. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida: *Tubo* calycis ıgitudine: *Fauce* clausa fornicibus quinque convexis. *Nuces* ıtuor, oblongiusculae, obtusae, uniloculares, fundo calycis ixae, basi perforatae.

a) *Calycibus quinquepartitis, in fructu erectis, immutatis.*

Anchusa *arvensis.*

A. caule erecto, ramoso, foliis subrepando-dentatis, stri-hispidis; caulinis lanceolatis amplexicaulibus, racemis brac-is, calycibus tubi corollae incurvi longitudine: laciniis lan-latis.

Anchusa arvensis. Lehmann Asperifol. 2. p. 225.

Lycopsis arvensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 80. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 217. *Besser* Ga-n. 196. *Gmelin* Badens. n. 282. *Lumnitz.* Poson. n. *Pollich* palat. n. 192. *Römer* et *Schultes* Syst. 4. p. 72. *Schkuhr* Handb. 1. p. 104. Tab. 31. *Schul-* Oestr. Fl. 2. n. 772. Flora Dan. Tab. 435.

Echioides. *Dillen* Giss. p. 96. *Ejusd.* Nova Gen. p. 100. 3.

Echium germanicum spinosum. *Fuchs* Hist. p. 296.

Echium Fuchsii seu Borago sylvestris. *Joh. Bauh.* Hist. 581.

Radix fusiformis, subramosa, albida. *Caulis* erectus, sul-angulosus, dichotomus, uti folia tuberculato-setoso-stri-

gosus, pedalis, sesquipedalis et altior. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, lanceolata, margine repando-dentata, subundulata. *Racemi* subcorymbosi, terminales, secundi, foliosi, apice curvati. *Flores* breviter pedunculati, axillares, solitarii. *Calyx* setoso-strigosus, tubo corollae paullo brevior: *Laciniis* lineari-lanceolatis, acutis. *Corolla* caerulea, venis pallidioribus picta. *Tubo* cylindraceo, superne subcurvo.

Acker-Ochsenzunge.

In agris, arvis, ruderatis, ad viarum margines fere ubique. ☉. Fl. Majo, Junio.

2. Anchusa *paniculata.*

A. caule erecto, superne ramoso, foliis integerrimis, lanceolatis, strigosis, lucidis, racemis conjugatis, divaricatis, paniculatis, bracteatis, calycibus, corollae subaequalis tubo subcurvo longioribus: laciniis subulatis, fornicibus penicilliformibus.

Anchusa paniculata. *Lehmann* Asperifol. 2. pag. 230. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 756. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 87.

Anchusa italica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 757. *Roth* Beitr. zur Bot. 2. p. 25. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 782. *Vest* Manuale p. 432. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 4. p. 302.

Buglossum vulgare majus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 578.

Caulis erectus, angulatus, strigosus, superne ramosus, triquadripedalis et altior. *Folia* integerrima, alterna, lanceolata, strigosa: *inferiora* sesqui-ad bipedalia, in petiolum desinentia; *media* pedalia; *superiora* semipedalia, sessilia, basi cordata. *Racemi* axillares solitarii, conjugati et terminales paniculam constituentes, primum conferti, secundi, retrorsum flexi, demum elongati, laxi. *Bracteae* lineari-lanceolatae. *Pedunculi* calyce duplo breviores. *Calyx* quinquepartitus, hispidus: *Laciniis* lineari-subulatis. *Corolla* caerulea: *Tubo* calyce breviore, subcurvo; *Fauce* fornicibus quinque penicilliformibus, pulcherrime coloratis, basi caeruleis, centro purpureis, clausa; Limbo quinquepartito, subinaequali: *Laciniis* rotundatis. *Stylus* obliquus, superne purpureus.

Rispenblühtige Ochsenzunge.

In herbidis, ad vias, vineas Tergesti (*Host*, *Wulfen*

in Hungaria (*Kitaib.*), ad Berchtoldsdorf (*Witmann*). ♂. Fl. Jun., Jul.

3. Anchusa *Barrelieri.*

A. caulibus erectis subsimplicibus, foliis oblongo-lanceolatis, denticulatis, hispidis, racemis conjugatis, paniculatis, bracteatis, calycibus obtusissimis, corollae aequalis tubo recto longioribus.

Anchusa Barrelieri. *Lehmann* Asperifol. 2. pag. 170. *Besser* Galic. n. 199.

Myosotis obtusa. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 103. Tab. 100. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 176. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 107. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 792.

Caules erecti, simpliciusculi, superne divisi, obtusanguli, hispidi, sesqui-ad bipedales. *Folia* hispida, fere aculeato-denticulata: *inferiora* oblongo-lanceolata, petiolata; *superiora* sessilia, alterna. *Racemi* axillares et terminales, conjugati, in paniculam terminalem dispositi, primum densi, reflexi, demum elongati, laxiores, bracteati. *Flores* paullo majores quam in *Lithospermo arvensi*, secundi, amoene caerulei, breviter pedunculati. *Bracteae* angusto-lanceolatae, longitudine pedunculorum fructiferorum. *Calyx* quinquepartitus. *Laciniis* oblongis, subspathulatis, obtusissimis, tubo corollae longioribus. *Corollae Tubus* brevissimus, subovatus, rectus, basi subquadrangulus: *Faux* clausa forniculis quinque elevatis, albis, conniventibus. *Limbi lobis* subrotundis, integerrimis. *Stamina* brevissima. *Nuces* quatuor.

Barreliers Ochsenzunge.

Ad sepes Hungariae (*Waldst.* et *Kit.*), Galiciae (*Besser*). ♂. Fl. Jun., Jul.

4. Anchusa *tinctoria.*

A. caulibus diffusis, foliis oblongis: inferioribus obverse lanceolatis, petiolatis; superioribus lineari-lanceolatis, sessilibus, racemis conjugatis, bracteis calycem quinquepartitum, acutum, superantibus, fornicibus corollae tubum infra antheras occludentibus.

Anchusa tinctoria. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 758. (exclusis synonymis *Linnei* et *Bauhinorum.*) *Lehmann* Asperifol. 2. pag. 218. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 95. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 784.

Radix longa, tortuosa, rubro-fusca, chartam rubro colore tingens. *Caules* plures, diffusi, angulosi, palmares, semipedales, crassitie pennae columbinae vel cornicinae, pilis patentibus, copiosis, albis, hispidi, simplices, superne dichotomi. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* obverse lanceolata, in petiolum subaequilongum desinentia: *media* et *superiora* sessilia, semiamplexicaulia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, *omnia* integerrima. *Racemi* ad caulis summitatem conjugati, primum densi, imbricati, apice recurvi, secundi, demum elongati, laxi et ob bracteas patentes distichi. *Bracteae* alternae, lanceolatae, calycem floriferum parum superantes; fructifero vero duplo triplove longiores, foliis caulinis superioribus conformes, patentes, distichae. *Calyx* quinquepartitus, brevissime pedunculatus, ob pilorum copiam canescens, tubum corollae aequans: *floriger* erectus; *fructiger* decurvus: *Laciniis* linearibus, acutiusculis, in omni stadio conniventibus. *Corolla* primum purpurascens, demum azurea; *Tubo* cylindraceo, supra medium fornicibus quinque exiguis, obtusis, glabris, infra antheras clauso: *Fauce* pervia, subtuberculosa, antheris repleta; *Limbo* quinquepartito, patente: *Laciniis* rotundatis, integerrimis. *Antherae* ovatae utrinque obtusae, fuscae. *Nuces* quatuor, tuberculosae, gibbosae, griseo-fuscae.

Färber-Ochsenzunge.

Observ. In Asperifoliis singulare et notatu dignissimum sane phaenomenon haec planta praebet, quod tubus corollae, nec faux fornicibus claudentibus instructus sit.

In collibus arenosis, sterilibus Hungariae (*Kitaib.*). 2. Fl. Majo, Jun., Jul.

b) *Calycibus quinquefidis seu profunde quinquedentatis, in fructu canaliculatis, plus minus inflatis.*

5. Anchusa *officinalis.*

A. caule erecto, foliis lanceolatis, obtusis, hispidis; caulinis superioribus inferne latioribus, bracteis ovato-lanceolatis calycem quinquefidum acutum aequantibus.

α Foliis latioribus.

Anchusa officinalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 756. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 220. *Besser* Galiz. n. 189. *Gmelin* Badens. n. 273. *Hayne* Arzn. Gewächs.

and I. Tab. 25. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 246. *Lumnitz.* 'oson. n. 177. *Pollich* palat. n. 186. *Römer* et *Schul-*es Syst. Veget. 4. p. 89. *Schkuhr* Handb. 1. p. 97. Tab. 29. *chultes* Oestr. Fl. 2. n. 781. *Scop.* Carn. 2. n. 186. *Sturm* eutschl. Flora I. Fasc. 18. *Vest* Manuale p. 431. Flora Dan. ab. 572.

Buglossa prima vulgaris. *Tabernaemont.* Kräuterb. 801.

Buglossum vulgare majus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 578.

β *Foliis angustioribus.*

Anchusa officinalis β. *Lehmann* Asperifol. l. c.

Anchusa angustifolia. Roth Fl. Germ. T. II. P. I. p. 220. *melin* Badens. n. 274. *Lumnitz.* Poson. n. 178. *Pollich* lat. n. 187. et plerorumque Floristarum germanicorum.

α *Foliis latioribus.*

Radix fusiformis, extus nigra, intus incarnata. *Caulis* ectus, subangulosus, hirsutus, scaber, vel hispidus, inferne nplex, superne ramosus, pedalis et major. *Folia* utrinque spida, subrepando-denticulata, obtusa: *radicalia* et *caulina feriora* oblongo-lanceolata, in petiolum desinentia; *caulina periora* lanceolata, versus basin latiora, hinc quasi cordato-nceolata, sessilia. *Racemi* conjugati, pro more primo densi, trorsum flexi, demum elongati laxiores. *Bracteae* ovato-lan-olatae vel obovatae, longitudine calycis floriferi, fructifero agiores. *Calyx* quinquefidus: *Laciniis* augusto-lanceolatis, utis. *Corolla* e violaceo saturate caerulea, rarius alba. *Tubo* lindraceo, recto, calycis longitudine, vel paullo longior. *Faux* usa fornicibus quinque subrotundis, elevatis, villosulis, al-, conniventibus: *Limbo* quinquefido: *Laciniis* subrotundis, tusis, erecto-patulis.

β *Foliis angustioribus.*

Differt tantum: 1. *Caule* simpliciore, tenuiore. 2. *Foliis* duplo angustioribus: *caulinis* lanceolatis; *superioribus* basi parum latioribus.

Gemeine Ochsenzunge.

Observ. In plerisque hortis botanicis et Herbariis Var. β foliis angustioribus, pro *Anchusa angustifolia Linn.* venditatur, a qua diversissima est.

In ruderatis, hortorum rejectamentis, pascuis udis, ad pagos et viarum versuras passim. 24. Fl. Jun., Jul.

6. Anchusa *angustifolia.*

A. caule erecto, foliis lineari-lanceolatis, piloso-hispidis, acuminatis; caulinis basi angustatis, bracteis ovato-lanceolatis, calyce quinquedentato, obtuso, sub florescentia multo brevioribus.

Anchusa angustifolia. Lehmann Asperifol. 2. p. 244. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 90. *Vest* Manuale pag. 432

Ne confundatur cum Var. *β angustifolia Anchusae* praecedentis *officinalis*, a qua diversissima: 1. *Caule* ramosiore. 2. *Foliis* lineari-lanceolatis, acuminatis, basi attenuatis; nec obtusis, basi latioribus. 3. *Floribus* duplo fere minoribus. 4. *Calyce* quinquedentato: dentibus obtusis, quasi retusis; nec quinquefido; laciniis acutis. 5. *Bracteis* obtusis, calyce florifero triplo saltem, fructifero dimidio brevioribus; nec calycem longitudine aequantibus vel demum superantibus.

Schmalblättrige Ochsenzunge.

In arvis Austriae *(de Vest)*, am *Leopoldsberge (Schultes)*. 24. Fl. Jun., Jul.

7. Anchusa *ochroleuca.*

A. caule erecto, foliis lanceolatis strigosis, margine hispido-ciliatus; caulinis basi latioribus, semiamplexicaulibus, bracteis lineari-lanceolatis, calycem quinquedentatum, obtusum, aequantibus.

Anchusa ochroleuca. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 178. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 239. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 91. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 785.

Spontaneam plantam videre nondum mihi contigit, at culta habitu proxime accedit ad *Anchusam officinalem.* Celeberr. *Lehmann*, qui spontaneam plantam vidit, l. c. sequentia annotat: Culta variat forma majore, *Foliis* multo longioribus latioribusque, hirtis (nec strigosis, nec hispido-ciliatis). *Bracteae* in spontaneis longitudine fere calycis, in culta haud raro duplo triplove longiores. *Calyces fructiferi* inflati, nutantes; *dentibus* obtusissimis, carinatis. *Corollae tubus* subcylindraceus, calyce paullo longior, sub limbo foveis quinque impressis: *Laciniae* obtusissimae, rotundatae. *Fornices* erectae, villoso-tomentosae.

Weissgelbliche Ochsenzunge.

In pratis montosis Syrmiae *(Kitaibel)*. 2. Fl. Junio.

130. MYOSOTIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 240. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 146. Lehmann Asperifol. p. 79. Dillen. Nova Gen. Plant. p. 99. Tab. 3.

Calyx quinquepartitus, quinquefidus vel quinquedentatus. *Corolla* hypocrateriformis, quinquefida: *Fauce* clausa fornicibus. *Nuces* quatuor, fundo calycis affixae, uniloculares, basi perforatae.

a) *Calyce pilis rectis obsesso.*

Myosotis *palustris.*

M. foliis obovato-lanceolatis, obtusis, scabriusculis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu divergentibus, calyce quinquedentato, erecto-patulo, toto pilis rectis, adpressis obsesso, duplo triplove longioribus, limbo corollae explanato, tubo longiore, radice repente.

Myosotis palustris. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 221. *Gmel. Gusd.* bot. Abhandl. u. Beob. p. 20. *Besser* Galic. n. 190. *Hoffmanns. Hoppe. Hoffmanns.* Flora Monast. n. 232. *Gmelin* Badens. n. 267. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 88. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Schultes* Oestr. 2. n. 786.

Myosotis scorpioides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 746. *Lumnitz.* Poson. n. 172. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 101. *Schkuhr* Handb. 1. p. 95. Tab. 29. *Vest* Manuale p. 430.

Myosotis scorpioides β palustris. Pollich palat. n. 181. *Hoppe* Carn. 2. n. 185.

Myosotis scorpioides partim repens, partim erecta. *Lobel* Ic. n. 1. p. 462.

Euphrosia caerulea. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 511.

Echium scorpioides solisequium, flore majore. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 589.

β *laxiflora:* racemo laxiore, floribus minoribus.

Myosotis laxiflora. Reichenbach in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 4.

Myosotis laxa. Lehmann Asperifol. 1. p. 83.

Myosotis palustris β gracilis. Bönningh. Fl. Monast. l. c.

Radix articulata, repens, fibrosa. *Caulis* erectus, glaber, vel scabriusculus, superne praecipue ramosus, pentagonus. *Folia* sessilia, duriuscula, plus minus pilosa: *inferiora* lato-lanceolata, basin versus attenuata, vel spathulata; *superiora* obtuse lanceolata vel lingulata. *Racemus* terminalis, dichotomus, ebracteatus, scabriusculus, apice incurvus. *Pedunculi* alterni, tamen secundi: *floriferi* erecti, calyce sesquilongiores; *fructiferi* divergentes, horizontales, calyce duplo saltem longiores, apice subcurvi. *Calyx* vix longitudine corollae, obovatus, basi angustior, quinquedentatus, infra medium pilis adpressis, rectis adspersus: *dentibus* ovatis, obtusiusculis, pilis copiosioribus, rectis obsessis; in fructu campanulatus. *Corolla* caerulea; *Tubo* calyce brevior et angustior: *Limbi laciniis* rotundatis. *Fornices* croceae.

β laxiflora.

Differt tantum: *Pilis* in ramis patulis, in caule plerumque adpressis. 2. *Racemo* paullo laxiore. 3. *Pedunculis* dimidio longioribus. 4. *Floribus* dimidio minoribus.

Sumpf-Mauseohr.

Ad stagna, paludes et rivulos; *β* in pratis humidis sylvaticis. 2|. Fl. Majo, Aug.

2. Myosotis *caespitosa.*

M. foliis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, scabriusculis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu divergentibus, calyce quinquefido, acutiusculo, patente, pilis rectis adpressis obsesso, duplo longioribus, limbo corollae erecto-patulo, tubo breviore, radice fasciculata.

Myosotis caespitosa. Schultz Suppl. Florae Stargard. p. 11. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Bönninghaus.* Fl. Monast. n. 234.

Proxime accedit ad antecedentem *Myosot. palustrem*, at distinctissima: 1. *Radice* fibrosa, fasciculata; nec articulata, repente. 2. *Foliis* oblongo-vel lineari-lanceolatis, tennioris, fere membranaceae substantiae magisque diaphanis. 3. *Calycibus* profunde quinquefidis: *Laciniis* lanceolatis, acutiusculis; nec quinquedentatis, dentibus ovatis, acutis, in fructu oblongis, nec campanulatis. 4. *Corolla* multo minore, pallide caerulea.

Rasenförmiges Mauseohr.

Observ. In terra limosa radix saepe caules numerosissimos protendit, qui erecti, vel exteriores basi depressi, caespites densissimos efficiunt. Celeberr. *Schultz* l. c.

In paludosis turfosis et in limosis inundatis, passim ad pagum *allin hinter dem Hofgarten* et prope *Neobrandenburgum am leinen Ihlepohl (Schultz)*, prope *Mennighüffen* in Minden et *'eihe* prope Lipsiam et Dresdam *(Reichenbach)*. 2l. Fl. tota estate.

Myosotis *repens.*

M. foliis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, trinerviis, ıpilloso-strigosis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu hozontali-recurvis, calyce quinquefido, inaequali, acuto, erecto, to pilis rectis subadpressis obsesso, triplo fere longioribus, limbo rollae patente, tubum aequante, radice repente.

Myosotis repens. Reichenbach in *Sturm* Deutschl. Fl. Fasc. 42. *Bönninghaus.* Flora Monast. n. 233.

Myosotis commutata. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. g. 102.

Radix horizontalis, saturate brunnea, fibrosa. *Caulis* basi cumbens, repens, ad foliorum axillas radicans, tunc adscenıs, pedalis et sesquipedalis, obtuse pentagonus, simplex vel mosus, pilis brevibus patulis obsessus. *Folia* alterna, oblon-lanceolata, utrinque attenuata, mucrone brevi, obtuso ternata, utrinque papilloso-strigosa, trinervia. *Racemi* axillaı et terminales, plerumque conjuncti, erecto-patuli, nudi, ltiflori. *Pedicelli fructiferi* calyce triplo longiores, horiıtales, recurvi, subsecundi. *Calyx* cum pedicellis pilis breıs, erectis obsessus, inaequalis, patulus: *floriger* quinqueıtatus; *fructiger* demum quinquefidus: *Laciniis* acutis, obli erectis. *Corolla* parva, caerulea: *Limbo* explanato; *Laci* emarginatis: *Tubo* longitudine limbi et calycis.

Kriechendes Mauseohr.

In turfosis uliginosis, in sylvis umbrosis Saxoniae *(Reienbach)*, prope *Rheine* in Monasteria *(Bönninghauı)*. 2l. Fl. Jul., Aug., Sept.

Myosotis *strigulosa.*

M. foliis lineari-lanceolatis, obtusiusculis, inferioribus sub-

tus retrorsum strigulosis, racemis ebracteatis, elongatis, laxiusculis, pedicellis in fructu horizontaliter patentibus, curvatis, calyce quinquedentato, aequali, erecto, toto pilis rectis adpressis obsesso, dimidio longioribus; limbo corollae patente tubo longiore, radice horizontali.

Myosotis strigulosa. Reichenbach in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42.

Myosotis caespitosa β strigulosa. Bönninghausen Flora Monast. n. 234.

Radix horizontalis, brunnea, fibras plures demittens. *Caulis* erectus, simplex, pentagonus, setis adpressis obsessus, a basi caesius. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, basi magis attenuata et ciliata, obtusiuscula, patula, strigulosa: *inferiora* subtus retrorsum setosa. *Racemi* axillares et terminales, simplices et conjuncti, demum elongati, laxiusculi, multiflori. *Pedicelli fructiferi* horizontaliter patentes, curvati. *Calyx* aequalis, quinquedentatus, erecto-patulus cum pedicellis pilis erectis adpressis obsessus; *dentibus* demum longioribus. *Corolla* majuscula, caerulea: *Limbo* patente; *Laciniis* emarginatis, quasi subquadratis: *Tubo* longitudine calycis, limbo breviore.

Striegeliges Mauseohr.

Observ. An revera specie a *M. caespitosa* distincta?

In pratis et pascuis humidis Saxoniae *(Reichenbach)*, in Monasteria *(Bönninghausen)*. 4. Fl. Maj., Jun.

5. Myosotis *suaveolens.*

M. foliis elliptico-lanceolatis, acutis, trinerviis, utrinque strigulosis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu erectis, calyce demum quinquefido, acuto, subaequali, erecto-patulo, toto pilis rectis adpressis obsesso, triplo fere longioribus, limbo corollae patente, tubum aequante, radice lignosa, fibrosa.

Myosotis suaveolens. Kitaibel in *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 176. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 102?

Radix lignosa, obliqua, saturate brunnea. *Caulis* erectus, simplex, obtuse pentagonus, setis horizontalibus obsessus. *Folia* alterna, utrinque setis brevibus praedita, basi ciliata, apice acutiuscula, trinervia: *inferiora* elliptica, in petiolum attenuata; *superiora* sessilia, e latiore basi lanceolata. *Racemi* terminales, conjuncti, rarius uno alterove axillari solitario, submultiflori. *Pedicelli fructiferi* erecto-patuli. *Calyx* quinque-

itatus, demum quinquefidus, aequalis, erecto-patulus, totus
n pedicello pilis rectis, brevibus adpressis notatus. *Corolla*
iuscula, caerulea, suaveolens: *Limbo* patente, longitudine
bi: *Laciniis* integerrimis, rotundatis.

Wohlriechendes Mauseohr.

In alpibus Hungariae *(Kitaibel)*, Bohemiae *(Schmidt)*.
Fl. Jul., Aug.

Myosotis *nana.*

M. foliis elliptico-lanceolatis, villosis, racemo brevi, pau-
ro, basi folioso, pedicellis in fructu erectiusculis, calycem
quepartitum, villis longis, rectis lanatum, aequantibus, limbo
llae explanato, tubo longiore, radice tortuosa.
Myosotis nana. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 747.
mann Asperifol. 2. p. 103. *Reichenbach* in *Sturm*
tschl. Flora 1. Fasc. 42. *Römer* et *Schultes* Syst. Ve-
4. p. 106. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 791. *Vest* Ma-
e p. 430.
Myosotis terglovensis. Hacquet Plantae alpinae Carniol.
2. Tab. 2. Fig. 6.
Radix crassa, lignosa, tortuosa. Excepta corolla pilis lon-
albis canescens. *Caules* plerumque plures, unam ad qua-
uncias longi, intermedio erecto, laterales plerumque de-
bentes, foliosi. *Folia* ovata, aut spathulata, sessilia, duas
res lineas longa. *Racemus* terminalis, inferne foliosus,
ri-ad quinqueflorus. *Pedicelli* calyce paullo longiores, uni-
Calyx profunde quinquefidus vel quinquepartitus, totus
longis, rectis, albis, adpressis obsessus. *Corollae tubus*
e brevior, annulum cylindricum efformans, subventricosus:
us explanatus, eleganter caeruleus, magnitudine circiter
ot. *palustris: Laciniis* rotundatis. Flores *Syringae* odorem
simum spirant.

Zwerg-Mauseohr.

ariat caule brevissimo unifloro.
In alpibus Carnioliae et Carinthiae *(Hacquet)*, Styriae
rtori). 24. Fl. Majo, Junio.

b) *Calyce inferne pilis uncinatis armato.*

Myosotis *sylvatica.*

M. foliis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, molliter hirsu-

tis, obsolete trinerviis, racemis ebracteatis, laxis, longissimis, pedicellis in fructu divergenti-patentibus, calyce quinquefido, acuto, inaequali, patenti-erecto, inferne pilis unciatis praedito, longioribus, limbo corollae explanato tubo longiore, radice subrepente.

Myosotis sylvatica. *Lehmann* Asperifol. 2. p. 85. *Lumnitz.* Poson. n. 272. (exclusa Var. β et γ.) *Bönninghausen* Flora Monast. n. 235. *Hoffmann* Germ. 1. p. 85. (exclusa alpina). *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 102. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 72.

Myosotis montana. *Besser* Galic. n. 191.

Myosotis arvensis β sylvatica. *Schultz* Flor. Stargard. n. 150. Ejusd. Supplem. p. 11.

Primo intuitu valde similis *Myosot. palustri.* *Radix* quoque perennis et subrepens. *Caulis* erectus, pentagonus, hirsutus. *Folia* oblongo-lanceolata, obtusiuscula, molliter hirsuta. *Racemi* demum elongati. *Pedunculi floriferi* erecti, *fructiferi* divergentes, patuli, calyce sesqui-, vix duplo longiore. *Calyx* inferne pilis uncinatis obsessus, caeterum pilis rectis praeditus, ad duas, tertias partes fissus, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, acutiusculis, trinerviis, inaequalibus, *duabus superioribus* latioribus et longioribus. *Corolla* dimidio minor, quam in *Myosot. palustri.*

Wald-Mauseohr.

Observ. Florae Danicae Tab. 583. *Fig. sinistra* huc pertinere videtur, at Calyx nimis profunde divisus delineatus est, ut quinquepartitus appareat.

In apricis montosis sylvaticis passim. ♃. Fl. Aprili, Majo.

8. Myosotis *intermedia.*

M. foliis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, molliter hirsutis, obsolete trinerviis, racemis ebracteatis mediocribus; pedicellis in fructu divergentibus, calyce quinquefido, acuto, fructifero clauso, ovato, inaequali, inferne pilis uncinatis armato longioribus, limbo corollae explanato, tubo paullo breviore, radice obliqua.

Myosotis intermedia. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 236.

Myosotis arvensis. *Besser* Galic. n. 192. secundum *Reichenbach.* *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 789.

Simillima antecedentis *M. sylvaticae* et differt tantum *Ra-*
mo breviore. *Calyce fructifero* clauso, ovato et *Corollae*
bo paullo longiore. *Duratione.*

Mittleres Mauseohr.

In agris Germaniae fere ubique *(Reichenbach)*. ♂. Fl.
n., Jul.

Myosotis *alpestris.*

M. foliis obsolete trinerviis, villosis: inferioribus obovatis,
tusis; superioribus ovato-lanceolatis, acutiusculis, racemis ebrac-
tis brevibus, pedicellis in fructu horizontalibus, calycem de-
m quinquefidum, acutum, inaequalem, erecto-patulum, in-
ne pilis uncinatis armatum, aequantibus, limbo corollae ex-
nato tubi longitudine, radice obliqua.

Myosotis alpestris. *Lehmann* Asperifol. 2. pag. 86.
hmidt Flora Bohem. Cent. 3. pag. 26. *Reichenbach* in
rm Deutschl. Fl. 1. Fasc. 42. *Römer* et *Schultes* Syst.
get. 4. p. 103. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 788.

Valde similis *Myosot. palustri*, at statura duplo triplove
nor et tota hirsuta. *Folia* basi evidenter trinervia, apice
tiuscula. *Calyx* quinquefidus, inferne pilis uncinatis prae-
us: *Laciniis* lanceolatis, acutis, subinaequalibus.

Alpen-Mauseohr.

In alpibus Carnioliae (*Hoppe*), Hungariae *(Kitaib.)*,
hemiae *(Schmidt)*. 2|. Fl. Julio.

Myosotis *sparsiflora.*

M. foliis oblongo-lanceolatis, acutis, strigulosis, racemis
is, paucifloris, inferne foliosis, pedicellis in fructu deflexis,
ce quinquefido, aequali, erecto-patulo, inferne pilis uncina-
armato, multo longioribus limbo corollae explanato tubo lon-
re, radice obliqua tenui.

Myosotis sparsiflora. *Besser* Galic. n. 193. *Lehmann*
erifol. 2. p. 84. *Mikan* in *Hoppe* bot. Taschenb. 1807. p. 74.
ichenbach in *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 42. *Römer*
Schultes Syst. Veget. 4. p. 104. *Schultes* Oestr. Flora
n. 790. Flora Dan. Tab. 1688.

Radix obliqua, tenuis, fibrosa. *Caulis* adscendens, sex-
octouncialis, interdum major, quinquangulus, plus minus ra-

mosus, setis deflexis asper. *Folia* oblongo-lanceolata, acuta, utrinque attenuata, utrinque strigulosa: radicalia et caulina inferiora in petiolum attenuata; superiora sessilia. *Racemi* vel solitarii vel conjugati, axillares et terminales, breves, pauciflori, graciles, laxi, inferne foliosi. *Pedunculi* setacei: *fructiferi* longi, deflexi. *Calyx* hirtus, interne pilis uncinatis praeditus, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, acutis. *Corolla* parva, caerulea.

Zerstreutblühtiges Mauseohr.

In humidis umbrosis Bohemiae circa *Pragam (Mikan)*, in Galicia *(Besser)*. ⊙. Fl. Majo, Junio.

11. Myosotis *versicolor.*

M. foliis lineari-lanceolatis, acutis, trinerviis, setis adspersis, racemis ebracteatis elongatis, laxis, pedicellis in fructu horizontalibus, calycem quinquefidum, acutum, subaequalem, patulum, inferne pilis uncinatis armatum aequantibus, limbo corollae patente tubo breviore, stylo elongato, radice fasciculata.

Myosotis versicolor. Bönningh. Flora Monast. n. 239. *Lehmann* Asperifol. p. 93. *Reichenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 105.

Myosotis arvensis β minor. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 223. *Ejusd.* bot. Abhandl. u. Beobacht. pag. 20. *Gmelin* Badens. n. 268.

Myosotis scorpioides arvensis. Ehrhart Herbar. Decas 5. No. 41.

Echium scorpioides, minus, flosculis luteis. *C. Bauh.* Prodr. pag. 119.

Distinctissima a *Myosotide arvensi*, cujus varietas habita est! Differt: 1. *Statura* paullo majore. 2. *Canitie* et *pilositate* majore omnium partium. 3. *Foliis caulinis* exacte lanceolatis. 4. *Racemis* plerumque geminis. 5. *Pedicellis* in fructu horizontalibus, calycem longitudine subaequantibus. 6. *Corollis* primum flavescentibus, dein caerulescentibus. 7. *Corollae limbo* tubo breviore; nec ejusdem longitudine. 8. *Stylo* elongato.

Verschiedenfarbiges Mauseohr.

In campis arenosis, aridis, inter segetes. ⊙. Fl. Majo Jun., Jul.

12. Myosotis *collina.*

M. foliis lanceolatis, obtusis, villosis, racemis ebracteati

axis, pedicellis in fructu horizontalibus, calycem quinquefidum, ubaequalem, erecto-patulum, inferne pilis uncinatis armatum, equantibus, limbo corollae patente tubo breviore, radice simlici obliqua.

Myosotis collina. Ehrhart Herbar. Dec. 5. n. 51. *Rethenbach* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 42.

Ne confundatur cum antecedente *M. versicolore*, quacum uribus in partibus convenit, distinguitur autem: 1. *Radice* liqua. 2. *Caule* plerumque ramosiore, flaccido, adscendente, l procumbente. 3. *Foliis* obtusis, villosis; nec acutis, nec is sparsis hirsutis. 4. *Racemis* longioribus, laxioribus. 5. *orollis* semper caeruleis. 6. *Stylo* brevi; nec elongato.

Hügel-Mauseohr.

In collibus passim in Germania. ⊙. Fl. Majo, Jun.

Myosotis *arvensis.*

M. foliis obovatis, obtusis, hirsutis, racemis ebracteatis, ctis, pedicellis in fructu erectis, calyce quinquefido, acuto, so, inferne pilis uncinatis armato, brevioribus, limbo corolerecto-patulo, longitudine fere tubi, radice fasciculata.

Myosotis arvensis. Roth Flora Germ T. II. P. I. p. 222. lusa var. *β.*) *Ejusd.* Bot. Abhandl. u. Beob. p. 20. (exclusa *β.*)

α simplex: Caule solitario, subsimplici.

Myosotis arvensis. Reichenbach in *Sturm* Deutschl. 1. Fasc. 42.

Myosotis arenaria. Schrader in *Schultz* Supplem. Florae ard. p. 12. n. 14.

Myosotis collina β simplex. Wallroth Schedulae crit. 1. 73.

Myosotis pusilla. Lehmann Asperifol. 2. p. 96. *Römer chultes* Syst. Veg. 4. p. 105.

β multicaulis: Caulibus pluribus, caespitosis.

Myosotis arvensis β multicaulis. Reichenbach in *Sturm* chl. Flora 1. Fasc. 42.

Myosotis collina. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 73.

Myosotis stricta. Link in *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. 04.

Myosotis scorpioides arvensis. Ehrhart Herbar. n. 41.

Auricula muris caerulea. *Tabernaemont.* Kräuterbuch. pag. 511.

Radix fasciculata, fibrosa, tenuis. *Caules* in α solitarii, plerumque simplices; in β plures, fasciculati plus minus ramosi, bi-, triuncialis, raro majores, angulosi, piloso-scabriusculi, in α stricti, in β adscendentes, erecti. *Folia* hirsutissima: *radicalia* et *caulina inferiora* obovalia, obtusa, in petiolum decurrentia; *caulina media et suprema* sessilia ovata. *Racemi* in caule ramisque terminales, solitarii vel interdum conjugati, stricti, demum elongati, laxi. *Pedicelli* alterni, semper erecti, etiam in fructu calyce breviores. *Calyx* quinquefidus, hirsutissimus, basi ventricosus, superne contractus, tubi corollae longitudine, inferne pilis unciatis armatus: *Laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, ciliatis. *Corolla* caerulea, minor quam in duabus praecedentibus: *Limbo* erecto-patulo.

Acker-Mauseohr.

In agris et arvis non raro. ☉. Fl. Aprili et Majo.

†† *Flores monopetali, inferi, angiospermi.*

* Capsula uniloculari.

131. CORTUSA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 259. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 108. Gaertner de Fruct. 1. p. 231. Tab. 50.

Calyx quinquefidus, campanulatus. *Corolla* infundibuliformis, profunde quinquefida, patens: *Tubo* subnullo. *Antherae* subcoalitae. *Capsula* bivalvis, apice dentata, uniloculari, polysperma. *Receptaculum* centrale, liberum.

1. Cortusa *Mathioli.*

C. foliis incisis lobatis: lobis acutis, calycibus corolla brevioribus.

Cortusa Mathioli. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 807. *Jacq.* Icon. rar. Tab. 32. *Mattuschka* Sile n. 126. *Römer* Flora Europ. Fasc. 3. *Römer* et *Schult* Syst. Veg. 4. p. 115. *Schkuhr* Handb. 1. p. 111. Tab. 3 *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 794. *Vest* Manuale p. 444. *Wu fen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 236.

Cortusa Mathioli. *Clus.* Hist. 1. p. 307.

Cortusa. *Camerar.* Epit. p. 728.

Cortusa Mathioli Zwinger. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 460.

Radix crassiuscula, teres, fusca, fibrosa. *Folia* radicalia, longe petiolata, reniformi-multifida seu cordato-subrotunda, inciso-lobata, utrinque cum petiolis villosa, saturate viridia, supra nitida, nervosa, venosa: *Lobis* plerumque trifidis acutiusculis. *Scapus* vel solitarius, vel alter et tertius, palmaris et major, nudus; erectus pilosus, terminatus *Umbella* simplici, septem-ad decemflora. *Involucrum* tri-ad pentaphyllum: foliolis lanceolatis, serratis, tres ad quatuor lineas longis. *Pedunculi* filiformes, semiunciales et paullo longiores, uniflori, pubescentes. *Flores* rosei, albi vel flavi, odorati. *Calyx* quinquefidus, glaber, *Laciniis* lanceolatis, corolla triplo fere brevior. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida: *Laciniis* ovato-lanceolatis, obtusis: Tubus sensim ampliatus in limbum. *Antherae* oblongae. *Stylus* demum exsertus, filiformis. *Stigma* obtusum simplex. *Capsula* oblongo-ovata, obtusa, bifariam dehiscens, apice quinque-ad septemdentata, polysperma. *Receptaculum* centrale, columnare, liberum. *Semina* ovato-subrotunda, parva.

Mathioli's Cortuse.

In sylvis alpinis Austriae in *Oetscher*, *(Jacq.)*, in agro Fluminensi Terfacti *(Host)*, in Sudetis *(Mattuschka)*, in Karpathis *(Wulfen)*, et alibi. 2|. Fl. Majo, Junio.

132. CORIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 324. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 107. Gaertner de Fruct. 3. p. 26. Tab. 183.

Calyx quinquedentatus, extra dentes *spinis* quinque armatus. *Corolla* tubulosa, quinquefida, irregularis: *Laciniis tribus inferioribus* brevioribus. *Capsula* globosa in fundo calycis, quinquevalvis, unilocularis, polysperma.

Coris *monspeliensis.*

Coris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1000. *Röm.* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 115. *Vest* Manuale 453.

Coris quorundam. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXIV.

Symphytum petraeum. *Camerar.* Epit. p. 699.

Radix ramosa, sublignosa, fibrosa, fusca. *Caules* plures in caespitem dispositi, procumbentes vel erectiusculi, inferne parce ramosi, digitales et sesquidigitales, purpurascentes, vel cinerei, teretes, vix scabriusculi, foliis tecti. *Folia* alterna et sparsa, sessilia, approximata, patentia, linearia, sesquilinearia, duas ad tres lineas longa, glabra, crassiuscula, linearia: *inferiora* obtusa et margine nuda; *superiora* spinula acuta terminata et margine spinuloso ciliata. *Racemi* in caule ramisque terminales, solitarii, ovato-oblongi, densi, semiunciales, unciales et paullo longiores. *Flores* alterni, breviter pedicellati, fragrantes, rubri, vel purpureo-violacei. *Bractea* ad quemvis florem solitaria, foliis similis. *Calyx* ventricosus, decangulus, glaber. *Corollae laciniae* oblongae, obtusae, emarginatae: duae inferiores breviores, magis distantes. *Stamina* declinata. *Stigma* simplex. *Capsula* subrotunda, calyce tecta.

Blaue Erdkiefer.

In asperis agri Tergestini. *(Host, Vest).* ♃. Fl. Maj., Jun.

133. ANDROSACE.

(Androsace et Aretia Linn.) Sprengel Pugillus fasciculus p. 36.

Calyx pentagonus, quinquedentatus. *Corolla* monopetala hypocrateriformis: *Fauce* glandulosa: *Limbo* quinquefido. *Stamina* intra faucem corollae. *Capsula* unilocularis quinquefariam dehiscens, rarius decemfida, penta- seu decasperma.

Observ. Cum *Androsace* optimo cum jure *Aretiam Linn.* conjunxit Celeberr. *Sprengel* in Pugillo l. c. (...) nibus enim in partibus floris et fructus inter se conveniunt ambae, excepto solum numero seminum in capsula. In *Aretiis* scilicet semina plerumque quinque sunt, in *Androsacibus* e contrario quinque plura ad decem in Capsula occurrunt. In *Androsacibus* flores in Umbellam simplicem dispositi sunt, in *Aretiis* vero e caule sparsi aut solitarii proveniunt. At inflorescentia per se non sufficit pro generum distinctione.

* *Umbellatae (Androsaces Linn.)*

Androsace *farinosa.*

A. foliis subspathulato-oblongis, denticulato-undulatis, su-a scapoque glabris, subtus calycibusque farinosis, pedunculis involucro corollaque calyce, duplo longioribus; laciniis corollae profunde emarginatis.

Androsace farinosa. *Sprengel* Pugill. 2. p. 37.

Primula farinosa. *Willd.* Spec. Pl. Lin. T. I. P. II. pag. 12. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 231. *Braune* Misc. n. 163. *Gmelin* Badens. n. 290. *Jacq.* Miscell. Austr. 1. p. 159. *Lehmann* Monogr. Primul. p. 52. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 141. *Schrank* Bavar. n. 349. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 812. *Scop.* Carn. 2. n. 205. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 14. Flora Dan. Tab. 125.

Primula veris minor purpurascens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 498.

Primula alpina angustifolia. *Tabernaemont.* Kräuterb. 704.

Primula veris flore rubro. *Clus.* Hist. 1. p. 300.

Sanicula alpina minor. *Lobel* Icon. 1. p. 751. *Ejusd.* Obser. p. 307.

β stricta: floribus minoribus strictis.

Primula stricta. Flora Dan. Tab. 1385. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 141.

Primula Hornemanniana. *Lehmann* Monogr. Primul. p. 55. Tab. 4.

Radix subpraemorsa, fibrosa. *Folia* radicalia, in caespitem posita, oblonga, obtusa, in petiolum decurrentia, crenato-dentata, supra laete viridia, glabra, subtus albo polline adspersa. *Scapus* glaber, superne albo pulvere adspersus, palmaris et altior, erectus, nudus. *Umbella* fastigiata, simplex, erecto-patula, multiflora. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, subulatis. *Pedicelli* setacei, involucro duplo longiores, flori, erecti. *Calyx* obovatus, pulvere albo adspersus, quinquefidus: *Laciniis* ovatis, obtusiusculis: *fructiger* pentagonus. *Corolla* carnea in lilacinum vergens: *Tubus* calyce paullo longior: *Faux* glandulis quinque coronata: *Limbus* planus, quinquefidus: *Laciniis* profunde emarginatis. *Capsula* calyce paullo longior.

β stricta; Recedit tantum: 1: *Umbella* pauciflora,

erecta, stricta; 2. *Calycibus* ventricosis, rugosulis. *Corollae limbi laciniis* tubo dimidio brevioribus, leviter tantum emarginatis.

Mehlblättriges Mannschild.

In pratis et pascuis uliginosis, spongiosis, humidis Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Bohemiae (*Pohl*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*), Baruthini (*Elvert*), Megapol. Strelitz. (*Schulz*), et alibi: *β* in subalpinis uliginosis Tyrolis secundum *Lehmann.* 2|. Fl. Aprili, Majo.

Observ. Quum Primulae genus corollam fauce nudam, absque ullo glandularum vestigio requirat, in *Primula farinosa Linn.* e contrario corolla fauce glandulis quinque evidentissime notata sit, sub *Primula* nullo modo amplius militare potest, sed ad *Androsacem* omnino pertinet.

2. Androsace *maxima.*

A. subvillosa, foliis ovato-oblongis calycumque laciniis ellipticis plus minus dentatis, pedunculis floriferis involucro brevioribus, demum longioribus, corollis calyce, in fructu aucto, duplo minoribus: laciniis obovatis, integris.

Androsace maxima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 796. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 231. *Gmelin* Badens. n. 284. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 331. *Lumnitz.* Poson. n. 192. *Pollich* palat. n. 194. *Römer* et Schultes Syst. Veg. 4. p. 152. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 821. *Scop.* Carn. 2. n. 201. *Vest* Manuale pag. 451.

Androsace altera major Mathioli. *Clus.* Hist. 2. p. CXXXIV. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 368. *Camerar.* Epit. p. 639.

Androsace Mathioli secunda. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1203.

Radix fusca, subfusiformis, fibrosa. *Folia* in orbem digesta, ovata, acuminata, in petiolum decurrentia, denticulata, vel glabra, vel villosa. *Scapus* erectus, simplex, teres, nudus, digitalis et palmaris. *Umbella* terminalis, simplex. *Involucri foliola* elliptica, obtusiuscula, longitudine inaequalia, glabra vel ut plurimum villosa. *Pedicelli floriferi* involucro parum breviores; *fructiferi* parum longiores illo. *Calyx* corolla duplo major: *Laciniis* ovato-lanceolatis, dentatis: *fructiger* maximus campanulatus, profunde quinquefidus. *Corolla* alba, calyce duplo minor: *Laciniis* obovatis, integris.

Grossblättriges Mannsschild.

Inter segetes, in agris et vineis Austriae (*Jacq.*), Carioliae (*Scop.*), Bohemiae (*Pohl*), Palatinatus (*Pollich*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*). ☉. Fl. Aprili et Majo.

Androsace *elongata.*

A. scabriuscula, foliis oblongo-lanceolatis, subdentatis, pedunculis patentibus, involucro multo longioribus, fructiferis elongatis, scapum aequantibus, corollis calyce angulato subbrevioribus; laciniis ovatis, integris.

Androsace elongata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 797. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 232. *Besser* Prodr. Galic. n. 216. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 330. *Ejusd.* Observ. Tab. 19. *Huttuyn* Pflanzensyst. Vol. 5. pag. 462. Tab. 41. B. *Gmnitz.* Poson. n. 193. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. T. p. 152. *Schkuhr* Handb. 1. p. 107. Tab. 23. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 822. *Vest* Manuale p. 451.

Differt ab *Androsace maxima*, cui proxime accedit: 1. *Foliis* sublanceolatis, inaequaliter et acute dentatis. 2. *Scapis* floribus, filiformibus, brevioribus. 3. *Umbellae pedicellis* floribus, patulis, scapo similibus, demum scapi longitudine, divaricatis. 4. *Calycibus* angulatis, post anthesin immutatis, nec magnitudine auctis. 5. *Involucri foliolis* acuminatis, integerrimis. 6. *Corolla* calyce parum tantum breviore: *Laciniis* lanceolatis, acutis, constanter integerrimis.

Verlängertes Mannsschild.

In campis apricis, ad agrorum margines Austriae (*Jacq.*), Podolathum (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*), Palatinatus (*Koch* et *Ziz*), ad Halam Saxonum (*Sprengel*). ☉. Aprili et Majo.

Androsace *septentrionalis.*

A. scabriuscula, foliis lanceolatis, basi attenuatis, dentatis, pedunculis erectis, strictis, involucro multo longioribus, corolla calycem angulatum excedente; laciniis ovatis, integris.

Androsace septentrionalis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 798. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 232. *Besser* Prodr. Galic. n. 217. *Mönch* Hassov. n. 162. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 153. *Schultes* Oestr. Flora 2. p. 23. *Vest* Manuale p. 451. Flora Dan. Tab. 7.

Androsace II. Mathioli. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1203.

Alsine minor, Androsaces alterius facie. *C. Bauh.* Prodr. p. 118.

Radix tenuis, subramosa. *Folia* in orbem digesta, lanceolata, denticulata, in petiolum decurrentia, scabriuscula vel glabra, vel canescentia. *Scapus* solitarius vel plures, erectus, strictus, filiformis, teres, nudus, digitalis et palmaris. *Umbella* fastigiata simplex. *Involucrum* submonophyllum, octo-ad decempartitum: *foliolis* angusto-lanceolatis, pedicellis longe brevioribus. *Pedicelli* filiformes, erecti, uniflori, longitudine inaequales, unciales, sesquiunciales, raro longiores. *Calyx* angulatus, longitudine tubi corollae. *Corolla* alba: *Laciniis* integris.

Nordliches Mannsschild.

In collibus arenosis, ruderatis, muris Galiciae (*Besser*) Bohemiae circa *Pragam* ad *Lieben* (*Schmidt*, *Pohl*), Viennae (*Schultes*), Hassiae (*Mönch*). ☉. Fl. Aprili et Majo.

5. Androsace *villosa.*

A. villosa, villis articulatis, longis, simplicibus, flexuosis foliis lanceolatis, obtusis, integerrimis, pedunculis involucro vix longioribus, corolla, calycem angulosum aequante: laciniis obovatis integris subemarginatisve.

Androsace villosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 798. *Reiner* et *Hohenwart* Iter pag. 88. *Römer* *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 154. *Schultes* Oestr. Fl. 2. 828. *Scop.* Carn. 2. n. 202. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. p. 193. Tab. 12. Fig. 3.

Excepta corolla, tota planta, densos caespites efformans villis longis, articulatis, flexuosis, simplicibus plus minus crescit. *Folia* radicalia, in rosulam densam conferta, lanceolata, obtusa, integerrima, ciliata. *Scapus* atropurpureus, pollicaris et bipollicaris, raro longior, erectus, bi-ad quinquefloros. *Involucrum* tri-ad pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtusis. *Pedicelli* setacei, involucro vix paullo longiores. *Calyx* obovato-angulatus, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, obtusis. *Corolla* lactea, ad faucem rosea, calycem vix parum superans: *Limbo* plano: *Laciniis* obovatis, integris vel subemarginatis. *Capsula* di-ad pentasperma.

Zottiges Mannsschild.

In alpibus Carnioliae (*Host*, *Wulfen*), Croatiae (*Haitaibel*). 2. Fl. Majo, Junio.

Androsace *Chamaejasme.*

A. pubescens, villis brevibus, articulatis, rectis, simplici-
s, foliis lanceolatis, subacutis, subintegerrimis, ciliatis, pedun-
lis involucro longioribus, corolla calycem turbinatum angulo-
n excedente: laciniis obovatis, integris subemarginatisve.

Androsace Chamaejasme. Willd. Spec. Plant. Linn. T.
P. II. p. 799. *Reiner* et *Hohenwart* Iter p. 87. *Römer*
Schultes Syst. Veget. 4. p. 155. *Schultes* Oestr. Fl. 2.
824. *Vest* Manuale p. 452.

Androsace villosa. Jacq. Fl. Austr. Tab. 232. (excluso
. Parkins.)

Chamaejasme. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 863.

Proxime accedit ad antecedentem, ut facile cum illa com-
tetur, at distinguitur: 1. *Villis* totius plantae brevibus, rec-
2. *Foliis* ciliatis quidem, at minus pubescentibus villis ca-
is, pallide viridibus, paullo acutioribus, basi magis angusta-
3. *Pedicellis floriferis* involucro duplo longioribus. 4.
yce longitudine tantum tubi corollae: *Laciniis* acutioribus.
Corollae limbo calycem supereminente.

Observ. In speciminibus ab optimo *Wulfenio* acceptis folia non omnino glabra sunt, sed villis brevissimis hinc inde adspersa. In literis me certiorem fecit optimus *Treviranus*, *Wulfenii* plantam eandem esse cum *Andr. obtusifolia Allionii.*

Gefranztes Mannsschild.

Observ. Sedum minus, decimum, alpinum quartum. *Clus.* Hist. 2. p. LXII. ad hanc potius, quam ad *Androsacem villosam* mihi quidem pertinere videtur, quia pedunculi involucro et corollae calyce longiores in figura delineati sunt.

In pratis alpinis et subalpinis Austriae (*Wulfen*, *Jacq.*,
st), Styriae (*Sartori*). 2. Fl. Majo, Junio.

Androsace *obtusifolia.*

A. pubescens, villis brevibus, rectis, apice furcatis, foliis
ticis, obtusis, subintegerrimis, ciliatis, pedunculis involucro
gioribus, corolla calycem angulatum, turbinatum excedente,
iis obovatis integerrimis.

Androsace obtusifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I.
II. p. 799. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 158.
hultes Oestr. Flora 2. n. 825. *Vest* Manuale p. 452.

Androsace Lachenalii. *Gmelin* Badens. n. 825. Tab. 2.

Omnino distincta species, nec varietas praecedentis, ut contendunt nonnulli botanici auctores. Excepta corolla, tota planta villis brevibus, rectis, bifurcis, adspersa. *Folia* in rosulam disposita, elliptica, obtusa, basi magis attenuata, iis in *Draba verna* simillima figura et magnitudine, subintegerrima, ciliata, dilute viridia, vel pubescentia, vel glabriuscula. *Scapi* non e centro rosulae, sed laterales, filiformes, semidigitales et digitales, nonnihil longiores, erecti, canescentes. *Umbella* tri-, quadriflora, interdum et quinqueflora. *Involucrum* tri- ad pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, lineae circiter longitudine. *Pedicelli* longitudine inaequales, vel duplo, vel triplo et quadruplo involucro longiores, superne parum incrassati. *Calyx* turbinatus, pentagonus, semiquinquefidus, luteo-viridis: *Laciniis* lanceolatis, acutis. *Corolla* pallide rubens, fauce lutea: *Limbo* quinquepartito, calycem supereminente: *Laciniis* obovatis, integerrimis.

Stumpfblättriges Mannsschild.

In alpibus et subalpinis Styriae *(Sartori)*, Austriae *(Host, Vest)*. 2. Fl. Jun., Jul.

8. Androsace *lactea.*

A. glabra, caulescens, foliis linearibus, nitidis subintegerrimis, apice ciliatis, pedunculis vel unifloris nudis, vel umbellatis, involucro multoties longioribus, corolla calycem turbinatum supereminente; laciniis obverse cordatis.

Androsace lactea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 799. *Braune* Salisburg. n. 159. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 333. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 156. *Schrank* Bavar. n. 345. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 826. *Scop.* Carn. 2. n. 203. *Vest* Manuale p. 452.

Sedum minus undecimum. *Clusii* Hist. 2. p. LXI.

Phyllo Dalechampii aliquatenus similis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 757.

Caules prostrati, filiformes, caespitosi, adscendentes, e rosulis foliorum proliferis oborti, purpurascentes, nitidi. *Folia* in rosulis linearia, glabra, obtusiuscula, apice ciliata, margine ad lentem obsoletissime crenulata, crassiuscula, plana, nitida. *Pedunculi* e caulium rosulis laterales, glabri, vel tres seu quatuor e rosula, setae porcinae crassitie, subangulosi, semidigitales, digitales et sesquidigitales, in eadem planta, immo in

adem rosula, nunc simplicissimi, uniflori, nudi, nunc apice mbellati et involucrati. *Umbella* bi-, tri-ad quinqueflora. *Involucrum* tri-ad pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, utrinue glaberrimis. *Pedicelli* setacei, involucro multoties longioes, uniflori. *Calyx* campanulatus, pentagonus, viridis, glariusculus, semiquinquefidus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* raone reliquarum specierum (excepta prima) magna, nivea, caee duplo major: *Laciniis* obcordatis.

Observ. Summam affinitatem demonstrat haec species cum *Aretiis Linnei*, quum non raro pedunculos laterales unifloros, absque involucri vel bracteae vestigio producat, licet multoties longiores, quam in *Aretiis*.

Milchfarbenes Mannsschild.

In alpibus Austriae (*Jacq.*, *Host*, *Vest*), Carnioliae (*Scop.*), Styriae (*Sartori*), Bavariae (*Schrank*), Salisburgensibus (*Schrank*, *Braune*). ♃. Fl. Jul., Aug.

Androsace *carnea.*

A. caulescens, pubescens, villis brevissimis, apice subfurtis, foliis linearibus, acutis, ciliatis, integerrimis, pedunculo involucro vix dimidio longioribus, corolla calycem turbinam supereminente: laciniis ovatis.

Androsace carnea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 800. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 157. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 827.

Androsace Halleri. Schrank Salisburg. n. 180. *Braune* Salisburg. n. 160.

Aretia foliis crassis, rugosis, gramineis, scapis multifloris. *Haller* Helvet. n. 619. Tab. 17.

Habitu crescendique modo proxime accedit ad antecedentem *Androsacem lacteam*, at differt: 1. Quod tota, vel ex parte foliis brevissimis subfurcatis pubescat. 2. *Foliis* crassioribus, rugosis. 3. *Scapis* brevioribus, crassioribus et rigidioribus. 4. *Pedicellis* robustioribus, involucro paullo tantum longioribus, interdum brevioribus. 5. *Corolla* carnea: *Laciniis* ovatis.

Fleischfarbenes Mannsschild.

In summis alpibus Brenkogel (*Schrank*, *Braune*). ♃. Jul., Aug.

b) *Floribus solitariis subsessilibus. (Aretiae Linn.)*

10. Androsace *alpina.*

A. ramosa, pubescens, villis brevibus, furcatis, foliis oblongis, obtusis, integerrimis, patentibus, pedunculis unifloris, brevibus, lateralibus et terminalibus, corolla calycem excedente: laciniis subovatis, integris.

Androsace alpina. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 162.

Aretia alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 795. *Braune* Salisburg. n. 157. *Reiner* et *Hohenw.* Iter p. 84. *Schultes* Oestr. 2. n. 830. *Wulfen* in *Jacq.* Flora Austr. Append. Tab. 18.

Radix gracilis, sub terrae superficie ramosissima, cauliferа, ingente caulium caespite terram late sternans, supra terram rosulas densas producens. Tota, excepta corolla, villis brevissimis, apice plus minus furcatis, pubescens. *Folia* oblongo-ovata, vel obtuse lanceolata, sessilia, patula, plana, integerrima, ciliata, villosula, aetate glabriuscula. *Pedunculi* in rosulis partim centrales, partim laterales, sesqui-ad trilineares, immo interdum longiores, solitarii, uniflori, nudi, erecti, apice subnutantes. *Calyx* subcampanulatus, semiquinquefidus: *Laciniis* oblongis obtusis. *Corolla* rubra, vel alba, vel caerulescens: *Tubus* calyce brevior; *Limbus* quinquepartitus, planus: *Laciniis* oblongo-subovatis, rotundatis, integris, vel levissime emarginatis.

Alpen-Mannsschild.

In alpibus Carinthiae circa *Leiterstieg, Winterthal (Wulfen)*, prope Stirzing *(Host)*, Principatus Salisburgensis *Zamae* et in rupibus ad *Rothenkopf* et *Waveggerkarr (Schrank, Braune)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

11. Androsace *helvetica.*

A. ramosa, cano-villosa, villis brevibus, stellatis, foliis ovatis, densissime imbricatis, erectis, subserratis, floribus terminalibus subsessilibus, corolla calycem vix supereminente; laciniis rotundatis, subemarginatis.

Androsace helvetica. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 159.

Aretia helvetica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 795. *Braune* Salisburg. n. 156. *Michel* in *Hoppe* bot.

Taschenb. 1801. pag. 18. *Schrank* Prim. Salisburg. n. 176. *Schultes* Oestr. 2. n. 829.

Radix lignosa. Excepta corolla, tota planta villis brevissimis, stellatis canescens. *Caules* numerosissimi, densissime caespitosi, erecti, compacti, inferne dichotomi, foliis densissime tecti, semiunciales, unciales et longiores. *Folia* ovata, obtusa, brevissima, ad lentem subserrata, cauli adpressa, densissime imbricata: *inferiora* emarcida; *superiora* in exiguam rosulam conniventia, viridi-canescentia. *Flores* in quovis ramo terminales, solitarii, pedunculo vix semilineari praediti et in foliorum rosula magna ex parte absconditi. *Calyx* campanulatus, semiquinquefidus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* nivea, ad faucem parum contracta: *Limbo* plano, quinquepartito: *Laciniis* subrotundis, subemarginatis et levissime serratis.

Schweizerisches Mannsschild.

In alpibus sic dictis *Zipser* in Tatris *(Kitaib.)*, in *Rauriser Goldberg* Principatus Salisburgensis *(Schrank, Braune)*. 4. Fl. Jul., Aug.

134. PRIMULA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 258. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 108.

Calyx pentagonus, quinquedentatus. *Corolla* monopetala, hypocrateriformis: *Fauce* eglandulosa, ore patulo; *Limbo* quinquelobo; lobis emarginatis. *Capsula* unilocularis, ore decemfida, polysperma.

Observ. Ab *Androsace* inprimis recedit hoc genus defectu glandularum ad faucem corollae.

1. Primula *veris.*

P. foliis obovato-oblongis, dentatis, rugosis, subtus hirsutis, floribus omnibus nutantibus, calycibus oblongo-campanulatis, corollae tubum subaequantibus, limbo corollae concavo, brevissimo: laciniis obcordatis, leviter emarginatis.

Primula veris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 800. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 224. *Besser* Galic. n. 218. *Hayne* Arzneigew. Band 3. Tab. 34. *Lehmann* Monogr. Prim. p. 27. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 134. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 811. *Vest* Manuale pag. 448.

Primula veris α. officinalis. Pollich palat. n. 195.

Schkuhr Handb. 1. p. 108. Tab. 33. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 14. Flora Dan. Tab. 433.

Primula officinalis. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 224. *Gmelin* Badens. n. 287. *Jacq.* Miscell. 1. p. 159. *Scop.* Carn. 2. n. 205.

Primula veris. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 699.

Primula veris odorata, flore luteo, simplici. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 495.

Radix subpraemorsa, fibrosa, obliqua. *Folia* in caespitem congesta, obovata, obtusa, in petiolum decurrentia, rugosa, leviter crenata, subtus hirsuta, supra glabriuscula. *Scapus* erectus, teres, simplex, pubescens, nudus, sesquidigitalis et longior. *Umbella* simplex, fastigiata, multiflora, nutans. *Involucrum* polyphyllum, pedicellis brevius: *foliolis* lineari-lanceolatis, inaequalibus, apice attenuatis, subulatis, erectis, pubescentibus. *Pedicelli* filiformes, uniflori, longitudine inaequales, pubescentes, apice decurvi. *Flores* lutei, nutantes, suaveolentes. *Calyx* tubulosus, parum inflatus, pubescens, quinquangularis, quinquedentatus, longitudine tubi corollae. *Corollae tubus* cylindraceus; *Faux* patens, nuda; *Limbus* concavus, quinquepartitus: *Laciniis* obcordatis, brevibus.

Frühlings-Primel.

In sylvis et nemoribus, in pratis apricis montosis, pomariis. ♃. Fl. Mart., April., Majo.

2. Primula *inflata.*

P. foliis obovatis, obtusis, obsolete dentato-crenatis, hirsutis, floribus nutantibus, calycibus obovatis, inflatis, tubo corollae brevioribus, limbo corollae concavo: laciniis emarginatis, crenato-dentatis.

Primula inflata. *Lehmann* Monogr. Prim. p. 26. Tab. 2. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 134.

Quam proxime accedit ad antecedentem, at differre dicitur: 1. *Statura* minore. 2. *Foliis* minus rugosis, obsolete crenato-dentatis. 3. *Calycibus* ovatis, inflatis; *Laciniis* ovatis, acutis; nec brevissimis, obtusis. 4. *Corollae laciniis* emarginatis quidem, at insuper crenato-dentatis.

Aufgeblasene Primel.

In Hungaria legit D. *Siemers* secundum *Lehmann* l.

c. et *Kitaibel* secundum Herbarium *Willdenowii*. 2|. Fl. Martio, Aprili.

3. Primula *elatior.*

P. foliis obovato-oblongis, denticulatis, rugosis, utrinque hirsutis, floribus umbellae exterioribus nutantibus, calycibus cylindraceis, tubo corollae vix dimidio brevioribus; corollae limbo plano: laciniis ovatis, levissime emarginatis.

Primula elatior. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 801. (exclusa Var. *β.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 229. *Besser* Galic. n. 219. *Gmelin* Badens. n. 288. *Hayne* Arzn. Gew. Band 3. Tab. 35. *Jacq.* Miscell. 1. p. 158. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 136. *Lehmann* Monogr. Prim. p. 33. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 810. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 14.

Primula veris β elatior. Pollich palat. n. 195. Flora Dan. Tab. 434.

Primula veris, pallido flore, elatior. *Clusii* Hist. 1. p. 301.

Primula sylvestris. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 700.

β dissecta calyce pentaphyllo.

Primula elatior β dissecta. Roth Flora Germ. l. c. *Ejusd.* Bot. Abhandl. u. Beobacht. p. 81. *Leyser* Flora Halens. n. 196. *β.*

Differt a *Primula veris:* 1. *Foliis* majoribus. 2. *Scapo* altiore. 3. *Floribus* exterioribus tantum nutantibus. 4. *Calyce* cylindraceo, tubum corollae arcte cingente: *Laciniis* acutis. 5. *Corolla* majore, pallidiore, inodora: *Tubo* calyce longiore; *Limbo* plano.

β dissecta.

Singularis haec varietas sequentibus recedit: 1. *Foliis* subtus albidis et tenuius crenatis. 2. *Scapo* superne praecipue tomentoso. 3. *Calyce* pentaphyllo: *foliolis* ovato-lanceolatis, longitudine tubi corollae. 4. *Corollae limbo* ad faucem usque, quinquepartito, purpureo: *Laciniis* obcordatis, obtusis.

Garten-Primel.

In pratis et virgultis humidis, in sylvis montosis, depressioribus; *β* in pomariis ad Halam Saxonum rarius (*Leyser, Roth*). 2|. Fl. Martio, Aprili.

4. Primula *acaulis.*

P. foliis obovato-oblongis, dentatis, rugosis, subtus villosulis, umbella radicali, pedunculis erectis, longitudine foliorum, demum deflexis, calycibus cylindraceis longitudine tubi corollae, limbo corollae plano; laciniis obcordatis, leviter emarginatis.

Primula acaulis. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 230. *Lehmann* Monogr. Primular. p. 30. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 134. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 809. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 14.

Primula uniflora. *Gmelin* Badens. n. 289.

Primula sylvestris. *Scop.* Carn. 2. n. 205.

Primula elatior β acaulis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 801.

Primula elatior γ acaulis. Flora Dan. Tab. 194.

Primula veris, pallido flore, humilis. *Clusii* Hist. 1. pag. 302.

Primula veris quarta, sylvestris secunda. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 701.

Figura et structura foliorum convenit cum *Primula veris*, floribus autem cum *Prim. elatiore*, ab ambabus autem recedit: 1. *Scapo* constanter nullo, sed *Umbella* inter folia ad radicem sessili, involucrata: *Involucri foliolis* lanceolatis, subulatis, pedunculis coadunatis. 2 *Pedunculis* longitudine foliorum, villosioribus, omnibus erectis, post anthesin demum deflexis. 3. *Calycibus* longitudine tubi corollae: *Laciniis* subulatis, apice inflexis.

Niedrige Primel.

Variat *Pedunculo* solitario.

In pratis; sylvis et nemoribus montosis passim. ♃. Fl. Martio, Aprili.

5. Primula *Auricula.*

P. foliis obovatis, integerrimis serratisve, planis, glabriusculis, floribus erectis, calycibus campanulatis, tubo corollae triplo fere brevioribus, pulverulentis, limbo corollae plano: laciniis obcordatis, emarginatis.

Primula Auricula. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 804. *Braune* Salisb. n. 167. *Jacq.* Miscell. 1. p. 160. *Ejusd.* Flora Austr. Tab. 415. *Gmelin* Badens. n. 291.

Lehmann Monogr. Primular. p. 40. *Römer et Schultes* Syst. Veg. 4. p. 137. *Schöpfer* Flora Oenipont. n. 83. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 817. *Scop.* Carn. 2. n. 207. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 14. *Vest* Manuale p. 450.

Auricula Ursi prima. *Clusii* Hist. 1. p. 303.

Folia in orbem disposita, obovata, obtusa, in petiolum attenuata, crassiuscula, plana, vel glabra et farinosa, vel subtilissime villosa, integerrima, vel serrata. *Scapus* foliis longior, teres, erectus. *Umbella* multiflora, erecta. *Pedicelli* apice subincrassati, erecti, uniflori. *Involucri foliola* ovato-subrotunda. *Calyx* campanulatus, farinosus, tubo corollae triplo fere brevior: *Laciniis* ovatis, obtusis. *Corolla* flava, odorata: *Limbo* plano, ad faucem farinoso: *Laciniis* obcordatis, plus minus emarginatis. *Capsula* globosa, magnitudine calycis.

Aurikel-Primel.

In subalpinis et alpibus Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scopoli*), Styriae (*Sartori*), Tyrolis (*Schöpfer*), Principatus Salisburg. (*Schrank, Braune*), in fissuris rupium montis *Belcher* Marggrav. Baruthini (*Vulpius, Gmelin*). 24. Fl. Majo, Junio.

6. Primula *marginata.*

P. foliis obovato-oblongis, crenato-dentatis, glabris, albo-marginatis, floribus umbellatis, ante anthesin nutantibus, calycibus tubo corollae multo brevioribus, limbo corollae plano; laciniis obcordatis.

Primula marginata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. T. II. p. 804. *Lehmann* Monogr. Primular. p. 47. *Trattinnik* Tabular. Tab. 425.

Primula crenata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 139.

Planta ita describitur: *Radix* multiceps, crassa, cylindracea, tuberculosa basi foliorum. *Folia* subcarnosa, in rosulam congesta, obovato-oblonga, glabra, crenato-dentata, margine albo-farinosa ut scapus apice. *Umbella* multiflora, floribus ante anthesin nutantibus. *Involucrum* foliolis paucis basi coadunatis, inaequalibus. *Pedicelli* apice pulverulenti, longitudine tubi corollae. *Calyx* brevissimus, quinquefidus: *Laciniis* rotundatis, obtusis. *Corolla* tubulosa, amoene rubella, (viridi-rosea, exsiccata violacea): *Limbo* plano. *Capsula* subrotunda, calyce vix longior.

Gerandete Primel.

In Styriae alpe *Waldhorn* versus *Schadming (Zahlbruknor)*. 24. Fl. Majo et Junio.

7. Primula *longiflora.*

P. foliis ellipticis, subserratis, subtus pulverulentis, umbella nutante, calycibus campanulatis, ad angulos pulverulentis, tubo corollae triplo saltem brevioribus, limbo corollae plano: laciniis profunde emarginatis.

Primula longiflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 803. *Braune* Salisburg n. 165. *Jacq.* Miscell. Austr. 1. p. 159. *Ejusd.* Flora Austr. 5. Tab. 46. *Lehmann* Monogr. Primular. pag. 49. *Reiner* et *Hohenw.* Iter pag. 59. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 140. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 815. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 14. *Vest* Manuale p. 449.

Primulae farinosae Var. *Tyrolensis*, tubo unciali. *Scop.* Carn. 2. n. 206.

Habitu proxima *Androsaci* nostrae *farinosae* (Primulae *Linn.*) cujus varietatem putavit *Scopoli* l. c.

Radix fibrosa. *Folia* elliptica, obtusa, glabra, subserrata, vel subintegerrima, supra pallide viridia, subtus farinoso-glauca vel albida. *Scapus* palmaris, semipedalis et altior, apice pulverulentus. *Umbella* pauciflora, nutans. *Pedicelli* duas lineas ad semiunciam longi, uniflori, *Involucri foliola* lanceolato-linearia, basi subdecurrentia, vel longitudine pedicellorum, vel duplo breviora. *Calyx* oblongo-campanulatus, profunde quinquefidus, quinquangularis, ad angulos pulverulentus. *Corolla* pallide rubra, per exsiccationem violacea: *Tubus* cylindraceus, calyce triplo saltem longior: *Faux* circulo citrino, spongioso coronata: *Limbus* planus; *Laciniis* plus minus profunde emarginatis. *Capsula* oblonga, calycem parum supereminens.

Langblumige Primel.

In alpibus Austriae (*Jacq.*), Tyrolis (*Scop.*, *Frölich*), Carinthiae (*Wulfen*), Carnioliae (*Host*), Principatus Salisburg. (*Schrank*, *Braune*). 24. Fl. Jun., Jul.

8. Primula *glutinosa.*

P. foliis oblongo-lanceolatis, obtusis, superne serratis, glabris, vicoso-glutinosis, floribus in umbella nutante sessili

us, calycibus obovatis, rugosis, tubi corollae fere longitudine, orollae limbo patente: laciniis obcordatis, emarginatis.

Primula glutinosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. . 803. *Braune* Salisb. n. 164. *Jacq.* Miscell. Austr. 1. ag. 159. *Ejusd.* Flora Austr. 5. Append. Tab. 26. *Leh-ann* Monogr. Primul. pag. 69. *Reiner* et *Hohenw.* Iter . 92. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 145. *Schul-es* Oestr. Fl. 2. n. 816. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 24. *'est* Manuale pag. 449.

Auricula Ursi septima. *Clusii* Hist. 1. p. 304.

Radix crassa, superne squamis paleaceis vestita. *Folia* longo-lanceolata, obtusa, subcoriacea, supernè serrata, cae-rum integerrima, glabra, odorata, viscoso-glutinosa. *Sca-us* foliis duplo saltem longior. *Umbella* pauciflora, nutans, oribus sessilibus. *Involucrum* longitudine fere florum, vel il-dimidio tantum brevius: *Foliolis* oblongo-ovatis, obtusis, in-qualibus, subcoriaceis: glutinosis, atropurpureis. *Calyx* ob-atus, rugosus, longitudine fere tubi corollae: *Laciniis* rotun-tis, obtusis. *Corolla* violacea, odorata: *Limbo* patente; *Fauce* eola: *Laciniis* obcordatis, emarginatis. *Capsula* globosa.

Klebrige Primel.

In summis alpibus Tyrolis (*Host*, *Jacq.*), Carinthiae *Vulfen*), Principatus Salisburg. (*Schrank*, *Braune*). 2. Julio.

Primula *viscosa.*

P. foliis oblongo-linguiformibus, integerrimis, sinuatis, vil-o-viscosis, floribus in umbella erecta pedunculatis, calycibus atis, tubo corollae brevioribus, corollae limbo plano: laciniis cordato-cuneiformibus, emarginatis.

Primula viscosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. g. 806. *Lehmann* Monogr. Primul. pag. 71. *Römer* et *chultes* Syst. Veg. 4. p. 146. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 820.

Radix crassa, paleacea. Tota planta, excepta corolla, lis tenuissimis, capitatis, viscosa. *Folia* obovato-linguifor-, supra opaca, subtus pallescentia, sinuata, caeterum inte-rrima, odorata. *Scapus* palmaris, elasticus. *Umbella* multi-ra, erecta, floribus pedicellatis. *Involucri foliola* ovata, bre-, membranacea. *Calyx* ovatus, longitudine tubi corollae: ciniis lanceolato-subulatis (in meis speciminibus e Pyrenaeis atis, obtusis). *Corolla* pallide caerulea: *Limbus* planus: *Laci-*

niis obcordato-cuneiformibus, emarginatis. *Capsula* ovato-subglobosa, calyce dimidio major.

Schmierige Primel.

In alpibus Croatiae (*Kitaibel*). 2. Fl. primo vere.

10. Primula *carniolica.*

P. foliis ellipticis, obsolete repandis, subintegerrimis, glabris, floribus erectis, calycibus campanulatis, tubo corollae triplo fere brevioribus, post anthesin coloratis, corollae limbo plano: laciniis obcordatis, leviter emarginatis.

Primula carniolica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 806. *Jacq.* Miscell. Austr. 1. p. 160. *Ejusd.* Flora Austr. 5. Append. Tab. 4*. *Lehmann* Monogr. Primular. pag. 72. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 146. *Vest* Manuale pag. 450.

Radix fibrosa. *Folia* elliptica, plus minus repanda, subintegerrima, tenuia, nervosa, venosa, utrinque glabra. *Scapus* foliis duplo longior, filiformis. *Umbella* pauciflora, erecta. *Pedicelli* longitudine corollae vel paullo breviores: *fructiferi* magis elongati. *Involucrum* brevissimum: *foliolis* numero florum, inaequalibus, ovatis, subacuminatis. *Calyx* campanulatus, tubo corollae paullo tantum brevior illoque amplior: *Laciniis* brevibus, obtusiusculis, post anthesin coloratus. *Corolla* purpurascens, odorata. *Tubus* cylindraceus: *Limbus* patens: *Laciniis* obcordatis, leviter emarginatis.

Kärnthische Primel.

In Carnioliae agro idriensi, ad pedem collis, ab incolis *Kobila* dicti, non procul a cataracta (*Wulfen, Jacq., Host*). 2. Fl. Primo Vere.

11. Primula *Floerkeana.*

P. foliis obovato-cuneiformibus, serrato-crenatis, glabris, subviscosis, floribus in umbella pauciflora erectis, subsessilibus, calycibus cyathiformibus, longitudine fere tubi corollae, limbo corollae concavo: laciniis obcordatis, profunde emarginatis.

Primula Floerkeana. Lehmann Monogr. Primul. p. 81. Tab. 8. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 149.

Radix fusiformis, crassa. *Folia* obovato-cuneiformia, semipollicaria, serrato-crenata, glabra, subviscosa. *Scapus* bre

vis, pollicaris et bipollicaris, bi-seu triflorus, teretiusculus. *Involucrum* di-seu triphyllum: *foliolis* obcordato-oblongis, coloratis. *Flores* subsessiles, erecti. *Calyx* cyathiformis: *Laciniis* brevibus, rotundatis. *Corolla* purpurea: *Tubus* calyce vix longior: *Faux* pentagona: *Limbus* concavus: *Laciniis* obcordatis, profunde emarginatis.

Flörkische Primel.

In alpibus Salisburgensibus, *im Zillerthale (Flörke)*, et Styriacis (*Trattinnik*). 2. Fl. veris tempore.

12. Primula *integrifolia.*

P. foliis ellipticis, subintegerrimis, margine cartilagineis, subtus subaveniis, floribus erectis, calycibus tubulosis, tubo corollae vix dimidio brevioribus, corollae limbo patentissimo, ad faucem villoso: Laciniis semibifidis.

Primula integrifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 805. *Braune* Salisb. n. 168. *Jacq.* Observ. 2. p. 26. Tab. 15. *Ejusd.* Miscell. Austr. 1. pag. 160. *Ejusd.* Flora Austr. Tab. 327. *Lehmann* Monogr. Primular. pag. 73. *Röuer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 146. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 819. *Scop.* Carn. 2. n. 208. *Sturm* Deutschl. Fl. Fasc. 24. *Vest* Manuale p. 450.

Radix crassitie fere pennae anserinae, subfusiformis, fibrosa. *Folia* elliptica, subintegerrima, glabra, margine cartilaginea, crassiuscula, subtus subavenia, supra lucida. *Scapus* vel longitudine foliorum, vel dimidio et ultra illis longior, superne subinde pilis brevibus capitatis, glutiniferis, pubescens, uni-seu biflorus. *Pedicelli* nunc breviores, nunc longiores, nunc glabri, nunc cum calyce pilis brevibus capitatis, subglutinosi. *Involucri foliola* tot, quot flores, lanceolato-subulata, membranacea. *Calyx* tubulosus, tubo corollae dimidio brevior: *Laciniis* ovatis, obtusissimis. *Corolla* ratione plantae magna, carnea: *Limbus* patentissimus, ad faucem villis albis notatus; *Laciniis* semibifidis.

Ganzblättrige Primel.

In summis alpibus Austriae (*Jacq.*, *Host*), Styriae et Carnioliae (*Scopoli*, *Wulfen*), Principatus Salisburgensis (*Schrank*, *Braune*). 2. Fl. Apr., Majo, Jun.

13. Primula *Clusiana.*

P. foliis oblongis, subrepandis, subintegerrimis dentatisve,

subtus venosis, margine glanduloso-ciliatis, calycibus tubulosis, tubo corollae vix dimidio brevioribus, corollae limbo patente, ad faucem piloso, laciniis bifidis.

Primula Clusiana. *Tausch* in Regensb. Bot. Zeitung 1821. p. 364.

Primula integrifolia β foliis serrato-dentatis, venosis. *Lehmann* Monogr. Primul. pag. 73. Tab. 8. (excluso synon. *Scheuchz.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 146.

Primula spectabilis. *Trattinnik* Tabular. 1. pag. 42 (excluso syn. *Römer* et *Schult.*)

Auricula Ursi quarta. *Clusii* Hist. 1. p. 304.

Auricula Ursi carnei coloris, foliis minime serratis. *Bauh.* Hist. 3. Append. pag. 868.

β *acaulis:* pedunculis radicalibus.

Omnibus in partibus duplo major, quam in *Primula integrifolia*, a qua recedit: 1. *Foliis* subtus evidenter venosis, oblong obtusis, versus apicem saepe leviter repandis, vel integerrim vel obtuse dentatis, margine pilis brevibus, albis, glandulifer ciliatis. 2. *Scapo* foliis plerumque duplo longiore, pubescen tri-, quadrifloro; in β scapo nullo, *Pedunculis* tribus vel q tuor, radicalibus, longitudine foliorum, unifloris. 3. *Involu foliolis* lineari-lanceolatis, longioribus pedicellis. 4. *Ca* magis patulo. 5. *Corollae laciniis* profundius bifidis.

Clusische Primel.

In monte *Schneeberg* Austriae (*Clusius*, *Sieber*), Styriae alpibus (*Clusius*). 4. Fl. verno tempore.

14. Primula *pubescens.*

P. foliis obovato-oblongis, crenatis, subhirsutis, visc margine ciliatis, scapo subbrevioribus, floribus erectis, ca bus campanulatis, pubescentibus, viscosis, tubo corollae g duplo fere brevioribus, corollae limbo plano, ad faucem gl laciniis obcordatis, emarginatis.

Primula pubescens. *Wulfen* in *Jacq.* Miscell. Aus p. 157. Tab. 18. Fig. 2. *Lehmann* Monogr. Primul. pa *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 147. *Schultes* Flora 2. n. 813.

Primula villosa β *pubescens.* *Willd.* Spec. Plant. T. I. P. II. p. 803.

Auricula Ursi secunda. *Clusii* Hist. 1. p. 303.

β Corollae laciniis subfissis.

Primula ciliata. Schrank Prim. Fl. Salisburg. n. 186. *raune* Salisburg. n. 166. *Lehmann* Monogr. Primul. p. 79. Auricula Ursi tertia. *Clusii* Hist. 1. p. 303.

Radix fibrosa. Excepta corolla, tota pubescenti-viscosa, lis brevissimis, capitatis. *Folia* obovato-oblonga, crenata, argine ciliata, bi-ad triuncialia. *Scapus* longitudine folio- m, vel longior. *Umbella* erecta. *Pedicelli* longitudine flo- m, demum elongati. *Involucri foliola* ovata, obtusa. *Calyx* mpanulatus, longitudine limbi corollae: *Laciniis* lanceolatis, tusis, adpressis, subciliatis. *Corolla* rubro-badia, suaveolens. *bo* glabro, tenui: *Limbo* plano, ad faucem annulo flavescente, ibro, notato: *Laciniis* obcordatis, emarginatis.

β Corollae laciniis subfissis.

Adeo similis structura et figura partium P. *pubescentis*, ut specie distincta venditare nequeam.

Weichhaarige Primel.

In alpibus Styriae (*Wulfen*), *β* in Principatu Salisburgensi in *Breitlauenschinder* regionis *Zamae* vallis Cillariae (*Schrank*, *Braune*). 4. Fl. Aprili.

Primula *villosa.*

P. foliis oblongo-ovatis, serrulatis, villosis, scapo sublongibus, floribus erectis, calycibus globoso-campanulatis, corollae tubo subvilloso triplo brevioribus, post anthesin coloratae corollae limbo plano, ad faucem villosulo: laciniis obconicis emarginatis.

Primula villosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. (exclusa *β*.) *Jacq.* Miscell. Austr. 1. pag. 159. *Ejusd.* a Austr. 5. Tab. 27. *Lehmann* Monogr. Primular. p. 77. ner et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 147. *Schultes* Oestr. a 2. n. 814. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 24.

Differt ab antecedente, cujus varietas a pluribus putatur: *adice* crassiuscula, fusiformi, fibris longiusculis. 2. *Foliis* iusculis, margine irregulariter serratis, pilis acutis, nec cais, obsessis. 3. *Scapo* foliis breviore, villoso. 4. *Involu- foliolis* brevissimis. 5. *Calyce* globoso, tubo corollae tribreviore, demum colorato: *Laciniis* brevissimis. 6. *Corol-* ierulea, seu violacea: *Tubo* villosulo; *Fauce* alba, villo- *Limbi laciniis* obconicis, emarginatis.

Zottige Primel.

In alpibus Carinthiacis (*Wulfen, Jacq.*). 2. Fl. Jun., Jul.

16. Primula *minima.*

P. foliis cuneiformibus, nitidis, glabris, apice multidentatis, scapo subunifloro sublongioribus, calycibus tubulosis, tubo corollae dimidio brevioribus, corollae limbo patente cum fauce villosulo: laciniis semibifidis.

Primula minima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 805. *Braune* Salisburg. n. 169. (exclusa Var.) *Jacq.* Miscell. Austr. 1. p. 160. *Ejusd.* Observ. bot. n. 14. Tab. 14. *Ejusd.* Flora Austr. 3. Tab. 273. *Lehmann* Monogr. Primul. p. 85. *Mattuschka* Siles. n. 125. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 149. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 818. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 29. *Vest* Manuale p. 450.

Auricula Ursi minima. *Clusii* Hist. 1. p. 305.

Sanicula alpina, minima. *Lobel* Icon. 1. p. 571. *Ejusd.* Observ. p. 308.

Planta pusilla, elegans, glabra. *Radix* crassitie pennae anserinae, aetate nigrescens. *Folia* in rosulam digesta, cuneiformia, obtusissima, apice multidentata, coriacea, nitida, unguicularia: *dentibus* acutis. *Scapus* obsolete triangulus, foliis brevior, saepius uni-, rarius biflorus. *Involucrum* mono-, diphyllum: *foliolis* oblongis. *Pedicellus* foliis demum longior, filiformis, vel nullus. *Calyx* tubulosus, quinquefidus: *Laciniis* brevibus, obtusis. *Corolla* carneo-lilacina: *Tubo* calyce dimidio longiore; *Limbo* patente, ad faucem villosulo: *Laciniis* semibifidis, literam V referentibus.

Kleinste Primel.

In alpium jugis ad margines nivis Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Bohemiae (*Pohl*), Silesiae (*Mattuschka*), Principatus Salisburg. (*Schrank, Braune*). 2. Flora Jun., Jul., Aug.

17. Primula *truncata.*

P. foliis cuneiformibus, apice truncatis, quinquedentatis, subpubescentibus, subglutinosis, scapo uni-seu bifloro brevioribus, calycibus obovatis, tubo corollae dimidio brevioribus, limbo corollae patente, ad faucem glabro; lobis linearibus, truncatis.

Primula truncata. Lehmann Monogr. Primul. pag. 87. Tab. 8. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 150.

Primula minima β. Schrank Prim. Fl. Salisb. n. 189. Tab. 1. *Braune* Salisburg. n. 169. Tab. 2.

Notis indicatis satis distincta ab antecedente *Prim. minima!*

Folia subpubescentia, subglutinosa, versus basin longius producta, apice constanter quinquedentata. *Scapus* teres, foliis longior. *Involucrum* quoque submonophyllum: *foliolo* lanceolato, subulato, acuto. *Calyx* obovatus: *Laciniis* ovatis acutiusculis. *Corolla* minor, carnea; nec per exsiccationem caerulea: *Limbo* ad faucem glabro: *Laciniis* bilobis, ad faucem canaliculo notatis. *Lobis* linearibus, truncatis.

Abgestutzte Primel.

Im *Tannengebirge* Principatus Salisburgensis (*Iraseck, Schrank, Braune*), in Styria non procul a *Brandbot*, in *Mischeriegler-Kaar Hohenschwaben* (*Archidux Johann*). 4. Fl. Jun., Jul.

* * * *

Primula Flüggeana foliis obovato-oblongis, dentieulatis, rugosis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus, calycibus patulis, profundissime quinquepartitis, corollae limbo plano. *Lehmann* Monogr. Primul. p. 36. Tab. 2. Fig. 2.

Proxime cognata cum *Primula elatiore*. An ejusdem mera Varietas?

In subalpinis Tyrolis meridionalis rarissime. (*Lehmann* l. c.) An prope *Botzen*?

135. SOLDANELLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 260. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 108. Gaertner de Fruct. 3. p. 24. Tab. 183.

Calyx quinquepartitus, persistens. *Corolla* campanulata, ore lacero-multifida. *Capsula* oblonga, unilocularis, polysperma, apice subdecemdentata.

1. Soldanella *alpina*.

S. foliis reniformibus, obsolete lobatis, venosis, petiolis alcatis, villis articulatis glanduliferis pubescentibus, scapo gla-

bro, laevi, subquadrifloro, pedicellis glanduloso-villosis, calyce apice adpresso.

Soldanella alpina. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 192. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 13. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 132. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 807.

Soldanella alpina β. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 808.

Soldanella Clusii. Schmidt Flora Bohem. 1. n. 148. *Besser* Galic. n. 221.

Soldanella alpina minor. *Clusii* Hist. 1. p. 309.

Pro loci natalis conditione mirum in modum variat haec et sequens species foliorum et scapi magnitudine atque florum numero.

Radix repens, fibras plures simplices emittens. *Folia* radicalia, petiolata, reniformia, plus minus obsolete lobata, venosa, glabra, ad lentem punctis minutissimis, pellucidis, notata. *Petioli* filiformes, supra canaliculati, utrinque villis articulatis, flexibilibus, capitatis, albis, pubescentes. *Scapus* foliis plerumque longior, petiolis paullo crassior, erectus, nitidus, glaber, laevis, terminatus floribus tribus vel quatuor, rarius duobus, pedicellatis. *Bracteae* tot, quot flores, vix ultra lineam longae, inaequales, fere lineares, obtusiusculae. *Pedicelli* longitudine inaequales, semiunciales et unciales, filiformes, nudi, villis brevibus capitatis adspersi. *Calyx* glaber: *Laciniis* lineari-lanceolatis, corollae et capsulae adpressis, lineae circiter longitudine. *Corolla* lilacina in caeruleum vergens, rarius alba, erectiuscula. *Stylus* corollae longitudine. *Capsula* oblonga, basi parum crassior, viridis.

Gemeines Alpenglöckchen.

In alpibus et subalpinis Germaniae australis. 2. Floret Majo, Jun.

2. Soldanella *montana.*

S. foliis reniformibus, plus minus repandis, venosis, petiolis sulcatis glabris, scapo subtrifloro, superne cum pedicellis tuberculato-exasperato, calyce apice patulo.

Soldanella montana. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 192. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 132. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 806.

Soldanella alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 808. (exclusa *β.*) *Braune* Salisburg. n. 178. *Hoppe* bot.

Taschenb. 1809. p. 199. *Idem* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 20. *Schmidt* Bohem. 1. n. 147. *Schkuhr* Handb. 1. p. 111. Tab. 33.

Soldanella alpina major. *Clusii* Hist. 1. p. 308.

Caveas, ne cum antecedente confundas, cui perquam similis, tamen evidenter distincta est: 1. *Radice* magis repente. 2. *Foliis* crassioribus, opacis. 3. *Petiolis* glabris. 4. *Scapo* bi-, rarius trifloro, superne cum pedicellis tuberculis seu glandulis exiguis exasperato. 5. *Calycis laciniis* in primo florescentiae stadio corollae quidem adpressis, demum vero, ut etiam in fructu, constanter patulis. 7. *Stylo* in primo florescentiae stadio corollae tantum longitudine, demum dimidio longiore. 8. *Corolla* quidem lilacina, at in rubrum vergente, paullo majore, subnutante.

Berg-Alpenglöckchen.

In montosis sylvaticis et subalpinis Austriae (*Host*), Bohemiae (*Schmidt*, *Pohl*), Principatus Salisburgensis (*Schrank*, *Braune*). 24. Floret Majo, Jun., usque ad Sept.

3. Soldanella *minima.*

S. foliis orbiculatis, integerrimis, subaveniis, petiolis teretibus, scapo unifloro, calyce apice adpresso.

Soldanella minima. *Hoppe* bot. Taschenb. 1809. p. 199. *Idem* in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 20. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 132. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 808.

Folia orbiculata, utrinque saturate viridia, crassiuscula, nitida, utrinque punctis depressis evidentioribus notata, triplo minora, quam in antecedentibus, avenia, integerrima. *Petioli* teretes, semiunciales. *Scapus* biuncialis, purpurascens, uniflorus, apice *Bractea* una alterave auctus. *Calycis laciniae* obtusae, castaneae, subadpressae. Corolla ex albo violacea, lineis saturatioribus picta, squamulis argenteis nitidis adspersa. *Staminum filamenta* teretia, divaricata; nec ut in antecedente plana, erecta. *Antherae* apice obtusiusculae, violaceae; nec subulatae, flavae. *Stylus* corolla plerumque dimidio brevior. *Capsula* cylindracea, caerulescens.

Kleinstes Alpenglöckchen.

In Carnioliae depressis *im Bodenthale* (*Hoppe*). 24. Fl. Junio.

4. Soldanella *pusilla.*

S. foliis reniformibus, obsolete repando-crenulatis, supra rugosis, venosis, subtus punctatis, petiolis teretibus, cum scapo unifloro, glabris, flore pendulo, calyce apice adpresso.

Soldanella pusilla. Hoppe in *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 41. *Baumgarten* in Regensb. bot. Zeit. 1824. p. 287.

Differt ab antecedente *Soldan. minima:* 1. *Foliis* reniformibus, obsolete repandis, laevissime crenulatis, supra rugosis, venosis, subtus tantum punctis depressis notatis. 2. *Corolla* pendula, tubuloso-campanulata, ore subobliqua, rubro-violacea; nec campanulata et nutans tantum, ore aequali. 3. *Antheris* cinereis; nec violaceis.

Niedriges Alpenglöckchen.

In summis alpibus Carnioliae superioris et vicinis Salisburgensibus et Tyrolensibus. (*Baumgarten, Hoppe*). 4. Fl. Jun. et Jul.

136. CYCLAMEN.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 262. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 109. Gaertner de Fruct. 3. p. 25. Tab. 183.

Calyx semiquinquefidus, persistens. *Corolla* quinquepartita: *Tubo* globoso; *Limbo* reflexo; *Fauce* prominula. *Capsula* globosa, chartacea, unilocularis, polysperma, apice quinquefariam dehiscens. *Receptaculum* liberum, pedunculatum, baccatum, semina immatura obtegens.

1. Cyclamen *europaeum.*

C. foliis cordato-orbiculatis, crenato-subdentatis, corollae laciniis lanceolatis.

Cyclamen europaeum. Linn. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 809. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 571. *Braune* Salisb. n. 171. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 401. *Krocker* Siles. n. 298. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 129. *Schkuhr* Handb. 1. p. 112. Tab. 35. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 805. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 34.

Cyclaminus europaeus. Scop. Carn. 2. n. 211.

Cyclaminus odoratus, purpureo flore. *Clusii* Hist. 1. p. 264. *Ejusd.* Pannon. p. 253.

Cyclaminus. *Camerar.* Epit. p. 33.

Cyclamen vulgare officinarum, orbiculato folio. *Lobel* Icon. 1. p. 604.

Radix tuberosa, rotunda, depressa, fibras emittens. *Folia* radicalia, petiolata, cordato-orbiculata, seu reniformi-subrotunda, obtusissima, laeviter crenulata, denticulata, supra saturate viridia, venosa, glabra, maculis sinuatis, albidis picta, subtus plerumque purpurascentia. *Petioli* teretes, basi attenuati, rubentes. *Pedunculi* radicales, nudi, teretes, foliis paullo majores, uniflori: *floriferi* erecti; *fructiferi* spiraliter contorti ad terram usque et capsulam intra spiram foventes. *Calyx* subcampanulatus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* nutans, purpurascens, ad faucem saturatiore rubore tincta, suaveolens: *Laciniis* recurvato-erectis, planis. *Stamina* brevissima, inclusa. *Capsula* purpurascens, calyce duplo major.

Observ. Quinam naturae scopus exstat in revolutione spirali, maxime singulari et in regno vegetabili sane rarissima, pedunculi fructiferi versus terram? Statim scilicet post anthesin incipiens fructus curvus, ad latus declinatur et ita sensim totus pedunculus ab apice ad basin revolvitur in spiram cylindraceam, in cujus cavitate ad terram fructus latitat.

Europäische Erdscheibe.

In umbrosis montosis, subalpinis Austriae (*Host, Jacq.*), Bohemiae (*Pohl*), Silesiae (*Krocker*), Principatus Salisburgensis (*Schrank, Braune*). 2l. Fl. Aprili, Majo.

137. ANAGALLIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 270. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 107. Gaertner de Fruct. 1. p. 230. Tab. 50.

Calyx quinquepartitus: *Laciniis* carinatis. *Corolla* monopetala, rotata, quinquepartita: *Tubus* nullus. *Filamenta* basi villosa. *Capsula* globosa, mucronata, unilocularis, circumscissa, polysperma. *Receptaculum* liberum.

Anagallis *phoenicea.*

A. foliis sessilibus ovatis, subtus punctatis, calycibus corolla brevioribus, corollae laciniis crenatis, glanduloso-ciliatis.

Anagallis phoenicea. *Braune* Salisburg. n. 178. *Gmelin* Badens. n. 299. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 116. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 795. *Scop.* Carn. 2. n. 217. *Schrank* Bavar. n. 360.

Anagallis arvensis. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 225. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 2. Tab. 45. *Lumnitz.* Poson. n. 200.

Anagallis arvensis β phoenicea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 821.

Anagallis phoenicea. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 1092.

Anagallis terrestris mas. *Oeder* Flora Dan. Tab. 88.

Anagallis mas. *Camerar.* Epit. p. 394.

Anagallis mas phoenicea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 369. *Lobel* Icon. 1. p. 465.

Radix filiformis, fibrosa. *Caules* debiles, prostrati, ramosi, tetragoni, glabri, palmares et longiores. *Rami* axillares, oppositi. *Folia* opposita, sessilia, ovata, obtusa, integerrima, glabra, nervosa, subtus punctis fusco-nigricantibus adspersa. *Pedunculi* axillares, oppositi, filiformes, nudi, foliis longiores, solitarii, uniflori; sub anthesi patulo-erecti; post anthesin arcuatim recurvi. *Calycis laciniae* lanceolatae, acutae, corolla breviores, integerrimae, carinatae. *Corolla* phoenicea. *Laciniae* subrotundae, basi parum angustiores, margine crenatae pilisque glanduliferis ciliatae. *Stamina* quinque. *Filamenta* basi in tubum brevissimum connata, supra basin pilis capitatis obsessa. *Antherae* versatiles, oblongae. *Stylus* filiformis, subdepressus. *Stigma* simplex, obtusum. *Capsula* globosa, glabra.

Rothes Gauchheil.

In hortis, cultis, vineis, agris et arvis. ☉. Fl. Aestate.

2. Anagallis *caerulea.*

A. foliis sessilibus, ovatis, subtus punctatis, calycibus corollam aequantibus, corollae laciniis denticulatis, margine glabris.

Anagallis caerulea. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 224. *Gmelin* Badens. n. 300. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 2. Tab. 46. *Lumnitz.* Poson. n. 201. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 117. *Schreber* Spicil. Florae Lips. pag. 5. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 796.

Anagallis arvensis α caerulea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 821.

Anagallis femina. *Camerar.* Epit. p. 395.

Anagallis femina caerulea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 369. *Lobel* Icon. 1. p. 465.

Anagallis caerulea. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1092.

Antecedenti simillima, sed differt inprimis: 1. *Caule* ramosiore, erectiore. 2. *Calycis laciniis* subtilissime serrulatis, acutioribus, corollam longitudine aequantibus; nec integerrimis, corolla dimidio brevioribus. 3. *Corollae laciniis* apice sinuato-dentatis, margine pilis glandulosis destitutis. 4. *Colore* florum caeruleo, rarius albo.

Blaues Gauchheil.

Variat Foliis ternis et quaternis verticillatis.

In arvis et cultis passim. ☉. Fl. Aestate.

3. Anagallis *latifolia.*

A. foliis sessilibus, subcordatis, semiamplexicaulibus, subtus impunctatis, calycibus corollam aequantibus, corollae laciniis obsolete repandis, glanduloso-ciliatis.

Anagallis latifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 823. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 118. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 797.

Omnibus in partibus major duabus praecedentibus. *Caulis* recto-patulus, inaequaliter quadrangularis, subcompressus, angulis duobus oppositis triplo latioribus. *Folia* opposita vel terna, subcordata, sessilia, semiamplexicaulia, obtusiuscula, multinervia, glabra, laete viridia, subtus punctis discoloribus destituta, integerrima. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori. *Calycis laciniae* lineari-subulatae, longitudine corollae, integerrimae. *Corolla* caerulea, fundo purpurascens: *Laciniis* obsolete repandis pilisque brevibus glanduliferis ciliatis. *Filamenta* purpurea.

Observ. Fere omnes botanici observatores folia subtus pallide punctata dicunt, at folia ad lentem utrinque atomis vel cellulis nitentibus instructa sunt tota, nec subtus ullum punctum discolor ostendunt, hinc impunctata dixi.

Breitblättriges Gauchheil.

In agris Hungariae *(Kitaibel).* ☉. Fl. Jul., Aug.

Anagallis *tenella.*

A. foliis petiolatis, subrotundo-ovatis, subtus punctatis,

calycibus corolla triplo fere brevioribus, corollae laciniis integerrimis, margine glabris.

Anagallis tenella. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 823. *Gmelin* Badens. n. 301. Tab. 3. *Braune* Salisburg. n. 179. *Host* Synops. p. 102. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 119. *Römer* Flora europ. Fasc. 2. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 798. *Vest* Manuale p. 446 Flora Dan. Tab. 1205.

Nummularia minor, purpurascente flore. *C. Bauh.* prodr. pag. 136.

Nummularia rubra. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 371.

Radix fibrosa, repens. *Caules* plures, filiformes, debiles, decumbentes vel erectiusculi, articulati, tetragoni, glabri, subramosi, semidigitales et digitales, raro longiores. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovali-subrotunda, apice plus minus acutiuscula, glabra, supra pallide viridia, subtus pallidiora punctisque perexiguis, ferrugineis adspersa, subdiaphana, nervosa, nervis, non ut in antecedentibus speciebus, ad marginem usque porrectis, sed pone marginem in lineam continuam confluentibus, lineam, duas lineas, raro tres longa lataque. *Pedunculi* axillares, praesertim in superioribus foliis, solitarii, uniflori, floriferi erecti, fructiferi decurvati. *Calyx* corolla duplo triplove brevior: *Laciniis* lanceolatis, acutis. *Corolla* amoene rubella, ratione parvitatis plantae sat magna, venis saturatioribus picta: *Laciniis* ovali-lanceolatis, obtusis, margine integerrimis et glabris. *Staminum filamenta* inferne pilosa. *Capsula* orbiculata.

Zartes Gauchheil.

In ericetis turfosis Carniae *(Host)*, Principatus Salisburgensis *(Braune, Iraseck, Funk)*, Marggrav. Badensis superioris *auf dem Nonnmatweyher (Gmelin)*, Monasteriae *(Bönninghausen)*. ☉. Fl. tota Aestate.

138. LYSIMACHIA.

Linn. Gen. Plant. ed. **Schreber** n. 269. **Juss.** Gen. Plant. ed. **Roemer** p. 107. **Gaertner** de Fruct. 1. p. 229. Tab. 50.

Calyx quinquepartitus, persistens. *Corolla* monopetala, rotata (seu subcampanulata) quinquepartita seu quinquefida

Tubo fere nullo. *Filamenta* fundo corollae imposita, basi dilatata, nonnihil subcoalita. *Capsula* globosa, mucronata, unilocularis, quinque-ad decemvalvis, polysperma. *Receptaculum* liberum.

a) *Pedunculis multifloris.*

1. Lysimachia *vulgaris.*

L. panicula terminali, multiflora, caule erecto, foliis ovato-lanceolatis subpetiolatis, corollae laciniis ovalibus, obtusis, margine glabris.

Lysimachia vulgaris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 816. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 228. *Besser* Galic. p. 224. *Gmelin* Badens. n. 295. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 8. Tab. 15. *Lumnitz.* Poson. n. 197. *Pollich* palat. p. 199. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 120. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 799. *Scop.* Carn. 2. n. 214. *Vest* Manuale p. 445. Flora Dan. Tab. 689.

Lysimachia lutea, secunda. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 1237.

Lysimachia lutea communis. *Clusii* Hist. 2. p. L.

β *Petalis subrotundis, supra medium calyce tectis.*

Lysimachia westphalica. Weihe in Regensb. bot. Zeit. 1822. pag. 411.

Radix ramosa, fibrosa, stolonifera. *Caulis* erectus, teres, striatus, pubescens, inferne simplex, superne divisus, bi-seu tripedalis. *Rami* erecto-patentes. *Folia* opposita; terna et quaterna verticillata, breviter petiolata, oblonga vel ovalia, integerrima, subrepanda, glabra, vel interdum pubescentia, versa. *Panicula* terminalis composita racemis inferioribus racemis simplicibus, terminali composito. *Flores* pedunculati, cymini. *Bracteae* ad pedunculorum basin, subulatae, flavicantes. *Calycis laciniae* lanceolatae, acuminatae, pilis capitatis subcitatae, margine linea purpurea pictae, corolla triplo breviores, β vix dimidio breviores. *Corolla* patens, rotata: *Laciniis* ovatis, obtusis, mucronatis; in β subrotundis. *Filamenta* subulata, inaequalia, basi dilatata, in tubum brevem coalita, pilis glandibus capitatis obsessa. *Antherae* oblongae, acuminatae. *Capsula* globosa, stylo persistente coronata, apice quinquefariam dehiscens.

Gemeine Lysimachie.

In humidis pratis et pascuis, ad ripas fluviorum et fossarum. 24. Fl. Jun., Jul.

2. Lysimachia *verticillata.*

L. racemo terminali, subsimplici, caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, petiolatis, corollae laciniis ovatis, acutis, glanduloso-ciliatis.

Lysimachia verticillata. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 195. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 124. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 801. *Ejusd.* Observ. bot. pag. 35. n. 213.

Tota planta, excepta corolla, villis capitatis, flexuosis, elegantissime articulatis, pubescens. Statura praecedenti proxima. *Caulis* erectus, angulosus, simplex, sesquipedalis, bipedalis et major. *Folia* terna, rarius quaterna vel quina, verticillata, ovato-lanceolata, petiolata, subintegerrima, supra laete viridia, subtus pallida: *Racemus* terminalis, foliosus, compositus pedunculis axillaribus verticillatis, vel simplicibus unifloris, vel tripartitis trifloris. *Pedunculi* setacei, nudi, fere unciales. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, acutae. *Corolla* lutea, fundo fusco-maculata: *Laciniae* margine ciliatae, ovato-acutae. *Capsula* subglobosa, sanguineo-punctata, calyce dimidio minor.

Quirlförmige Lysimachie.

Ad fossas et sepes Hungariae *(Kitaibel).* 24. Fl. Julio.

3. Lysimachia *thyrsiflora.*

L. racemis axillaribus, subsimplicibus, ovatis, compactis, caule erecto, foliis oblongo-linearibus, sessilibus, corollae laciniis lineari-lanceolatis, margine glabris.

Lysimachia thyrsiflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 818. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 227. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. Th. I. pag. 14. *Besser* Galic. n. 225. *Gmelin* Badens. n. 296. *Pollich* palat. n. 200. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 123. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 800. *Vest* Manuale p. 445. Flora Dan. Tab. 517.

Lysimachia altera lutea, flore quasi spicato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 904.

Lysimachia lutea, tertia, sive minor. *Clusii* Hist. 2. pag. LIII.

Radix repens, articulata, stolonifera. *Caulis* erectus, sesquipedalis et bipedalis, teres, glaber, interdum superne ferrugineo-villosus, simplicissimus, articulatus. *Folia* opposita, sessilia, oblongo-linearia, acuminata, integerrima, glabra, nigropunctata: *inferiora* semiamplexicaulia. *Flores* minimi, lutei, in racemum dispositi. *Racemi* axillares, solitarii, oppositi, ovati, densi, pedunculati, fere unciales. *Pedunculi* erecti, duorum vel trium, rarius quatuor parium in caulis medio, nudi, folio suo longe breviores. *Pedicelli* breves, subsimplices. *Bracteae* lineari-setaceae, ad quemvis pedicellum solitariae, nigropunctatae. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, punctatae. *Corolla* calyce longior: *Laciniis* linearibus, punctatis. *Stamina* corolla paullo longiora. *Filamenta* basi distincta.

Observ. Numero laciniarum corollae et staminum variat a quinque ad decem.

Büschelblühtige Lysimachie.

Variat: 1. *Foliis* latioribus et angustioribus;
2. *Foliis* subtus pubescentibus vel canescentibus. *Krocker* Siles. n. 302. Tab. 37.

In paludibus, ad fossas, piscinas. 2. Fl. Jun., Jul.

b) *Pedunculis unifloris.*

4. Lysimachia *punctata.*

L. pedunculis axillaribus, simplicibus, verticillatis, unifloris, caule erecto, foliis subpetiolatis ovatis, subtus punctatis, corollae laciniis ovatis, acutis, margine ciliatis.

Lysimachia punctata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 819. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 246. *Braune* Salisburg. n. 174. *Host* Synops. p. 101. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 366. *Lumnitz.* Poson. n. 198. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 125. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 802. *Scop.* Carn. 2. n. 215. *Vest* Manuale p. 445.

Lysimachia lutea secunda. *Clusii* Hist. 2. p. LII.

Tota villis capitatis, flexuosis, elegantissime articulatis pubescens. *Caulis* erectus, tetragonus, sesquipedalis et longior, simplex aut ramosus. *Folia* opposita, terna et quaterna, breviter petiolata, ovata, vel ovato-lanceolata, integerrima, subtus magis pubescentia punctisque nigris, rotundis, notata. *Pedunculi* gemini e qualibet foliorum superiorum ala, uniflori, simplices, longitudine inaequales, tamen folio suo breviores,

apice subincrassati. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, acutae. *Corolla* flava, basi purpurascens: *Laciniis* ovatis, acutis, plerumque fulvis maculis guttatis, margine pilis brevibus capitatis ciliatis. *Filamenta* basi coalita, basi pilis capitatis hirta. *Germen* angulis purpureis. *Stylus* glaber. *Stigma* fulvo-ferrugineum.

Observ. Pluribus convenit cum *Lysimachia verticillata*, at facile distinguitur: 1. *Foliis* subtus punctatis. 2. *Pedunculis* semper simplicibus, superne subincrassatis; nec crassitie aequalibus. 3. *Corollis* punctatis. 4. *Filamentis* hirtis.

Punktirte Lysimachie.

In pratis humidis et arundinetis Austriae (*Host*, *Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Bohemiae (*Schmidt*, *Pohl*), Posoniae (*Lumnitz.*), Principatus Salisburg. (*Braune*), ad mare Balticum, prope *Notteln* in Monasteria (*Bönninghausen*). ♃. Fl. Jun. et Jul.

5. Lysimachia *nemorum.*

L. pedunculis axillaribus, solitariis, unifloris, caule procumbente, foliis petiolatis, ovatis, acutis, subtus punctatis, corollae laciniis ovatis, obtusis, margine glabris.

Lysimachia nemorum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. P. II. p. 820. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 227. *Ejus* Beitr. zur Bot. Th. I. p. 14. *Besser* Galic. n. 226. *Gmelin* Badens. n. 297. *Hayne* Termini bot. Tab. 40. *Pollich* palat. n. 201. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 12. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 823. *Sturm* Deutschl. Flora Fasc. 1. *Vest* Manuale p. 445. Flora Dan. Tab. 174.

Anagallis lutea nemorum. *Tabernaemont.* Kräuter p. 1092.

Anagallis flavo flore. *Clusii* Hist. 2. pag. CLXXXII

Radix fibrosa. *Caules* simpliciusculi, decumbentes, debiles, tetragoni, rubicundi, nitidi, glabri, geniculati, palmares et longiores. *Folia* opposita, petiolata, ovata, acuminata, integerrima, glabra, subtus punctis nigris notata. *Pedunculi* axillares, oppositi, foliis longiores, solitarii, uniflori, erectiusculi; *fructiferi* recurvi. *Calycis laciniae* lanceolatae, longe acuminatae. *Corolla* aurea, calyce major: *Laciniis* obovatis obtusis, margine glabris. *Stamina* corolla breviora. *Filamenta* basi libera.

Observ. Habitu simillima *Anagallidis phoeniceae* et *caeruleae* et differt tantum: 1. *Foliis* petiolatis. 2. *Floribus* luteis. 3. *Capsula* apice quinquefariam dehiscente; nec circumscissa.

Wald-Lysimachie.

In sylvis et nemoribus glareosis, humidis. 2|. Fl. Jul., Aug.

Lysimachia *Nummularia.*

L. pedunculis axillaribus, solitariis, unifloris, caule repen-, foliis petiolatis, ovato-seu subcordato-subrotundis, impunc-tis, corollae laciniis ovatis, obtusis, margine glandulosis.

Lysimachia Nummularia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. pag. 821. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 228. *esser* Galic. n. 227. *Gmelin* Badens. n. 298. *Hayne* rzn. Gew. Band 8. Tab. 16. *Pollich* palat. n. 229. *Röer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 128. *Schkuhr* Handb. p. 116. Tab. 36. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 804. *Scop.* rn. 2. n. 216. *Vest* Manuale p. 440. Flora Dan. Tab. 493.

Anagallis mas. *Camerar.* Epit. p. 394.

Nummularia major et minor. *Tabernaemont.* Kräuterb. g. 1261.

Radix fibrosa. *Caules* repentes, tetragoni, glabri, simpli- vel subramosi. *Folia* opposita, breviter petiolata, integer- na, subcordata, vel ex subcordato subrotunda, plus minus uta, glabra. *Flores* axillares, solitarii, citrini, pedunculati. *dunculi* oppositi, tetragoni, nudi foliis longiores, uniflori. *alycis laciniae* primo ovatae, demum cordatae, margine un- latae, glabrae. *Corolla* rotata: *Laciniis* subrotundo-ovatis, tusis. *Filamenta* subulata, basi dilatata, in tubum brevem dita, pilis capitatis obsessa. *Capsula* globosa, stylo persis- te coronata, apice quinquefariam dehiscens.

Observ. Rarissime fructus ad perfectionem proveniunt.

Rundblättrige Lysimachie.

In nemoribus humidis, pascuis depressis, ad fossas. 2|. Fl. ., Jul.

139. HOTTONIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 265. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 107. Gaertner de Fruct. 3. p. 106. Tab. 198.

Calyx quinquepartitus, persistens. *Corolla* monopetala hypocrateriformis: *Tubo* longitudine calycis; *Limbo* quinquefido, plano. *Filamenta* tubo corollae imposita. *Capsula* globosa, acuminata, unilocularis, polysperma. *Receptaculum* liberum, breviter pedicellatum.

1. Hottonia *palustris.*

H. foliis omnibus pectinato-pinnatifidis, floribus verticillatis, pedunculatis.

Hottonia palustris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 812. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 232. *Besser* Galic. n. 223. *Gmelin* Badens. n. 291. *Lumnitz.* Poson. n. 196. *Pollich* palat. n. 198. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 176. *Schkuhr* Handb. 1. p. 113. Tab. 35. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 831. *Scop.* Carn. 2. n. 213. *Vest* Manuale p. 453. Flora Dan. Tab. 487.

Foeniculum aquaticum secundum. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 186.

Radix longe lateque repens, articulata, fibrosa. *Caules* erecti, teretes, inferne nudi, superne foliosi, pro aquae profunditate palmares, pedales et longiores. *Folia* submersa aut emersa, in caespitem congesta, pectinato-multifida, setacea, glabra. *Scapus* erectus, teres, aquam supereminens, semipedalis et longior, nudus, glaber, terminatus in racemum digitalem et longiorem. *Flores* pedunculati, speciosi. *Pedunculi* verticillati, patenti-erectiusculi, uniflori, nudi. *Bracteae* ad basin pedunculorum solitariae, eorum fere longitudine lineari-setaceae. *Calycis laciniae* lineares, graciles. *Corolla* alba vel rubicunda, fauce tuboque flavescens: *Tubo* longitudine calycis, cylindraceo: *Limbo* plano; *Laciniis* ovato-oblongis, emarginatis. *Capsula* globosa, stylo persistente coronata, membranaceo-coriacea, an evalvis?

Sumpf-Hottonie.

In aquis stagnantibus, fossis. 2|. Fl. Jun., Jul.

140. MENYANTHES.

Calyx quinquepartitus, persistens. *Corolla* monopeta-
, infundibuliformis: *Tubo* brevi: *Limbo* quinquepartito; *La-
niis* disco barbatis. *Nectaria Glandulae* quinque oblongae,
l basin germinis. *Capsula* subcoriacea, unilocularis bival-
s, polysperma: *Valvulis* disco seminiferis. *Semina* glaberrima.

Menyanthes *trifoliata.*

M. foliis ternatis, floribus racemosis.

Menyanthes trifoliata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I.
II. p. 811. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 134. *Bes-
r* Galic. n. 222. *Gmelin* Badens. n. 292. *Hayne* Arzn.
wächse Band 3. Tab. 14. *Lumnitz.* Poson. n. 195. *Pol-
ch* palat. n. 197. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 177.
chkuhr Handb. 1. p. 112. Tab. 35. *Schultes* Oestr. Fl.
n. 833. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 8. Flora Dan. Tab. 541.

Trifolium fibrinum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 906.

Radix articulata, ad genicula fibrosa. *Caulis* repens, te-
, ramosus, pedalis et longior. *Folia* ternata, plerumque ge-
na in apice caulis, longe petiolata. *Petioli* teretes, adscen-
ntes, erecti, basi dilatati, vaginantes. *Stipulis* oblongo-lan-
olatis submembranaceis suffulti. *Foliola* ovalia seu obovata,
silia, obtusa, vel, ut plerumque, integerrima, vel interdum
nulata. *Pedunculus* scapiformis, erectus, basi oblique ad-
ndens, teres, nudus, apice racemosus. *Pedicelli* alterni et
rsi, uniflori, nudi. *Bracteae* sub quovis pedicello solita-
e, ovatae, concavae. *Calycis laciniae* oblongae, erectae.
rolla alba, elegans. *Tubo* subcylindraceo: *Limbo* profunde
nquefido; *Laciniis* integerrimis obtusis, disco ad faucem us-
barba candida obsessis. *Capsula* ovato-globosa, utrinque
co valvularum suturis contrario notata. *Semina* ovata, lu-
a, glaberrima.

Dreiblättrige Zottenblume.

In uliginosis, praesertim turfosis. 2|. Fl. Majo, Junio.

141. WALDSCHMIDTIA.

Calyx **quinquepartitus, persistens.** ***Corolla*** **monopetala,**
ata: ***Tubo*** **brevi:** ***Limbo*** **quinquepartito;** ***Laciniis*** **alatis, disco**
bris, margine fimbriatis. ***Nectaria Glandulae*** **quinque ad**

basin germinis. *Pepo* carnosus, oblongus, unilocularis, polyspermus. *Semina* parietibus oppositis, angustioribus, quinquefariam affixa, margine ciliata.

Observ. I. Hoc genus ab antecedente evidenter recedit: 1. *Corollae laciniis* alatis, non disco barbatis, sed margine fimbriatis. 2. *Pepone*, nec Capsula.

Observ. II. Villarsia Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 178. est mixtum genus, certis signis characteristicis non stabilitum.

1. Waldschmidtia *Nymphoides.*

W. foliis cordato-orbiculatis, natantibus, pedunculis terminalibus axillaribusque.

Waldschmidtia Nymphoides. Weber in *Wiggers* Flora Holsat. p. 20. *Hayne* in *Schrader* Journ. für die Bot. 1802. Band 2. St. 1. p. 24. *Schrank* Baiernsche Flora 1. n. 354.

Menyanthes Nymphoides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 810. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 133. *Ejus.* Beitr. zur Bot. Th. II. p. 157. *Pollich* palat. n. 196. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 832. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 1. Flora Dan. Tab. 339.

Villarsia nymphoides. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 178. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 257.

Schweykerta Nymphoides. Gmelin Badens. n. 293.

Nymphaea lutea minor, flore fimbriato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 764.

Nymphaea lutea minor, secunda. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1118.

Radix articulata, fibrosa. *Caules* teretes, longi, ramosi, articulati, sub aqua repentes. *Folia* opposita, petiolata, cordato-orbicularia, repanda, natantia, supra laete viridia, subtus grisea, punctato-glandulosa, glabra. *Petioli* longi, teretes. *Flores* terminales et axillares, aquam supereminentes, longe pedunculati, flavi, in umbellam quasi, a petiolis basi latioribus involucratam congesti; post anthesin submersi. *Pedunculi* teretes, digitales, nudi, uniflori. *Bracteae* ad basin pedunculorum lanceolatae, membranaceae, pellucidae. *Calycis laciniae* lanceolatae, corolla duplo breviores. *Corolla* rotata: *Tubo* brevi, intus *Squamis* quinque nectariferis, cum staminibus alternantibus, germen cingentibus, villosis, coronato; *Limbi laciniis* lanceolatis, utrinque alatis, supra glabris, inferne ad marginem barbatis. *Alae* ante anthesin implicatae, laciniis corollae latiori-

mbriatae. Stamina quinque. *Filamenta* tubo corollae impota et in illum decurrentia, apice incurva. *Stigma* bipartitum. *obis* subcordatis, obtusis, margine coloratis, crenatis. *Pepo* longus, compressus, mucronatus.

Observ. I. Alae tanquam appendices laciniarum corollae considerandae sunt, quia substantia earum tenuior atque fibrarum directio illi laciniarum contraria est.

Observ. II. Stigma omnino bilobum est, quod negat *Weber* in *Wiggers* Fl. Holsat. 1. c. et *Oederus* in Flora Danica 1. c. optime delineari curavit.

Seeblumenartige Waldschmidtie.

In fossis majoribus et stagnis. 2|. Fl. Jun., Jul.

142. ERYTHRAEA.

Calyx quinquefidus, subpentagonus, adpressus. *Corolla* fundibuliformis, marcescens: *Tubo* longo, subventricoso, ad icem coarctato; *Limbo* brevi, quinquefido. *Antherae* deratae plus minus spirales. *Stylus* erectus. *Stigmata* o, approximata. *Capsula* unilocularis, bivalvis, polysperma.

Observ. Hujus generis species *Linneus* ad *Gentianam* retulit, posteriores botanices scriptores *Chironiae* adnumerarunt, *Renealm* vero proprium genus, *Erythraeam* dictum, stabilivit, cujus characterem *Richard* in *Persoonii* Synopsi Plant. 1. pag. 285. reformavit. Recedit Erythraea a *Gentiana:* 1. *Germine* sessili, basi nudo; nec pedicellato, basi tuberculis glandulosis cincto. 2. *Styli* praesentia. 3. *Stigmatibus* approximatis; nec divaricatis. A *Chironia:* 1. *Calyce* subpentagono, adpresso; nec laxo. 2. *Corolla* infundibuliformi; nec rotata: *Limbo* tubo breviore, quinquefido; nec quinquepartito, tubo longiore. 3. *Stylo* erecto; nec declinato. 4. *Stigmatibus* binis; nec stigmate capitato. 5. *Capsula* uniloculari; biloculari.

Erythraea *Centaureum.*

E. glabra, caule inferne simplici, superne dichotomo, conboso, foliis trinerviis ovatis, floribus bracteatis, calycibus nquefidis, capsula duplo brevioribus.

Erythraea Centaureum. Willd. Enum. Plant. Horti bot.

Berol. p. 217. *Besser* Galic. n. 293. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 166. *Wallroth* Annus bot. p. 34.

Chironia Centaureum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1068. *Gmelin* Badens. n. 341. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 29. *Schmidt* Bohem. 1. n. 130. (exclusa Var. *γ.*) *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 12.

Hippocentaurea Centaureum. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 856.

Gentiana Centaureum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 287. (exclusis Var. *β* et *γ.*) *Pollich* palat. n. 285. (exclusa Var. *β.*) *Scop.* Carn. 2. n. 293.

Centaureum minus. *Camerar.* Epit. p. 428. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1166.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, tetragonus, glaber, crassitie aequalis, infra medium simplex, superne dichotomus, corymbosus, semipedalis et pedalis. *Folia* glabra, sessilia, trinervia integerrima: *radicalia* in orbem disposita, obovalia; *caulina* opposita, basi connata; *inferiora* elliptica, obtusa; *superiora* oblonga, subacuta. *Flores* in Corymbo fasciculati, rosei, rarius albi, sessiles vel breviter pedunculati. *Bracteae* ad fasciculorum divisiones et sub calyce duae oppositae, lineari-subulatae, erectae, subadpressae. *Calyx* quinquefidus: *Laciniis* subulatis, adpressis. *Corollae laciniae* ovatae, integrae. *Capsula* cylindracea, calyce duplo longior.

Gemeines Tausendgüldenkraut.

In pratis, pascuis, nemorosis, collibus siccis, apricis. ⊙ Fl. tota Aestate.

2. Erythraea *angustifolia.*

E. caule simplici, superne subdichotomo, corymboso, foliis trinerviis obtusis, margine serrulato-scabris: inferioribus oblongis; superioribus linearibus, floribus bracteatis, calycibus quinquepartitis, capsula vix dimidio brevioribus.

Erythraea angustifolia. *Link.* in *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 167.

Erythraea compressa. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 253.

Erythraea litoralis? *Fries* in *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 168.

Differt ab *Erythraea Centaureo*, cui proxima: 1. *Caule* mpresso, inaequalilatero, apice tantum subdiviso, densius co-

ymboso. 2. *Foliis* omnibus obtusis, apice rotundatis, margine ubcartilagineis, pellucidis, serrulato-scabris, basi utrinque ad entem, linea tenui, alba, scabriuscula decurrentibus: *inferiori-us* oblongis; *superioribus* linearibus. 3. *Calyce* quinquepar-ito, capsulam ad duas tertias partes aequante.

Observ. Sub nomine *Erythraeae angustifoliae Link.* ab optimo Prof. *Trevirano* et *Chironiae compressae* a dilectiss. *Hayne* accepi specimina.

Schmalblättriges Tausendgüldenkraut.

In insula *Nordernay* (*Mertens*), prope *Bentheim*, *Och-rup*, *Wesel* (*Bönninghausen*), et alibi in Germania. ⊙. l. Jun., Jul., Aug.

Erythraea *ramosissima.*

E. glabra, caule a basi ramosissimo, dichotomo, foliis ova-s: inferioribus obtusis, subquinquenerviis; superioribus lanceo-tis acutis, trinerviis, floribus ebracteatis, pedunculatis, calyci-us quinquepartitis, capsulam aequantibus.

Erythraea ramosissima. *Besser* Galic. n. 294. *Wall-oth* Annus bot. pag. 35. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. ag. 15.

Erythraea pulchella. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. p. 169. *α.* *Bönningh.* Flora Monast. n. 254.

Erythraea palustris. *Schrader* Neues Journ. für die ot. IV. p. 78.

Chironia Centaureum β. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1068.

Chironia Gerardi. *Schmidt* Flora Bohem. 2. n. 31. *Gmelin* Badens. n. 342.

Hippocentaurea pulchella. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 858.

Gentiana Centaureum β. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. 287. *Pollich* Palat. n. 258.

Centaureum minus, palustre, ramosissimum, flore purpureo. *aill.* Paris. p. 32. Tab. 6. Fig. 1.

β Caule uni-seu bifloro.

Erythraea pulchella. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. c. *β.*

Chironia pulchella. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1067. Flora Dan. Tab. 1637.

Radix fibrosa. *Caulis* vel mox a radice, vel paullo supra, per dichotomias repetitas ramosissimus et deliquescens, cum *Ramis* divaricatis tetragonus, foliosus et floriferus, ab unciali raro ad palmarem altitudinem accedens: in *β* plerumque simplex, uni-seu biflorus. *Folia* omnia opposita, sessilia, basi cohaerentia, glabra, integerrima; *radicalia* duo, primordialia ex subrotundo ovalia, reliquis minora, *sequentia duo* vel ratione magnitudinis plantae, vel quarti paris, ovalia, quinquenervia, obtusa; *reliqua* et *ramea* ovato-lanceolata acuta, *inferiora* subquinquenervia, *superiora* latitudine decrescentia, trinervia. *Flores* in ramorum et ramulorum dichotomia solitarii, in ramulis duo vel tres fasciculati, terminales, omnes pedunculati et *Bracteis* destituti, duplo minores quam in antecedentibus et horis antepomeridianis tantum aperti. *Pedunculi* calyce duplo breviores, nudi. *Calyx* ultra medium quinquepartitus, corollae tubo duplo breviore: *Laciniis* lineari-subulatis, laxis, nec arcte adpressis tubo. *Corolla* purpurea: *Tubo* tenui; *Limbi laciniis* elliptico-lanceolatis. *Capsula* calycem longitudine aequans vel parum superans, cylindracea, obtusa.

Aestiges Tausendgüldenkraut.

In pascuis depressis, hyeme inundatis. ⊙. Fl. tota Aestate.

4. Erythraea *inaperta.*

E. glabra, caule circa medium ramoso, dichotomo, subcorymboso, foliis subtrinerviis: inferioribus ellipticis obtusis; superioribus oblongis, subacutis, floribus ebracteatis, pedunculatis, calycibus quinquepartitis, capsula dimidio brevioribus.

Erythraea inaperta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1069. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 30.

Erythraea ramosissima β. Pohl Bohem. n. 356.

Chironia Vaillantii. Schmidt Fl. Bohem. 1. n. 132.

Hippocentaurea inaperta. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 859.

Exacum pusillum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 157.

Gentiana Centaureum γ minimum, flore inaperto. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 288. *Leyser* Flora Halens. n. 240. *γ. Willd.* Prodr. Florae Berol. n. 294. *γ.*

Centaureum palustre, minimum, flore inaperto. *Vaillant* Paris. p. 32. Tab. 6. Fig. 2.

Differt ab antecedente, cui habitu quam proxima: 1. *Caule*

ıfra medium constanter simplici, ad medium dichotomo, ra-ıosissimo, corymboso, denso, bi-et triunciali. 2. *Foliis* obso-ıte trinerviis: *inferioribus* ellipticis; *superioribus* oblongis; *ameis superioribus* acutiusculis. 3. *Corollae laciniis* ovatis, btusis, conniventibus. 4. *Capsula* calycem ad quartam par-ım supereminente.

Observ. In Germania nunquam observatur floribus tetrandris, constanter pentandris et purpurascentibus, nec stigmate capitato gaudet, hinc ad *Exacum* referri nequit.

Geschlossenes Tausendgüldenkraut.

In pascuis humidis, praesertim ad salinas et in maritimis assim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

). Erythraea *uliginosa.*

E. scabra, caule inferne simplici, superne dichotomo, corymboso, foliis caulinis linearibus, trinerviis, calycibus quinquefidis.

Erythraea uliginosa. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. Tab. 258. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 168. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 857.

Proxime accedere videtur ad *Erythraeam Centaureum*, at ultura praestare dicitur. Differt inprimis ab illa: 1. *Scabritie* aulis, foliorum et calycum e pilis brevibus, sub microscopio antum conspicuis, orta. 2. *Foliis radicalibus* obovato-spathuatis; *caulinis* linearibus.

Sumpf-Tausendgüldenkraut.

In pratis humidis Pannoniae. (*Waldst.* et *Kit.*) ⊙. Fl. Jun.

). Erythraea *emarginata.*

E. glabra, caule inferne simplici, superne ramoso, dichotomo, foliis oblongo-ovatis, obsolete quinquenerviis, margine diaphanis, calycibus quinquepartitis, corollae laciniis emarginatis.

Erythraea emarginata. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 3. Tab. 275. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 169. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 860.

Ab antecedentibus distinguitur inprimis: 1. *Foliis* obso-

lete quinquenerviis, margine diaphanis. 2. *Corollae laciniis* emarginatis.

Ausgerandetes Tausendgüldenkraut.

In pratis humidis Pannoniae Comitat. Pesthinensis et in Bannatu (*Waldst.* et *Kit.*). ⊙. Fl. Septembri.

* * Capsula subbiloculari et biloculari.

143. CONVOLVULUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 287. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 149. Gaertner de Fruct. 2. p. 247. Tab. 134.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* monopetala, campanulata, plicata, obsolete quinqueloba. *Stigmata* duo, oblonga, latiuscula. *Capsula* subrotunda, bi-, rarius tri- seu quadrilocularis, tri-, rarius quadrivalvis: *Loculis* monospermis.

Observ. Dissepimentorum numerus Capsulae valde variabilis est in hoc genere. In aliis fere nullum, in aliis unum, vel tria, vel rarius quatuor adsunt.

a) *Calyce bracteis incluso.*

1. Convolvulus *sepium.*

C. caule volubili, foliis cordato-sagittatis, postice obtusis truncatisve, pedunculis quadrangulatis, unifloris, calyce bracteato, cum bracteis cordatis, planis, adpressis, acuto.

Convolvulus sepium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 844. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 235. *Besser* Galic. n. 230. *Gmelin* Badens. n. 303. *Lumnitz.* Poson. n. 203. *Pollich* palat. n. 205. *Schkuhr* Handb. 1. p. 121. Tab. 38. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 835. *Scop.* Carn. 2. n. 220. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 1. *Vest* Manuale pag. 456. Flora Dan. Tab. 458.

Castylegia sepium. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 182.

Volubilis major. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1263.

Caulis volubilis, alte adscendens, glaber. *Folia* alterna, petiolata, cordato-sagittata, postice obtusa vel truncata, sinuata,

lentata, glabra. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, tetraquetri, basi oblique adscendentes, nudi, glabri. *Bracteae* duae sub calyce oppositae, illo majores illique adpressae, cordato-lanceolatae, planae, flavescenti-virides, margine purpureo cinctae. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae. *Corolla* magna, candida vel interdum rosea et e roseo variegata. *Capsula* subrotunda, subbilocularis, non raro trilocularis.

Observ. Ex hac specie, ob calycem bracteis duabus obvallatum et Capsulam semibilocularem Cel. *Rob. Brown* in Prodr. Novae Hollandiae proprium genus constituit, *Castylegiae* nomine.

Zaun-Winde.

In sepibus humidis fere ubique. 2|. Fl. Jun., Jul.

Convolvulus *sylvestris.*

C. caule volubili, foliis cordatis, postice angulato-truncatis, pedunculis teretibus, unifloris, calyce bracteato, cum bracteis ovatis, inflato-ventricosis, obtuso.

Convolvulus sylvestris. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 461. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. pag. 192. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 836.

Castylegia sylvestris. Römer et *Schultes* Syst. Veg. p. 183.

Differt ab antecedente, cui primo intuitu similis: 1. *Foliis* cordatis quidem, at lobis angulato-truncatis; nec sagittatis. 2. *Pedunculis* teretibus; nec tetraquetris. 3. *Bracteis* ovatis, inflato-ventricosis, obtusis; nec cordatis, plano-adpressis, acutis. 4. *Calycis laciniis* obtusis.

Wald-Winde.

Ad thermas Herculis circa *Mehadiam (Waldst.* et *Kit.).* Fl. Jun., Jul.

Convolvulus *Soldanella.*

C. caule procumbente, foliis reniformibus, pedunculis inferne teretibus, superne tetragonis, unifloris, calyce bracteato, cum bracteis cordatis obtusissimo.

Convolvulus Soldanella. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 876. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. pag. 572. *Scop.*

Carn. 2. n. 222. *Vest* Manuale p. 457. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 337.

Castylegia Soldanella. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 184.

Soldanella. *Dodon.* Pempt. pag. 395. *Lobel* Icon. 1. p. 602. *Ejusd.* Observ. p. 329.

Brassica marina, sive soldanella. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 166.

Radix repens, crassiuscula, fibrosa. *Caules* decumbentes, teretes, debiles, ramosi, dichotomi, glabri. *Folia* alterna, petiolata, reniformia, integra, obtusa, glabra, crassiuscula. *Pedunculi* foliorum solitarii, uniflori, petiolo longiores, erecto-patuli, glabri, inferne teretes, superne tetragoni. *Bracteae* duae oppositae sub calyce, cordato-subrotundae, nonnihil crenulatae, calyce paullo majores illique adpressae. *Calyx* quinquepartitus, glaber: *Laciniis* oblongo-ovatis, obtusis, conniventibus. *Corolla* speciosa, dilute purpurascens, quinquefida, quinqueplicata: *Laciniis* ovato-acutiusculis. *Stigmata* duo, oblonga, ad apicem lutescentia. *Capsula* subrotunda, semibilocularis, trivalvis. *Semina* subrotunda, nigra.

Observ. Miror, auctores in descriptione hujus plantae Bractearum mentionem non fecisse!

Meerstrands-Winde.

Variat: Foliis cordatis, angulatis.

In maritimis tenui gramine vestitis, arenosis Insulae *Wangeroge* Dynastiae Jeveranae *(Möhring)*, Carnioliae *(Scopoli)*, Istriae, Duini, Tergesti, in insulis *Cherso* et *Osero (Wulfen)*. 4. Fl. Majo, Junio.

b) *Calyce ebracteato.*

4. Convolvulus *arvensis.*

C. caule subvolubili, foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis inferne tetragonis, superne teretibus, subbifloris, calyce ebracteato, obtuso.

Convolvulus arvensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 844. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 235. *Besser* Galic. n. 229. *Gmelin* Badens. n. 302. *Pollich* palat. n. 304. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 256. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 834. *Scop.* Carn. 2. n. 219. *Vest* Manuale pag. 456. Flora Dan. Tab. 459.

Convolvulus minor. *Clusii* Hist. 2. p. L.

Volubilis arvensis, flore roseo. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1263.

Radix repens, vix exstirpanda. *Caules* procumbentes vel etiam volubiles, angulati, glabri. *Folia* alterna, petiolata, cordato-sagittata, postice acutiuscula, vel obtusa, glabra vel pubescentia integra. *Pedunculi* axillares, solitarii, uni-, interdum biflori, inferne tetragoni, superne teretes, basi oblique adscendentes. *Bracteae* duae, oppositae, in medio pedunculorum, angustae, acuminatae. *Flores* ex albo, roseo et purpureo varicolores, suaveolentes. *Calycis laciniae* rotundatae, obtusae, submembranaceae.

Acker-Winde.

Ad sepes, in agris, arvis, vineis frequens. 2|. Fl. Jun., Jul.

4. Convolvulus *Cantabrica.*

C. caule adscendente, erectiusculo, foliis lineari-lanceolatis, acutis, pedunculis subbifloris teretibus, calyce ebracteato, acuto.

Convolvulus Cantabrica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 869. *Jacq.* Flora Austr. T. 296. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 296. *Schultes* Oestr. Fl. 2. p. 837. *Scop.* Carn. 2. n. 221. *Vest* Manuale p. 457.

Cantabrica quorundam. *Clusii* Hist. 2. p. XLIX.

Volvulus terrestris. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 160.

Excepta corolla lata planta pilis patulis hirsuta. *Caules* basi decumbentes, adscendentes, erectiusculi, teretes, ramosi, dichotomi, pedales et longiores. *Folia* alterna, lineata, integerrima; *inferiora* petiolata, obverse lanceolata, obtusa; *superiora* sessilia, lineari-lanceolata, acuta. *Pedunculi* axillares et terminales, filiformes, teretes, folio longiores, uni-, bi- et triflori, erecti, infra apicem *Bracteis* duabus, linearibus, oppositis, calyce plerumque longioribus, erecto-patulis aucti. *Calycis laciniae* lineares, acutae. *Corolla* duplo fere minor, quam in *Conv. arvensi*, rosea, extus fasciata, patentissima. *Stigmata* duo, linearia. *Capsula* bilocularis, tetrasperma.

Cantabrische Winde.

In apricis, asperis circa *Baden* Austriae, in Litorali, Forojulio. (*Jacq.*, *Host*, *Scopoli*). 2|. Fl. Majo, Junio.

144. DATURA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 332. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 139. Gaertner de Fruct. 2. p. 243. Tab. 132.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, deciduus, remanente *basi* orbiculata. *Corolla* infundibuliformis, plicata: *Tubo* vix calyce longiore; *Limbo* quinquelobo: *Lobis* acuminatis. *Stigma* crassiusculum, bilobum. *Capsula* ovata, echinata, semiquadrilocularis, quadrivalvis, polysperma.

1. Datura *Stramonium.*

D. foliis ovatis, acuminatis, sinuato-dentatis, glabris.

α *Caule viridi, flore albo.*

Datura Stramonium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1108. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 237. *Besser* Galic. n. 271. *Gmelin* Badens. n. 332. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 4. Tab. 7. *Pollich* palat. n. 224. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 305. *Schkuhr* Handb. I. p. 139. Tab. 43. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 838. *Vest* Manuale p. 455. Flora Dan. Tab. 436.

Stramonium vulgatum. Gärtner de Fruct. Vol. II. p. 243. Tab. 132.

Stramonium foetidum. Scop. Carn. 2. n. 252.

Solanum spinosum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 978.

Nux Metella. *Camerar.* Epit. p. 175.

β *Caule purpurascente, flore violaceo.*

Datura Tatula. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. *Roth* Flora Germ. l. c. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 839. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 305. *Vest* Manuale p. 456.

Tatula. *Camerar.* Epit. pag. 176.

Radix subfusiformis. *Caulis* erectus, teretiusculus, glaber, dichotomus, in α viridis, bi- seu tripedalis, in β purpurascens, quadri- ad quinquepedalis. *Folia* alterna, petiolata, ovata, angulato-dentata, glabra, acuta. *Flores* axillares, solitarii, erecti, pedunculati. *Calyx* tubulosus, pentagonus, subinflatus, quinquedentatus, post anthesin basi circumscissus et deciduus, remanente *basi* orbiculari, quinquangulari, demum reflexa. *Corolla* magna, in α alba, in β violacea: *Capsula* oblongo-subrotunda, subquadrangula, aculeis rectis, in apice capsulae plus minus confluentibus, armata. *Semina* reniformia, nigra.

Gemeiner Stechapfel.

Observ. Notis characteristicis Var. *β*, quae a *Linneo* tanquam distincta species vendita est, plane destituitur, ut potius varietatis nomine melius veniat.

In cultis, ruderatis, ad pagos *α* fere ubique; *β* Austriae Hungariae meridionalis (*Vest*, *Schultes*). ⊙. Fl. Jun., L., Aug.

145. HYOSCIAMUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 333. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 139. Gaertner de Fruct. 1. p. 369. Tab. 76.

Calyx tubulosus, vel campanulatus, quinquefidus, persis-s. *Corolla* infundibuliformis, irregularis, vel campanula-regularis, quinquefida. *Stamina* inclinata. *Capsula* umscissa, operculo horizontaliter dehiscente, bilocularis, po-erma.

a) *Corolla irregulari.*

Hyosciamus *niger.*

H. foliis radicalibus pinnatifido-sinuatis; caulinis amplexi-ibus, sinuatis, angulatis, floribus subsessilibus, corollis in-ibuliformibus, irregularibus, radice bienni.

Hyosciamus niger. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 010. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 237. *Besser* Ga-n. 272. *Gmelin* Badens. n. 333. *Hayne* Arzn. Gew. d I. Tab. 28. *Pollich* palat. n. 225. *Römer* et *Schul-* Syst. Veg. 4. p. 308. *Schkuhr* Handb. 1. p. 140. Tab. 44. *ultes* Oestr. Flora 2. n. 840. *Scop.* Carn. 2. n. 253. *rm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 3. Flora Dan. Tab. 1452.

Hyosciamus primus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 968.
Hyosciamus niger vulgaris. *Clusii* Hist. 2. p. LXXXIII. *el* Icon. 1. p. 268.

Radix albida, ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, teretius-s, plus minus ramosus, villosus, viscosus. *Folia* viscosa, sa: *radicalia* oblonga, pinnatifido-sinuata; *caulina* alterna, lia, amplexicaulia, sinuato-dentata. *Flores* axillares, so-ii, subsessiles, post anthesin, caule elongato, in spicam lon-, secundam dispositi. *Calycis dentes* acuti. *Corolla* infun-liformis, flava, venis atro-purpureis elegantissime reticu-

lata: *Laciniis* inaequalibus, rotundatis, patulis. *Stamina* cum *Stylo* inclinata. *Capsula* subrotundo-ovata, obtusa, calyce brevior.

Schwarzes Bilsenkrant.

In ruderatis, ad vias, sepes, pagos. ☉. Fl. Aestate.

2. Hyosciamus *agrestis.*

H. foliis repando-dentatis: inferioribus petiolatis; superioribus sessilibus, subdecurrentibus, floribus sessilibus, corollis irregularibus, radice annua.

α Corollis reticulatis.

Hyosciamus agrestis. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 308. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 841. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 85.

Hyosciamus niger β bohemicus. Pohl Bohem. n. 349.

Hyosciamus niger β pygmaeus. Wallroth Annus bot. pag. 30.

Hyosciamus bohemicus. Schmidt Bohem. p. 230.

Hyosciamus pictus. Roth Nov. Plant. Spec. p. 119.

β Corollis unicoloribus.

Hyosciamus pallidus. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. pag. 228. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 309. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 842.

Omnino similis antecedentis *H. nigri*, at recedit: 1. *Statura* minore. 2. *Radice* fibrosa, annua. 3. *Caule* simplici. 4. *Foliis* angulato-dentatis: superioribus subdecurrentibus. — *β* differt ab *α*: *Foliis* minus decurrentibus et *corollis* unicoloribus.

Feld-Bilsenkraut.

α et *β* in arvis Hungariae *(Kitaibel)*, *α* circa *Weselschau* circuli Berauensis Bohemiae *(Schmidt)*, prope *Wansleben* ad Halam Saxonum *(Wallroth)*. ☉. Fl. Aestate.

3. Hyosciamus *albus.*

H. foliis omnibus petiolatis; imis integris, reliquis sinuato-dentatis, floribus sessilibus pedunculatisve, corollis infundibuliformibus, irregularibus, radice annua.

Hyosciamus albus. Willd. Spec. Pl. Linn. T. I. P. II. p. 011. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 309. *Schul-es* Oestr. Flora 2. n. 843. *Vest* Manuale p. 455. *Wul-en* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 337.

Hyosciamus albus vulgaris. *Clusii* Hist. 2. p. LXXXIV. *obel* Icon. 1. p. 269. *Ejusd.* Observ. p. 139. *Ejusd.* dversar. p. 107. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 627. Fig. p. 628.

Hyosciamus secundus. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 969.

Excepta corolla, totus villoso-unctuosus. *Radix* alba, fu-formis, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, simplex et ramosus, squi-ad bipedalis. *Folia* omnia petiolata et basi cordata; *ia duo* primordialia opposita, orbiculata, integra; *reliqua* al-rna, ovata, sinuato-dentata; *floralia* magnitudine decrescen-i, *summa* ovato-lanceolata, integra. *Flores* in racemum sim-icem, terminalem, foliosum, dispositi, axillares, solitarii, erec-; *inferiores* breviter pedunculati: *superiores* sessiles. *Calyx* buloso-campanulatus: *Laciniis* ovato-acutiusculis. *Corolla* fundibuliformis, calyce duplo major, dilute flava, interne atro-rpurea: *Tubo* brevi; *Limbo* campanulato, inaequaliter quin-efido: *Laciniis* rotundatis, integris: *duabus inferioribus* du-o minoribus tribus superioribus aequalibus. *Stamina* cum *ylo* declinata. *Capsula* ovata. *Operculo* hemisphaerico-con-xo, mucronulato.

Weisses Bilsenkraut.

In insula *Cherso* sinus Flanatici *(Wulfen)*, in Litorali *est)*. ⊙. Fl. Jun., Jul.

b) *Corolla regulari.*

Hyosciamus *Scopolia.*

H. foliis omnibus petiolatis, integerrimis, floribus pedunculis, pendulis, corollis campanulatis, truncatis, regularibus.

Hyosciamus Scopolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1013. *Besser* Galic. n. 273. *Scopoli* Carn. 2. n. 4. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 21. *Vest* Manuale g. 455.

Scopolia carniolica. Jacq. Observ. 1. p. 32. Tab. 20.

Scopolina atropoides. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 844. *mer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 312.

Solanum seminiferum alterum. *Camerar.* Epit. p. 816.

Radix nodosa, crassa, flexuosa. Tota planta glabra. *Cau-*

lis teres, erectus, infra medium simplex, digiti crassitie, supra medium trifidus aut bifidus, pedalis et major. *Rami* patuli, simplices. *Folia* omnia petiolata, oblongo-ovata, integra, subrugosa, patula, digiti longitudine: *caulina* alterna, ad ramificationes terna; *ramea* alterna plerumque gemina. *Flores* in dichotomia ramorum et foliorum axillis solitarii, longe pedunculati, penduli. *Pedunculi* filiformes, nudi, biunciales. *Calyx* campanulatus, quinquefidus, muticus. *Corolla* campanulata, calyce triplo longior, laeviter quinquefida, truncata, extus ferruginea, intus flava. *Stamina* cum *Stylo* declinata. *Capsula* ovato-subrotunda, calyce minor, circumscissa, *Operculo* hemisphaerico.

Glockenförmiges Bilsenkraut.

In sylvis circa Idriam frequens (*Scopoli*), Croatiae (*Host*, *Besser*). 24. Fl. Aprili.

146. VERBASCUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 331. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 139. Gaertner de Fruct. 1. pag. 262. Tab. 55.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* rotata, quinquepartita, inaequalis. *Stamina* distantia. *Capsula* bilocularis, bivalvis, polysperma. *Receptaculum* centrale.

a) *Foliis decurrentibus.*

1. Verbascum *Thapsus.*

V. foliis decurrentibus, crenulatis, tomentosis, superioribus acutis, racemo spicato, denso, corollae subrotatae, laciniis oblongis, obtusis, antheris subaequalibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 17.

Verbascum Thapsus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. T. II. p. 1001. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 238. *Besser* Galic. n. 264. *Bönningh.* Flora Monast. n. 265. *Gmelin* Badens. n. 226. *Pollich* palat. n. 220. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 325. *Schkuhr* Handb. 1. p. 136. Tab. 41. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 846. *Schultz* Suppl. Fl. Stargard. p. 13. *Scop.* Carn. 2. n. 247. Flora Dan. Tab. 631.

Verbascum primum mas. *Tabernaemont.* Kräuterbuch 955.

Verbascum aut Phlomos vulgaris mas, Thapsus barbatus ficinarum. *Lobel* Icon. 1. p. 561.

Verbascum mas et Candida regia. *Lobel* Hist. l. c.

Verbascum candidum mas. *Fuchs* Hist. l. c.

β sylvaticum. Schultz Suppl. Fl. Stargard. l. c.

Caulis erectus, simplex, maxime tomentosus, a foliis decurrentibus alatus, bi-, tripedalis. *Folia* denso tomento vestita, *radicalia* et *caulina inferiora* oblonga, vel oblongo-lanceolata, obtusa, basi in petiolum attenuata; *caulina* alterna, sessilia, ovato-lanceolata, obtuse crenata, decurrentia, margine integro raro undulata. *Flores* magni, flavi, in racemum densum, elongatum, obtusum, terminalem dispositi. *Bractea* fasciculorum *exterior* ovata, acuminata; *interiores* calyce minores. *Pedunculi* breves, fasciculati, tomentosi. *Calyx* tomentosus: *Laciniae* lanceolatis, acutis. *Corolla* extus pubescens, subrotata, potius subinfundibuliformis: *Laciniis* oblongis, obtusis, inaequalibus, erecto-patentibus, tubum crassum, superne dilatatum, subaequantibus. *Filamenta tria superiora* villosa, *duo inferiora* longiora, medio tantum pilis sparsis obsessa. *Antherae* reniformes, filamentorum duorum longiorum post pollinis dehiscentiam potius ovali-reniformes. *Stigma* clavatum.

β sylvaticum. Differt: 1. *Caule* altiore, tri-, quadripedali. 2. *Foliis* tenuioribus, subviridibus, laevissime tomentosis. *Corollis* minoribus.

Observ. Verbascum bicolle stigmate bicolli. *Murray* Prodr. Götting. p. 47. Var. *Haller* Gött. pag. 216. *Zinn* Götting. p. 266. *Willich* Diss. inaug. p. 10. videtur monstrosa proles V. *Thapsi*, quae a recentiorum botanicorum nullo observata est.

Gemeine Königskerze.

Variat 1. *Floribus* albis, minoribus.

Verbascum elongatum. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 223.

Verbascum secundum flore albo primum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 956.

2. *Foliis* angustioribus.

Verbascum angustius. Schrank in *Hoppe* bot. Taschenb. 1809. p. 90.

In ruderatis, sterilibus, arenosis; β prope Neobrandenburgum in Nemerow-Holze (*Schultz*). ♂. Fl. Jul., Aug.

2. Verbascum *Thapsiforme.*

V. foliis decurrentibus, crenulatis, tomentosis; superioribus acuminatis, racemo spicato, elongato, corollae laciniis obovatis, rotundatis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 21.

Verbascum Thapsiforme. Bönningh. Flora Monast. n. 266. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 326. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. p. 13.

Facies *Verbasci Thapsi*, a quo differt: 1. *Tomento* partium crassiore, luteo-viridi, versus marginem et ad costam foliorum magis in luteo-ferrugineum colorem vergente; nec albo. 2. *Caule* humiliore, sesquipedali, bipedali et quandoque altiore. 3. *Foliis superioribus* caulis ovato-acutis, superne sensim acutioribus et *summis* acuminatis. 4. *Corollis* dimidio majoribus, flavis; *Laciniis* obovatis, rotundatis. 5. *Antheris* filamentorum duorum majorum post pollinis dimissionem oblongis; nec reniformibus.

Thapsusähnliche Königskerze.

In sterilibus, siccis. Saxoniae inferioris (*Schrader*), Monasteriae (*Bönninghausen*), prope Neobrandenburgum (*Schultz*). ♂. Fl. Jul., Aug., Sept.

3. Verbascum *cuspidatum.*

V. foliis decurrentibus, crenulatis, tomentosis; superioribus cuspidatis, racemi fasciculis remotiusculis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 23. Tab. 1. Fig. 1.

Verbascum cuspidatum. Bönninghausen Fl. Monast. n. 267. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 327.

Verbascum Thapsus botanicorum Vindobonensium secundum *Schrader.*

Verbascum Thapsus. Var. ramosa, grandiflora. *Besser* Galic. n. 264.

Si folia decurrentia tantum respicias, similis est haec species *Verbasco Thapso* et *Thapsiformi*, sed *Caulis*, quam in *Thapso*, humilior et minus crassus. *Folia* minora, tomento tenuiori tecta: *radicalia* evidentius crenata, subtus magis reticulato-venosa; *caulina* praesertim *superiora* in acumen longum producta. Florum vero dispositione et forma magis ad

sequentem speciem, V. *Phlomoides*, accedit. *Racemus* e florum fasciculis remotioribus compositus: *fasciculis* (exceptis superioribus) tri-ad quinquefloris. *Pedicelli* paullo longiores: *fructiferi* calycem fere aequantes; nec duplo breviores, ut in V. *Thapso*. *Calyces* paullo minores. *Corollae* majores, parum tantum minores, quam in V. *Phlomoide*, sed ut in hoc exacte rotatae: *Laciniis* obovatis, inaequalibus. *Antherae* filamentorum duorum longiorum, ut in V. *Phlomoide*, oblongae. *Capsulae* quoque obtusiores.

Dünngespitzte Königskerze.

In nemoribus montosis prope Vindobonam (*Schott*), Galiciae (*Besser*), prope *Haltern*, *Dorsten*, *Wesel* Monasteriae (*Bönninghausen*). ♂. Fl. Aug., Sept.

4. Verbascum *Phlomoides.*

V. foliis crenatis, tomentosis: radicalibus ellipticis vel ovato-ellipticis, petiolatis; caulinis oblongis acutis; superioribus lato-ovatis cuspidatis, laeviter decurrentibus, racemi fasciculis remotiusculis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 29.

Verbascum phlomoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1001. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 329. *Besser* Galic. n. 265. *Gmelin* Badens. n. 327. *Mönch* Hass. n. 170. Tab. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 331. *Schmidt* Bohem. n. 236. *Schultz* Suppl. Fl. Stargard. p. 13.

Verbascum rugulosum. *Willd.* Enum. Plant. Hort. bot. Berol. p. 224.

Verbascum pulverulentum. *Sprengel* Fl. Halens. n. 235. secundum *Schrader.*

Veterum botanicorum synonyma ab auctoribus allegata, tanquam dubia, omitto.

Caulis erectus, tomentosus, plerumque simplex. *Folia* crenata, tomentosa, rugulosa, subtus reticulato-venosa, plerumque luteo-viridia: *radicalia* et *caulina infima* petiolata; *caulina* alterna: *inferiora* oblongo-elliptica, acutiuscula, in petiolum brevem desinentia; *reliqua* sessilia, semiamplexicaulia, lobis baseos utrinque plus minus productis subdecurrentia; *intermedia* oblonga, acuta; *superiora* sensim basi latiora, apice acutiora, ut *summa* lato-ovata (rarius subrotundo-ovata, rarissime subcordata) et cuspidata evadant. *Flores* in racemum basi laxiorem, superne densiorem, dispositi, flavi, speciosi, fas-

ciculati. *Pedunculi* cum calycibus valde tomentosi, crassiusculi: calyce paullo breviores; *fructiferi* illum subaequantes. *Bractea exterior* fasciculorum *inferiorum* lata, ovata, basi amplexicaulis, longe acuminata, flores superans; *superiorum* sensim brevior et angustior. *Corollae laciniae* lato-obovatae, rotundatae, inaequales. *Filamenta tria minora*, inprimis superiora versus, lana alba, densa, vestita; *duo majora* plerumque nuda, rarius medio pilis adspersa. *Antherae* filamentorum majorum post pollinis dimissionem oblongae et laterales, reliquorum reniformes.

Phlomisartige Königskerze.

In sterilibus, incultis, ruderatis. ♂. Fl. Augusto.

5. Verbascum *condensatum.*

V. foliis tomentosis: radicalibus elliptico-oblongis, basi attenuatis, inaequaliter plicato-crenatis; caulinis oblongis, acutis, simpliciter crenatis; superioribus subrotundo-ovatis, cuspidatis, laeviter decurrentibus, racemis densis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 31. Tab. 3.

Verbascum condensatum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 332.

Caulis erectus, teres, crassus, tomentosus, tri-ad quinquepedalis, superne in plures ramos divisus, rarius simplex. *Folia* pallide viridia: *radicalia* brevius petiolata, crassiuscula, pedem ad sesquipedem longa, plus minus lata, elliptico-oblonga, utrinque, inprimis basi, attenuata, apice obtusiuscula, inaequaliter duplicato-crenata, crenis praecipue baseos acutiuscula, utrinque tomentosa, mollia, subtus reticulato-venosa: *caulina inferiora* subsessilia, angustiora, cum reliquis, inprimis subtus tomentosa: *intermedia* oblonga, acuta, simpliciter et obtuse crenata, sessilia, cum superioribus leviter decurrentia; *summa* basi sensim latiora, minora, subrotundo-ovata, cuspidata, crenulata. *Flores* in racemum densum, terminalem, basi tantum interruptum, valde crassum dispositi, iis in *Verbasco Phlomoide* similes. *Fasciculi* racemi primarii quinque ad septem-, reliqui tri-ad quinqueflores.

Observ. A *Verb. Phlomoide* facile distinguitur foliis inferioribus et racemo densiore, crassioreque.

Gedrängte Königskerze.

In sterilibus Austriae *(Schott)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

6. Verbascum *nemorosum.*

V. foliis acutis, crenatis, tomentosis: radicalibus oblongis, utrinque attenuatis; caulinis inferioribus lanceolatis, basi angustatis; intermediis oblongo-lanceolatis superioribusque oblongis leviter decurrentibus, racemi fasciculis remotiusculis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. pag. 32. Tab. 1. Fig. 2.

Verbascum nemorosum. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 332.

Verbasco Phlomoidi simile dicit Clariss. *Schrader*, sed habitu, caule et foliis satis diversum.

Caulis strictus, teres, simplicissimus cum reliquis partibus tomentosis. *Folia* acuta, crenata, subtus reticulato-venosa, luteo-viridia: *radicalia* oblonga, petiolata, spithamaea, utrinque, inprimis tamen basi, attenuata, supra demum nudiuscula: *caulina*, exceptis infimis, sessilia: *inferiora* pedem et ultra longa, sesquiunciam ad duas uncias lata, lanceolata, basi attenuata: *intermedia* duplo breviora, angustiora, oblongo-lanceolata, superne attenuata, ut superiora semiamplexicaulia, lobis baseos productis, subdecurrentia, *superiora* sensim minora, oblonga, paullo acutiora, minus crenata, nunquam vero lato-ovata, et apice in acumen longum producta, ut in *Phlomoide. Racemus* solitarius, simplex, pedalis, sesquipedalis et longior, fasciculis remotis compositus. *Bractea exterior* fasciculorum *inferiorum* ovata, acuminata; nec lato-ovata, nec in apicem attenuatum producta, ut in *Phlomoide. Corollae* exacte rotatae.

Hain-Königskerze.

In nemoribus Austriae *(Schott)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

7. Verbascum *montanum.*

V. foliis tomentosis: radicalibus oblongo-ellipticis, crenatis, petiolatis; caulinis oblongis acutiusculis, obsolete crenulatis; superioribus acutis, leviter decurrentibus, racemo subspicato, florum fasciculis subconfertis, antheris subaequalibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 33.

Verbascum montanum. Schrader Hort. Gött. Fasc. 2. p. 18. Tab. 11. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 333. *Wallroth* Annus bot. p. 28.

Verbascum Phlomoides. Leyser Flora Halens. 2. n. 205. *Sprengel* Flora Halens. n. 131. et Floristarum plerorumque germanicorum.

Differt ab antecedente, cui non dissimile: 1. *Foliis radicalibus* ellipticis vel oblongo-ellipticis, obtusis; nec oblongis, acutis: *caulinis* quoque acutis et obsolete crenulatis: *inferioribus* elliptico-oblongis in petiolum attenuatis; *subsequentibus* oblongis sessilibus: *superioribus* plerumque integerrimis, basi attenuatis, leviter decurrentibus, angustioribus et paullo acutioribus. 2. *Racemo* subspicato, breviore, in minoribus speciminibus bi-seu triunciali, in vegetioribus vix ultra semipedali. 3. *Floribus* fasciculadis quidem, at inter fasciculos nonnullis solitariis, minoribus, iis in *Verbasco Thapso* similibus. 4. *Pedunculis fructiferis* calyce dimidio brevioribus; nec calycem aequantibus, vel paullo longioribus. 5. *Bractea exteriore* ovato-lanceolata. 6. *Antheris* filamentorum majorum post pollinis dimissionem reniformibus; nec oblongis.

Berg-Königskerze.

In collibus apricis prope *Kröllwitz* et *Giebichenstein* ad Halam Saxonum et alibi in Germania. ♂. Fl. Jul., Aug.

8. Verbascum *collinum.*

V. foliis crenatis, tomentosis: inferioribus elliptico-oblongis, petiolatis; *caulinis* intermediis oblongo-lanceolatis, acutiusculis, basi attenuatis; superioribus oblongis, acutis, laeviter decurrentibus, racemi fasciculis remotis, antheris aequalibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 35. Tab. 5. Fig. 1.

Verbascum collinum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 333. *Schultz* Suppl. Fl. Stargard. p. 13. *Wallroth* Annus bot. p. 29.

Caulis erectus, bi-, tripedalis, simplex, leviter tomentosus, inferne saepe rubro-viridis, superne subangulosus. *Folia* crenata, rugulosa, utrinque tomentosa, mollia, supra pallide viridia, subtus canescentia et reticulato-venosa; *radicalia* petiolata, elliptico-oblonga, obtusiuscula, quatuor uncias longa, duas uncias lata: *caulina inferiora* fere similia, sed paullo longiora; intermedia oblongo-lanceolata, basi attenuata, acutiuscula; *suprema* oblonga, sessilia, leviter decurrentia, acutiora, crenulata. *Racemus* pedalis et sesquipedalis, solitarius, in vegetiore planta ex axillis superioribus non raro quoque unus vel alter multo minor. *Flores* fasciculati, suaveolentes, majores, quam in *Verb. nigro: fasciculis* quadri-ad quinquefloris, remotis. *Pedunculi* cum Calyce et Bracteis densiore tomento canescentes: *fructiferi* calyce paullo longiores. *Bractea exterior* fasciculorum *inferiorum* ovata, acuminata calyces superans; *su-*

riorum angustior breviorque. *Filamenta* purpureo-lanata. *An-erae* omnes oblongo-ovatae, obtusae. *Stylus* post anthesin ngatus. *Capsulae* parvae, oblongo-ovatae, obtusae.

Hügel-Königskerze.

Variat Caule ultra bipedali, fasciculis florum densioribus. *Schultz* l. c.

In ruderatis, graminosis siccis prope *Neobrandenburgum* *chultz)*, in nemusculo pinifero prope *Lettin* ad Halam xonum *(Wallroth)*, et alibi passim in Germania septen-onali *(Schrader)*. 4. Fl. Jul., Aug.

Verbascum *versiflorum.*

V. foliis crenatis, tomentosis: inferioribus elliptico-oblon-, petiolatis, caulinis oblongis, acutis, leviter decurrentibus; mmis acuminatis, racemis paniculatis, fasciculis remotis, pau-oris, antheris aequalibus. *Schrader* Monogr. Verbasci p. . *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 334.

Specie diversissimum est secundum Celeberr. *Schrader* *Verbasco rubiginoso Waldst.* et *Kitaib.*, cui quidem quoad rum colorem haud dissimile.

Caulis bi-, tripedalis et altior, erectus, digiti minoris cir-r crassitie, teres, superne subangulosus, cum reliquis parti-tomento sordide e viridi lutescente vestitus, rarius simplex, plurimum superiora versus in ramos floriferos divisus. *Rami* entes, teretiusculi, striati. *Folia* crassiuscula, rugulosa, den-re tomento tecta: *radicalia* petiolata, elliptico-oblonga, vel onga, acutiuscula, inaequaliter crenata, crenis baseos ple-nque evidentioribus et acutioribus; *caulina infima* in petio-desinentia, caeterum similia; *reliqua* sessilia: intermedia onga, acutius crenata, leviter decurrentia, superne sensim iora, angustiora, minus crenata, minusque decurrentia ut ma basi vix producta, apice evidentius acuminata et crenu-appareant. *Racemi* paniculati, pedales et longiores. *Flo-*ut plurimum magnitudine *Verb. phoenicei*, fasciculati: *fas-ulis* remotis, in racemo primario tri-vel quadri-, in latera-is uni-vel bifloris. *Pedunculi floriferi* calyce sesqui-, *fruc-ri* plus quam duplo longiores. *Bractea exterior* ex ovato eolata, longe acuminata, racemi primarii fasciculos (excep-superioribus) subaequans, racemorum lateralium pedunculis ior atque angustior. *Calycis laciniae* lanceolatae, acutae. *ollae* rubro-ferrugineae, sed modo saturatioris, modo dilu-

tioris coloris, versus tubum vero in flavum vergentis: *Laciniis* obovatis, rotundatis, ad basin laciniarum minorum, ut in *Verb. Blattaria*, simili lana lutea, qua filamenta minora teguntur, barbatis. *Filamenta duo majora* ex toto purpureo-lanata; *tria minora* lana copiosiore, sed non, nisi medio purpurea, reliqua parte flavescente induta. *Antherae* reniformes; filamentorum duorum longiorum paullo majores et post pollinis dimissionem potius ovali-reniformes. *Capsula* calyce paullo major, ovata, obtusiuscula.

Verschiedenfarbige Königskerze.

Variat: 1. *Pedunculis* gracilioribus, longioribus.
2. *Corollis* duplo majoribus, fere ut in *Verb. phlomoide.*

In arenosis prope Pragam rarius *(Tausch)*. 2. Floret Jul., Aug.

10. Verbascum *ramigerum.*

V. foliis tenuissime tomentosis: radicalibus oblongo-lanceolatis caulinisque oblongis acutis, duplicato-crenatis, semidecurrentibus; summis acuminatis, racemis paniculatis, fasciculis remotis, multifloris, antheris aequalibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 37. Tab. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 335. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. p. 14.

Habitus *Verbasci Lychnitis.* *Caulis* quadri-ad sexpedalis, erectus, crassus, teres, superne subangulosus, fuscus, ramosissimus: *Ramis* patentibus, ut caulis leviter tomentosus. *Folia* supra tomento tenuissimo, subtus densiori canescente tecta: *radicalia* et *inferiora* saepe pedem et ultra longa, quatuor ad quinque uncias lata, oblongo-lanceolata, acutiuscula, basi in petiolum attenuata, ut *caulina media* inaequaliter et duplicato-crenata, crenis baseos profundioribus: *caulina superiora* oblonga, acuta, sessilia semidecurrentia: *summa* basi latiora, apice acutiora, simpliciter et acute crenata. *Racemi* paniculati, virgati. *Flores* fasciculati: fasciculis remotis, in ramo principali quindecim ad vinginti, in lateralibus septem ad decem flores continentibus. *Pedunculi* calyce duplo longiores. *Bractea exterior* acuminata, ad fasciculos inferiores basi latior et calyces superans, ad reliquos angustior illosque subaequans. *Calyces* duplo minores, quam in *Verb. phlomoide*, tamen majores, quam in *Verbasco Lychnitide*, cum Pedunculis et Bracteis densiore lana tecti: *Laciniis* lanceolatis, acutis. *Corollae* flavae, paullo majores, quam in *Verb. Lychnitide.*

Aestige Königskerze.

In collibus dumetosis rarissime prope *Stargard. (Schultz)*, in Ducatu Megapolitano Suerinensi *(Link)*. ♂. Fl. Augusto.

* * *

Observ. *Verbascum australe* foliis crenatis, tomentosis: radicalibus oblongo-lanceolatis, in petiolum attenuatis; caulinis oblongis, acutis, decurrentibus; superioribus lato-ovatis, cuspidatis, semidecurrentibus, racemi fasciculis remotis, antheris duabus oblongis. *Schrader* Monogr. Verbasci 1. p. 24. Tab. 2. secundum *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 330. a Celeber. *Sieber* in Bohemia observatum est.

b) *Foliis non decurrentibus.*

11. Verbascum *Lychnitis.*

V. foliis crenatis, supra glabriusculis, subtus pulverulento-tomentosis: inferioribus ovali-oblongis, obtusiusculis in petiolum attenuatis; superioribus ovato-oblongis, acutis, subsessilibus; summis ovatis, acuminatis, racemis paniculatis, pedicellis calyce duplo longioribus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. pag. 16.

Verbascum Lychnitis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1003. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 239. *Lumnitz.* Poson. n. 217. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 850. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. p. 14.

Verbascum pulverulentum. *Gmelin* Badens. n. 328. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 342?

Verbascum pulverulentum flore luteo parvo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 856.

Verbascum luteum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 957.

Caulis erectus, teres, tenuissima pube canescens, superne angulosus, ramosissimus, pyramidalis, tri-, quinquepedalis. *Folia* crenata, supra canescenti-viridia, tenuissima pube adspersa, quasi farinosa, demum glabriuscula, subtus tenui, canescenti tomento tecta, venis primordialibus grossis elevatis; *radicalia* et *caulina inferiora* ovali-oblonga, obtusiuscula, in petiolum attenuata et versus basin grossius et remotius crenata; *caulina superiora* ovato-lanceolata, longius acuminata, subsessilia et *summa* demum exacte sessilia, semiamplexicaulia. *Racemi* paniculati, simplices, elongati, virgati, patulo-erecti, sesqui-ad bipedales, compositi fasciculis multifloris, remotiusculis. *Brac-*

tea exterior fasciculorum *inferiorum* lanceolato-linearis, longe acuminata, fasciculo paullo longior; superiorum angusto-linearis, subulata, fasciculum longitudine aequans. *Flores* flavi, minores quam in antecedentibus speciebus. *Pedunculi* tenues cum calycibus albo-tomentosi: *floriferi* calyce sesqui- vel duplo, *fructiferi* fere triplo longiores. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, obtusiusculae. *Corollae laciniae* oblongo-ovales. *Stamina* crocea: *Filamenta* lana albida vestita. *Antherae* reniformes aequales. *Capsula* ovata, calyce dimidio major, tenui albaque lanugine obducta.

Lychnisartige Königskerze.

In ruderatis, collibus, ad sepes et agrorum margines. ♂. Fl. Jul., Aug.

12. Verbascum *Mönchii.*

V. foliis obsolete crenatis, supra nudiusculis, subtus albo-tomentosis: radicalibus caulinisque inferioribus oblongis, basi attenuatis, integerrimis, petiolatis; superioribus cordatis acuminatis, sessilibus, racemis paniculatis, virgatis, pedicellis calyce duplo longioribus.

Verbascum Mönchii. Schultz Suppl. Florae Stargard. pag. 14.

Verbascum album. Mönch Method. pag. 447. *Besser* Galic. n. 360. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 851.

Verbascum Lychnitis. Gmelin Badens. n. 329. *Pollich* palat. n. 221. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 341. Flora Dan. Tab. 586.

Verbascum Lychnitis β album. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1003. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 239. et aliorum Floristarum.

Verbascum Lychnitis, flore albo, parvo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Append. p. 857.

Verbascum tertium, album secundum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 956.

Differt a *Verb. Lychnitide*, cujus varietatem putarunt botanici nonnulli: 1. *Statura* minore et robustiore. 2. *Foliis* subcoriaceis, latioribus obtusioribus, subtus saepe niveo-tomentosis, obsolete crenatis, basi integerrimis; nec grosse crenatis, crenis versus basin grandioribus: *caulinis superioribus* et *floralibus* cordato-acuminatis; nec lanceolatis. 3. *Paniculae ramis* brevioribus et densioribus. 4. *Bractea exteriore* fasciculi

longe breviore, lanceolata. 5. *Pedicellis* cum *calyce* densissime lanatis. 6. *Corollis* minoribus, constanter albis, per exsiccationem semper roseis vel dilute purpureis. 7. *Capsulis* lana densiore vestitis.

Mönchs-Königskerze.

Ad margines agrorum, in collibus siccioribus. ♂. Fl. Jul., Aug. Variat *Foliis* fere glabris.

13. Verbascum *austriacum.*

V. foliis crenatis, supra glabris, subtus pubescentibus: inferioribus et caulinis oblongo-ovatis, petiolatis; superioribus ovatis, acutis, subsessilibus, racemis paniculatis, pedicellis calycem subaequantibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. p. 22.

Verbascum austriacum. Schott in *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 341.

Sequentibus describitur: *Caulis* angulatus, nudiusculus petiolisque atropurpureus. *Folia radicalia* fere pedalia, tres pollices lata, subtus, praecipue ad nervos, tomento sparso, copiosiore in caulinis mediis praedita. *Racemi* apice inprimis subtomentosi. *Flores* conglomerati, tres ad septem, solitariis rarius intermixti. *Bracteae* subulatae. *Pedunculi* breves et Calyces basi tomento denso albidi. *Calycis laciniae* lineari-subulatae. *Corollae Verbasci Lychnitidis*, flavae. *Staminum villi* purpurei. *Stylus* longus, apice parum incrassatus.

Oestrechische Königskerze.

In collibus Austriae *(Schott)*, prope Tergestum *(Hoppe et Hornschuh)*. ♃. Fl. Jul., Aug.

14. Verbascum *floccosum.*

V. foliis crenatis dense floccoso-tomentosis: inferioribus oblongo-ovalibus, petiolatis; caulinis oblongis, acutis, sessilibus; summis lato-ovatis, longe acuminatis, semiamplexicaulibus, racemis paniculatis, pedicellis calycem aequantibus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. p. 16.

Verbascum floccosum. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 81. Tab. 17. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 343. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 849.

Verbascum pulverulentum. Smith Flora Brit. 1. p. 251. (de speciminis ab optimo *Turnero* accepti) *Koch* et *Zix.* Ital. Plant. p. 6.

Tota planta vestita est lana alba, plus minus densa, in floccos secedente et abstergibili, composita villis ramosissimis, ramis diffusis et pulvere quasi adspersis. *Caulis* tri-, quadripedalis, erectus, teres, sub tomento ferrugineus, inferne simplex, dense foliosus, superne ramosissimus, pyramidalis. *Folia* obsolete crenulata, subtus magis tomentosa: *radicalia* oblongo-elliptica, acuta, versus basin magis attenuata et integerrima, breviter petiolata, *caulina* alterna, approximata et quasi imbricata, cuspidata; *inferiora* subsessilia vel breviter petiolata, exacte ovata et breviter cuspidata; *superiora* magnitudine decrescentia, cordato-ovata, sessilia, lobis caulem ad tertiam partem amplectentia, longius cuspidata. *Racemi* longi, virgati, erecto-patentes. *Florum fasciculi* remotiusculi, quadri-ad sexflori. *Pedunculi floriferi* calycem longitudine aequantes; *fructiferi* sesquilongiores illo. *Bractea exterior* lanceolata, fasciculo longe brevior. *Calycis laciniae* lineares. *Corolla* magnitudine et colore, ut in *Verb. Lychnitide*, utrinque tomentosa: *Laciniis* obovatis, obsolete emarginatis. *Filamenta tria* superiora tota, duo inferiora in medio tantum albo-lanata. *Capsula* ovato-subrotunda, albo-lanata.

Observ. Male amici veneratiss. *Römer* et *Schultes* in Syst. Veg. 4. p. 342. cum *Verbasco Lychnitide* commutarunt. At Celeberr. *Smith* l. c. non folia, sed tomentum pulverulentum dicit!

Bestäubte Königskerze.

Circa Moguntium *(Koch* et *Ziz.)*, in Hungaria *(Waldst.* et *Kitaib.)*. ♂. Fl. Jun. et Jul.

15. Verbascum *nigrum.*

V. foliis crenatis, supra glabriusculis, subtus tenuissime tomentosis; inferioribus et caulinis oblongo-ovatis, cordatis, petiolatis: superioribus ovato-oblongis, subsessilibus, racemo elongato, pedicellis calyce duplo longioribus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. p. 24.

Verbascum nigrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1004. *Roth* Flora Germ. T. I. P. II. p. 240. *Besser* Galic. n. 268. *Gmelin* Badens. n. 330. *Pollich* palat. n. 222. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 345. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 852. *Vest* Manuale pag. 443. Flora Dan. Tab. 1083.

Verbascum nigrum, flore parvo luteo, apicibus purpureis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Append. pag. 857.

Verbascum quartum nigrum. *Tabernaem.* Kräuterbuch ıg. 956.

Caulis erectus, strictus, angulatus, purpurascens, subto- entosus, plerumque simplex, nonnihil subramosus, tri-seu adripedalis. *Folia* reticulato-venosa, rugulosa, saturate vi- lia, plus minus pubescentia: *radicalia* et *caulina inferiora* rdato-oblonga, acutiuscula, petiolata, grosse duplicato-cre- ta; *caulina superiora* ovato-lanceolata, sessilia, simpliciter nulata; omnia alterna. *Racemus* terminalis plerumque soli- ius, pedalis, sesquipedalis et longior: fasciculis inferioribus re- tiusculis, reliquis approximatis, multifloris. *Bractea exte- r* lanceolato-linearis, subulata, fasciculo dimidio brevior. *dunculi* tenues, *floriferi* calyce sesqui-fructiferi duplo lon- res, cum calyce et Bracteis tenui, albescente tomento ob- ti. *Calycis laciniae* lanceolatae. *Corolla* saturate lutea, ce maculis atropurpureis, hemisphaericis picta, utrinque gla- : *Laciniis* obverse ovatis. *Filamenta* villo violaceo obsessa. *therae* aequales violaceae. *Capsula* tenui pube obducta, sub- unda, vix calycem excedens.

Schwarze Königskerze.

Variat Flore albo.

Ad vias, pagos, vineas, agrorum margines et in ruderatis. Fl. Jul., Aug.

Verbascum *rubiginosum.*

V. foliis crenatis, subtus pubescentibus: inferioribus oblon- obtusis, petiolatis; caulinis oblongo-ovatis, acutiusculis, ilibus; superioribus ovatis, acutis, subcordatis, semiamplexi- ibus, racemis paniculatis, pedicellis calyce multo longiori- *Schrader* Monogr. Verbasci 2. p. 29.

Verbascum rubiginosum. Waldst. et *Kitaib.* Plantae Hungar. 2. pag. 216. Tab. 197. *Römer* et *Schultes* t. Veget. 4. p. 350. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 853.

Planta sequentibus describitur: *Caulis* erectus, superne ra- us, saepius rubro-ferrugineus, tri-seu quadripedalis. *Folia* o-oblonga, supra fere nudiuscula, subtus villosa, apice in- rrima, saepius torta: *inferiora* petiolata, duplicato-crena- *superiora* sessilia, simpliciter crenata. *Racemi* terminales, les. *Flores* pedunculati, bini et quaterni fasciculati. *Brac-* pedunculis breviores. *Corolla* valde irregularis, extus ru- osa, intus rubro-flava, versus faucem maculis violaceis

ornata: *Laciniis superioribus* minimis. *Filamenta* villis violaceis apice albidis vestita.

Rostfarbene Königskerze.

Circa Pesthinum, Akazto et Weitzen (*Waldst.* et *Kit.*). ♂. Fl. Majo, Junio.

17. Verbascum *Blattaria.*

V. foliis glabris: inferioribus cordato-oblongis, basi attenuatis, subsinuatis; caulinis oblongis, acutis, crenatis, sessilibus; superioribus subcordatis, acuminatis, semiamplexicaulibus, racemo terminali, elongato, pedicellis solitariis, bractea duplo longioribus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. p. 42.

Verbascum Blattaria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1005. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 241. *Besser* Galic. n. 270. *Bönningh.* Flora Monast. n. 270. *Gmelin* Badens. n. 331. *Lumnitz.* Poson. n. 220. *Pollich* palat. n. 223. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 347. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 855. *Scop.* Carn. 2. n. 251. *Vest* Manuale p. 444.

Radix subfusiformis, fibrosa. *Caulis* erectus, tri-, quadripedalis, angulosus, glaber, plerumque simplex. *Folia* glabra, saturate viridia, nitida, rugulosa: *radicalia* obovato-oblonga, vel oblongo-ovalia, lyrato-crenata, cum caulinis inferioribus in petiolum desinentia, in orbem disposita, terrae adpressa; *caulina* alterna, crenata; *media* et *superiora* cordato-ovata, sessilia, semiamplexicaulia, obtusiuscula; *summa* cordato-acuta, magnitudine decrescentia, serrata. *Racemus* caule plerumque longior, laxus, simplex, cum bracteis, pedunculis et calycibus pilis brevibus capitatis adspersus. *Pedunculi* alterni, solitarii, filiformes, uniflori, circiter unciales, nudi. *Bracteae* sub quovis pedunculo solitaria, cordato-lanceolata, mucronata, in inferioribus floribus longitudine pedunculi, in superioribus duplo triplove breviores illo. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae. *Corolla* speciosa, aurea, vel alba, *laciniis* subrotundo-ovatis, duabus superioribus externe plerumque purpura suffusis. *Filamenta* valde inaequalia, villis violaceis, apice clavatis obsessa. *Antherae* croceae. *Capsula* globosa, nitida.

Observ. In locis fertilioribus, ut etiam in culta planta folia caulina inferiora lyrato-crenata observantur.

Veränderliche Königskerze.

Ad fossarum et viarum margines, in ruderatis et vineis passim. ♂. Fl. tota Aestate.

18. Verbascum *phoeniceum.*

V. foliis subtus pubescentibus, inferioribus elliptico-vel ovato-oblongis, crenatis, petiolatis; caulinis superioribus crenulatis, sessilibus, racemo terminali, elongato, pedicellis solitariis, bractea multo longioribus. *Schrader* Monogr. Verbasci 2. pag. 41.

Verbascum phoeniceum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1004. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 241. *Besser* Galic. n. 269. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 58. Tab. 125. *Lumnitz.* Poson. n. 219. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 349. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 854. *Vest* Manuale pag. 444.

Radix subfusiformis, fibrosa. *Caulis* erectus, simplex, rarius ramosus, angulosus, sesquipedalis et bipedalis, pilis capitatis glutiniferis hirsutus, subfuscus. *Folia* supra nudiuscula, subtus, praesertim ad venas, pubescentia: *radicalia* elliptico-vel ovali-oblonga, obtusa, basi in petiolum attenuata, repando-crenatae, rugulosa; *caulina* alterna, remota: *inferiora* breviter petiolata, ovata, basi cuneata; *superiora* remota, ratione reliquorum perexigua, sessilia e basi cordata; subsemiamplexicauli-lanceolata, serrulata. *Racemus* circiter pedalis, simplicissimus, laxus. *Pedunculi* alterni, solitarii, simplices, uniflori, filiformes, unciales, cum bracteis et calycibus pilis capitatis pubescentes. *Bractea* sub quovis pedunculo solitaria, minuta, ovato-lanceolata. *Calyx* parvus: *Laciniis* ovali-lanceolatis. *Corolla* rotata, speciosa, magnitudine *Verbasci phlomoidis*, phoenicea, cito decidua; *Laciniis* rotundatis. *Filamenta* omnia infra medium purpureo-lanata: *tria superiora* infra antheram barba alba praedita; *duo inferiora* infra antheram nuda. *Antherae* reniformes, aequales, ante pollinis dimissionem nigricantes. *Capsula* ovato-subrotunda, mucronata, calyce dimidio major.

Violette Königskerze.

In agris, pratis et pascuis Austriae (*Host*, *Jacq.*), Galiciae (*Besser*), Pannoniae (*Host*), Bohemiae (*Pohl*), circa Posoniam (*Lumnitzer*). ♂. 24. Fl. Jul., Aug.

Observ. An *Verbascum Wallroth.*, Schedulae criticae 1. p. 81. *Verb. phoeniceum*, *Ejusd.* Annus bot. p. 29. (exclusis synonymis omnibus) nondum a me visum, re vera specie differat, determinare non audeo.

* * * Capsula tri-ad quinquelocularis.

147. AZALEA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 212. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 176. Gaertner de Fruct. 1. p. 301. Tab. 63.

Calyx quinquepartitus: *Laciniis* aequalibus. *Corolla* subcampanulata, profunde quinquefida. *Stamina* erecta, aequalia, inclusa. *Antherae* longitudinaliter dehiscentes. *Capsula* bi-, tri-seu quinquevalvis, bi-, tri-seu quinquelocularis, polysperma. *Dissepimenta* e valvulorum marginibus inflexis duplicata. *Receptaculum* centrale, columnare.

1. Azalea *procumbens.*

A. caulibus procumbentibus, diffusis, foliis ellipticis, margine revolutis, glabris, integerrimis.

Azalea procumbens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 832. *Braune* Salisburg n. 183. *Schkuhr* Handb. 1. p. 118. Tab. 36. *Schöpfer* Fl. Oenipont. n. 90. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 863. *Scop.* Carn. 2. n. 218. *Vest* Manuale p. 442. Flora Dan. Tab. 9.

Loiseleuria procumbens. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 353.

Chamaecistus septimus. *Clusii* Hist. 1. p. 75.

Radix lignosa, fibrosa. *Caules* procumbentes, caespitosi, diffusi, lignosi, dichotomi, non raro radicantes. *Rami* teretes, glabri, foliosi. *Folia* opposita, petiolata, elliptica, obtusa, integerrima, margine revoluta, glabra, sempervirentia, patentissima, supra viridia, subtus pallidiora. *Petioli* canaliculati, tenues, ciliati. *Flores* terminales, plerumque gemini vel terni, pedunculati, erecti. *Pedunculi* uniflori, rubicundi. *Bracteae* ad basin pedunculorum ovatae, obtusae, concavae, leviter coloratae. *Calyx* ruber, persistens, profunde quinquepartitus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* saturate rosea, regularis, subcampanulata, profunde quinquefida: *Laciniis* obovato-oblongis, obtusis. *Stamina* erecta, aequalia, inclusa. *Stylus* erectus, inclusus. *Capsula* subrotundo-ovata, acuta: *Valvulae* tot, quot loculi.

Observ. A congeneribus exoticis recedit: 1. *Corolla* subcampanulata; nec infundibuliformi. 2. *Staminibus* corollae basi insertis, inclusis, erectis; nec sub germine

insertis, exsertis et declinatis. 3. *Antheris* longitudinaliter dehiscentibus; nec poro gemino operculato. 4. *Stylo* erecto, incluso; nec declinato, exserto. His differentiis, sane haud vilibus, commotus Celeber. *Desvaux* in Journ. de Bot. Ann. II. p. 35. proprium genus ex hac planta construxit, *Loiseleuriam* dictum.

Liegende Azalie.

In alpibus Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Styriae (*Host*), Tyrolis (*Frölich, Schöpfer*). ♄. Fl. Majo, Jun.

148. POLEMONIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 289. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 152. Gaertner de Fruct. 1. pag. 299. Tab. 62.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* monopetala, rotata. *Filamenta* basi dilatata, membranacea. *Capsula* trilocularis, trivalvis, polysperma. *Dissepimenta* valvulis contraria. *Receptaculum* in singulo loculamento solitarium, basi adnatum.

1. Polemonium *caeruleum*.

P. foliis pinnatis, calycibus pilosiusculis, corollae laciniis subrotundo-ovatis.

Polemonium caeruleum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. T. II. p. 886. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 242. *Besser* Galic. n. 231. *Gmelin* Badens. n. 304. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 364. *Schkuhr* Handb. 1. p. 124. Tab. 38. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 861. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 27. *Vest* Manuale p. 447. Flora Dan. Tab. 255.

Valeriana graeca quorundam, colore caeruleo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 212.

Valeriana graeca. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 460.

Caulis erectus, angulosus, glaber, superne divisus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* alterna, petiolata, impari-pinnata, multijuga: *foliolis* ovali-lanceolatis, obliquis, integerrimis, apice obtusis, callosis, supra glabris, subtus villosis, brevissime petiolellatis. *Petiolus* canaliculato-triqueter. *Flores* corymbosi. *Pedunculi* pubescentes, ramosi. *Calyx* campanulatus, pilosiusculus. *Corolla* campanulato-rotata, caerulea, interdum alba: *Laciniis* ovatis, obtusis. *Antherae* ellipticae.

Blaues Sperrkraut.

In pratis udis, ad sepes passim in Germania. 24. Fl. Jun.

****** Folliculis unilocularibus.**

Observ. In prioribus Classibus systema sexuale *Linnei* numero partium sexus nititur. *Asclepiadearum* sic dicta familia notatu dignissimum in eo quoque praebet phaenomenon, ut Styli duo sibi adpositi cum totidem Germinibus, in Stigma solitarium et simplex coeant. Quum vero in fructificationis negotio Stigma majoris momenti sit, quam stylus, in hoc hujus Classis ordine melius, quam in sequente Digynia, Asclepiadeas locum habere censeo.

149. APOCYNUM.

Calyx quinquepartitus. ***Corolla*** campanulata semiquinquefida. ***Tubi denticuli*** quinque, acuti, inclusi. ***Antherae*** sagittatae, medio cum stigmate cohaerentes: ***Lobis*** posticis polline vacuis. ***Germina*** duo. ***Styli*** subnulli. ***Stigma*** subrotundum, apice conicum. ***Folliculi*** duo, oblongi, unilocularis, univalves, polyspermi. ***Semina*** pappo sericeo instructa. ***Receptaculum*** oblongum, denticulatum.

1. Apocynum *venetum.*

A. caule herbaceo erecto, foliis oppositis, subsessilibus, ovali-lanceolatis, corymbis florum terminalibus. ***Wulfen*** in ***Römer*** Arch. 3. St. 3. p. 341.

Apocynum venetum. ***Willd.*** Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1260. ***Römer*** et ***Schultes*** Syst. Veg. 4. p. 405.

Alypum pubescens, sive Esula rara, flore purpurascente. ***Joh. Bauh.*** Hist. 3. p. 676.

Esula rara, Lio Venetorum insula, floribus purpurascentibus. ***Lobel*** Adversar. p. 160. ***Ejusd.*** Observ. p. 201.

Planta lactescens. ***Radix*** serpens. ***Caules*** herbacei, teretes, ramosi, glabri, e viridi serius rufescentes, bipedales. ***Rami*** alterni. ***Folia*** opposita, sessilia ovali-lanceolata, acutiuscula, utrinque glabra, ad lentem tenuissime denticulata. ***Corymbi*** in caule ramisque terminales, compositi. ***Flores*** parvi, purpurascentes, pedicellati. ***Calyx*** corolla duplo brevior, villosulus, viridis. ***Corolla*** erecta, patens, pubescens. ***Stamina*** quinque. ***Filamenta*** brevissima. ***Germina*** duo, contigua.

Venetianisches Apocynum.

In insulis maris Adriatici et in maritimis prope *Monfalcone*, inter *Duinum* et *Aquilegiam (Wulfen)*. 4. Fl. Jul., Aug.

150. CYNANCHUM.

Hayne Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 30.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* fere rotata, quinquepartita. *Nectarium* corona duplex: *exterior* quinque-ad viginticloba, basi cum interiore connata; *interior* e cucullis quinque, bilocularibus, basi connatis composita. *Antherae* decem, in quinque paria conjuncta etunicatae. *Folliculi* duo, oblongi, longe acuminati, uniloculares, univalves. *Semina* papposa. *Receptaculum* lineare, denticulatum.

1. Cynanchum *Vincetoxicum.*

C. caule erecto, umbellis simplicibus proliferisque, corollis imberbibus, corona exteriore quinqueloba. *Hayne* Arzn. Gewächse l. c.

Cynanchum Vincetoxicum. Schultes Syst. Veg. 6. p. 102.

Asclepias Vincetoxicum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1268. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 283. *Gmelin* Badens. n. 363. *Lumnitz.* Poson. n. 238. *Pollich* palat. n. 242. *Schkuhr* Handb. I. p. 169. Tab. 55. *Scop.* Carn. 2. n. 275. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale pag. 478. Flora Dan. Tab. 849.

Vincetoxicum vulgare. Besser Galic. n. 292. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 998.

Asclepias. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1105.

Vincetoxicum. *Dodon.* Pempt. p. 407.

Vincetoxicum multis floribus albicantibus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 138.

Radix praemorsa, fibrosa. *Caulis* erectus, simplex, teres, glaber, interdum villosiusculus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovata, acuminata, basi plus minus subcordata, integerrima, supra glabra; subtus pallidiora et ad venas pubescentia, margine tenuissime ciliata. *Umbellae* axillares, longe pedunculatae, alternae, solitariae vel geminatae, simplices vel proliferae, foliis breviores. *Flores* pedicellati albi. *Bracteae* ad pedicellorum basin oppositae, lineares, breves. *Ca-*

lycis laciniae acutae. *Corollae laciniae* oblongae, obtusae. *Nectarii corona exterior* quinqueloba, basi cum interiore connata: *Lobis* subcuneiformibus, apice subpraemorsis, erecto-patulis, cum corollae laciniis alternantibus; *interior* cucullis quinque, bilocularibus composita: *Cucullis* oblongis, ventricosis, conniventibus, stylum arcte involventibus. *Germina* duo, ovali-oblonga. *Styli* duo. *Stigma* peltatum, quinquangulare. *Folliculi* gemini, vel solitarii, oblongi, longe acuminati, striati, glabri.

Gemeine Schwalbenwurz.

Ad vias, sepes, fossas, in collibus lapidosis. 2. Fl. Aestate.

2. Cynanchum *nigrum.*

C. caule superne volubili, umbellis simplicibus, corollis barbatis, nectarii corona exteriore semidecemfida.

Cynanchum nigrum. Schultes Syst. Veg. 6. p. 103.

Vincetoxicum nigrum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 993.

Asclepias nigra. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1269. *Ejusd.* Enum. Plant. Horti Berol. p. 278.

Vincetoxicum nigrum. *Camerar.* Epit. p. 560.

Differt ab antecedente: 1. *Caule* in fertiliori solo superne volubili. 2. *Umbellis* brevius pedunculatis, pauperioribus, semper simplicibus. 3. *Corollis* nigro-fuscis, barbatis. 4. *Nectarii corona exteriore* semidecemfida.

Schwarze Schwalbenwurz.

In Bohemia (*Comes de Sternberg* et D. *Nowodworsky*). 2. Fl. Jun., Jul.

151. VINCA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 419. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 326. Gaertner de Fruct. 2. p. 172. Tab. 117.

Calyx quinquepartitus, inferus. *Corolla* hypocrateriformis: *Tubo* cylindraceo, ore pentagono; *Limbo* horizontali, quinquepartito. *Stamina* quinque. *Antherae* demum contortae. *Germina* duo in *Stylum* cylindraceum confluentia. *Stigma* capitatum. *Folliculi* duo, cylindracei, latere dehiscentes, univalves. *Semina* nuda.

. Vinca *minor.*

V. caulibus fruticulosis, procumbentibus; floriferis erectis, liis elliptico-lanceolatis cum calycis laciniis margine glabris.

Vinca minor. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 232. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 243. *Besser* Galic. 291. *Gmelin* Badens. n. 362. *Host* Synops. pag. 125. *umnitz.* Poson. n. 237. *Pollich* palat. n. 241. *Römer* *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 433. *Schkuhr* Handb. 1. 162. Tab. 51. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 864. *Vest* Manale p. 454.

Pervinca minor. Scop. Carn. 2. n. 273.

Clematis Daphnoides. *Dodon.* Pempt. p. 405.

Caules fruticulosi, filiformes, teretes, procumbentes, geniculati, ad genicula non raro radicantes, glabri: *floriferi* erecti, palmares. *Folia* opposita, breviter petiolata, elliptico-lanceolata, integerrima, utrinque glaberrima, subcoriacea, semperrentia. *Flores* axillares, solitarii, longe pedunculati, caerulei, vel interdum albi. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, acutae, utrinque glabrae.

Kleines Sinngrün.

In sylvis et nemoribus montosis, umbrosis, sepibus. ♄. Fl. Aprili et Majo.

Vinca *herbacea.*

V. caulibus herbaceis, annuis, prostratis, foliis oblongo-lanceolatis, margine scabris, calycis laciniis ciliatis.

Vinca herbacea. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. p. 8. Tab. 9. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 433. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 865. *Willden.* Enum. Pl. Horti Berol. p. 274.

Differt ab antecedente: 1. *Caulibus* prostratis, post florestiam elongatis et apice plerumque radicantibus herbaceis, annuis; nec per hyemem persistentibus. 2. *Foliis* oblongo-lanceolatis, duplo angustioribus, margine aciculis brevissimis scabris. 3. *Pedunculis* longioribus, adscendentibus, erectis. 4. *Flores* dimidio majoribus, eleganter violaceis. 5. *Calycis laciniis* longioribus, ciliatis.

Krautartiges Sinngrün.

In montibus arenosis, calcareis Hungariae *Badae*, *Perthini* (*Waldst.* et *Kit.*). 2|. Fl. Majo, Jun.

3. Vinca *major.*

V. caulibus fruticulosis, erectiusculis, foliis late ovatis, margine cum calycis laciniis ciliatis.

Vinca major. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1233. *Host* Synops. p. 125. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 434. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 2. p. 210. *Vest* Manuale p. 454.

Pervinca major. *Scop.* Carn. 2. n. 274.

Clematis Daphnoides major. *Dodon.* Pempt. p. 406.

Clematis Daphnoides latifolia. *Clusii* Hist. I. p. 121.

Omnibus in partibus multo major antecedentibus duabus specibus. *Caules* fruticulosi, erectiusculi, demum elongati, flagelliformes et apice radicantes. *Folia* late ovata, obtusa, glabra, coriacea sempervirentia, margine setulis ciliata. *Petioli* canaliculati, margine ciliati. *Flores* axillares, solitarii, longe pedunculati, constanter caerulei, speciosi, magnitudine fere *Convolvuli sepium. Calycis laciniae* elongatae, setaceae, plerumque ciliatae, apice patentes.

Grosses Sinngrün.

In Forojulio in agro Goritiensi ad sepes *(Wulfen, Host).* ♄. Fl. Aprili et Majo.

* * * * * Bacca unilocularis.

152. MANDRAGORA.

Gaertner de Fruct. 2. p. 237. Tab. 131. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 140.

Calyx turbinatus, quinquefidus. *Corolla* campanulata, quinquefida. *Filamenta* basi dilatata et conniventia. *Germen* basi biglandulosum. *Bacca* globosa, unilocularis, polysperma, spongioso-carnosa. *Receptaculum* nullum. *Semina* prope peripheriam nidulantia.

1. Mandragora *officinalis.*

M. pedunculis radicalibus, unifloris.

Mandragora officinalis. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 687.

Mandragora acaulis. Gärtner de Fruct. l. c.

Atropa Mandragora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1016. *Braune* Salisburg. n. 188. *Sohrank* Suppl. Prim. Fl. Salisb. n. 21.

Mandragora mas. *Lobel* Icon. 1. p. 267.

Mandragora femina. *Clusii* Hist. 2. p. LXXXVII.

Radix fusiformis, carnosa, bicruris, extus fusca, intus alba. *Folia* radicalia, in caespitem disposita, erecto-patentia, ovato-lanceolata, in petiolum attenuata, integra, undulata, glabra. *Pedunculi* radicales, nudi, uniflori, foliis breviores. *Calycis laciniae* ovatae, obtusae. *Corolla* violacea. *Bacca* lutea, magnitudine fere *Solani tuberosi* baccae.

Gemeiner Alraun.

In summis montibus *Pinzgau* circuli Salisburgensis *(Schrank, Braune)*, comitatus Tyrolensis *(Schöpfer)*. 2l. Fl. Julio.

* * * * * * **Bacca bilocularis.**

153. ATROPA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 335. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 140. Gaertner de Fruct. 2. p. 240. Tab. 131.

Calyx quinquepartitus, primum campanulatus, demum patens. ***Corolla*** campanulata, ventricoso-ovata, quinquefida. ***Filamenta*** superne arcuata. ***Bacca*** globosa, bilocularis, polysperma. ***Receptaculum*** membranaceum discretum, ad axin dissepimenti affixum.

1. Atropa *Belladonna.*

A. caule herbaceo, foliis ovatis integerrimis. *Willd.* **Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1017.** *Roth* **Flora Germ. T. II. P. I. p. 240.** *Besser* **Galic. n. 274.** *Gmelin* **Badens. n. 335.** *Hayne* **Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 43.** *Jacq.* **Flora Austr. 1. Tab. 309.** *Lumnitz.* **Poson. n. 223.** *Pollich* **palat. n. 226.** *Schkuhr* **Handb. 1. p. 143. Tab. 45.** *Schultes* **Oestr. Fl. 2. n. 876.** *Sturm* **Deutschl. Flora 1. Fasc. 3.** *Römer* **et** *Schultes* **Syst. Veget. 4. p. 683. Flora Dan. Tab. 758.**

Belladonna trichotoma. *Scop.* **Carn. 2. n. 255.**

Solanum lethale. *Clusii* **Hist. 2. p. LXXXVI.**

Solanum majus. *Camerar.* **Epit. p. 817.**

Solanum Bacca nigra, Cerasi simili. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 977.

Radix crassa, subcylindracea, ramosa, externe flavescens, intus alba. *Caulis* erectus, teres, trichotomus, tri- ad quadripedalis, glaber. *Rami* bifidi. *Folia* geminata, alterna, magnitudine inaequalia, ovata, acuminata, integerrima, in petiolum brevem desinentia, glabra. *Flores* axillares, solitarii, pedunculati nutantes. *Calyx* glaber: *Laciniis* ovatis, acutis. *Corolla* extus pubescens, basi ochracea, superne atropurpureo-violacea: *Laciniis* patulis. *Filamenta* basi pilosa, superne arcuata. *Antherae* subrotundae, biloculares. *Stylus* incurvus. *Stigma* bilobum. *Bacca* depresso-globosa, nigra, nitida magnitudine *Cerasi.*

Gemeines Tollkraut.

In sylvis, praesertim montosis caeduis, ad sylvarum montosarum margines et rudera arcium antiqua, collapsa. ♃. l. Aestate.

154. PHYSALIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 336. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 140. Gaertner de Fruct. 2. p. 20[illegible] Tab. 131.

Calyx semiquinquefidus, pentagonus: *fructiger* demum inflatus, grandefactus. *Corolla* campanulato-rotata, plicata, quinqueloba. *Antherae* conniventes, longitudinaliter dehiscentes. *Bacca* calyce inflato, angulato, membranaceo tecta, biloculoris, polysperma. *Receptaculum* centrale, carnosum, dissepimento longitudinaliter adnatum.

1. Physalis *Alkekengi.*

P. foliis geminis, subcordato-ovatis, acutis, integerrimis, caule herbaceo, superne subramoso.

Physalis Alkekengi. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. [illegible] p. 2022. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 246. *Bess.* Galic. n. 275. *Gmelin* Badens. n. 336. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 6. Tab. 4. *Lumnitz.* Poson. n. 224. *Pollich* palat. n. 227. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. pag. 673. *Schkuhr* Handb. 1. p. 144. Tab. 45. *Schultes* Oestr. F. 2. n. 875.

Physalis Halicacabum. Scop. Carn. 2. n. 286.

Solanum vesicarium. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 975.

Radix descendens articulata, ad genicula fibrosa, stoloni-
a. *Caulis* erectus, teres, striatus, inferne simplex, glaber,
erne pubescens et subdivisus, pedalis et major. *Folia* e basi
cordata ovata, in petiolum desinentia, acuminata, integerri-
, plus minus subrepanda, subundulata, pubescentia: *inferiora*
taria; *superiora* geminata. *Flores* axillares, solitarii, pedun-
ati, post anthesin nutantes. *Calyx* campanulatus, pentago-
: *Laciniis* acutis. *Corolla* rotata, alba, quinquefida, plica-
Laciniis ovatis, acuminatis. *Filamenta* recta. *Antherae*
niventes, demum erecto-patulae. *Stigma* capitatum. *Bacca*
osa, coccinea, calyce inflato, ovato-acuminato, pentagono,
e connivente, croceo tecta.

Gemeine Schlute.

In locis lapidosis, vineis, silvis, ad sepes. ♃. Fl. Jun.,
, Aug.

155. SOLANUM.

INN. Gen. Plant. ed. SCHREBER n. 337. JUSS. Gen. Plant. ed. ROEMER p. 141. GAERTNER de Fruct. 2. p. 239. Tab. 131.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* quinquefida, rotata. *Antherae* conniventes, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* bilaris, polysperma. *Receptaculum* centrale, carnosum, epimento adnatum.

Observ. Differt a *Physalide:* 1. *Calyce fructifero* immutato. 2. *Antheris* apice poro gemino dehiscentibus.

Solanum *Dulcamara.*

S. caule inermi, fruticoso, flexuoso, subscandente, foliis inferibus ovato-cordatis; superioribus laciniato-hastatis, corymbuboppositifoliis et infra foliaceis.

Solanum Dulcamara. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 928. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 243. *Besser* Gal. 276. *Dunal* Solan. p. 140. *Gmelin* Badens. n. 337. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 2. Tab. 39. *Pollich* palat. n. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 581. *Schultes* Flora 2. n. 866. *Scop.* Carn. n. 257. *Sturm* Deutschl. I. Fasc. 18. *Vest* Manuale p. 447. Flora Dan. Tab. 607. Amara dulcis. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1290.

Radix lignosa, repens, fibrosa. *Caules* suffruticosi, vel prostrati, diffusi, vel scandentes, octo-ad duodecimpedales, ramosi, teretes, glabri. *Folia* alterna, petiolata, glabra, denticulata: *inferiora* ovalia, subcordata; *superiora* plerumque sinuato-vel laciniato-hastata. *Corymbi* dichotomi, vel infrafoliacei, vel suboppositifolii, pedunculati. *Pedicelli* plerumque decurvi, filiformes, nudi, uniflori. *Calycis laciniae* acuminatae: *Corolla* rotata, quinquepartita, violacea: *Laciniis* lanceolatis, basi punctis duobus, viridibus, albo-marginatis, notatis. *Filamenta* brevia. *Antherae* cohaerentes apice biporae. *Stylus* staminibus longior. *Stigma* obtusum. *Bacca* ovata, obtusa, rubra.

Kletternder Nachtschatten.

Variat interdum *Floribus* albis.

In locis humidis, in sepibus, ad ripas fossarum, riparum et fluviorum. ♄. Fl. Jun., Jul.

2. Solanum *nigrum.*

S. caule inermi, herbaceo, cum ramis compresso-teretibus, levibus foliisque ovatis, dentato-angulatis, glabro, racemis umbellatis, intrafoliaceis, nutantibus.

Solanum nigrum. Willd. Enum. Plant. Horti Berol. p. 326. *Dunal* Solan. pag. 152. *Besser* Galic. n. 277. *Gmelin* Badens. n. 339. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 2. Tab. 40. *Pollich* palat. n. 229. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 587. *Schkuhr* Handb. 1. p. 146. Tab. 46. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 867. *Scop.* Carn. 2. n. 258. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 1. Flora Dan. Tab. 460.

Solanum nigrum α vulgatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. 1. P. II. p. 1035. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 241.

Solanum sativum primum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 973.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* herbaceus, erectus, ramosus, glaber, cum *ramis* alternis compresso-teretiusculus. *Folia* alterna, petiolata, glabra, ovata, dentato-angulata. *Racemi* umbellati, pedunculati, intrafoliacei, nutantes. *Pedunculus* cum *Pedicellis* glaber, nudus. *Calycis laciniae* acutae. *Corolla* alba. *Laciniis* lanceolatis, acutis. *Antherae* cohaerentes. *Stylus* basi villosus. *Bacca* globosa, nigra.

Gemeiner Nachtschatten.

In cultis, oleraceis, ruderatis. ☉. Fl. tota Aestate.

. Solanum *judaicum.*

S. caule subinermi, herbaceo, cum ramis angulato-muri-ıto foliisque sinuato-angulatis, glabro, racemis umbellatis in-afoliaceis, distichis, nutantibus.

Solanum judaicum. Besser Galic. n. 278. *Römer* et *chultes* Syst. Veg. 4. p. 589. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 869.

Solanum nigrum ζ judaicum. Willd. Spec. Plant. Linn. . I. P. II. p. 1035.

Solanum nigrum γ virginicum. Roth Flora Germ. T. II. I. p. 245.

Solanum melanocerasum. Willd. Enum. Plant. horti Berol. g. 237.

Solanum foliis Chenopodii et Stramonii. *Buxbaum* Ha-ıs. p. 306.

Ab antecedente, cui simile, recedit: 1. *Ramis* angulatis, tulis, ad angulos muricatis, aculeolis sursum adpresso-infle-ı et seta molli, brevi terminatis. 2. *Foliis* profundius sinua-magisque angulatis. 3. *Racemis* primo umbellatis, demum ymbosis, distichis.

Juden-Nachtschatten.

In pagis ad sepes et fimeta Ducatus Bremensis in pago ıum et alıbi, ad Halam Saxonum *(Buxbaum, Leyser)*, ıliciae *(Besser)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

Solanum *Dillenii.*

S. caule inermi, herbaceo, cum ramis teretibus, levibns iisque ovatis, integerrimis, glabro, cymis intrafoliaceis, fruc-ıris patulo-erectis.

Solanum Dillenii. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 4. 586. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 868.

Solanum patulum. Roth Catalecta bot. Fasc. 2. p. 23.

Solanum nigrum β patulum. Willd. Spec. Plant. Linn. I. P. II. p. 1035.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, strictus, major, quam in ıecedentibus duobus, cum *Ramis* teres, levis, glaberrimus, hotomus, nodosus. *Cymae* pedunculatae, infra dichotomias e ıle ramisque prodeuntes, quinque-seu sexflorae. *Pedunculi* e horizontales. *Pedicelli* floriferi decurvi, fructiferi adscen-ıtes patulo-erecti. *Flores* exigui, albi, cernui. *Bacca* erecta,

duplo minor, quam in *Solano nigro*, ante maturitatem punctis exiguis, albis, adspersa, matura atra, nitidissima.

Dillens-Nachtschatten.

In silvis *Matrae* Hungariae *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

5. Solanum *humile.*

S. caule inermi herbaceo, cum ramis anguloso-dentato, foliisque inferioribus repandis, superioribus integerrimis, glabro, racemis intrafoliaceis subumbellatis, erecto-patulis.

Solanum humile. Dunal Solan. p. 156. *Willd.* Enum. Plant. horti Berol. p. 236. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. pag. 590. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 873.

Differt ab antecedente: 1. *Statura* longe minore. 2. *Ramis* diffusis, angulatis, ad angulos dentatis. 3. *Foliis inferioribus* subrepandis, dente uno alterove tantum. 4. *Baccis* luteo-virentibus.

Niedriger Nachtschatten.

In ruderatis Hungariae *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

6. Solanum *villosum.*

S. caule inermi, herbaceo, cum ramis tereti, hirto, foliis ovatis, dentato-angulatis, villoso-pubescentibus, racemis intrafoliaceis, subumbellatis, nutantibus.

Solanum villosum. Bönninghaus. Fl. Monast. n. 276. *Dunal* Solan. p. 157. *Hayne* Arzn. Gew. Band 2. Tab. 41. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 591. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 870. *Willd.* Prodr. Berol. n. 272.

Solanum luteum. Gmelin Badens. n. 340.

Solanum nigrum β villosum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 245. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1035. γ.

Differt a *Solano nigro:* 1. *Odore* moschato. 2. *Ramis* hirtis. 3. *Foliis* canescenti-viridibus, villoso-pubescentibus. 4. *Baccis* croceis.

Zottiger Nachtschatten.

In incultis, collibus arenosis et ruderatis. ⊙. Fl. Aestate.

7. Solanum *flavum.*

S. caule herbaceo, cum ramis angulato dentatis strigoso-

pubescente, foliis ovato-oblongis, angulato-sinuatis, subhirsutis, racemis intrafoliaceis, umbellatis, nutantibus.

Solanum flavum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 4. p. 591. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 871.

Solanum ochroleucum. *Dunal* Solan. ed. 2. Syn. p. 14. n. 61.

Simile dicitur antecedenti *S. villoso*, at diversum: 1. *Ramis* angulatis, dentatis, strigoso-pubescentibus. 2. *Foliis* multo angustioribus, magis oblongis magisque sinuato-dentatis, subhirsutis. 3. *Floribus* ochroleucis. 4. *Baccis* primo lutescentibus, demum fuscis.

Gelbblumiger Nachtschatten.

In Hungaria *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

8. Solanum *miniatum.*

S. caule inermi, herbaceo, cum ramis angulatis, alatis, strigoso-pubescente, foliis ovatis, repandis, glabriusculis, racemis intrafoliaceis, subumbellatis, paucifloris, nutantibus.

Solanum miniatum. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 236. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 275. *Dunal* Solan. pag. 156. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 590. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 872.

Solanum rubrum. *Lumnitz.* Poson. n. 226?

Simile *Solano villoso*, at *Rami* angulati, alati, ad angulos aculeato-tuberculati, strigoso-pubescentes; nec hirti: *Folia* minus pubescentia et *Baccae* miniatae conspiciuntur.

Rothbeeriger Nachtschatten.

In ruderatis, ad vias prope *Wesel auf der Budricher Insel* et prope *Emmerich* in Monasteria *(Bönningh.)*, in Hungaria *(Schultes)*. ⊙. Fl. Jun., Jul., Aug.

9. Solanum *Kitaibelii.*

S. caule inermi, herbaceo, cum ramis teretibus foliisque ovatis, basi subsinuatis, tomentoso-pubescente, corymbis paucifloris.

Solanum Kitaibelii. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 4. p. 593. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 874.

Huic *Flores* quatuor seu quinque in corymbo tantum attribuuntur et *Baccae* fuscescentes.

Kitaibels-Nachtschatten.

In Hungaria *(Kitaibel)*. ☉. Fl. Jul., Aug.

† † † *Flores monopetali, superi.*

* Capsula uniloculari.

156. SCHULTESIA.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* campanulata, quinquefida. *Filamenta* inferne latescentia. *Capsula* hemisphaerica, unilocularis, apice quinquefariam dehiscens, intus quinqueplicata, polysperma. *Receptaculum* nullum. *Semina* parietibus affixa.

Observ. In memoriam amici veneratissimi, Professoris *Schultes*, de Flora Bavarica et Austriaca optime meriti et nunc Systematis Vegetab. Linn. editoris, hoc genus nominavi.

1. Schultesia *hederacea.*

S. foliis rotundato-cordatis, angulato-quinquelobis, petiolatis, subtus glabris, caule prostrato, radicante.

Campanula hederacea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 916. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 260. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 15. *Römer* Flora Europ. Fasc. 1. p. 17. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 151. *Vest* Manuale p. 468. Flora Dan. Tab. 330. *Mala!*

Campanula Cymbalariae vel Hederae folio. *C. Bauh.* Prodr. p. 84.

Campanula folio hederaceo. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 797.

Radices fibrosae, capillares, albicantes. *Caules* filiformes, debiles, tenues, teretes, digitales, semipedales, immo interdum pedales, ramosi, prostrati, radicantes, saepius sarmentosi et non raro latos densosque caespites efformantes tumque diffusi, implexi. *Rami* alterni. *Folia* sparsa, remota, petiolata, cordata, rotundata, supra pilis rarioribus adspersa, subtus glaberrima, splendentia, obsolete quinqueloba, vel etiam triloba, angulata: *Lobis infimis* saepius sursum flexis, bi-seu trilobatis; *lateralibus* non raro integris; *summo* trilobato; lobis partialibus omnibus multo minoribus, dentiformibus. *Petioli* subtus convexi, supra canaliculati, inaequales; inferiores folio duplo longiores; su-

periores eorum longitudine. *Pedunculi* axillares, raro terminales, solitarii, uniflori, adscendentes, filiformes, glabri, nudi, foliis multo longiores; *fructiferi* longissimi, tri-, quadriuncialex. *Flores* erecti. *Calyx* glaber: *Laciniis* quinque, setaceis, subulatis, omnibus erectis. *Corolla* dilute caerulea, calyce triplo longior, tubuloso-campanulata: *Limbo* patentissimo, quinquefido. *Capsula* hemisphaerica, infera, glabra, quinquecostata, apice dehiscens dentibus quinque.

Observ. I. Campanulae generi adscripserunt *Linneus* quique eum secuti sunt botanici et, nescio, quo factum sit, ejusdem sectioni: *Capsulis tectis* adnumerarunt. Calycis et Corollae quidem structura convenit cum *Campanula*, at Capsulae structura longissime recedit. Capsula enim unilocularis, intus quinqueplicata, ut quinquelocularis primo intuitu appareat, apice quinquefariam dehiscit; nec, ut *Campanulae* character requirit, foraminibus lateralibus. Plicae porro omnes liberae sunt, nullo modo in centro sese attingunt, ut dissepimentorum nomine venire queant, nec *Receptaculum* commune invenitur, sed semina parietibus capsulae intra plicas parum excavatis, infixa sunt. Hinc *Campanulis* adnumerari nullo modo potest haec planta (cum *Campanula Elatine* et *Erinus*, quae quidem in Germania nondum observatae sunt) sed genus proprium constituunt.

Observ. II. Oederi figura in Flora Danica l. c. naturae minus respondet. Radix enim fusiformis picta est et prioris anni caulis pars radicata foliisque destituta, pro radice sumta esse videtur: Radiculae axillares in caule desunt et Folia ovata, serrata in nullo specimine observantur. Melius naturae respondent *Joh. Bauhini* l. c. figura et descriptio, quamvis radiculae axillares desiderentur et planta nimis erecta delineata sit, de qua dicit *Casp. Bauhinus* l. c. quod in ericetis proveniat Ericisque incumbat, quia vix sola sustinetur.

Epheublättrige Schultesie.

Variat: 1. *Foliorum lobis* interdum *omnibus* integris, hinc folium in peripheria quinquangulare, lobis rectangulis.

2. *Pedunculis* cum *Capsula* et *Calyce* pubescentibus.

In silvaticis Ducatus Oldenburgici prope *Neuenburg (Oeder, Trentepohl)*, in Palatinatu prope *Kaiserslautern (Koch et Ziz)*. ♃. Fl. Majo ad Augustum.

157. SAMOLUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 294. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 109. Gaertner de Fruct. 1. p. 146. Tab. 3.

Calyx (pericarpio adnatus) superus, quinquedentatus. *Corolla* hypocrateriformis, quinquefida, cum Laciniis quinque accessoriis ad divisuras. *Capsula* unilocularis, calyce vestita, superne nuda, semiquinquevalvis, polysperma. *Receptaculum* pedicellatum, liberum, globosum.

1. Samolus *Valerandi.*

S. foliis obovato-oblongis, racemis terminalibus, pedicellis medio bracteatis.

Samolus Valerandi. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 927. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 247. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 279. *Gmelin* Badens. n. 320. *Pollich* palat. n. 216. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. *Schkuhr* Handb. 1. p. 131. Tab. 40. *Schultes* Oestr. 2. n. 878. *Vest* Manuale p. 458. *Weber* Spic. Gött. p. Flora Dan. Tab. 198.

Samolus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 781.

Radix fibrosa, alba. Tota planta glabra. *Caulis* erecta teres, palmaris et pedalis, superne subdivisus, dichotomus. *Folia* obovato-oblonga, in petiolum decurrentia, integerrima, obtusa; radicalia in caespitem disposita, longius petiolata; caulina alterna. *Racemi* terminales, erecti, multiflori, laxi. *Flores* albi, parvi, pedicellati. *Pedicelli* solitarii, vel plerumque gemini, uniflori, erecti, geniculati. *Bractea* in quovis pedicello ad geniculum solitaria, lanceolata. *Calyx* semiquinquedus. *Corolla* regularis, quinquefida, ad divisuras *Squamis* quinque lanceolatis ornata: *Laciniis* obtusis. *Stamina* tubo corollae breviora, inclusa.

Salz-Pungen.

In palustribus, udis, ad salinas. 2|. Fl. Jul., Aug.

** Capsula biloculari.

158. LOBELIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1369. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 185.

Calyx ad medium usque pericarpio adnatus, superus, quinquefidus, apicem germinis cingens. *Corolla* monopetala, irregularis, quinquefida: *Tubo* cylindraceo, dorso superne longitudinaliter fisso. *Antherae* cohaerentes. *Capsula* bilocularis, bivalvis, polysperma, ad medium usque cum calyce coalita. *Dissepimentum* valvulis contrarium.

Lobelia *Dortmanna*.

L. foliis linearibus, depresso-teretiusculis, integerrimis, bracteolaribus.

Lobelia Dortmanna. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 938. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 261. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 280. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. p. 37. *Vest* Manuale p. 442. *Weber* in *Wiggers* Flora Holsat. p. 62. Flora Dan. Tab. 39.

Radix fibrae fasciculatae, simplices, albidae. Herba tota laccens, glabra. *Folia* in caespitem congesta, linearia, depresso-teretiuscula, subacuminata, brevia, integerrima, longitudiliter bilocularia, tubulosa, immersa. *Caulis* erectus, plerumque solitarius, extra aquam exsurgens, pro aquae profunditate nunc longior, nunc brevior, pedalis vel semipedalis, simplex, teres, fistulosus, uno alterove foliolo acuminato praeditus, terminatus in Racemum laxum, pauciflorum. *Bractea* ad quemvis pedicellum unica, exigua, ovato-lanceolata. *Flores* alterni, retiusculi, subnutantes. *Calyx* obovatus, pentaphyllus, apicem germinis cingens, tubo corollae brevior: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* cyanea; *Tubo* calyce triplo longior, dorso superne longitudinaliter fisso: *Limbo* inaequali, quinquepartito: *Laciniis duabus superioribus* angustioribus; *infima* latissima ovali. *Stamina* longitudine tubi corollae, intra fissuram ejusdem sursum inserta: *Antherae* exiguae, subcoalitae, stigma arcte amplectentes. *Stigma* globoso-emarginatum, antheras supereminens. *Capsula* obovalis, bilocularis.

Wasser-Lobelie.

In lacubus Holsatiae prope *Einfeld (Weber)*, Ducatus Ol-

denburgici prope *Sage (Dügend)*, Dynastiae Jeveranae *(Möhring, Jürgens)*, Monasteriae prope *Telgte*, inter *Metelen* et *Schöppingen*, *Dorsten*, *Neuenhaus (Flügge, Bönninghausen)*. 2|. Fl. Julio.

* * * Capsula subtri-ad quinqueloculari.

159. PHYTEUMA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 292. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 184. Gaertner de Fruct. 1. p. 149. Tab. 30.

Calyx quinquepartitus, superus. *Corolla* rotata, quinquepartita: *Laciniis* sublinearibus. *Filamenta* basi latitudine aequalia. *Stigma* bi-seu trifidum, revolutum. *Capsula* bi-seu trilocularis, utrinque foramine laterali dehiscens, polysperma. *Receptaculum* oblongum, carnosum, dissepimento utrinque radicante lamina tenui longitudinaliter affixum.

Observ. I. Caveas, ne folia summa, capitulo proxima, si adsint, pro involucri parte habeas, nam haec folia cum reliquis caulinis superioribus, figura et structura conveniunt. At Involucrum, quod omnibus hujus coetus speciebus commune et foliolis longitudine plerumque inaequalibus compositum est, alienam structuram et figuram ostendit.

Observ. II. Stigmatum numerus plerumque ternarius, ut etiam capsulae loculamentorum valde variabilis est in hisce plantis, ut ita non commode pro charactere diagnostico specierum adhiberi queat.

Observ. III. Corollae laciniae primo apicibus cohaerent, demum liberae deflectuntur.

1. Phyteuma *pauciflorum.*

P. foliis omnibus lanceolatis, apice subdentatis, involucri foliolis ovatis, acutis, ciliatis, brevioribus capitulo subrotundo, paucifloro.

Phyteuma pauciflorum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 919. (exclusis synonymis omnibus, praeter *Scopolium* et *Linn.* Syst. Veget.) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 75. *Sternberg* et *Hoppe* Denkschriften d. k. botan. Gesellsch. in Regensburg. 2. p. 99.

Rapunculus pauciflorus. Scop. Carn. 2. n. 241.

Caulis erectus, bi-, tri-ad quadriuncialis, simplicissimus. *Folia* lanceolata, vel lineari-lanceolata: *radicalia* longitudine fere dimidii caulis, subintegerrima, margine pilis raris adspersa; *caulina* basi ciliata, apice plerumque denticulata; *floralia* (si adsunt) reliquis latiora et longius ciliata. *Capitulum* terminale, quinque-ad octoflorum, basi involucratum, *foliolis* lato-ovatis, acutis, integerrimis, ciliatis, capitulo adpressis. *Flores* caerulei.

Wenigblumige Rapunzel.

In summis alpibus noricis, carnicis, rhaeticis, in *Ackerloden* prope *Brixinum* Tyrolis (*Scopoli*, *Sternberg* et *Hoppe*). 24. Fl. Julio.

2. Phyteuma *globulariaefolium.*

P. foliis omnibus obovatis, in petiolum decurrentibus, subintegerrimis, involucri foliolis ovatis ciliatis, obtusissimis, brevioribus capitulo subrotundo, paucifloro.

Phyteuma globulariaefolium. Sternberg et *Hoppe* Denkschrift. d. k. bot. Gesellsch. in Regensb. 2. p. 100. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 76.

Phyteuma pauciflorum. Braune Salisburg. n. 205. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 63. *Schrank* Primit. Fl. Salisb. n. 221. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 880.

Rapunculus alpinus comosus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 811.

Differt ab antecedente, cum quo a plerisque auctoribus commutatum est: 1. *Caulibus* plerumque pluribus ex una radice. 2. *Foliis* omnibus obverse ovatis et in petiolum decurrentibus, non raro uno alterove denticulo apice praeditis. 3. *Involucri foliolis* obtusissimis.

Kugelblumblättrige Rapunzel.

In alpibus Salisburgensibus *Hirschard*, *Radhausberg*, *Nassfeld* (*Schrank*, *Sternberg* et *Hoppe*), Rhaeticis (*Hänke*). 24. Fl. Julio.

3. Phyteuma *Scheuchzeri.*

P. foliis remote dentatis, brevissime sursum ciliatis: radicalibus ovato-acuminatis, cum caulinis lanceolatis, petiolatis, summis lanceolato-linearibus, sessilibus, involucri foliolis integerrimis, linearibus, longioribus capitulo subrotundo.

Phyteuma Scheuchzeri. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 919. (excluso synon. *Villars.*) *Allion.* Pedemont. p. 428. Tab. 39. Fig. 2. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 77. (exclusa Var. β.) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 881. (exclusa Var. β et γ.) *Vest* Manuale p. 459.

Rapunculus alpinus, petraeus, caeruleus, foliis flori substratis longis angustioribus. *Scheuchzer* Iter 6. p. 460.

Caulis erectus, vel obliquus, simplicissimus, teres, striatus, glaber, vel subpilosus, semipedalis et pedalis, usque ad apicem foliosus. *Folia* dentata, inferne tenuissime ciliata pilis brevissimis sursum directis: *radicalia* primordialia subcordata, reliqua elliptica, cum caulinis, exceptis summis, longe petiolata, in petiolum filiformem attenuata; *caulina* remote denticulata; *inferiora* oblongo-lanceolata; *superiora* lanceolato-linearia; *summa* linearia, sessilia, basi attenuata, inferne tantum denticulata, caeterum integerrima. *Involucri foliola* linearia, subulata, integerrima, capitulum florum subrotundum superminentia. *Flores* caerulei.

Scheuchzers Rapunzel.

In alpibus Noricis, Sudeticis *(Vest, Schultes).* 2|. Fl. Jun., Jul.

4. Phyteuma *humile.*

P. foliis omnibus lineari-lanceolatis sessilibus, retrorsum ciliatis, subintegerrimis: caulinis superioribus amplexicaulibus, involucri foliolis ex ovata, serrata basi lanceolato-linearibus, sublongioribus capitulo subrotundo.

Phyteuma Michelii. *Schmidt* Flora Bohem. n. 187. (exclusis synon.)

Phyteuma Scheuchzeri β. *Pohl* Bohem. n. 333. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 77. (excluso syn. *Scheuchz.*)

Plantam sub nomine *Phyteumatis humilis* Thomae a b. *Römero* et a Cel. *Schleicher* sub nomine *Phyt. Charmelii* accepi, quae a recentioribus *Phyt. Scheuchzeri* varietas putata est, at distinctissima et differt: 1. *Statura* longe minore: Caule biseu triunciali, raro longiore. 2. *Ciliis* foliorum et Involucri foliolorum deorsum spectantibus; nec sursum. 3. *Foliis* omnibus conformibus; lineari-lanceolatis et sessilibus: *radicalibus primordialibus* paullo latioribus, brevioribus et obtusioribus, cum reliquis in caespitem dispositis, plerumque integerrimis: *caulinis* tribus vel quatuor tantum amplexicaulibus, versus medium

lenticulis nonnullis remotissimis, obtusis praeditis. 4. *Involucri foliolis* ex ovata, profundius serrata basi lanceolato-linearibus, longitudine capituli florum subrotundi, vel parum illo ongioribus.

Niedrige Rapunzel.

In Bohemia am *Aussengefilde* (*Schmidt*, *Pohl*), 24. l. Julio.

. Phyteuma *scorzoneraefolium.*

P. foliis margine glabris; inferioribus oblongo-lanceolatis, rratis, petiolatis; superioribus linearibus, integerrimis, sessilis, involucri foliolis lineari-setaceis, multo brevioribus capitu- clongato, spicato, cylindraceo.

Phyteuma scorzoneraefolium. *Willd.* Enum. Plant. Horti erol. p. 215. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 77. *chmidt* Bohem. n. 192. *Villars* Delphin. 2. p. 519. Tab. 2. Fig. 2.

Phyteuma Scheuchzeri γ. Pohl Bohem. n. 333. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 881.

Caulis pedalis et sesquipedalis, erectus, sulcatus, firmus, mplicissimus. *Folia* margine et superficie glabra: *inferiora* blongo-lanceolata, longe petiolata et in petiolum filiformem malliculatum decurrentia, crenata, vel subserrata; *superiora* nceolato-linearia, vel linearia, sessilia, basi parum angustiora, bintegerrima. *Involucri foliola* lineari-setacea utrinque gla-a, semiuncialia, aut fere uncialia. *Capitulum* dense spicatum, lindraceum, bi-seu triunciale. *Flores* laete caerulei.

Haferwurzblättrige Rapunzel.

In graminosis Bohemiae, *auf den Voralpen des Riesengerges* (*Schmidt*). 24. Fl. Jun., Jul.

. Phyteuma *hemisphaericum.*

P. foliis omnibus angusto-linearibus, subintegerrimis, glais, sessilibus, involucri foliolis ovatis, cuspidatis, pilis flexilibus liatis, brevioribus capitulo subgloboso.

Phyteuma hemisphaericum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. P. II. p. 78. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 249. *Braune* lisburg. n. 206. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 61. *Jacq.* on. rar. Tab. 335. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5.

p. 78. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 882. *Schrank* Prim. Salisb. n. 222. (exclusa Var. β.) *Vest* Manuale p. 459.

Rapunculus silvestris caeruleus umbellatus. *Thal* silv. Hercyn. p. 94. Tab. 8. Fig. 3.

Rapunculum alterum, angustifolium, alpinum. *Columnae* Ecphras. 2. p. 23. Tab. 26.

Caulis bi-ad sexuncialis, erectiusculus, filiformis, glaber, simplicissimus, inferne praesertim striatus. *Folia* angusto-linearia, glabra, subintegerrima, interdum uno alterove denticulo exiguo praedita: *radicalia* longitudine fere caulis, flaccida, basin versus parum attenuata, at petiolo evidenti non praedita; *caulina* plerumque duo, remota, rarius solitarium, radicalibus duplo breviora, basi latitudine aequalia. *Involucri foliola* ovata, cuspide brevi terminata, imbricata, glabra, margine pilis flexilibus, albis, ciliata, capitulo subrotundo dimidio breviora. *Flores* caerulei.

Halbrunde Rapunzel.

In alpibus Styriae (*Sartori*), Carinthiae et Tyrolis (*Host*, *Hänke*), Principatus Salisburgensis (*Schrank*), in pratis prope *Grass* ad Ratisbonam (*Duval*, *Funk*). 24. Fl. Jul., Aug.

7. Phyteuma *comosum.*

P. foliis acute inaequaliter dentatis, petiolatis, margine pilosis; radicalibus et caulinis infimis cordato-subrotundis; caulinis ovatis, summis oblongis, involucri foliolis lanceolato-linearibus, subulatis, brevioribus capitulo subrotundo.

Phyteuma comosum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 921. (excluso syn. *Scop.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 79. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22. *Vest* Manuale pag. 460. *Wulfen* in *Jacq.* Flora Austr. Append. Tab. 50.

Trachelium petraeum minus. *Pona* in *Clusii* Hist. 2. p. CCCXXXVI.

Planta incano-glaucescens, lactescens. *Caules* digitales, palmares, teretes, substriati, leves, simplicissimi, a capitulorum pondere prostrati. *Folia* plana, inaequaliter et acute dentata, margine tantum pilosa: *radicalia* et *caulina infima* cordato-subrotunda; *caulina* alterna; *inferiora* ovata; *summa* oblonga, breviter petiolata aut subsessilia, approximata. *Involucri foliola* nonnulla, lanceolato-linearia, subulata, florum capitulo breviora.

ores pedicellati. *Corolla* inverse pyriformis, ovato-acumina-, inferne caelestina, superne atro-violacea.

Blassgrüne Rapunzel.

In Carniae rupibus *Malborghetti (Wulfen)*, fra i Ponti *Host*). 4. Fl. Majo, Junio.

Phyteuma *orbiculare.*

P. foliis ciliatis: radicalibus ovato-oblongis cordatisve, ob-e serratis, cum caulinis inferioribus oblongo-lanceolatis, cre-latis, petiolatis; superioribus lineari-lanceolatis, basi serratis, silibus, involucri foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis, pilis cilibus, continuis, ciliatis, brevioribus capitulo subrotundo.

Phyteuma orbiculare. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 921. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 247. *Besser* Ga-n. 243. *Bönningh.* Flora Monast. n. 281. *Braune* lisburg. n. 208. *Gmelin* Badens. n. 318. *Jacq.* Flora str. Tab. 437. *Mönch* Hass. n. 179. *Römer* et *Schul-s* Syst. Veg. 5. p. 79. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 884. *st* Manuale p. 459.

Rapunculus orbicularis. Scop. Carn. 2. n. 239.

Rapontium montanum rarius corniculatum. *Column.* Ec-as. 1. p. 223 Tab. 224.

β *Foliis omnibus oblongo-lanceolatis, vel oblongo-ellipticis.*

Phyteuma orbicularis. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. β. *mer* et *Schultes* Syst. Veg. l. c. β.

Phyteuma hemisphaerica. Mönch Hass. n. 178. *Schrank* m. Fl. Salisburg. n. 222. β.

Caulis erectus, pedalis, simplex, angulatus, glaber aut pu-cens. *Folia* ciliata, vel glabra, vel pubescentia: *radicalia* ovato-oblonga, vel cordata, obtusa, cum caulinis inferiori-longe petiolata, crenulata; *caulina* alterna, remota; *supe-ra* lineari-lanceolata, sessilia, basi serrata, caeterum integer-a, acutiora. *Involucri foliola* ovato-lanceolata, canescentia, ata pilis flexuosis, diffusis, continuis, non articulatis, capitulo rotundo brevioribus.

β Differt tantum Foliis omnibus etiam radicalibus, oblongo-lanceolatis, vel oblongo-ellipticis.

Observ. Sub nomine *Phyteumatis orbicularis alpini* in Flora Austr. l. c. *figura sinistra* plantam delineavit Ill.

Jacquin, quam propriam speciem declarat Cel. *Reichenbach* in Regensb. bot. Zeitung 1822. p. 534. et ob caulem crassum, fistulosum *Phyt. fistulosum* nominat, quae in Saxonia quoque provenire dicitur. *Phyt. Scheuchzeri Schmidt* Flora Bohem. et *Ficin.* Flor. Dresdens. ed. 2. hujus synonymum est. An re vera specie distincta?

Kugelförmige Rapunzel.

In pratis siccis, montosis, passim in Germania, β in monte *Meisner* Hassiae et in Principatu Salisburgensi, in alpibus Austriae. 24. Fl. Jun., Jul., Aug.

9. Phyteuma *Sieberii.*

P. foliis profunde dentatis, ciliatis: radicalibus oblongis, utrinque attenuatis; caulinis subovatis, sessilibus, involucri foliolis subovatis, dentatis, ciliatis, brevioribus capitulo depresso.

Phyteuma Sieberii. Sprengel Pugill. 1. p. 15. n. 29. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 80.

Sub nomine *Phyt. Charmelii* optimus *Sprengel* accepit a Celeberr. *Sieber.* Sequenti modo descripsit l. c. *Radix* sublignosa. *Caulis* digitalis, simplicissimus, foliosus, glaber, teretiusculus. *Folia radicalia* semipollicaria, duas lineas lata, oblonga, apice et in petiolum attenuata, utrinque glabra, venosa, margine profunde dentata, ciliata; *caulina* latiora, sessilia, caeterum forma radicalium. *Bracteae* capitulum suffulcientes, ternae seu quaternae, foliorum caulinorum forma. *Capitulum* depressum, decemflorum. *Calyx* profunde quinquefidus: *Laciniae* lineares, ciliatae. *Corolla* caerulea.

Siebers-Rapunzel.

In monte *Laibel* invenit *Sieber.* 24.

10. Phyteuma *ovatum.*

P. foliis radicalibus et caulinis inferioribus cordatis, duplicato-grosse serratis, petiolatis, petiolis glabris, superioribus lanceolatis, simpliciter serratis, subsessilibus, involucri foliolis linearibus, glabris, brevioribus capitulo ovato.

Phyteuma ovatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. 1. P. II. p. 923. *Besser* Galic. n. 245. *Braune* Salisburg. n. 209. *Hoppe* bot. Taschenb. 1794. pag. 82. *Schmidt* Fl Bohem. n. 190. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 887. *Vest* Manuale p. 460.

Phyteuma Halleri. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. . p. 83.

Phyteuma atropurpureum. *Hoppe* bot. Taschenb. 1802. ag. 36.

Caulis erectus, teres, striatus, glaber, laxe foliosus, peda- s et bipedalis. *Folia* glabra, nervosa: *radicalia* et *caulina feriora*, cordata, acuminata, obtusa, duplicato-et grosse ser- ta, petiolata, petiolis glabris: *caulina superiora* subsessilia, si parum attenuata, lanceolata, simpliciter serrata. *Involucri oliola* glabra: *duo exteriora* lineari-lanceolata, plerumque in- gerrima; *interiora* linearia, minora; omnia capitulo ovato bre- ora. *Flores* majusculi, saturate violacei.

Observ. Medium quasi tenet inter *Phyt. orbiculare* et *spi- catum*, at satis distinctum inprimis structura Involucri.

Eiförmige Rapunzel.

Variat Foliis radicalibus reniformibus.

In pratis montanis Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Schmidt*), rincipatus Salisburg. (*Schrank*). 2. Fl. Majo, Jun.

1. Phyteuma *betonicaefolium.*

P. foliis simpliciter dentatis, pubescentibus: radicalibus et aulinis inferioribus cordato-oblongis, petiolatis, petiolis pilosis, perioribus lanceolatis, subulatis, sessilibus, involucri foliolis li- aribus, glabris, longe brevioribus capitulo elongato, spicato.

Phyteuma betonicaefolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. P. II. p. 922. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 82. *illars* Delphin. 2. p. 518. Tab. 12. Fig. 3.

Phyteuma spicatum β betonicaefolium. *Pohl* Bohem. n. 35. *Schmidt* Bohem. 2. p. 89.

Distinctissimum a *Phyt. spicato*, cujus varietas habita est nonnullis.

Caulis minor, semipedalis et fere pedalis angulosus. *Folia* pra pubescentia, subtus pilosa: *radicalia* et *caulina inferiora* rdato-oblonga, simpliciter serrata, petiolata, petiolis pilosis, tusa; *superiora* magnitudine decrescentia, angusto-lanceolata, bulata, minus pubescentia, integerrima, sessilia, basi non at- nuata. *Involucri foliola* linearia, glabra, longe breviora ca- tulo elongato, spicato, subcylindraceo. *Flores* dilute caerulei, l albi, minores paullulum, quam in *Phyt. spicato.*

Betonienblättrige Rapunzel.

In pratis montosis et montibus altioribus Bohemiae (*Schmidt*, *Pohl*). 4. Fl. Jun., Jul.

12. Phyteuma *nigrum.*

P. foliis simpliciter serratis, subtus glabris, radicalibus caulinisque infimis cordatis, cum inferioribus petiolatis; superioribus linearibus semiamplexicaulibus, cum linea decurrente ciliata, involucri foliolis angusto-linearibus, glabris, brevioribus capitulo ovali elongato.

Phyteuma nigrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 922. (excluso synon. *Villarsii*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 81. *Schmidt* Bohem. n. 189. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 885. *Vest* Manuale p. 459.

Phyteuma spicatum γ nigrum. Pohl Bohem. n. 335.

Caulis erectus, firmus, angulosus, ad angulos subpilosus, simplex, pedalis et sesquipedalis, laxe foliosus. *Folia* nervosa, supra pilis brevissimis adspersa, subtus pallidiora, glabra, simpliciter serrata: *radicalia* et *caulina inferiora* sat longe petiolata, obtusa, cum *infimis* cordata; *inferiora* vix cordata, sed basi parum attenuata et in petiolum desinentia; *superiora* linearia, acutiuscula, sessilia, semiamplexicaulia et utrinque linea elevata, ciliata, decurrentia. *Involucri foliola* angusto-linearia, integerrima, acuta, glabra, Capitulo ex ovali oblongo, demum spicato, breviore. *Flores* atroviolacei.

Schwarze Rapunzel.

In pratis et montosis circa *Thermas Carolinas* et *Rosenberg* Bohemiae (*Schmidt*). 4. Fl. Jun., Jul.

13. Phyteuma *spicatum.*

P. foliis radicalibus et caulinis inferioribus cordatis, duplicato-serratis petiolatis; superioribus lineari-lanceolatis, utrinque attenuatis subsessilibus, subserratis, involucri foliolis linearibus, pilis flexuosis articulatis ciliatis, brevioribus capitulo longo, spicato.

Phyteuma spicatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 923. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 248. *Besser* Galic. n. 244. *Bönninghaus.* Fl. Monast. n. 282. *Gmelin* Badens. n. 319. *Lumnitz.* Poson. n. 213. *Mattuschka* Siles. n. 141. *Pollich* palat. n. 215. *Römer* et *Schul-*

tes Syst. Veget. 5. pag. 82. *Schkuhr* Handb. 1. p. 130. Tab. 39. *Schmidt* Bohem. n. 191. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 886. *Vest* Manuale p. 460. Flora Dan. Tab. 362.

Rapunculus spicatus. *Scop.* Carn. 2. n. 238.

Rapunculus quintus, nemorosus primus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 794.

Rapunculus spicatus, sive comosus, albus et caeruleus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 809.

Rapuntium majus Alopecuri comoso flore. *Lobel* Icon. 1. pag. 329.

Radix inferne napiformis. *Caulis* erectus, angulatus, simplex, glaber, laxe foliosus, pedalis et bipedalis. *Folia* glabriuscula: *radicalia* et *caulina inferiora* longe petiolata, cordata, acuminata, obtusiuscula, duplicato-serrata; *media* ovali-lanceolata, basi attenuata et in petiolum brevem desinentia, simpliciter serrata; *superiora* magnitudine decrescentia, lineari-lanceolata, acuminata, subsessilia, basi parum attenuata, subintegerrima et pilis articulatis, flexuosis, laxe ciliata. *Involucri foliola* linearia, acuminata, magnitudine inaequalia, pilis articulatis, flexuosis ciliata, capitulo ovali elongato, spicato, longe breviora. *Flores* ochroleuci vel albidi, vel caerulei, vel purpureo-violacei, densi. *Stigma* saepius bifidum, rarius trifidum.

Observ. **Pro loci natalis conditione valde variabilis planta est respectu florum colore et capituli figurae ex ovali-oblonga in cylindraceam.**

Aehrentragende Rapunzel.

Variat, **licet rarius,** *Corollis* **quadrifidis et** *staminibus* **quatuor.**

In silvis et nemoribus humidioribus, in pratis silvaticis, montosis et demissis, ad silvarum margines. ♃ **Fl. Jun., Jul.**

* * * *

Observ. **Quum** *Phyteumatis* **character distinctivus a** *Campanula* **consistat in** *Filamentis basi latitudine aequalibus*, **nec dilatatis,** *Phyteuma canescens Waldst.* **et** *Kitaib.* **ad hoc genus nullo modo referri potest, sed vera** *Campanula* **est, cui etiam adscripsi.**

160. CAMPANULA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 290. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 183. Gaertner de Fruct. 1. pag. 153. Tab. 31.

Calyx superus, quinquepartitus vel decempartitus: *Laciniis* quinque alternis reflexis germen tegentibus. *Corolla* campanulata, quinquefida vel nonnihil subrotata, marcescens. *Filamenta* staminum basi dilatata, conniventia et *Nectaria* in fundo corollae tegentia. *Capsula* angulosa, tri-seu quinquelocularis, foraminibus totidem lateralibus emittens *Semina* plura. *Receptaculum* oblongum, fungosum, angulo interno singuli loculamenti longitudinaliter adnatum.

Observ. Pro charactere generico hujus generis *Linneus* et illum sequentes botanici plurimi *Nectarium* statuunt, Valvulis quinque constructum in fundo corollae, quorum apici filamenta inserta dicuntur. At hae putatae Valvulae sunt potius pars filamentorum infima dilatata, cujus ope *Glandulae* quinque *nectariferae*, vel etiam *Torulus nectariferus*, stylum basi cingentes, teguntur. Hisce filamentis basi dilatatis nititur quoque character distinctivus a genere proxime cognato *Phyteumate*, in quo filamenta basi non dilatata, sed latitudine aequalia, cernuntur.

A. Capsula nuda: Calyce quinquepartito.

a) *Foliis laevibus.*

1. Campanula *uniflora.*

C. caule simplici, unifloro, foliis leviter crenatis: inferioribus oblongis petiolatis: supremis lineari-lanceolatis, subsessilibus, calycis laciniis lanceolatis, capsula erecta, oblongo-pyriformi, angulis subalatis ciliatis.

Campanula uniflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 890. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 89. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 889.

Radix profunda, stolones plures, aliquos foliosos, caulemque producens. *Folia* glabra, leviter crenata, alterna: *stolonum* ovalia, obtusa, subpetiolata, subintegerrima: *caulina inferiora* oblonga obtusiuscula, petiolata; *media* lanceolata; *summa* lineari-lanceolata, subsessilia. *Caulis* plerumque solitarius, oblique erectus, simplex, teres: *floriger* sesquipollicaris; *fructiger* digitalis, strictus, superne subpilosus, caeterum glaber. *Flos*

rminalis, solitarius, saturate caeruleus, plerumque cernuus. ermen inferum, oblongum, corolla parum brevius, angulis pi- sis. *Calycis laciniae* lanceolatae, latiusculae, dorso margine- ıe pilosae, corolla duplo fere breviores. *Corolla* parva, cam- ınulata, basi angustata. *Capsula* erecta, elongato-pyriformis, miuncialis, sexangularis: *angulis* submembranaceis, ciliatis.

Einblumige Glockenblume.

In alpibus Hungariae (*Kitaib.*). 2. Fl. Jun., Jul., Aug.

Campanula *pulla.*

C. caule simplici, unifloro, foliis remote crenatis: radicali- subcordatis, cum caulinis infimis longius petiolatis; caulinis tis, calycis laciniis lineari-subulatis, capsula ovato-turbina- nutante, glabra.

Campanula pulla. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. . 890. *Jacq.* Observ. 1. pag. 30. Tab. 18. *Ejusd.* Flora str. 3. Tab. 285. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 91. *höpfer* Fl. Oenopont. n. 90. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 891. *op.* Carn. 2. n. 123. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 34. *st* Manuale p. 461.

Campanula alpina latifolia, flore pullo. *C. Bauh.* prodr. . 33.

Radix repens. *Caules* digitales, palmares, adscendentes, cti, filiformes, teretes, inferne pilosuli, plerumque simplicissi- rarius uno vel altero ramo praediti, foliosi. *Folia* glabra, ote crenata: *radicalia* cordata cum *caulinis inferioribus* lon- petiolata; *caulina* alterna; *infima* reliquis minora, ovato- otunda, obtusa; *superiora* ovata, parum acuminata, brevius olata; *summum* unum vel alterum elliptico-lanceolatum, sub- ile. *Pedunculus* terminalis, biuncialis aut paullo longior, is, glaber, uniflorus. *Flos* cernuus, magnitudine *Camp. ro- difoliae.* *Calycis laciniae* lineari-subulatae, vix longitudine idiae corollae. *Corolla* saturatissime caerulea. *Capsula* gla- , cernua, basi triumbilicata.

Dunkelblaue Glockenblume.

Variat Floribus pluribus in summitate caulis.

Campanula foliis subrotundis. *C. Bauh.* prodr. p. 34. Fig. p. 35.

In alpibus Austriae (*Jacq.*, *Host*, *Vest*), Styriae (*Sar- i*), Carnioliae (*Scopoli*), Bohemiae (*Pohl*). 2. Fl. tota ate.

3. Campanula *cenisea.*

C. caule simplici, unifloro, foliis obovatis, oblongisve, sessilibus, integerrimis, dorso margineque pilosis, calycis laciniis lineari-lanceolatis, capsula turbinata, erecta, hirta.

Campanula cenisea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 889. *Braune* Salisburg. n. 193. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 88. *Allion.* Pedemont. n. 365. Tab. 6. Fig. 2.

Campanula plerumque multicaulis, uniflora, foliis ovatis, sessilibus, integerrimis. *Allion.* rar. Pedem. stirp. Spec. 1. p. 35. Tab. 5. Fig. 1.

Radix repens, alternatim emittens foliorum rosulas, demum cauliferas. *Caules* adscendentes, erecti, simplicissimi, filiformes, foliosi, uniflori, unciales et sesquiunciales. *Folia* tam radicalia, quam caulina obovata, (vel oblongo-linearia. *Schrank, Braune*) basi attenuata, obtusa, dorso, margineque pilosa, integerrima: *radicalia* in rosulam densam disposita; *caulina* alterna; *summum* lineari-lanceolatum. *Pedunculus* terminalis, solitarius, duas ad tres lineas longus, uniflorus. *Flos* caeruleus, ratione plantae magnus. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, corolla dimidio breviores. *Corolla* profunde quinquefida. *Capsula* turbinata, erecta, hirta, trilocularis.

Cinesische Glockenblume.

In *Schilherhähe* Principatus Salisburgensis (*Schrank, Braune*). ♃. Fl. tota Aestate.

4. Campanula *Zoysii.*

C. caulibus subtrifloris, foliis integerrimis, glabris: radicalibus et caulinis infimis ellipticis, longe petiolatis; superioribus oblongo-ovatis, obtusis, sessilibus, calycis laciniis lineari-lanceolatis, corollae limbo barbato, capsula oblongo-turbinata, nutante, glabra.

Campanula Zoysii. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 891. *Jacq.* Icon. rar. Tab. 334. *Reiner* et *Hohenw.* Iter 2. p. 165. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 91. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 22. *Vest* Manuale pag. 461. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 2. p. 122.

Radix caespitosa, ramosa. *Caules* bi-seu triunciales, erecti, filiformes, foliosi, simplices, plerumque uniflori, interdum biflori, rarius triflori. *Folia* glabra, crassiuscula, integerrima: *radicalia* et *caulina inferiora* elliptica, longius petiolata; *cau-*

a alterna, copiosa; *superiora* oblongo-ovata, obtusa, brevis-
ıe petiolata. *Pedunculi* sesquilineares, nudi. *Flores* nutan-
. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, corolla duplo brevio-
. *Corolla* saturate seu dilute coelestino-caerulea, lineis quin-
: saturatioribus picta, *Laciniis* barbato-villosis, caeterum gla-
. *Capsula* glabra, angulosa, ovato-turbinata, nutans.

Zoysische Glockenblume.

In campestribus alpium *Wochinensium* Carnioliae (*Zoys*, *ulfen*). 2. Fl. Julio.

Campanula *carpathica.*

C. caule subramoso, ramis unifloris, foliis glabris: radica-
s et caulinis cordatis, serratis, petiolatis: rameis lineari-lan-
latis, calycinis laciniis lanceolatis, capsula oblongo-turbinata,
ora, erectiuscula.

Campanula carpathica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I.
I. p. 894. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 93.
hultes Oestr. Flora 2. n. 899. *Trattinnik* Oestr. Fl.
c. 18. *Römer* Fl. Europ. Fasc. 3.

Caules adscendentes, debiles, subramosi, pubescentes, sim-
es et ramosi, uni-vel pauciflori. *Rami* constanter uniflori,
olo uno et altero praediti, glaberrimi. *Folia* glabra, nitida,
ulato-serrata: *radicalia* et *caulina* cordata, longe petiolata;
ea, si adsunt, lineari-lanceolata, subsessilia, exigua. Petioli
ri vel nonnihil in culta planta subpilosi. *Flores* termina-
solitarii, magni, erectiusculi. *Calycis laciniae* lanceolatae,
lla saltem duplo breviores. *Corolla* infundibuliformi-cam-
ılata, violacea. *Capsula* oblongo-turbinata, longitudine la-
ırum calycis, glabra, erectiuscula.

Karpathische Glockenblume.

In montibus Carpathicis Hungariae (*Kitaibel*). 2. Fl.
ate.

Campanula *dasycarpa.*

C. caule subsimplici, subunifloro, foliis petiolatis, rotunde
ıatis: radicalibus et caulinis inferioribus ovatis obovatisve;
iis oblongo-lanceolatis; summis linearibus, calycis laciniis
eolatis, capsula ovata, erecta, piloso-scabra.

Campanula dasycarpa. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 5.
3. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 900.

Habitu simillima praecedentis *Camp. carpathicae*, differt vero: 1. *Caule* erectiore, strictiore (in culta planta glabro). 2. *Foliis radicalibus* et *caulinis* ovatis vel obovatis, in petiolum parum attenuatis, crenatis, crenis rotundatis. 3. *Petiolis* pilosis. 4. *Capsula* ovata, pilis longis, sericeis, exstantibus scabra.

Observ. Exceptis differentiis indicatis planta culta simillima est *Camp. Carpathicae* in florescentia, magnitudine et colore florum.

Rauchfrüchtige Glockenblume.

In sylvis *Scepuriae (Mauksch* et *Kitaib.)* 2. Fl. Aestate.

7. Campanula *rotundifolia.*

C. caule ramoso, paniculato, foliis radicalibus reniformibus cordatisve, serratis, petiolatis, cito marcescentibus, caulinis lanceolato-linearibus, subintegerrimis, sessilibus, calycis laciniis lineari-subulatis, capsula ovata, glabra, cernua.

Campanula rotundifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 892. (exclusis β et γ.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 249. *Besser* Galic. n. 233. *Gmelin* Badens. n. 305. *Lumnitz.* Poson. n. 304. *Pollich* palat. n. 206. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 94. *Schultes* Oestr. 2. n. 892. *Vest* Manuale p. 461. Flora Dan. Tab. 1086.

Campanula minor, rotundioribus imis foliis. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXIII.

Rapunculus sylvestris minor. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 409.

Campanula minor rotundifolia. *Lobel* Icon. I. p. 328.

Radix lignosa, fibrosa. *Caules* erecti, teretes, glabri, fere pedales, simplices, superne divisi, subpaniculati. *Rami* tenues, uniflori. *Folia* glabra: *radicalia* in caespitem disposita, reniformia vel cordata, subrotunda, serrata, petiolata, florescentiae tempore jam emarcida: *caulina* alterna, lanceolato-linearia, sessilia, plerumque integerrima. *Flores* subnutantes. *Calycis laciniae* lineari-subulatae, erectae, corolla duplo fere breviores. *Corolla* caerulea vel interdum alba. *Capsula* ovata, cernua, glabra.

Rundblättrige Glockenblume.

In pascuis siccioribus, ericetis, agris, arvis. 2. Fl. tota Aestate.

. Campanula *pusilla.*

C. caule simplici, subtrifloro, foliis omnibus serratis, petiotis: radicalibus cordato-ovatis persistentibus; caulinis linearilanceolatis; summis subsessilibus, calycis laciniis lineari-subulatis, capsula ovato-turbinata, glabra, nutante, pentagona.

Campanula pusilla. Hänke in *Jacq.* Collect. 2. p. 79. *melin* Badens. n. 306. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. 95. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 893. *Vest* Manuale p. 462. *Willd.* Enum. Pl. horti bot. Berol. p. 209.

Campanula rotundifolia β pusilla. Willd. Spec. Plant. nn. T. I. P. II. p. 892.

Campanula rotundifolia alpina. *C. Bauh.* Prodr. p. 34 c. g.?

Distinguitur a *Campanula rotundifolia*, cujus varietas puta est a nonnullis: 1. *Caule* humiliore, simplici bi- seu tri-, rius unifloro. 2. *Foliis radicalibus* majoribus, densius caestosis, firmis, non evanescentibus florescentiae tempore, nitidis, rdato-ovatis, seu subrhomboideis; *caulinis omnibus* serratis, tiolatis. 3. *Corolla* duplo fere majore, pallidiore.

Kleine Glockenblume.

In alpibus noricis *(Hänke)*, in montosis Galiciae *(Besser)*, ad montis *Belchen* rupes Marggrav. Badensis superioris *Gmelin)*. 24. Fl. tota Aestate.

Campanula *caespitosa.*

C. caule adscendente, laxe paniculato: radicalibus ovatis, tiolatis, cum caulinis inferioribus dentatis; inferioribus lanolatis, imbricatis, sessilibus; superioribus linearibus, remotis, tegerrimis, calycis laciniis lanceolatis, acutis, brevibus, capla ovato-turbinata, glabra, nutante, decagona.

Campanula caespitosa. Scop. Carn. 2. n. 225. Tab. 4. *raune* Salisburg. n. 195. *Römer* et *Schultes* Syst. Vet. 5. p. 96. *Schmidt* Bohem. Cent. 2. p. 67. *Schrank* ivar. n. 379. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 894. *Vest* Maale p. 462.

Campanula rotundifolia γ caespitosa. Willd. Spec. Plant. nn. T. I. P. II. p. 892.

Campanula pusilla β caespitosa. Pohl Bohem. n. 314.

Caules cum surculis, altero anno florentibus, caespitosi, ithamaei, angulati, ramosi, foliosi. *Rami* tenues, laxi, pauci-

flori. *Folia* glabra: *surculorum* ovata, acuminata, dentata, petiolata; *caulina* sessilia: *inferiora* lanceolata, imbricata, sessilia, sparsa, subtus punctata, supra medium subconcava, dentibus glandula rubella; *superiora* linearia, integerrima, remotiuscula. *Flores* nutantes. *Calycis laciniae* lanceolatae, acutae, corolla quadruplo seu quintuplo breviores. *Corolla* saturate caerulea, ovato-ventricosa. *Capsula* ovato-turbinata, glabra, nutans, decagona: *angulis alternis crassioribus.*

Rasen-Glockenblume.

In alpibus, montibus saxosis, siccis, Carnioliae *(Scopoli)*, Styriae *(Schultes)*, Bohemiae *(Schmidt)*, Bavariae *(Schrank)*, Principatus Salisburg. *(Schrank)*. 24. Fl. Jul., Aug.

10. Campanula *pubescens.*

C. caule hirsuto, submultifloro, foliis glabris, serratis, petiolatis: radicalibus cordatis; caulinis imis ovatis, reliquis lanceolatis, calycis laciniis linearibus, capsula glabra, nutante.

Campanula pubescens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 894. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 96. *Schmidt* Flora Bohem. n. 315. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 895.

Ad *Campanulam rotundifoliam* propius accedit, quam ad ullam aliam speciem. *Caules* e caespite nonnulli, basi decumbentes, tunc adscendentes, angulosi, inferne plerumque hirsuti pilis patulis, superne glabriusculi, plerumque ramosi, laxe paniculati, multiflori, vel interdum quoque simplices, subuniflori. *Rami* filiformes, uni-, bi-, rarius triflori. *Folia* glabra, serrata, petiolata: *radicalia* in caespitem disposita, persistentia, cordato-subrotunda; *caulina inferiora* oblongo-elliptica, brevius petiolata; *superiora* oblongo-lanceolata, remote serrata, basi in petiolum brevissimum attenuata; *summa* et *ramea* linearia. *Flores* subnutantes. *Calycis laciniae* lineares, corolla duplo breviores. *Corolla* caerulea. *Capsula* glabra, nutans.

Observ. I. A *Camp. rotundifolia* facile distinguitur: 1. *Statura* minore. 2. *Caule* hirsuto. 3. *Foliis* omnibus petiolatis.

Observ. II. Huic speciei figura *Campanulae alpinae* rotundifoliae minoris, *C. Bauh.* Prodr. pag. 34. melius respondet, quam *Camp. pusillae.*

Weichhaarige Glockenblume.

In rupibus sylvae Bohemiae *(Schmidt)*. 24. Fl. Jun. et Jul.

11. Campanula *Waldsteiniana.*

C. caule flexuoso, submultifloro cum foliis glabro, foliis serratis: inferioribus ovatis; superioribus lanceolatis, calycis laciniis linearibus, capsula glabra, erecta.

Campanula Waldsteiniana. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 99.

Campanula flexuosa. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. Tab. 136. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 898.

Sequentibus describitur planta: *Caules* plures, digitales et palmares, caespitosi, flexuosi, glabri. *Rami* quatuor ad septem, uniflori. *Folia* remote serrata, glabra; *inferiora* ovata; *superiora* lanceolata; *ramea* plerumque duo, minuta. *Flores* erecti. *Calycis laciniae* subulatae, basi interdum dentatae, patentes aut reflexae, *Corolla* violacea: *Laciniis* obtusis, profundis, reflexis. *Capsula* basi pentagona.

Waldsteinsche Glockenblume.

In rupibus Croatiae (*Waldst.* et *Kitaib.*) 24. Fl. Jul.

12. Campanula *linifolia.*

C. caule simpliciusculo, uni-seu paucifloro cum foliis plus minus pubescente, foliis radicalibus obovatis, serratis, cito emarcidis; caulinis lineari-lanceolatis, in petiolum brevissimum attenuatis, subintegerrimis, calycis laciniis setaceis, capsula ovato-turbinata, subpubescente, nutante.

α pubescens.

Campanula linifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 893. *Braune* Salisburg. n. 196. *Gmelin* Badens. n. 307. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 81. *Schmidt* Bohem. 163. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 101. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 897. *Vest* Manuale p. 462.

Campanula foliis elliptico-lanceolatis, hirsutis, raro denticulatis, caule unifloro. *Allion.* Spec. 1. rar. plant. Pedemont. p. 39. Tab. 6. Fig. 1.

Campanula linifolia, rara, caerulea. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 797.

β glabra.

Campanula Scheuchzeri. Villars Delphin. 2. pag. 503. Tab. 16. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 896.

γ tenuifolia.

Campanula tenuifolia. Hoffmann Germ. 1. p. 100.

Campanula rotundifolia γ tenuifolia. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 94.

Radix filiformis, repens. *Caulis* adscendens, erectus, digitalis, palmaris et semipedalis, vel saepius simplicissimus et uniflorus, vel apice ramo uno alterove brevi unifloro auctus, in *α* et *γ* pubescens, in *β* glaber. *Folia radicalia* in planta florente emarcida, obovata, serrata, in petiolum brevem attenuata: *caulina inferiora* oblongo-lanceolata, plus minus dentata, basi attenuata et subsessilia; *superiora* lineari-lanceolata, sessilia, tamen basi parum angustiora, plerumque integerrima: in *α* et *γ* inferiora pubescentia; in *β* glabra. *Flos* vel terminalis, solitarius, vel duo, tres, rarius quatuor, subsecundi, subnutantes. *Pedunculi* in caule multifloro unciales et supra medium foliolis duobus, setaceis bracteati; in caulibus unifloris sesquiuncialis et nudus. *Calyx* in *α* et *γ* cum Germine plus minus pubescens, in *β* glaberrimus: *Laciniis* setaceis. *Corolla* cyanea, in *α* et *β* fere magnitudine *Camp. persicifoliae*, in *γ* duplo minore, tamen majore, quam in *Camp. rotundifolia*. *Capsula* pentagona, vel pubescens, vel glabra, ovato-turbinata, subnutans.

Observ. Varietatem *γ tenuifoliam* pro *Camp. rotundifoliae* varietate venditarunt auctores, at in omnibus partibus convenit cum hac specie, licet caulis tenuior, folia duplo angustiora et flores minores occurrant.

Flachsblättrige Glockenblume.

In alpibus austriacis (*Hänke*), Hungaricis (*Schultes*), Bohemicis (*Schmidt*), Salisburgensibus (*Schrank*), in rupibus montis *Belchen* Marggrav. Badensis superioris (*Gmelin*). 4. Fl. tota Aestate.

13. Campanula *patula.*

C. caule ramoso, paniculato, panicula patula, foliis planis: imis obverse lanceolatis, petiolatis, crenatis; superioribus oblongo-lanceolatis acutis, subserratis, sessilibus, calycis laciniis setaceis, capsula glabra, erecta, radice fibrosa.

Campanula patula. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II.

p. 896. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 250. *Besser* Galic. n. 204. *Gmelin* Badens. n. 308. *Lumnitz.* Poson. n. 205. *Pollich* palat. n. 207. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 103. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 901. *Scop.* Carn. 2. n. 227. *Vest* Manuale p. 462. *Wallroth* Schedulae crit. 1. pag. 85. Flora Dan. Tab. 373.

α *stricta:* caule basi foliisque utrinque parce pubescentibus, pedunculis patentibus rigidis, calycibus glaberrimis. *Wallroth* Sched. crit. l. c.

β *punctata:* foliis inferioribus oblongo-lanceolatis, obtusis, pedunculis patentibus rigidis, calycibus glanduloso-punctatis. *Wallroth* Sched. crit. l. c.

δ *flaccida:* foliis radicalibus exacte ovatis, in petiolum abrupte attenuatis, caulinis cauleque flaccidis, ramis pedunculisque filiformibus, diffusis, floribus minoribus. *Wallroth* Sched. crit. l. c.

Campanula neglecta. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 104.

Campanula nemorosa, angustifolia, parvo flore. *Rupp.* Jen. pag. 30.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, angulatus, sesquipedalis et altior, inferne simplex, scaber, superne ramosus, glabriusculus, paniculatus. *Folia radicalia* elliptico-lanceolata, obtusa, in petiolum decurrentia, crenata, plana, plerumque glabra; *caulina* oblongo-lanceolata, acuta, serrata, sessilia, semiamplexicaulia, vel glabra vel pubescentia. *Rami* patentes; ramulis unifloris. *Flores* erecti. *Bracteae* in ramis ramulisque remotae, lineares. *Calycis laciniae* lanceolato-lineares, plerumque basi utrinque denticulo uno alterove praeditae. *Corolla* pallide caerulea, vel e purpureo violacea, fere ad medium usque quinquefida. *Capsula* glabra, erecta.

Ausgebreitete Glockenblume.

Variat interdum *Foliis* caulinis subdecurrentibus Campanula patula β decurrens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *Pohl* Bohem. n. 317.

In sylvis, collibus dumetosis, arvis sylvaticis et juniperetis. ♂. Fl. Jun., Jul.

14. Campanula *Rapunculus.*

C. caule ramoso, paniculata, panicula racemosa, foliis un-

dulatis: imis oblongo-ellipticis, petiolatis crenatis; superioribus lineari-lanceolatis, acutis, subserratis, sessilibus, calycis laciniis setaceis, capsula glabra erectiuscula, radice fusiformi.

Campanula Rapunculus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 896. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 251. *Besser* Galic. Vol. 2. p. 343. *Gmelin* Badens. n. 309. *Pollich* palat. n. 208. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 105. *Schkuhr* Handb. 1. p. 126. Tab. 39. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 902. *Vest* Manuale p. 463. Flora Dan. Tab. 1326.

Rapunculus sylvestris. *Fuchs* Hist. p. 214.

Rapunculus esculentus. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 793.

Habitu quam proxima est *Camp. patulae*, distincta vero: 1. *Radice* fusiformi, crassitie digiti minimi, esculenta. 2. *Caule* infra medium hirsutiore. 3. *Foliis* crenato-vel serrato-undulatis. 4. *Panicula* elongata, racemosa, stricta: *Ramis* plerumque trifloris, flore intermedio prius florente, lateralibus longe serioribus. 5. *Floribus* dimidio minoribus, subsecundis, ventricosioribus.

Rapunzel-Glockenblume.

In pratis siccioribus, agris, cultis, vineis, sepibus et dumetis passim. ♂. Fl. Majo, Jun.

15. Campanula *persicifolia.*

C. caule simplici, racemoso, cum foliis obsolete crenulatis, glabro, foliis imis obverse lanceolatis in petiolum attenuatis: superioribus lineari-lanceolatis, sessilibus, calycis laciniis lanceolato-subulatis, capsula obovata, erecta, glabra.

Campanula persicifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 897. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 252. *Besser* Galic. n. 235. *Gmelin* Badens. n. 310. *Lumnitz.* Poson. n. 206. *Pollich* palat. n. 209. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 106. *Schmidt* Flora Bohem n. 170. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 903. *Scop.* Carn. 2. n. 228. *Vest* Manuale p. 463. Flora Dan. Tab. 1087.

Campanula persicae folio. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXI.

Rapunculus nemorosus secundus. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 795.

Radix sublignosa, tuberculosa, fibrosa, stolonifera. *Caulis* erectus, striato-angulosus, simplex, glaber, racemosus. *Folia*

labra, duriuscula, nitida: *radicalia* in caespitem congesta, obrse lanceolata, obtusa, in petiolum decurrentia, obtuse denta-; *caulina* alterna, lineari-lanceolata, sessilia, tenuissime crenata. *Pedunculi* ex alis foliorum superiorum, solitarii, uniflori, labri. *Bracteae* ad pedunculorum basin duae, minutae, lanolatae. *Flores* magni, speciosi. *Calycis laciniae* lanceolato-bulatae, patulae, corolla triplo saltem breviores. *Corolla* violaceo-caerulea, rarius alba. *Capsula* obovata, erectiuscula trina, trisulcata.

Pfirsichblättrige Glockenblume.

In nemorosis montosis et pratis sylvaticis. 2. Fl. Jun., Jul., ig.

5. Campanula *lilifolia* (liliflora?)

C. caule simplici, paniculato, panicula patulo-erecta, foliis ratis, supra glabris, basi attenuatis: inferioribus petiolatis, ova-; superioribus lanceolatis, sessilibus, calycis laciniis ovato-nceolatis, serrulatis, stylo elongato, capsula obovata, nutante.

Campanula lilifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 899. *Besser* Galic. n. 236. *Römer* et *Schultes* Syst. get. 5. p. 110. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 905. *Waldst.* et *itaib.* Plantae rar. Hung. Tab. 247.

Radix nodosa, lignosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, ine simplex, superne paniculatus, bi-, tripedalis et altior. *lia* basi attenuata, alterna, supra glabra, subtus plerumque osula, serrata: *radicalia* in planta florente emarcida; *caulina eriora* vel obovata, vel ovato-lanceolata, petiolata; *superiora* nceolata vix petiolata; *floralia* lineari-lanceolata, sessilia. *nicula* terminalis, erecto-patula. *Bracteae* duae, minutae in ovis pedunculo. *Flores* nutantes dimidio majores, quam in *mp. rotundifolia. Calycis laciniae* lanceolatae, acutae, seratae, plus minus pilosae. *Corolla* pallide caerulea, per excationem plerumque saturatior. *Stylus* demum elongatus, plus nus exsertus et corollam saepius ad tertiam partem superans. *igma* pubescens, caeruleum. *Capsula* nutans, decagona, obta.

Observ. Non absque jure suspicantur amici *Römer* et *Schultes* in Syst. Veget. l. c. olim forte lapsu calami nomen specificum hujus plantae *lilifolia* pro *liliflora* scriptum fuisse, flores enim omnino *Lilii* similes, minime vero folia sunt.

Lilienblättrige (eigentlich: *Lilienblühtige*) *Glockenblume.*

Variat Floribus in racemum simplicem dispositis.

In fruticetis et collibus sylvaticis Galiciae *(Besser)*, in Comitatu Arvensi Hungariae *(Waldst. et Kitaib.)* 4. Fl. Aug., Sept.

17. Campanula *rhomboidea.*

C. caule simplici, racemoso, racemo secundo, foliis rhomboideis, serratis, subsessilibus, calycis laciniis setaceis, stylo demum elongato, exserto, capsula ovata, glabra, nutante.

Campanula rhomboidea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 899. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 252. *Römer et Schultes* Syst. Veget. 5. p. 112. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 906. *Scop.* Carn. 2. n. 230. Vest Manuale p. 460.

Campanula Drabae minoris folio. *C. Bauh.* Prodr. p. 96.

Campanula glabra, flore dilutissime caeruleo. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 806.

Campanula Teucrii folio. *Barrel.* Icon. Fig. 567.

Caulis erectus, simplex, striatus, fere glaber, sesquipedalis et altior. *Folia* sparsa et copiosa rhomboidea, vel ovato-lanceolata, acuta, serrata, brevissime petiolata seu subsessilia, glabra, subinde pilosa. *Racemus* terminalis, plerumque secundus. *Pedunculi* uni-seu bi-et triflori. *Bracteae* lineares, dente uno alterove praeditae. *Flores* nutantes. *Calycis laciniae* vel integerrimae, vel denticulatae, lineari-setaceae. *Corolla* dilute caerulea. *Stylus* demum elongatus, corollam excedens. *Capsula* ovata, nutans, glabra, venoso-reticulata.

Rautenblättrige Glockenblume.

In Carnioliae agro *Goriziensi* et M. S. Caterinae *(Wulfen, Scop.)*, in Hungaria *(Schultes)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

18. Campanula *canescens.*

C. caule simplici, racemoso, racemo aequali, subpaniculato, foliis sessilibus, subcanescentibus, margine scabris: inferioribus ovatis, crenato-serratis, superioribus lanceolatis, subintegerrimis, calycis laciniis lanceolatis, corolla subrotata, capsula obovata, pubescens, erecto-patula.

Phyteuma canescens. Willd. Enum. Plant. horti bot. Be-

rol. p. 215. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 1: p. 12. Tab. 14. *Besser* Galic. n. 246. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 86. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 888. *Trattinnik* Tabular. Tab. 745.

Tota planta cum genitalibus pube tenui, cinerascente tecta. *Caulis* adscendens, erectus, obtuse angulosus, saepe rubro-fuscus, simplex. *Folia* alterna, approximata, sessilia, subtus pallidiora, margine scabra: *inferiora* vel obovata, vel exacte ovalia, obtusa, crenato-serrata, crenula scilicet singula denticulo incurvo terminata: *superiora* magnitudine decrescentia, lanceolata, subintegerrima; *floralia* lineari-acuminata, integerrima. *Racemus* subpaniculatus, elongatus, virgatus. *Flores* axillares; *inferiores* plerumque terni; *superiores* gemini vel solitarii, breviter pedicellati. *Bracteae* ad pedicellorum basin exiguae, lineares, acuminatae. *Calycis laciniae* lanceolatae, carinatae. *Corolla* lilacina, subrotata. *Laciniis* linearibus, patentibus, basi tantum cohaerentibus. *Staminum Filamenta* basi dilatata, *Glandulas* quinque nectariferas, stylum basi cingentes, tegentia. *Stigma* trifidum. *Capsula* obovata, angulata, erecto-patula, poris infra calycem dehiscens.

Observ. Corollae figura in *Campanulae* genere nullo modo pro charactere valet. In plerisque speciebus corolla campanulata est, in nonnullis vero in rotatam transit, e. c. in *Camp. peregrina.* Corolla itaque rotata hujus plantae descriptae obstaculum praebere nequit, quin ad Campanulam referatur. Secundum structuram filamentorum et praesentiam glandularum, stylum cingentium, est vera *Campanula.*

Graue Glockenblume.

Variat in solo fertiliore *Caule* superne ramoso.

In apricis montosis circa *Baden* et orientem versus ad Transsylvaniam usque. ♃. Fl. Jul. — Oct.

19. Campanula *pyramidalis.*

C. caule paniculato, panicula elongata, coarctata, stricta, foliis petiolatis, cartilagineo-serratis; inferioribus cordato-ovatis; superioribus elliptico-lanceolatis, calycis laciniis lanceolatis, capsula glabra, erecta, trigona.

Campanula pyramidalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 898. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 253. *Besser* Galic. Vol. 2. p. 343. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5.

p. 106. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 904. *Scop.* Carn. 2. n. 229. *Vest* Manuale p. 463.

Campanula lactescens pyramidalis. *Clusii* Hist. 2. pag. CLXXI.

Tota planta glabra et vulnerata lactescens. *Caulis* erectus, strictus, paniculatus, tri-ad sexpedalis. *Folia* lucida, cartilagineo-serrata, petiolata: *radicalia* et *caulina inferiora* cordato-ovata; *superiora* elliptico-lanceolata; *floralia* lanceolata. *Panicula* elongata, speciosa. *Pedunculi inferiores* subtriflori; *superiores* bi-et uniflori. *Flores* erecti. *Calycis laciniae* lanceolatae, horizontaliter patentes. *Corolla* caerulea, ultra medium quinquefida, patula. *Capsula* erecta, trigona.

Pyramidenartige Glockenblume.

In rupibus, maceriis, muris vetustis Carnioliae, Forijulii, Litoralis *(Scop., Host)*, Hungariae prope *Medack (Schultes)*, Galiciae *(Kluk)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

20. Campanula *Thaliana.*

C. caule ramoso, racemo elongato, stricto, foliis subtus incano-pubescentibus, inaequaliter dentatis: inferioribus ovato-oblongis, cordatis, petiolatis; superioribus sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis linearibus, capsula glabriuscula, obovata, subnutante.

Campanula Thaliana. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 86.

Campanula bononiensis. Besser Galic. n. 238. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 910. *Schultz* Suppl. Florae Stargard. p. 12. *Wallroth* annus bot. p. 33.

Campanula media, foliis inferius candida languine vestitis. *Rupp.* Jen. p. 29.

Cervicaria media. *Thal.* Hercyn. p. 32.

β ruthenica, floribus minoribus.

Campanula ruthenica. Willd. Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 211. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 123. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 912.

Campanula bononiensis Var. *Schultz* Suppl. Fl. Starg. l. c.

Radix subnapiformis, fibrosa, alba. *Caulis* erectus, teres, inferne levis, seu obsolete striatus, pube molli canescens, superne inter flores angulato-striatus, media parte maxime foliosus, simplex vel interdum superne uno alterove ramo praeditus, bi-ad quadripedalis. *Folia* supra tenuiter, subtus dense et molliter in-

cana, inaequaliter dentata: *radicalia* et *caulina infima* a cordata basi ovato-oblonga, longe petiolata; *inferiora* cordato-oblonga, acutiuscula, brevius petiolata et non raro in petiolum ala foliacea, lyrato-undulata, decurrentia; *media* subsessilia cum *superioribus* cordato-acuminata, semiamplexicaulia, confertiora, *summa* sensim minora, e basi ovata acuminata, saepe conduplicata et recurva. *Racemus* longissimus, dimidiam saepe caulis partem aequans, strictus, nunc et plerumque simplicissimus, nunc inferne ramulis nonnullis lateralibus, gracilibus, multo brevioribus, erecto-patentibus, aphyllis, auctus, floribus numerosissimis, undique sparsis, compositus. *Pedunculi* foliis parvis, illos subaequantibus suffulti; *inferiores* conferti, variae longitudinis, semper multiflori, erectiusculi, demum recurvi; *summi* alterni, subopositi, uniflori, racemum acutum constituentes. *Calyx* obovatus, brevis, pilis brevissimis, raris, adpressis hirsutiusculus, demum glabratus: *Laciniis* linearibus, calycem longitudine subaequantibus, patentibus, demum reflexis, margine ex pilis rigidis quasi serrulatis. *Corolla* magnitudine *Camp. patulae*, saturatius caerulescens: *Laciniis* obtusis, pistillum subaequantibus. *Capsula* obovata, costato-angulata, plerumque glaberrima, laete virens, cum quodam nitore, Pisi magnitudine, nutans.

Thal's-Glockenblume.

In dumetis et sylvaticis pratis siccioribus *Austriae*, *Pannoniae*, *Litoralis* (*Host*), Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*), Stargardiae (*Schultz*), prope Halam Saxonum (*Sprengel*, *Wallroth*) et alibi in Germania australiore. 2. Fl. Jul., Aug.

b) *Foliis scabris.*

21. Campanula *latifolia.*

C. caule simplici, racemoso, foliis hirsutis, duplicato-serratis: inferioribus ovato-lanceolatis, in petiolum decurrentibus cordatisve; superioribus lato-lanceolatis, sessilibus, calycis laciniis lato-lanceolatis, subciliatis, capsula ovata, glabra, nutante.

Campanula latifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 900. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 254. *Besser* Galic. Vol. 2. p. 344. *Gmelin* Badens. n. 311. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 119. *Schmidt* Bohem. n. 172. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 907. *Vest* Manuale p. 464. Flora Dan. Tab. 782 et 83.

Campanula pulcra, a Tossano Carolo missa. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 807.

Trachelium majus Belgarum. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXII. *Lobel* Icon. 2. p. 278.

Caulis erectus, simplex, teretiusculus, striatus, inferne glaber, superne hirsutiusculus, bi-seu tripedalis. *Folia* utrinque hirsuta, inaequaliter duplicato-serrata: *radicalia* et *caulina ima* in caule florifero saepe emarcida, cordato-lanceolata; *caulina* alterna: *inferiora* ovata, seu ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia; *superiora* lato-lanceolata, breviter petiolata, cum *floralibus* sessilibus, lanceolatis, utrinque attenuata. *Racemus* terminalis, speciosus, foliosus. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, longitudine circiter calycis: *floriferi* erecti; *fructiferi* deflexi. *Calycis laciniae* lato-lanceolatae, subserratae, subciliatae. *Corolla* speciosa, caeruleo-violacea, interdum alba, profunde quinquefida, intus villosa, margine barbata. *Capsula* glabra, ovata, nutans.

Breitblättrige Glockenblume.

In sylvaticis montosis et sepibus passim in Germania. 2. Fl Jun., Jul.

22. Campanula *Trachelium.*

C. caule subsimplici, paniculato, pedunculis inferioribus subtrifloris, foliis hispidis, dentato-profunde serratis, inferioribus ovatis, pedunculatis, acutis, subcordatis; superioribus ovato-lanceolatis, basi attenuatis, subsessilibus, calycis laciniis lanceolatis, hispidis, capsula ovata, hispida nutante.

Campanula Trachelium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 903. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 255. *Besser* Galic. n. 239. *Gmelin* Badens. n. 313. *Lumnitz.* Poson. n. 208. *Pollich* palat. n. 211. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 120. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 916. *Scop.* Carn. 2. n. 224. *Vest* Manuale p. 465. Flora Dan. Tab. 1026.

Trachelium vulgare. *Clusii* Hist. 2. p. CLXX.

Cervicaria major I et II. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 796. *Dodon.* Pempt. p. 164.

Caulis erectus, angulosus, angulis subalatis plerumque simplex, ut tota planta, excepta corolla, pilis rigidis hispidus. *Folia* dentato-profunde serrata: *inferiora* pedunculata, ovata, subcordata, acuta; *superiora* ovato-lanceolata, subsessilia, basi vix attenuata: *summa* lanceolata, sessilia. *Panicula* terminalis, multiflora. *Pedunculi* axillares: *inferiores* bi-seu trifidi, bi-seu triflori: *superiores* simplices, uniflori. *Calycis laciniae* lanceo-

latae; pilis rigidis ciliatae. *Corolla* caerulea vel alba, fauce villosa, magna. *Capsula* turgida, hispida, nutans.

Gemeine Glockenblume.

Ad sepes et sylvarum margines, in montosis nemorosis, collibus dumetosis. 4. Fl. Jun., Jul., Aug.

23. Campanula *urticifolia.*

C. caule subsimplici, racemoso, racemo paucifloro, foliis hispidis, dentato-grosse serratis inferioribus exacte cordatis: lobis rotundatis, petiolatis; superioribus ovatis, sessilibus, calycis laciniis lanceolatis, capsula ovata, hispida, nutante.

Campanula urticifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 901. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 119. *Schmidt* Bohem. n. 173. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 908. *Vest* Manuale p. 464. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 89.

Campanula Trachelium Var. 2. *Scop.* Carn. 2. n. 234. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 255. *β.*

Campanula major et asperior, folio urticae. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 805.

Cervicaria minor et alba III et IV. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 796.

Campanulae Trachelio proxima et a nonnullis pro mera varietate putata est. Differt autem: 1. *Foliis radicalibus* et *caulinis inferioribus* exacte cordatis: *Lobis sinubus*que rotundatis. 2. *Racemo* simplici, paucifloro. 3. *Pedunculis* solitariis, unifloris.

Nesselblättrige Glockenblume.

Iisdem in locis cum praecedente, at rarius. 4. Fl. Jun., Jul.

24. Campanula *Rapunculoides.*

C. caule simplici, racemoso, racemo secundo, foliis dentatis, scabris: inferioribus cordato-lanceolatis; superioribus ovato-lanceolatis, basi attenuatis, subsessilibus, calycis laciniis lanceolato-linearibus, hirsutis, capsula obovata, scabra, nutante.

Campanula Rapunculoides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 901. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 254. *Besser* Galic. n. 237. *Gmelin* Badens. n. 312. *Lumnitz.* Poson. n. 207. *Mönch* Hass. n. 185. *Pollich* palat. n. 210. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 120. *Schultes* Oestr. 2. n. 909. *Vest* Manuale p. 464. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 88. Flora Dan. Tab. 1327.

Campanula repens, flore minore, caeruleo. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 804.

Radix repens. *Caulis* erectus, subflexuosus, simplex, vel superne ramosus, pilis brevibus reclinatis hispidulus, subangulosus, bi-ad quadripedalis. *Folia* scabra, inaequaliter serrata, vel dentata: *inferiora* petiolata, cordato-lanceolata; *superiora* sessilia, ovato-lanceolata. *Racemus* elongatus secundus. *Pedunculi* solitarii, uniflori. *Flores* nutantes. *Calyx* scaber: *Laciniis* lanceolatis, reflexis. *Corolla* rubro-lilacina, ad medium usque quinquefida. *Capsula* obovata, nutans, sulcato-angulosa, scabra.

Rapunzelartige Glockenblume.

In sepibus, fruticetis. 2|. Fl. tota Aestate.

25. Campanula *multiflora.*

C. caule simplici, glomerato-spicato, cum foliis crenatis hispido: inferioribus lato-lanceolatis, in petiolum desinentibus; superioribus cordato-oblongis, sessilibus, calycis laciniis linearilanceolatis, cum capsula ovata, erecta, hispidis.

Campanula multiflora. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hung. Tab. 263. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 128. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 913.

Campanula macrostachya. Willd. Enum. Plant. horti Berol. p. 213. (fide *Kitaibelii.*)

Tota planta setis exstantibus hispida. *Caulis* plerumque simplex, teretiusculus, bi-ad tripedalis. *Folia* alterna, crenulata: *inferiora* lato-lanceolata, in petiolum desinentia; *superiora* cordato-lanceolata, sessilia, semiamplexicaulia. *Spica* terminalis, elongata, multiflora, foliosa. *Flores* erecti: *inferiores* seni, vel septeni; *superiores* terni, conglomerati, sessiles. *Calyx* cum Germine hispidus, longitudine dimidiae corollae: *Laciniis* lineari-lanceolatis. *Corolla* tubulosa, pallide violacea.

Vielblumige Glockenblume.

In monte *Versetz* sub ruderibus castri Hungariae *(Waldst.* et *Kitaib.)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

26. Campanula *thyrsoidea.*

C. caule simplici, racemoso, racemo ovato-oblongo, foliis pilosis, integerrimis; radicalibus ovato-lanceolatis, basi attenuatis, caulinis lanceolato-linearibus, sessilibus, calycis laciniis li-

neari-lanceolatis, cum capsula erecta, obovata, pilosis, stylo demum exserto.

Campanula thyrsoidea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 905. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 257. *Jacq.* Flora Austr. 5. Tab. 411. *Ejusd.* Observ. 1. p. 33. Tab. 31. *Ejusd.* Vindobon. p. 211. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 130. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 920. *Scop.* Carn. 2. n. 233. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 41. *Vest* Manuale pag. 466.

Alopecurus alpinus, quibusdam Echium montanum Dalechampii. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 809.

Cervicaria major, tenuifolia. *Thal* Hercyn. p. 32. Tab. IV.

Trachelium thyrsoides. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXII.

Tota planta piloso-hispida. *Caulis* erectus, teres, striatus, simplex, dense foliosus, digitalis, palmaris et pedalis. *Folia* alterna, approximata, oblonga, integerrima: *radicalia* ex ovato lanceolata, terrae incumbentia, basi attenuata et subpetiolata; *caulina* alterna, sessilia, lineari-lanceolata. *Racemus* terminalis, densus, ovato-oblongus. *Bracteae* ad quemvis florem duae, pallidae, ejusdem fere longitudine. *Flores* erecto-patuli subsessiles, ochroleuci vel e pallide caeruleo albidi. *Calycis laciniae* lanceolato-lineares, obtusae. *Corolla* tubuloso-campanulata, pilosa: *Stylus* demum exsertus. *Capsula* erecta, ovata, pilosa.

Strauchblühtige Glockenblume.

In alpibus et pratis alpinis Austriae (*Jacq.*, *Host*), Carnioliae (*Scop.*), Styriae (*Sartori*), prope Wernigerodam (*Thal*). ♂. Fl. Jun., Jul.

27. Campanula *graminifolia.*

C. caule simplici, capitato, foliis angusto-linearibus, subulatis, basi ciliatis; caulinis basi dilatatis, semiamplexicaulibus, calycinis laciniis lanceolatis, stylo exserto, capsula erecta.

α minor: capitulo paucifloro.

Campanula graminifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 902. *Host* Synops. p. 108. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 124. *Vest* Manuale p. 465. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 154.

Trachelium Tragoponi folio montanum. *Columnae* Phytobas. p. 118. Tab. 34. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 802.

Trachelium minus gramineum, caeruleo-violaceum. *Barrel.* Icon. Fig. 332.

β major: capitulo multifloro.

Campanula tenuifolia. Waldst. et *Kit.* Plant. rar. Hung. Tab. 155. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 124. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 915.

Similis *Phyteumatis hemisphaerici*, sed major. *Caules* e *Radice* subfusiformi, vel solitarii, vel plures, palmares, spithamales, piloso-scabri, erecti, nonnihil procumbentes. *Folia* angusto-linearia, subulata, sessilia, basi, vel in *β* etiam margine, ciliata, ob margines saepe conniventes canaliculata; *caulina* alterna remotiuscula, magis subulata, basi dilatata et semiamplexicaulia. *Capitulum* terminale, in *α* pauciflorum, in *β* multiflorum, basi involucratum *foliolis* ovatis, subulatis, in *α* paucioribus, in *β* pluribus. *Flores* sessiles. *Calycis laciniae* lanceolatae, subcarinatae. *Corolla* violacea, tubuloso-campanulata. *Capsula* ovata, erecta.

Grasblättrige Glockenblume.

α in herbidis asperisque collibus agri Fluminensis, ad latera viae, quae prope *Draga* a via regia carolina ad Grobnicum ducit, ad montium pedem, *mola Planina* dictorum *(Host)*, Hungariae, Bannatus *(Kitaib.)*, *β* in rupibus calcareis Croatiae *(Kitaib.)*. 2|. Fl. Jun., Jul.

28. Campanula *glomerata.*

C. caule simplici, teretiusculo, capitato, capitulo terminali multifloro et axillaribus paucifloris, foliis crenulatis, scabris, subtus plus minus tomentosis: radicalibus cordato-lanceolatis, petiolatis; caulinis inferioribus ovato-lanceolatis, in petiolum desinentibus; superioribus lanceolatis, sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis lanceolatis, cum capsula erecta, scabris.

Campanula glomerata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 903. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 258. *Besser* Galic. n. 210. *Gmelin* Badens. n. 314. *Lumnitz.* Poson. n. 209. *Pollich* palat. n. 212. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 124. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 917. *Vest* Manuale p. 465. *Wallroth* Sched. crit. 1. pag. 90. Flora Dan. Tab. 1328.

Rapunculus fasciculatus caeruleus, umbellatus. *Thal* Hercyn. p. 94. Tab. VIII. Fig. 2.

Trachelium minus multis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 300.

β Capitulo solitario, terminali, foliis plerisque petiolatis.

Campanula elliptica. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 125. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 918.

Campanula glomerata β. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. Trachelium oblongo folio, alpinum. *Boccon.* Mus. p. 70. Tab. 58.

γ Capitulo terminali solitario, foliis omnibus petiolatis.

Campanula congesta. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. 125.

Campanula betonicaefolia. Kluk apud *Besser.* Fl. Galic. Vol. 2. p. 344.

δ Floribus paullo majoribus, calycis laciniis acuminatis.

Campanula aggregata. Willd. Suppl. Plant. hort. Berol. p. 10. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 125.

Caulis erectus, simplex, raro ramosus, teres, cum lineis duabus oppositis, plus minus scabriusculus, semipedalis, pedalis et sesquipedalis. *Folia* supra scabra, subtus plus minus tomentosa, crenato-serrata: *radicalia* cordata, oblonga, vel lanceolata, longius petiolata; *caulina* alterna, remota: *inferiora* ovato-lanceolata, vel, ut in β, elliptica, basi in petiolum plus minus desinentia; *superiora* lanceolata, vel sessilia et semiamplexicaulia, vel, ut in β et γ, etiam petiolata, excepto ultimo. *Petioli* et folia superiora basi linea elevata ad caulem decurrunt, hinc primo intuitu angulatus. *Capitulum* in caule terminale, conglomeratum, multiflorum et simul in axillis foliorum superiorum sessilium capitula minora, bi-, tri- et quadriflora: in β et γ fere nulla. *Involucri foliola* sub capitulo terminali ovata, plus minus acuminata, sessilia, capitulo nunc et plerumque breviora, nunc paullo longiora. *Flores* subsessiles. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, obtusae, vel in δ acuminatae. *Corolla* tubuloso-campanulata, violacea vel violaceo-caerulea. *Capsula* ovata, vel cum calyce scabra, vel glabriuscula.

Observ. Pro loco natali vario mirum in modum variat haec species foliorum caulinorum figura et capitulorum lateralium praesentia et absentia.

Knaulblühtige Glockenblume.

α in collibus herbidis, aridis apricis et pratis montanis;

β in Pannonia (*Kitaibel*), et in Tyroli frigidiore (*Treviranus*); γ in Gallicia (*Kluk*); δ circa *Heerbruck* in Bavaria. 2. Fl. Jul., Aug.

29. Campanula *petraea.*

C. caulibus simplicibus capitatis; capitulo terminali multifloro, foliis omnibus oblongo-ellipticis, supra scabris, subtus niveo-tomentosis, crenato-serrulatis, obtusis: inferioribus breviter petiolatis; superioribus sessilibus, calycis laciniis lanceolatis, obtusis, cum capsula ovata erecta, villosissimis.

Campanula petraea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 905. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 126. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 921. *Treviranus* in Jahrb. der Botan. Band 1. Heft 2. p. 15.

Trachelium majus petraeum. *Pona* Bald. in *Clusii* Hist. 2. p. CCCXXXIII. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 801.

In florescentia et habitu quam proxime accedit ad *Camp. glomeratam. Caules* plures e *Radice* simplici, decumbentes, angulosi, villosi; floriferi demum adscendentes, semipedales, pedales et paullo longiores, basi subramosi, caeterum simplices. *Folia* alterna, ovali-oblonga, obtusa, crenato-serrulata, supra cano-viridia, pubescentia, subtus niveo-tomentosa: *inferiora* breviter petiolata; *superiora* sessilia, tamen non amplexicaulia. *Capitulum* terminale, multiflorum. *Involucri foliola* plura, foliis similia, at integerrima. *Flores* brevissime pedunculati, albi. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae, obtusae, erectae, villosae. *Corolla* extus villosa, tubuloso-campanulata, ad medium usque quinquefida: *Laciniis* ovatis, patulis. *Capsula* ovata, villosa.

Klippen-Glockenblume.

In graminosis montosis siccis Bohemiae prope *Heindorf* (*Schmidt*), Hungariae (*Kitaibel*). 2. Fl. Jul., Aug.

30. Campanula *Cervicaria.*

C. caule simplici, angulato, capitato, capitulo terminali multifloro et axillaribus paucifloris, foliis oblongis, scaberrimis, crenato-undulatis: inferioribus lanceolatis, obtusis, in petiolum attenuatis; superioribus lineari-lingulatis, sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis lineari-lanceolatis, cum capsula ovata, scaberrimis.

Campanula Cervicaria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 904. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 257. *Besser*

Galic. n. 241. *Gmelin* Badens. n. 315. *Lumnitz.* Poson. n. 210. *Münch* Hass. n. 188. *Pollich* palat. n. 213. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 127. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 919. *Vest* Manuale p. 468. Flora Dan. Tab. 787.

Campanula foliis Echii. *C. Bauh.* Prodr. p. 36. Fig. 2.

Rapunculus sylvestris caeruleus, umbellatus, major. *Thal.* Hercyn. p. 94. Tab. VIII. Fig. 1. valde rudis!

Trachelium altissimum, hirsutum, asperius, foliis angustis, floribus parvis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 801.

Tota planta pilis albis, rigidis hispida. *Caules* vel solitarii, vel nonnulli e radice, erecti, simplices, angulosi, bi-, tripedales. *Folia* alterna, remota oblonga, crenulato-undulata, subtus canescentia: *radicalia* et *caulina inferiora* lanceolata, obtusa, in petiolum longum desinentia; *superiora* lineari-lingulata, obtusiuscula, sessilia, semiamplexicaulia. *Capitulum terminale* multiflorum, conglomeratum, *axillaria* floribus paucis composita. *Involucri foliola* figura foliorum superiorum. *Flores* sessiles, violaceo-caerulei. *Calycis laciniae* lineari-lanceolatae. *Corolla* tubuloso-campanulata, extus ad angulos ciliata. *Capsula* ovata.

Natterkopfblättrige Glockenblume.

In silvis dumetosis, ad silvarum margines virgultosos passim in Germania australiore. ♂. Fl. Jun., Jul.

B. *Capsula tecta laciniis calycis quinque alternis replicatis.*

31. Campanula *barbata.*

C. caule simplici, racemoso; racemo paucifloro, secundo, foliis oblongo-lanceolatis, integerrimis, asperis: inferioribus in petiolum attenuatis; superioribus sessilibus, calycis laciniis erectis lanceolatis, deflexis latioribus, cum capsula nutante, hispidis.

Campanula barbata. Willd. **Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 908.** *Roth* **Flora Germ. T. II. P. I. p. 258.** *Braune* **Salisburg. n. 200.** *Jacq.* **Observ. 2. p. 14. Tab. 37.** *Krockcr* **Siles. n. 321. Tab. 38.** *Römer* **et** *Schultes* **Syst. Veget. 5. p. 138.** *Schultes* **Oestr. Fl. 2. n. 924.** *Vest* **Manuale p. 466.**

Campanula foliis Echii, floribus villosis. *C. Bauh.* Prodr. pag. 36.

Rapunculus montanus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 808.

Tota planta, excepta corolla, scabra. *Caulis* erectus, teres,

simplex, pedalis et sesquipedalis. *Folia* oblongo-lanceolata, integerrima, vel obsolete crenulata: *radicalia* in orbem disposita, in petiolum desinentia; *caulina* pauca, linearia, obtusa, sessilia. *Racemus* terminalis, secundus, pauciflorus. *Pedunculi* uniflori, inferiores unciales et semiunciales, superiores bi-seu trilineares. *Flores* nutantes. *Calycis laciniae quinque erectae* lanceolatae. *Corolla* ampla, caerulea, extus glabra, intus villis longis barbata. *Capsula* ovata, cum calyce hispida, nutans, quinqueloculares.

Rauhblühtige Glockenblume.

In subalpinis et alpibus Austriacis (*Jacq.*), Salisburgensibus (*Schrank*), Bohemiae (*Schmidt, Pohl*), Styriae (*Sartori*), in montibus giganteis (*Krocker*). ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

32. Campanula *spicata.*

C. caule ramoso, spicato, spicis terminalibus laxis, foliis lineari-lanceolatis, subintegerrimis, asperis: radicalibus in petiolum attenuatis; caulinis sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis erectis lanceolatis, deflexis minutis, cum capsula subrotunda, erecta, hispidis.

Campanula spicata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 909. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 259. *Host* Synops. p. 109. *Krocker* Siles. n. 322. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 141. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 925. *Vest* Manuale p. 467. *Allion.* Pedemont. n. 414. Tab. 46. Fig. 2.

Trachelium altissimum, foliis asperis, angustis, floribus parvis. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 801.

Radix crassitie digiti. Tota] pilis albis hispida. *Caulis* solitarius, subangulosus, inferne simplex, superne ramosus, bi-, tripedalis et longior. *Rami* alterni, simplices, erecti. *Folia* lineari-lanceolata, nunc integerrima, nunc leviter crenulata: *radicalia* et *caulina infima* in petiolum desinentia; *caulina* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, angustiora; *floralia* e lata, subcordata, concava basi angusto-linearia. *Spica* in caule ramisque terminalis, elongata, longissima, laxa. *Flores* in axillis foliorum sessiles: *inferiores* plerumque gemini; *superiores* solitarii. *Calycis laciniae* lanceolatae, *deflexae* exiguae. *Corolla* caerulea, tubulosa, ratione plantae parva, glabra. *Capsula* subrotunda, erecta cum calyce valde hispida.

Aehrenblühtige Glockenblume.

In asperis Carnioliae *(Host)*, montium gigantium *(Krocer, Pohl)*. ♂. Fl. Julio.

3. Campanula *alpina.*

C. caule simplici, submultifloro, pedunculis unifloris, foliis essilibus, lanuginosis glabrisve: radicalibus oblongis, subinterrimis; caulinis linearibus, integerrimis, calycis laciniis erectis, lineari-lanceolatis, deflexis minutis, cum capsula hemisphaerica, nutante, sublanuginosis.

Campanula alpina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 909. *Braune* Salisburg. n. 199. *Jacq.* Flora Austr. 2. tab. 118. *Ejusd.* Vindob. p. 36 et 210. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 142. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 927. *Host* Manuale p. 467.

Trachelium pumilum, alpinum. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXI.

Caulis erectus, digitalis, palmaris et longior, inferne simplex, glaber, vel villis longis lanuginosus, nunc uniflorus, nunc bi-, tri-et multiflorus. *Folia* oblonga, sessilia, scabriuscula, subtus villis longis adspersa: *radicalia* in caespitem congesta, apice rotundum latescentia, plerumque remote et leviter crenulata, obtusa; *caulina* alterna, lineari-lanceolata, integerrima, sessilia; *pedunculorum* angusto-linearia, acutiuscula. *Pedunculi* alterni, elongati, uniflori, apice nudi, plerumque solitarii. *Flores* nutantes. *Calycis laciniae quinque erectae* lineari-lanceolatae, corollae longitudinem ad duas tertias partes aequantes: *deflexae* minutissime, squamaeformes. *Corolla* campanulata, subventricosa, pallide caerulea, extus glabra, intus non raro villosa. *Capsula* hemisphaerica, cum calyce subhirsuta, trilocularis, sub calyce foraminibus perforata, supra calycem parum elevata, nutans.

Alpen-Glockenblume.

In alpibus Austriae *(Jacq.)*, Styriae *(Sartori)*, Principatus Salisburgensis *(Schrank)*. ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

4. Campanula *Medium.*

C. caule simplici, racemoso, racemo laxo, foliis obtuse sertis, asperis, rugosis, undulatis: radicalibus obovatis, in petiolum decurrentibus; caulinis inferioribus elliptico-lanceolatis, subpetiolatis: superioribus lanceolatis, sessilibus, calycis laciniis erectis lanceolatis; deflexis maximis, ventricosis, cum capsula ovata, nutante, hispidis.

Campanula Medium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 908. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 258. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 139. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 922. *Scop.* Carn. 2. n. 236. *Vest* Manuale p. 466.

Viola mariana. *Dodon.* Pempt. p. 163.

Viola montana quorundam. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXII.

Excepta corolla tota planta hispida. *Caulis* erectus, teres, lineatus, inferne simplex, superne racemosus, at in fertilioribus locis nonnihil paniculatus, bipedalis et longior. *Folia* obtuse serrata, rugosa: *radicalia* obverse ovata, in petiolum decurrentia; *caulina* alterna: *inferiora* elliptico-lanceolata, brevius petiolata; *superiora* lanceolata, sessilia; *floralia* linearia. *Pedunculi* axillares et terminales, solitarii, plerumque uniflori, nonnunquam bi-et triflori, subfoliosi. *Flores* ampli, speciosi, erectiusculi. *Calycis laciniae quinque erectae* lato-lanceolatae; *deflexae* majores, capsulam totam tegentes, ventricosae, in medio sulco exaratae, margine inflexae. *Corolla* dilute caerulea, interdum alba, hujus generis fere maxima, ventricoso-campanulata, glabra. *Capsula* ovato-subrotunda, quinquecostata, quinquelocularis, nutans, cum calyce hispida.

Grossblumige Glockenblume.

In asperis Litoralis, Forijulii (*Scopoli*), Hungariae (*Kitaibel*). ♂. Fl. Jun., Jul., Aug.

35. Campanula *sibirica.*

C. caule simplici, paniculato, foliis undulato-serratis, scabris: radicalibus elliptico-oblongis, in petiolum decurrentibus; caulinis inferioribus oblongo-lanceolatis, subpetiolatis, basi attenuatis; superioribus lineari-lanceolatis, sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis lanceolatis; deflexis paullo minoribus, cum capsula ovata, nutante, hispidis.

Campanula sibirica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 911. *Besser* Galic. n. 242. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 200. *Lumnitz.* Poson. n. 211. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 145. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 928. *Vest* Manuale pag. 467.

Campanula paniculata. *Pohl* Bohem. n. 330.

Caulis erectus, angulosus, villoso-scabriusculus, inferne simplex, superne ramosus, paniculatus, pedalis et bipedalis. *Folia* serrata, undulata, scabra: *radicalia* elliptico-oblonga, obtusa, basi in petiolum decurrentia; *caulina* alterna: *inferiora* oblon-

go-lanceolata, obtusiuscula, basi attenuata et brevissime petiolata; *superiora* lineari-lanceolata, acutiuscula, sessilia, semiamplexicaulia; *floralia* linearia, angusta. *Panicula* terminalis, laxa, composita pedunculis bi-et trifloris. *Flores* nutantes. *Calycis laciniae* lanceolatae, acutae: *deflexae* dimidio breviores erectis. *Corolla* caerulea, parva, oblonga, extus ad angulos et intus ad faucem pilosa. *Capsula* obovata, nutans, cum calyce hispida.

Sibirische Glockenblume.

In pratis et collibus Austriae (*Jacq.*, *Host*), Pannoniae (*Lumnitz.*, *Host*), Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*), Styriae (*Sartori*). ♂. 24. Fl. Jul., Aug., Sept.

36. Campanula *divergens.*

C. caule simplici, paniculato: panicula laxa, foliis pubescentibus obtuse serratis: inferioribus spathulatis, in petiolum decurrentibus; superioribus oblongo-lanceolatis, sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis lanceolatis: deflexis duplo latioribus, cum capsula ovata, nutante, hispidis.

Campanula divergens. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 312. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 145.

Campanula spathulata. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hung. Tab. 258. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 923.

Habitu proxime accedit ad *Camp. sibiricam*, at differt: 1. *Caule* crassiore, divergente, setis reflexis, nec pilis brevioribus, patulis, scabro. 2. *Foliis* latioribus: *inferioribus* spathulatis; *superioribus* lato-lanceolatis. 3. *Panicula* rariore; ramis paucifloris. 4. *Pedunculis* subnudis. 5. *Corolla* triplo majore, tubuloso-campanulata. 6. *Calycis laciniis* latioribus; *deflexis* subovatis, obtusis.

Ausgebreitete Glockenblume.

In rupibus calcareis Pannoniae meridionalis, prope *Csiklova* ad thermas Herculis Mehadiae (*Waldst.* et *Kitaib.*). ♂. Fl. Jul., Aug. et Sept.

37. Campanula *lingulata.*

C. caule simplici capitato, capitulo paucifloro, foliis ovatis, obtusis, crenato-undulatis: inferioribus breviter petiolatis; superioribus sessilibus, semiamplexicaulibus, calycis laciniis lanceolatis: deflexis paullo latioribus, cum capsula ovata, erecta, hispidis.

Campanula lingulata. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 65. Tab. 64. *Willd.* Enum. Pl. horti bot. Berol. p. 213. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 146. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 926.

Caules e radice plures, erecti, hispidi, pedales et longiores. *Folia* ovata, obtusa, scabra, crenata, undulata: *inferiora* in petiolum brevem attenuata; *superiora* sessilia, semiamplexicaulia. *Capitulum* terminale, plerumque solitarium, pauciflorum. *Flores* sessiles. *Involucri foliola* oblonga, subacuta, longitudine fere florum. *Calycis laciniae* lanceolatae; *deflexae* paullo latiores et breviores erectis. *Corolla* violacea, tubuloso-campanulata: *Laciniis* acutis, erectis. *Capsula* ovato-subrotunda, erecta, cum calyce hispida.

Zungenförmige Glockenblume.

Variat Flore uno alterove axillari.

In Hungaria ad thermas Herculis et in Syrmiae sylvis (*Waldst.* et *Kitaib.*). ♂. Fl. Majo, Jun.

* * *

Observ. Et *Campanula hederacea* ob capsulam apice quinquefariam dehiscentem, unilocularem; nec per foramina semina emittentem, proprium genus in antecedentibus construxi, *Schultesiam* dictum. *Campanula Speculum* et *hybrida* ob stamina basi non dilatata, sequens genus constituunt.

161. PRISMATOCARPUS.

De Candole Flore de France.

Calyx quinquepartitus. *Corolla* infundibuliformi-rotata, plicata, quinquefida. *Staminum filamenta* basi latitudine aequalia. *Capsula* prismatico-cylindrica, trilocularis, foraminibus tribus lateralibus *Semina* emittens.

Observ. Ob corollae figuram et Capsulae structuram cum *Campanula* commode combinari possent hujus generis species, at staminum filamenta basi non dilatata et Nectaria tegentia, sed basi latitudine aequalia, earum combinationem vetant.

Prismatocarpus *Speculum.*

P. caule ramosissimo diffuso, foliis obovatis suberenatis: ferioribus in petiolum attenuatis; superioribus sessilibus, semi-plexicaulibus, floribus solitariis.

Prismatocarpus Speculum. Bluff et *Fingerhuth* Flora rm. n. 612. *Pohl* Bohem. n. 331.

Campanula Speculum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. p. 912. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 259. *Gmelin* idens. n. 316. *Lumnitz.* Poson. n. 212. *Krocker* Siles. 324. *Mönch* Hass. n. 189. *Pollich* palat. n. 214. *Rö-er* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 153. *Schultes* Oestr. 2. n. 929. *Scop.* Carn. 2. n. 237.

Pentagonia Speculum. Vest Manuale p. 468.

Onobrychis altera Belgarum et Dodonaei. *Lobel* Icon. 418. *Ejusd.* Hist. p. 828. Fig. 2.

Viola arvensis. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 682.

Radix oblique descendens, fibrosa. *Caulis* erectus, plerum-e statim a basi ramosus, angulatus, pedalis et major, inferne loso-scaber, superne glaber. *Rami* alterni, dichotomi. *Folia* ulina, alterna, obverse ovata, rotunde crenata: *inferiora* in tiolum brevem attenuata, piloso-scabriuscula; *superiora* sessi-, glabra; *ramea* elliptica; *floralia* lineari-lanceolata. *Flores* ramis ramulisque terminales, solitarii, subsessiles. *Calycis iniae* lineari-subulatae, glabrae corolla nunc paullo longio-, nunc paullo breviores. *Corolla* infundibuliformi-rotata, cata, quinquefida, purpureo-violacea. *Filamenta* filiformia, itudine aequalia. *Capsula* prismatico-cylindrica, glabra, tri-ularis, sub calyce foraminibus tribus *Semina* plura emittens.

Spiegel-Prismafrucht.

In arvis et inter segetes, praesertim hiemales. ⊙. Fl. a Aestate.

Prismatocarpus *hybridus.*

P. caule subsimplici, stricto, foliis oblongis, sessilibus, cre-tis, undulatis, margine scabris, floribus fastigatis, coacer-tis.

Prismatocarpus hybridus. Bluff et *Fingerhuth* Flora rm. n. 613. *Pohl* Bohem. n. 332.

Campanula hybrida. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 913. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 259. *Bönning-*

hausen Flora Monast. n. 292. *Gmelin* Badens. n. 317. *Krocker* Siles. n. 323. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 154. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 930. *Willich* Observ. n. 87.

Pentagonia hybrida. *Vest* Manuale pag. 468.

Differt ab antecedente: 1. *Caule* vel simplicissimo, vel basi tantum ramoso, stricto, toto scabriusculo. 2. *Foliis* oblongo-ovatis undulatis, omnibus sessilibus et margine scabris. 3. *Floribus* in caulis summitate tantum confertis, binis, ternis et nonnihil quaternis, intermedio sessili, lateralibus brevissime pedunculatis. 4. *Calycis laciniis* scabriusculis, margine serrulatis, corolla semper longioribus. 5. *Corolla* saepius imperfecta, calyce occultata et non explicata. 6. *Capsula* scabriuscula.

Bastard-Prismafrucht.

In agris; inter segetes circa *Göttingam (Haller, Willich)*, *Altonam* et *Olsburg* Holsatiae *(Weber)*, prope *Coesfeld*, *Stromberg*, *Oelde* Monasteriae *(Bönninghausen)*, in Marggrav. Badensi superiore *(Gmelin)*, in Palatinatu *(Koch et Ziz)*, in agro Fluminensi *(Host)*, in Bohemia *(Schmidt)*. ☉. Fl. Jul., Aug.

* * * * Bacca bi-, quadriloculari.

162. LONICERA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 319. Caprifolium. Gaertner de Fruct. 1. p. 135. Tab. 27.

Calyx quinquefidus, superus, parvus. *Corolla* monopetala, tubulosa: *Tubo* oblongo, gibbo; *Limbo* quinquepartito, subregulari, vel bilabiata. *Bacca* vel solitaria e duabus baccis conflata, vel duae, basi plus minus coadunatae, quaevis bi- seu trilocularis, saepius polysperma.

a) *Baccis solitariis.*

1. Lonicera *Caprifolium.*

L. floribus verticillatis, terminalibus, verticillis remotis, in foliis summis connato-perfoliatis sessilibus, germine unifloro, caule volubili, foliis utrinque glabris.

Lonicera Caprifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P.

p. 982. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 261. *Gmelin* dens. n. 32. *Hayne* Arzn. Gewächse, Band 2. Tab. 37. *Jacq.* or. Austr. Tab. 357. *Lumnitz.* Poson. n. 214. *Pollich* pa- n. 217. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 931. *Scop.* Carn. 2. 242. *Vest* Manuale p. 469.

Caprifolium italicum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. p. 260. *Dodon.* Pempt. p. 411.

Periclymenum italicum. *Rivin.* Irreg. Tab. 123.

Periclymenum perfoliatum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 104. *bernaemont.* Kräuterbuch p. 1299. *Lobel* Icon. 1. pag. 2. *Ejusd.* Hist. p. 357. Fig. 4.

Caulis teres, ramosus, lignosus, volubilis. *Rami* oppositi. *lia* opposita, connata, glabra: *inferiora* ovata, obtusa; *supe- ra* suborbiculata, perfoliata. *Flores* verticillati, albi vel ru- undi: verticillis terminalibus, remotis. *Corollae Tubus* lon- , superne dilatatus; *Limbus* inaequalis. *Bacca* subrotunda, bilicata, fulva, bilocularis.

Durchwachsene Lonicere.

In sepibus et dumetis Germaniae australioris. ♄. Floret jo, Jun.

Lonicera *etrusca.*

L. floribus verticillatis, terminalibus, verticillis subternis, tiguis, capitatis, in summis foliis connato-perfoliatis sessili- , germine unifloro, caule erecto, foliis subtus pubescentibus.

Caprifolium etruscum. *de Vest* in *Römer* et *Schultes* Syst. et. 5. p. 261.

Differt ab antecedente, cui quoad folia summa connato- foliata similis est: 1. *Caule* erecto, satis firmo; *Ramis* tan- parum inflexis. 2. *Foliis* ovato-subrotundis, in petiolum nuatis, subtus pubescentibus, glaucescentibus: *superioribus* oribus, magis acutis; *summis* tantum connato-perfoliatis gla- . 3. *Capitulis* florum plerumque tribus, approximatis sibi- contiguis: *lateralibus* tri- ad quinquefloris, sessilibus; *in- uedio* quinque- ad decemfloro, pedunculato. 4. *Floribus* ex- purpurascentibus, intus albidis, demum flavicantibus. 5. *Fi- entis* subaequalibus.

Etrurische Lonicere.

Ad sepes Carnioliae *(Vest)*, prope Tergestam in *Riva a (Hoppe* et *Hornschuh).* ♄. Fl. Majo, Jun.

3. Lonicera *Periclymenum.*

L. floribus capitatis, pedunculatis, terminalibus, pedunculo nudo, germine unifloro, foliis omnibus distinctis, caule volubili.

Lonicera Periclymenum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 984. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 262. *Gmelin* Badens. n. 322. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 2. Tab. 38. *Mönch* Hass. n. 190. *Pollich* palat. n. 218. *Schkuhr* Handb. 1. p. 132. Tab. 40. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 932. *Scop.* Carn. 2. n. 243. *Vest* Manuale pag. 469. Flora Dan. Tab. 908.

Caprifolium Periclymenum. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 162.

Periclymenum non perfoliatum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 104. *Lobel* Icon. 1. p. 633. *Ejusd.* Hist. p. 358.

Periclymenum primum. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 1299.

Caprifolium germanicum. *Dodon.* Pempt. p. 411.

Caulis teres, volubilis, lignosus. *Folia* opposita, distincta, breviter petiolata, ovata, obtusa integerrima, vel interdum sinuata, glabro vel nonnihil pubescentia. *Flores* terminales, fasciculato-capitati, sessiles, capitulis pedunculatis, pedunculo tereti, nudo. *Corolla* vel alba, vel flavescens, vel purpurascens: *Tubo* incurvo, superne dilatato: *Limbo* inaequali, *Laciniis* revolutis. *Bacca* purpurea, umbilicata, pyriformis, bilocularis.

Deutsche Lonicere.

In sepibus et dumetis fere ubique. ♄. Fl. Jun., Jul.

b) *Baccis duabus coadunatis.*

4. Lonicera *alpigena.*

L. pedunculis axillaribus, solitariis, germine bifloro, foliis distinctis, oblongis, acuminatis, integerrimis, caule erecto.

Lonicera alpigena. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 987. *Braune* Salisburg. n. 211. *Gmelin* Badens. n. 325. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 274. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 258. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 935. *Scop.* Carn. 2. n. 145. *Vest* Manuale p. 470.

Periclymenum erectum quartum. *Clusii* Hist. 1. p. 59.

Chamaecerasus alpigena. *Lobel* Icon. 1. p. 173. *Ejusd.* Hist. p. 593.

Chamaecerasus Gesneri, vel Chamaepericlymenum alpinum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 107.

Periclymenum sextum, rectum tertium. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1300.

Frutex bi-ad quinquepedalis, erectus, ramosissimus. *Rami* alterni. *Folia* opposita, petiolata, elliptico-oblonga, acuminata, integerrima, duas ad tres uncias longa et ultra unciam lata, subtilissime ciliata, supra glabra, subtus nitida, ad venas pilis raris adspersa. *Pedunculi* axillares, oppositi, solitarii, filiformes, nudi, folio suo dimidio breviores, biflori. *Bracteae* duae oppositae, ad basin germinis, lineares, pilis capitatis ciliatae, floribus dimidio breviores. *Germen* ovatum, apice semibifidum, calyce gemino, quinquedentato corollisque duabus coronato. *Corollae* sanguineae, irregulares, subbilabiatae, supra tubum brevem hinc gibba. *Labio superiore* ovato, lateribus reflexo, apice tridentato; *inferiore* oblongo, obtuso, integro. *Filamenta* inferne hirsuta. *Antherae* rubrae. *Bacca* ovata, rubra, apice maculis duabus, albis vel nigris notata, di-seu trisperma.

Alpen-Lonicere.

Variat Corollis ex albido rubellis et luteis.

In subalpinis et monte Schienberg *(Gmelin)*, Carnioliae *(Scopoli)*, Austriae *(Host, Jacq.)*, Princip. Salisburg. *(Schrank)*. ♄. Fl. Aprili et Majo.

5. Lonicera *caerulea.*

L. pedunculis axillaribus, solitariis, germine bifloro, foliis distinctis, ovatis, obtusis, integerrimis, caule erecto.

Lonicera caerulea. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 988. *Braune* Salisburg. n. 212. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 17. *Römer et Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 259. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 938. *Scopoli* Fl. Carniol. 2. n. 246. *Vest* Manuale p. 470.

Periclymenum erectum tertium. *Clusii* Hist. 1. p. 58.

Periclymenum erectum flore caeruleo. *Clusii* Pannon. p. 85. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 108.

Periclymenum septimum, erectum quartum. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1300.

Frutex tri-, quadripedalis, erectus, ramosissimus. *Rami* oppositi, divaricati. *Gemmae* rameae oppositae, compressae, subspinescentes. *Folia* opposita, elliptica, obtusa vel brevius acuminata, breviter petiolata, integerrima, ciliata, ciliis ad-

pressis, utrinque pilis raris adspersa, vel supra glaberrima, venoso-reticulata, unciam ad sesquiunciam longa. *Pedunculi* axillares, solitarii, oppositi, petiolo duplo longiores, pilosi, biflori. *Bracteae* duae, oppositae ad basin germinis, oblongo-lineares, pilosae, germine parum longiores. *Germen* oblongo-ovatum, apice semibifidum et calyce gemino, quadridentato corollisque duabus coronatum. *Corollae* flavae seu ochroleucae, extus pubescentes, basi hinc gibbae, subbilabiatae. *Filamenta* hirsuta, recta, corolla parum longiora. *Bacca* elliptica, caerulea, albo-pruinata, macula laterali fusca, saepe decasperma.

Blaue Lonicere.

In alpibus Salisburgensibus (*Schrank*), Austriacis (*Host*, *Jacq.*), Carniolicis (*Scopoli*). ♄. Fl. Jun., Jul.

c) *Baccis geminis distinctis.*

6. Lonicera *nigra.*

L. pedunculis bifloris, axillaribus, germinibus geminis, unifloris, foliis ellipticis, subintegerrimis, margine undulatis, caule erecto.

Lonicera nigra. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 985. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 262. *Besser* Galic. n. 263. *Braune* Salisburg. n. 213. *Gmelin* Badens. n. 323. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 314. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 254. *Schöpfer* Fl. Oenipont. pag. 104. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 983. *Vest* Manuale p. 469.

Periclymenum rectum secundum. *Clusii* Hist. 1. p. 58.

Periclymenum rectum, folio serrato. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 107.

Periclymenum quintum, erectum secundum. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1300.

Frutex erectus, tri-, quadripedalis. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, ovato-elliptica, breviter petiolata, fere disticha, vel integerrima, vel subrepanda, margine undulata et rubella: juniora hirsuta, adultiora glabra, subtus glauca. *Pedunculi* axillares, solitarii, tenues, filiformes, folio dimidio breviores, nudi. *Bracteae* germinibus minores: *duae exteriores* communes, lanceolatae, patentes; *tres* cuique germini adpressae, ovatae. *Calyx* quinquefidus: *Laciniis* obtusis. *Corolla* basi hinc gibba, extus purpurascens, pubescens, intus sordide alba, bilabiata: *Labio superiore* quadridentato; *inferiore* oblongo, integro. *Baccae* nigrae, distinctae.

Schwarze Lonicere.

In sylvis subalpinis Austriae *(Jacq.)*, Galiciae *(Besser)*, hemiae *(Pohl)*, Principatus Salisburg. *(Schrank)*, Tyrolis *chöpfer)*, Marggrav. Badensis superioris (*Gmelin*). ♄. Fl. ijo, Junio.

Lonicera *Xylosteum.*

L. pedunculis bifloris axillaribus, germinibus geminis uniris, foliis ovato-ellipticis, integerrimis, caule erecto.

Lonicera Xylosteum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 986. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 263. *Besser* Galic. 262. *Gmelin* Badens. n. 324. *Lumnitz.* Poson. n. 215. *Finch* Hass. n. 191. *Pollich* palat. n. 219. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 256. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 934. *Hop.* Carn. 2. n. 244. *Vest* Manuale p. 470. Fl. Dan. Tab. 808.

Xylosteum. *Dodon.* Pempt. pag. 412. *Rivin.* Irregul. . 120.

Periclymenum rectum, fructu rubro. *Joh. Bauh.* Hist. 2. . 106.

Periclymenum quartum, erectum. *Tabernaem.* Kräuterb. . 1299.

Allobrogum Periclymenum, seu Periclymenum erectum. *Lo*Icon. I p. 633. *Ejusd.* Hist. p. 358.

Frutex erectus, quinque-ad decempedalis. *Rami* oppositi. *ia* opposita, ovata, obtusa, petiolata, pubescentia, integerrima. *unculi* axillares, solitarii, biflori. *Flores* in germine solitasessiles, sordide albi, extus pubescentes. *Bracteae exterioduae* ovatae, *duae* germini adpositae lineares. *Stamina* cum *o* villosa. *Baccae* globosae, rubrae, tetraspermae.

Gemeine Lonicere.

In dumetis, sepibus, ad sylvarum margines. ♄. Fl. Majo et Jun.

† † † † *Flores pentapetali, inferi.*

* Bacciferae.

163. RHAMNUS.

AERTNER de Fruct. 2. p. 111. Tab. 106.

Calyx urceolatus, inferus, quinque-seu quadrifidus. *Pe*a quinque seu quatuor (squamaeformia) calycis dentibus

interjecta. *Stamina* quinque seu quatuor. *Stylus* unicus. *Stigmata* duo ad quatuor. *Bacca* bi-ad quadrilocularis, carnosa, di-ad tetrasperma. *Semina* basi cartilagineo-umbilicata.

Observ. Notatu dignissimum est, quod in hujus generis speciebus nonnullis, e. c. *Rhamno cathartica* et *saxatali* Calyx post germinis grossificationem, in hermaphroditis et femineis plantis, parte sua superiore circumscissus, cum laciniis et petalis decidat, parte inferiore remanente et persistente, truncata, ut in *Datura*.

a) *Spinosae.*

1. Rhamnus *cathartica.*

R. caule erecto, spinis terminalibus, foliis ovatis, serratis, floribus hermaphroditis et dioicis, subquadrifidis, pedunculis simplicibus, calyce duplo triplove longioribus, baccis subrotundis, tetraspermis.

Rhamnus catharticus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1093. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 265. *Besser* Galic. n. 279. *Gmelin* Badens. n. 343. *Lumnitz.* Poson. n. 228. *Mönch* Hass. n. 192. *Pollich* palat. n. 230. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 276. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 937. *Vest* Manuale p. 472. Flora Dan. Tab. 850.

Rhamnus salutivus. *Dodon.* Pempt. pag. 726. *Clusii* Hist. 1. p. 111.

Spina infectoria. *Camerar.* Epit. pag. 82. *Lobel* Icon. 1. p. 181. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1489.

Frutex saepe decem-ad duodecimpedalis, erectus. *Rami* oppositi, *adultiores* spina valida terminati. *Folia* ovata, serrata, serraturis apice cartilagineis, purpurascentibus, nitida, glabra, venosa, petiolata. *Petioli* nunc glabri, nunc cum basi foliorum villosi, praesertim in hermaphrodita planta. *Flores* in axillis foliorum plures, in hermaphrodita pauciores, in femineo et mascula planta copiosiores, quasi densum verticillum efficientes, exigui, albidi, hermaphroditi, masculi et feminei in diversis plantis. *Pedunculi* simplices, uniflori, nudi, calyce triplo longiores. *Calyx* quadrifidus, interdum tri-vel quinquefidus, *Petala* lanceolata, calycis laciniis vix paullo majora, nunc etiam minora. *Stamina* tot, quot calycis laciniae et petala. *Stigma* plerumque quadrifidum, vel interdum quinquefidum. *Bacca* matura nigra, saepius tetrasperma, nonnihil pentasperma, globosa.

Observ. I. Pro vario individuorum sexu quodam modo di-

versus apparet habitus, praesertim quoad colorem saturatiorem et pallidiorem foliorum, numerum florum et magnitudine calycis dentium et petalorum, nonnihil plane deficientium.

Observ. II. In Ducatu Oldenburgensi et Bremensi hic frutex polygamus est, individuis aliis masculis, aliis femineis, aliis hermaphroditis, licet auctores plerique illum tantum dioicum dicant. 1. In *hermaphrodita planta Stamina* quatuor perfecta observantur, longitudine floris quadrifidi; *Stylus* perfectus, exsertus, cum *Stigmate* quadri-seu quinquefido. 2. In *mascula* planta *Stamina* perfecta. *Stylus* imperfectus, intra florem marcescens et Stigmate carens. 3. In *feminea* planta *Stamina* imperfecta, exigua, breviora, quam in antecedentibus, intra florem marcescentia. *Stylus* exsertus, perfectus cum Stigmate.

Gemeiner Wegdorn.

In sepibus humidis fere ubique. ♄. Fl. Majo et Junio.

Rhamnus *tinctoria.*

R. caule erecto, spinis terminalibus, foliis ovatis, crenato-ratis, floribus dioicis, quadrifidis, pedunculis simplicibus, cam longitudine subaequantibus, baccis obcordatis, tetraspermis.

Rhamnus tinctorius. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. ngar. p. 283. Tab. 255. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget.). 276. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 939.

Spina infectoria prima. *Clusii* Hist. 1. pag. 111. (ob peiculos breves.)

Frutex dicitur quadri-seu quinquepedalis et medius quasi ir praecedentem et sequentem. A *priore* recedit: 1. *Cortice* ereo, in ramis superioribus cum tinctu flavicante. 2. *Foliis* nato-serratis. 3. *Pedunculis* vel calyce brevioribus vel illum uantibus. 4. *Floribus* dioicis. 5. *Baccis* ut plurimum obcorıs. — A *sequente* distinguitur: 1. *Trunco* inferne minus ioso, semper erecto. 2. *Foliis* ovatis, crenato-serratis. 3. *lunculis* calyce subbrevioribus. 4. *Baccis* obcordatis.

Färbender Wegdorn.

In sepibus vinearum Syrmii et Bannatus (*Waldst.* et *taib.*). ♄. Fl. Majo.

3. Rhamnus *saxatilis.*

R. caule a basi ramosissimo, diffuso, spinis terminalibus lateralibusque, foliis ovato-lanceolatis, plus minus acutis, serrulatis, floribus hermaphroditis et dioicis, quadrifidis, pedunculis simplicibus, calyce duplo triplove longioribus, baccis subrotundis, di-vel trispermis.

α *Floribus hermaphroditis.*

Rhamnus saxatilis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1694. *Jacq.* Vindob. p. 212. *Ejusd.* Flora Austr. Tab. 53. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 277. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 940. *Vest* Manuale p. 473.

Rhamnus solutivus pannonicus secundus. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars II p. 57.

Spina infectoria pumila secunda. *Clusii* Hist. 1. p. 111. Icon. p. 112.

β *Floribus dioicis.*

Rhamnus saxatilis. Host Synops. p. 119.

Rhamnus infectorius. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 938. *Vest* Manuale pag. 472. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. IV. pag. 17.

Rhamnus Lycium. Scop. Carn. 2. n. 260.

Caules statim a radice ramosi, saepe ramosissimi, vel ut plurimum depressi, diffusi, vel etiam erecti, ramis horizontalibus, teretes, pedales, sesquipedales et longiores, cum ramis et ramulis spina valida terminati, in trunco et ramis majoribus, ob ramulos demum emortuos spinae quoque laterales. *Folia* e gemmis cum floribus plura, breviter petiolata, vel lanceolata, vel elliptico-lanceolata, vel ovata, plus minus acuta, tenuissime serrulata, plerumque cum petiolis glaberrima, subtus pallidiora, semiuncialia et uncialia. *Flores* pedunculati, luteoli, in hermaphroditis et femineis plantis plerumque pauciores, in masculis copiosiores. *Pedunculi* axillares, simplices, uniflori, tenues, nudi, calyce duplo triplove longiores. *Calyx* quadrifidus, in hermaphroditis plerumque apetalus. *Stigma* bi-seu trifidum. *Bacca* nigra, obovata, bi-seu trilocularis, di-seu trisperma.

Observ. Ex sententia Virorum clariss. *Host* et de *Vest*, ut etiam secundum specimina austriaca *Rhamnus infectoria de Wulfen* specie nullo modo, sed sexu tantum, distincta est a *Rhamno saxatili.* Jam per plures annos in horto masculam plantam *Rhamni infectoriae* asservo

e seminibus austriacis enatam, quae omnimode habitu et structura convenit cum *Rhamno saxatili.*

Stein-Wegdorn.

In saxosis, asperis Austriae et Pannoniae, Litoralis, Carnio- (*Host*, *Wulfen*, *Jacquin*). ♄. Fl. Majo et Junio.

b) *Inermes.*

Rhamnus *Frangula.*

R. caule erecto, inermi, foliis ellipticis, obtusis, integerri-, floribus hermaphroditis, quadrifidis, pedunculis simplicibus, ce triplo longioribus, baccis subdispermis.

Rhamnus Frangula. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 098. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 263. *Besser* Galic. 280. *Gmelin* Badens. n. 344. *Lumnitz.* Poson. n. 229. *nch* Hass. n. 194. *Pollich* palat. n. 231. *Römer* et *hultes* Syst. Veget. 5. p. 287. *Schkuhr* Handb. 1. p. 150. . 46. *Schultes* Oestr. Flora n. 943. *Scop.* Carn. 2. n. . *Vest* Manuale p. 473. Flora Dan. Tab. 278.

Frangula. *Camerar.* Epit. p. 978. *Dodon.* Pempt. p. 784. *bernaemont.* Kräuterb. p. 1461.

Frutex saepe ad arboris altitudinem accedens, erectus, in- is. *Folia* alterna et subopposita, petiolata, obovata, obtusa, gerrima, glabra, nervosa. *Flores* axillares plures fascicula- pedunculati, omnes hermaphroditi. *Pedunculi* simplices, uni-, calyce triplo saltem longiores. *Calyx* plerumque quadri-, non raro etiam quinquefidus. *Petala* bifida. *Stigma* se- fidum. *Bacca* primum purpurea, demum atro-violacea, osa, plerumque disperma.

Glattblättriger Wegdorn.

ariat Foliis oblongo-lanceolatis. *Roth* bot. Abhandl. und Beobacht. p. 29. n. 14.

In sepibus et nemorosis humidis ubique. ♄. Floret tota ate.

Rhamnus *alpina.*

R. caule erecto, inermi, foliis elliptico-lanceolatis, cartila- o-crenulatis, floribus dioicis, quadrifidis, pedunculis simpli- s, calyce duplo triplove longioribus, baccis subtrispermis.

Rhamnus alpinus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1097. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 267. *Gmelin* Badens. n. 345. *Mönch* Hass. n. 193. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 287. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 943. *Scop.* Carn. 2. n. 261. Vest Manuale p. 473. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 15.

Rhamnus Hydriensis. *Hacquet* Plantae alpinae Carniol. p. 9. Tab. 2. Fig. 2.

Frangula altera polycarpos. *C. Bauh.* Prodr. p. 160.

Alnus nigra, baccifera, rugosiore folio, seu major. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 562.

Frutex sex-ad decempedalis, erectus, ramosus. *Rami* alterni. *Folia* alterna petiolata, elliptico-lanceolata, basi saepe subcordata, cartilagineo-crenulata, glabra, costa venisque elevatis subrugosa, reticulo venularum pellucido picta. *Petioli* supra canaliculati, margine utrinque cum folii basi ciliati. *Flores* axillares, pedunculati, in mascula planta rariores, in feminea confertiores. *Pedunculi* tenues, uniflori, nudi, calyce triplo saltem longiores, plus minus pubescentes. *Calyx* quadrifidus. *Petala* quatuor bifida, primum flava, demum atropurpurea. *Stigma* quadrifidum, rarius trifidum. *Bacca* subrotunda, nigra, bi-seu trisperma.

Alpen-Wegdorn.

In alpibus Carniolicis (*Wulfen*, *Host*, *Scop.*), Pannoniae meridionalis (*Schultes*), in monte *Meissner* Hassiae (*Mönch*), in Marggrav. Badensi (*Gmelin*). ♄. Fl. Majo, Junio.

6. Rhamnus *pumila.*

R. caule procumbente ramosissimo, inermi, foliis ovatis, crenatis, racemulis axillaribus, floribus hermaphroditis, quadrifidis, baccis trispermis.

Rhamnus pumila. *Linn.* Mantiss. 40. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1097. (excluso synon. *Jacq.*) *Braune* Salisburg. n. 218. (excluso synon. *Jacq.*) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 287. (excluso syn. *Wulfen* et exclusa descriptione.) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 942. *Römer* Flora Europ. Fasc. 10. *Vest* Manuale p. 473.

Rhamnus rupestris. *Scop.* Carn. 2. n. 362. Tab. 5.

Frutex ramosissimus, rupibus saxisque incumbens, adpressus et *Hederae* in modum saepius obtegens. *Rami* alterni,

elongati, diffusi; *juniores* fusco-villosi. *Folia* sparsa, petiolata, ovata, crenata, supra glabra, plana, nitida, subtus ad venas cum petiolis rufo tomento obsessa. *Flores* plerumque in racemulos axillares, petiolis plerumque breviores dispositi, viridi-flavescentes, hermaphroditi vel interdum masculi vel feminei in diversis plantis. *Pedunculi* vel simplices, vel subdivisi, basi *Bracteola* lineari-subulata, caduca, suffulti. *Calyx* quadrifidus, rarius quinquefidus, extus viridulus, teres; *Laciniis* lanceolatis. *Petala* quatuor, rarius quinque, lanceolata. *Stylus* vix longitudine staminum. *Stigma* obtusum. *Bacca* obscure rubra, trilocularis, trisperma.

Niedriger Wegdorn.

In rupibus, praesertim calcareis Forijulii, Litoralis (*Host*), in monte *Nanas* in cacumine, in *Untersberg*, *Sonnenwendelstadt* (*Scopoli*), Hungariae, Bohemiae, (*Schmidt*, *Pohl*), Principatus Salisburgensis (*Braune*). ♄. Fl. Majo, Junio.

7. Rhamnus *Wulfenii.*

R. caule adscendente erectiusculo, inermi, foliis rotundato-ovatis, serratis, floribus hermaphroditis subracemosis, quinquefidis, baccis trispermis.

Rhamnus pumilus. ***Wulfen*** **in** ***Jacq.*** **Collect. 2. p. 141. Tab. 11.**

Differt a ***Rhamno pumila Linn.*****, cum qua a plerisque auctoribus commutata est: 1.** ***Statura*** **majore, ad arbusculae sex- ad octopedalis altitudinem accedente. 2.** ***Ramis*** **minus elongatis. 3.** ***Foliis*** **serratis, nunc ovatis, nunc orbiculatis. 4.** ***Calyce*** **extus rubello, quinquefido:** ***Laciniis*** **ovatis, obtusiusculis, carinatis, nervo dorsali in Tubum decurrente, hinc subquinquangulus ille. 5.** ***Petalis*** **obcordatis, quinque, albis, basi attenuatis, rubris, calycis laciniis duplo brevioribus. 6.** ***Stylo*** **staminibus longiore.**

Wulfens-Wegdorn.

Circa Tergestum (*Wulfen*). ♄. Fl. Majo, Junio.

164. V I T I S.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 396. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 296. Gaertner de Fruct. Vol. 2. p. 168. Tab. 106.

Calyx inferus, quinquedentatus, minimus. *Petala* quinque, parva, caduca. *Stigma* simplex, subsessile. *Bacca* subrotunda, *immatura* quinque-locularis; *matura* unilocularis, tri- ad pentasperma. *Semina* turbinato-cordata, basi contracta, ossea, semibilocularia.

1. Vitis *silvestris*.

V. foliis cordatis subtrilobis dentatis, subtus hirsutis concoloribus, floribus subdioicis. *Gmelin* Badens. n. 356.

Vitis vinifera. *Jacq.* Collect. Austr. 1. p. 160. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palatinatus p. 6 et 18. n. 7. *Lumnitz.* Poson. n. 236. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 948.

Vitis Labrusca. *Scop.* Carn. 2. n. 272. *Krocker* Siles. n. 360.

Vitis vinifera silvestris seu Labrusca. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 96.

Frutex seu *Arbor* omnino spontaneus in variis Germaniae meridionalis regionibus, sarmentosus, praealtus, semper arbores superscandens. Differt a *Viti vinifera*, a qua ne varietatis quidem nomine distinxit *Linneus*: 1. *Foliis* utrinque concoloribus, nunc utrinque rariter hirsutis, nunc subtus tantum ad venas et petiolos, trilobis: *Lobis* angustioribus et acutioribus, profundius et acutius dentatis. 2. *Floribus* dioicis in distinctis individuis: *masculis* Stigmate orbatis; *femineis* Staminibus imperfectis mutilatis, cum Stigmate perfecto. 3. *Racemis* minoribus. 4. *Acinis* minoribus, confertis, incumbentibus, rubellis, aut ex albido viridibus.

Wald-Wein.

In silvis et silvaticis, dumetis Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scopoli*), Pannoniae (*Host*), Palatinatus (*Koch* et *Ziz*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*), Silesiae (*Krocker*), Posoniae (*Lumnitz.*). ♄. Fl. Majo.

** Drupaceae.

165. PALIURUS.

Gaertner de Fruct. Vol. 1. pag. 203. Tab. 43.

Calyx quinquefidus, inferus. *Corolla* pentapetala, par-
a, unguiculata. *Germen* disco carnoso, demum excrescente,
nctum. *Stylus* bi-seu trifidus, stigmatibus reflexis. *Drupa*
cea, coriacea, bi-seu trilocularis, bi-seu trisperma, hemisphae-
ca, complanata, orbiculo lato, membranaceo cincta. *Semina*
ndo loculamentorum affixa.

Paliurus *australis.*

P. aculeis stipularibus, geminis: recto recurvatoque, race-
ulis axillaribus, corymbosis, foliis ovatis crenulatis, glabris.
ömer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 342.

Rhamnus Paliurus. Senus Iter Istr. et Dalmat. pag. 20.
cop. Carn. 2. n. 264. *Vest* Manuale p. 473. *Wulfen* in
ömer Arch. Band 3. St. 3. p. 338.

Zizyphus Paliurus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II.
g. 1103. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 944.

Paliurus. *Dodon.* Pempt. p. 756. *Lobel* Icon. 2. p. 179.

Rhamnus sive Paliurus folio jujubino. *Joh. Bauh.* Hist.
Pars II. p. 35.

Frutex erectus, tri-ad quadripedalis, divaricato-ramosissi-
us. *Rami ramulique* teretes, glabri. *Folia* alterna, ovata,
re crenulata, glabra, breviter petiolata. *Aculei* stipulares, op-
siti, altero erecto, altero breviore, recurvo. *Flores* in Racemulos
illares, corymbosos, erecto-patulos, foliis breviores, dispositi, par-
, breviter pedicellati. *Calycis laciniae* ovatae, patentes. *Petala*
va, calyce breviora. *Filamenta* demum reflexa. *Stylus* plerum-
e trifidus. *Stigmata* simplicia, reflexa. *Drupa* margine co-
iceo, amplissimo, striato, plano, orbiculari, alata.

Südlicher Christdorn.

In sepibus per omne Forijulium, in Litorali Monfalconii,
uilegiae (*Wulfen*, *Host*), in Istria (*Senus*). ♄. Fl. Majo,
nio.

166. ZIZYPHUS.

Gaertner de Fruct. Vol. 1. p. 202. Tab. 43.

Calyx quinquefidus inferus. *Corolla* pentapetala, parva, unguiculata. *Stylus* bipartitus. *Drupa* baccata: *Nucleo* osseo, sutura spuria ad basin elevata, biloculari, dispermo. *Semina* fundo loculamentorum affixa.

1. Zizyphus *vulgaris.*

Z. aculeis stipularibus geminis, recto recurvatoque, foliis oblongo-ovatis, obtusis, serratis, glomerulis florum axillaribus, drupa ovata.

Zizyphus vulgaris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1105. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 340.

Rhamnus Zizyphus. Scop. Carn. 2. n. 205. *Vest* Manuale p. 474. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 339.

Zizyphus. *Dodon.* Pempt. p. 807. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars II. p. 40.

Zizyphus rutila. *Clusii* **Hist. 1. p. 28.**

Jujuba arabum. *Lobel* **Icon. 2. p. 178.**

Arbuscula sex-ad decempedalis, erecta, inferne plerumque nuda, tunc iterato ramosa. *Rami* alterni teretes, obscure rubescentes. *Folia* alterna, breviter petiolata, ex oblongo ovalia, obtusiuscula, serrulata, trinervia, utrinque glabra, supra viridia, nitida, subtus pallidiora. *Aculei* stipulares duo, oppositi, altero recto, altero recurvo. *Flores* exigui, flavi, brevissime pedicellati, tres, quatuor vel quinque in glomerulos axillares subsessiles, coacervati. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* atropurpurea. *Drupa* oblongo-ovata, baccata, pulposa, obscure rubens, nutans.

Brustbeeren-Judendorn.

In vineis neglectis Istriae, Forijulii, Litoralis (*Wulfen*, *Host*, *Scopoli*). ♄. Fl. Julio.

*** Capsulares.

A. Capsula uniloculari.

167. VIOLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1364. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 326. Gaertner de Fruct. Vol. 2. p. 139. Tab. 112.

Calyx inferus, pentaphyllus: *Foliolis* supra basin affixis, si productis. *Corolla* pentapetala, resupinata, irregularis, calcarata: *Petalum supremum* deorsum spectans basi desinens in *cornu nectariferum* inter calycis foliola prominens. *Nectarium* processus filamentorum duorum apice glandulosus, cornu intrans. *Antherae* apice membranaceae, cohaerentes. *Stigma* vel acutum vel urceolatum. *Capsula* unilocularis trivalvis, polysperma. *Semina* valvulis affixa.

a) *Acaules: stipulis membranaceis.*

Viola *pinnata.*

V. acaulis, estolonifera, glabra, foliis subrotundis pinnatifido-multifidis: laciniis infimis palmatis, inciso-dentatis, stipulis urceolatis, acuminatis, integerrimis, pedunculis infra medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola pinnata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1260. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. 352. *Vest* Annuale p. 439. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 314.

Viola alpina, folio in plures partes dissecto. *C. Bauh.* Pin. p. 199.

Viola montana, folio multifido. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 544.

Viola montana laciniato folio. *Clusii* Hist. 1. p. 309?

Radix crassitie pennae corvinae, nodosa, fibrosa, acaulis, estolonifera, glabra. *Folia* radicalia, petiolata, subrotunda, ad basin ciliata, nervosa, pinnatifido-multifida: *Lobis inferioribus* duobus palmatis, inciso-dentatis, obtusis, inaequalibus; *terminali* cuneato. *Petioli* semidigitales et digitales. *Pedunculi* radicales, foliis plerumque longiores, infra medium bibracteati. *Stipulae* urceolatae, acuminatae, membranaceae, remote denticulatae, vel integerrimae. *Flos* parvus, nutans, violaceus. *Calycis foliola* acuta, obtusa, glabra. *Petala duo lateralia* reliquis majora *capsula* ovata glabra.

Schlitzblättriges Veilchen.

In Tyroli, in rupestribus alpium leontinarum (*Wulfen*). 4. Fl. Aprili.

2. Viola *hirta.*

V. acaulis, substolonifera, foliis oblongo-cordatis, crenulatis, cum petiolis piloso-hirtis, stipulis lanceolatis, integerrimis, pedunculis plus minus scabriusculis, superne tetragonis, infra medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola hirta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1162. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 267. *Besser* Galic. n. 249. *Gmelin* Badens. n. 1341. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 1. *Lumnitz.* Poson. n. 882. *Pollich* palat. n. 838. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 360. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 952. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 11. *Vest* Manuale p. 349. Flora Dan. Tab. 618.

β *aprica* foliis glabris, calycibus acutis.

Viola hirta, Var. *aprica. Sprengel* Novi Provent. p. 43. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 360.

γ *scabra* foliis calycibusque acuminatis.

Braune in Regensb. bot. Zeit. 1820. p. 469.

Radix perpendicularis, fibrosa. Acaulis estolonifera, interdum substolonifera, piloso-hirta. *Folia* radicalia, petiolata, subovato-cordata, obtusa, crenata. *Stipulae* lanceolatae, membranaceae, acutae, integerrimae, glabrae. *Pedunculi* radicales, filiformes, infra medium bibracteati, glabri. *Bracteae* lanceolatae, oppositae, integerrimae. *Flos* terminalis, nutans, violaceus. *Calycis foliola* ovata, obtusa, glabra. *Petala* emarginata. *Capsula* globosa.

β *aprica.*

Differt *Statura* minore; *Foliis* glabris; *Calycibus* acutis. *Sprengel.*

γ *scabra.*

Differre dicitur, *Foliis* magis acuminatis, basi profundius emarginatis, subtus scabris, longius petiolatis; *Floribus* majoribus, saturatioribus, *Calycis foliolis* acuminatis; *Odore* nauseoso *Cicutae.*

Behaartes Veilchen.

In silvis et campis sabulosis; β in collibus ad *Löbejün* et

lenstedt prope Halam Saxonum; γ am *Viehberge* prope Salisurgum *(Braune)*. 24. Fl. Aprili.

Viola *ambigua.*

V. acaulis estolonifera, foliis ex oblongo cordatis in petiolum desinentibus, crenatis, glabris, lobis baseos inaequalibus, interno-cucullatis, pedunculis glabris superne triquetris, supra medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola ambigua. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hung. tab. 190. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 356. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 951.

Planta ita describitur: *Radix* saepe pedalis, perpendicularis. *Folia* per petiolum subdecurrentia, eodem duplo breviora. *Pedunculi* superne triquetri, bibracteati. *Bracteae* subulatae, vel integerrimae, vel ciliatae. *Flores* pallide violacei, magnitudine et odore *Violae odoratae*, fauce fere nudi. *Calycis foliola* obtusa. *Capsula* subglobosa.

Observ. Differt ab antecedente *Viola hirta*, affini, inprimis: 1. *Glabritie.* 2. *Foliis* magis elongatis, basi cucullatis, in petiolum decurrentibus et baseos lobis inaequalibus. 3. *Floribus* odoratis.

Zweifelhaftes Veilchen.

In clivis et collibus siccis planitiei Danubium inter et Tibiscum *(Waldst. et Kitaib.)*. 24. Fl. Majo.

Viola *uliginosa.*

V. acaulis sobolifera, glabra, foliis cordatis, crenatis, lucidis, superne attenuatis, petiolis trigonis, marginatis, stipulis ovato-lanceolatis, pedunculis compressis, hinc canaliculatis, supra medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola uliginosa. Besser Galic. n. 248. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 357? *Schultes* Oestr. Fl. 2. 950.

Hanc speciem Celeber. *Besser* l. c. pro more accuratissime descripsit: *Radix* repens, sobolifera. *Folia* radicalia, cordata, superne attenuata, obtusa, crenata, in petiolum subdecurrentia, glabra, ut reliquae partes glabra, juniora cucullata, adulta multo majora, vix cucullata. *Petioli* trigoni, canaliculati, marginati, margine vix dimidiam lineam aequante. *Stipulae* ovato-lanceolatae, membranaceae. *Pedunculi* radicales, compressi, altero latere convexi, altero canaliculati, supra medium *Bracteis* duabus

oppositis lanceolato-subulatis praediti, apice nutantes. *Calycis foliola* oblonga, obtusa, trinervia. *Corolla* violaceo-purpurascens, inodora, fauce nuda, major, quam in *Viola canina*. *Petalis* obovato-oblongis, adultioribus truncato-retusis; *majori* conulo basi macula alba purpureo-striata picto, reliquis linea alba notatis. *Cornu* obtusum, breve emarginatum, recurvum. *Capsula* trigono-cylindrica, calyce parum longior, obtusa.

Moor-Veilchen.

In locis paludosis silvulae *Bronowiensis* prope Cracoviam *(Besser)*. ♃. Fl. Aprili, Majo.

5. Viola *palustris.*

V. acaulis, estolonifera, glabra, foliis reniformi-cordatis, crenatis, stipulis lato-lanceolatis, serrulatis, pedunculis tetragonis, circa medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola palustris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1163. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 267. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. Th. 2. p. 183. *Besser* Galic. n. 252. *Gmelin* Badens. n. 1342. *Pollich* palat. n. 836. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 363. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 954. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 11. *Vest* Manuale p. 439. Flora Dan. Tab. 83.

Radix dentata, fibrosa. *Folia* radicalia in caespitem disposita, reniformia, petiolata, glabra, crenata, reticulato-venosa. *Petioli* semicylindrici. *Stipulae* lato-lanceolatae, serrulatae. *Pedunculi* radicales, subtetragoni, supra medium bracteati. *Flores* violacei. *Calycis foliola* obtusa. *Cornu nectariferum* breve, obtusum, integrum, glabrum, venis obscurioribus ramosis pictum. *Stigma* incrassatum, urceolatum.

Sumpf-Veilchen.

In paludibus, inprimis turfosis, et pratis udis. ♃. Fl. Aprili, Majo.

6. Viola *Schmidtiana.*

V. acaulis, estolonifera, glabra, foliis cordatis, acuminatis, subcrenatis, stipulis ovatis, integerrimis, pedunculis sub flore bracteatis, calyce acuminato.

Viola Schmidtiana. Römer et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. 363.

Viola nummularifolia. Schmidt Bohem. n. 246. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 966.

Folia dicuntur plus minus acuminata, firmula, subtus pallidiora. *Stipulae* ovatae, fuscescentes, integerrimae. *Pedunculi* radicales, foliis longiores, sub flore *Bracteis* duabus acuminatis praediti. *Flores* caerulei. *Calycis foliola* lanceolata, acuminata. *Petala* obtusa. *Calcar* breve. *Stigma* mucronatum.

Schmidts-Veilchen.

In Bohemia, Austria, Bavaria passim *(Schmidt, Schultes).* 4. Fl. Aprili, Majo.

Observ. Viola livida foliis cordatis obtusiusculis, crenatis, subtus pubescentibus, bracteis flori approximatis, petalis omnibus cuneiformibus, oblongis, obtusis, stipulis ovato-lanceolatis, serrato-ciliatis, *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 363., quam *Kitaibel* prope Baden legit, specie non differre videtur a *Viola Schmidtiana.*

7. Viola *odorata.*

V. acaulis, stolonifera, stolonibus reptantibus, foliis cordatis, crenatis, subtus pubescentibus, stipulis ovato-lanceolatis, ciliatis, pedunculis supra medium bracteatis, calyce obtuso.

Viola odorata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1163. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 268. *Besser* Galic. n. 350. *Gmelin* Badens. n. 1343. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 2. *Pollich* palat. n. 837. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 364. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 953. *Scop.* Carn. 2. n. 1097. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 11. *Vest* Manuale p. 439. Flora Dan. Tab. 309.

Viola martia purpurea, flore simplici, odoro et flore purpurascente. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 680.

Radix perpendicularis, fibrosa. *Caulis* nullus. *Stolones* repentes, teretes, foliosi, sequente anno floriferi. *Folia* radicalia, petiolata, cordato-subrotunda, obtusa, crenata, plus minus pubescentia. *Stipulae* lanceolatae, acutae, glabrae, setoso-serratae. *Pedunculi* radicales, filiformes, supra medium *Bracteis* duabus lanceolatis integerrimis suffulti. *Flores* nutantes, violacei, vel purpurascentes, suaveolentes. *Calycis foliola* ovata, obtusa. *Petala* inaequalia, obovata. *Stigma* uncinatum. *Capsula* subglobosa, obsolete trigona.

Wohlriechendes Veilchen.

Variat Flore albo, inodoro.

Viola alba. Besser Galic. n. 251.

Observ. Ob stolones simul cum materna planta jam prio anno florentes et flores constanter albos, Celeberr. *Besser* l. c. hanc varietatem propriam speciem putat, structura omnium partium convenit cum *Viola odorata*

In nemorosis, sepibus, pomariis. 4. Fl. Martio, Aprili.

b) *Subcaulescentes et caulescentes. Stipulis plus minus membranaceis.*

8. Viola *alpina.*

V. subcaulescens, foliis subrotundo-ovatis subcordatis repando-crenulatis, subpilosis, margine scabris, stipulis linea lanceolatis, integerrimis, pedunculis infra apicem bracteatis, s miteretibus, hinc sulcatis, calyce obtuso, calcare abbreviato, tusissimo.

Viola alpina. Jacq. Flora Austr. Tab. 242. *Ejusd.* serv. bot. 1. p. 21. Tab. 11. *Römer* et *Schultes* Syst. 5. p. 365. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 955. *Sternberg* den Denkschr. der Regensb. bot. Gesellsch. 2. p. 103. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 30. *Vest* Manuale pag. 440.

Viola montana secunda. *Clusii* Hist. 1. p. 309?

Radix imbricata. *Caulis* brevis et fere nullus. *Folia* va, crassiuscula, nitida, subrotundo-ovata, vel subcordata tusa, repando-crenulata, supra ad lentem et margine pilo subtus glabra, petiolata. *Petioli* semiunciam ad unciam canaliculati, glabri. *Stipulae* angusto-lanceolatae, membra pellucidae, integerrimae, glabrae. *Pedunculi* foliis duplo lo res, semiteretes, hinc sulcati, infra apicem bibracteati. ratione plantae magnus, saturate violaceus. *Calycis fol* violaceo virescentia, obtusa. *Petala tria inferiora* fauce a et barbata. *Stigma* capitatum. *Calcar* calyce paullo br obtusum. *Capsula* ovata, obtusa.

Alpen-Veilchen.

In alpibus Austriacis, Styriacis, et Carpathicis (*Jacq.*) Fl. Aestate.

Viola *Zoysii.*

V. subcaulescens, foliis subrotundo-ellipticis, glaberrimis, natis, stipulis lanceolatis, integerrimis, pedunculis trigonis, ra apicem bracteatis, calyce obtuso, calcare elongato, acumi- o.

Viola Zoysii. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1169. *mer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 386. *Schultes* Oestr. 2. n. 976. *Sternberg* in den Denkschr. der Regensb. Gesellsch. 2. p. 103. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22. *st* Manuale p. 441. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 4. p. 297. . 11. Fig. 1.

Viola grandiflora. Host Synops. p. 482.

Habitu, foliorum magnitudine et figura *Violae* antecedenten *alpinae* proxima, sed differt: 1. *Radice* repente, plus minus ricata. 2. *Pedunculis* subtriquetris. 3. *Corolla* constanter a, paullo majore. 4. *Calcare* calyce longiori, acuminato. *Loco* natali.

Observ. Male Celebr. *Host* hanc et antecedentem cum *Viola grandiflora* in unam speciem conjunxit.

Zoys-Veilchen.

In summis alpibus Carniolicis in cacumine montis *Stov* 0 ped. altitudine) et in Matschackensibus circa mapalia tud. 4000 ped.). Ibi nunquam visa est *Viola alpina* (de *t*). 2. Fl. Julio.

Viola *arenaria.*

V. subcaulescens, scabriuscula, foliis cordato-subrotundis, latis, adultioribus glabriusculis, stipulis lanceolatis, setosotis, pedunculis cum calyce acuto retrorsum scabriusculis, pice bracteatis.

Viola arenaria. Koch et *Ziz* Catal. Plant. Palat. p. 6. *Viola rupestris. Schmidt* Bohem. n. 249. Neue Böhm. ndl. Th. 1. p. 60. n. 97. Fig. 10. *Schultes* Oestr. Fl. 2. 7.

Viola Allioni. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 367. *Radix* albida, descendens, fibrosa, multiceps. *Caules* plu- emiunciales vel unciales, simplices, caespitosi. *Folia* alter- pproximata, parva, cordato-subrotunda, obtusa, crenulata, ra scabriuscula, aetate glabriuscula, subtus pallidiora. *Pe-* ad lentem scabriusculi. *Stipulae* lanceolatae, membrana-

ceae, inferne setoso-ciliatae, emarcidae fuscae. *Pedunculi* axillares, foliis duplo fere longiores, toti scabriusculi, infra curvaturam *Bracteis* duabus, oppositis setaceis praediti. *Calycis foliola* lineari-lanceolata, acuta, scabriuscula, saepius rubro-fusca, margine submembranacea. *Corolla* caerulea. *Calcar* calycis appendiculis, dimidio longius, crassiusculum, obtusum.

Observ. Ad hanc speciem quoque spectare videtur *Viola Krockeri*, *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 367 *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 957. *Viola purpurascens*, *Schmidt* Bohem. n. 248. *Krocker* Siles. n. 1484, quam inprimis Floribus rubro-lilacinis, recedere apparet.

Sand-Veilchen.

In arenosis et rupibus Bohemiae *(Schmidt)*, Bavariae *(Schultes)*, prope Moguntium (*Ziz* et *Koch*). 24. Fl. Apr.

11. Viola *ericetorum.*

V. caulescens glabriuscula, foliis oblongo-ovatis subcordatisve, in petiolum parum desinentibus, leviter crenulatis, stipulis lanceolatis setoso-serratis, pedunculis obsolete tetragonis supra medium bracteatis, glabris, calycibus acutis.

Viola canina. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab.

Viola lancifolia. *Besser* Galic. n. 256. *Schultes* Oest. Fl. 2. n. 962.

Viola inodora. *Rivin.* Pentap. Tab. 119. *Fig. dextra.*

Violae caninae varietas. *Raji* Synops. p. 364. n. 5. Tab. 24. Fig. 1.

Radix lignosa, fuscescens, flexuosa, nodosa. *Caules* parvulae, teretiusculi, glaberrimi, nitidi, saepe violacei, semidigitales et digitales, simplices, vel subramosi. *Folia* alterna, petiolata, oblongo-ovata, vel nonnihil subcordata, *juniora* cucullata, in petiolum parum desinentia, apice obtusa, margine tenuissime crenulata, glabra, subtus nitida. *Petioli* profunde canaliculati. *Stipulae* oppositae, lanceolatae, submembranaceae, setaceo-dentatae. *Pedunculi* axillares, foliis longiores, obsolete tetragoni, toti glabri, supra medium bibracteati. *Calycis foliola* acuta. *Corolla* caerulea, inodora. *Calcar* e viridi flavescens, calycis appendiculis duplo fere longius, obtusissimum, sulcato-emarginatum.

Observ. Flores seriores constanter apetali.

Heide-Veilchen.

In ericetis praesertim sabulosis, in pascuis sterilibus passim in Germania. 24. Fl. Majo.

12. Viola *canina.*

V. adultior caulescens, foliis cordatis, planis, grosse crenato-denticulatis, supra margineque plus minus scabriusculis, stipulis lineari-lanceolatis, setoso-dentatis, dentibus baseos longissimis, pedunculis obsolete trigonis, supra medium bracteatis, intra bracteas barbatis, calycibus acutis.

Viola canina. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1164. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 269. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. Th. 2. p. 145. *Beser* Galic. n. 255. *Gmelin* Badens. n. 1344. *Lumnitz.* Poson. n. 854. *Pollich* palat. 838. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 366. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 960. *Scop.* Carn. 2. n. 1098. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 11. Flora Dan. Tab. 1453.

Viola inodora major. *Rivin.* Pentapet. Tab. 119.

Viola canina, caerulea, inodora, silvestris, serotina. *Lobel* Icon. 1. pag. 609.

Viola canina. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 681.

Viola martia, caerulea, inodora, silvatica, in acumine semen ferens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 543. Fig. mala!

β Stipulis uno latere dentatis, flore dilute caeruleo.

Viola neglecta. Schmidt Bohem. n. 253. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 367. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 958.

Viola canina γ neglecta. Pohl Bohem. n. 371.

Caulis primo nullus, tunc declinatus, demum adscendens, simplex, hinc convexus, inde angulosus, obsolete triqueter, angulis duobus elevatioribus, infra stipulas barbatis, caeterum glaber. *Folia* ex oblongo-cordata, subacuminata, grosse crenato-dentata, supra leviter pubescentia, petiolata: *radicalia* in caespitem digesta; caulina alterna. *Petioli* obsolete canaliculati. *Stipulae* lanceolatae, acuminatae, setaceo-ciliatae, ciliis baseos longissimis. *Pedunculi* partim radicales, partim ex alis foliorum caulis solitarii, obsolete trigoni, supra medium *Bracteis* duabus lanceolatis, ciliatis aucti, intra bracteas pilosi, caeterum glabri. *Flores radicales* et *caulini priores* violacei, spectabiles, plerumque steriles; *superiores* apetali, fertiles, staminibus et pistillo a calyce absconditis. *Calcar* violaceum.

Observ. ***Viola neglecta Schmidt*** l. c. vix specie differre mihi videtur a ***Viola canina***, licet serius flore at cultura perstet. ***Flores*** majores et ***Calcar*** niveum, versus lucem e duobus quasi compositum apparens.

Hunds-Veilchen.

In dumetis et nemoribus humidis; β in Bohemia (*Schmidt*). ♃. Fl. Aprili, Majo, Jun.

13. Viola *mirabilis.*

V. adultior caulescens, hirsutiuscula, foliis cordatis, subrotundis, subcucullatis, crenatis, ciliatis, stipulis lanceolatis integerrimis, pedunculis triquetris, glabriusculis, supra medium bracteatis, calyce acutiusculo.

Viola mirabilis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1167. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 271. *Besser* Galic. n. 253. *Gmelin* Badens. n. 1347. *Host* Synops. pag. 481. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 19. *Römer et Schultes* Syst. Veget. 5. p. 377. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 968. *Ve...* Manuale p. 440. Flora Dan. Tab. 1045.

Viola montana latifolia, flores e radice, semina in cacumine ferens. *Dill.* Giss. Append. pag. 36. *Ejusd.* Hort. Elth. Tab. 303. Fig. 390.

Quam proxime cognata est cum antecedente ***Viola canina*** et caute distinguenda. Differt: 1. ***Caule*** secundum longitudinem hinc piloso; nec infra stipulas tantum barbato. 2. *Fo...* cordato-magis subrotundis et non raro subacuminatis. *Lo...* baseos majoribus, magis approximatis, non raro complicatis ... ita folia basi fere cucullata. 3. ***Petiolis*** hinc hirsutiusculis. 4. ***Stipulis*** integerrimis. 5. ***Pedunculis*** totis hirsutiusculis, flor... superiorum apetalorum plerumque brevioribus. 6. ***Corollis*** al... dis, raro roseis.

Observ. Flores inferiores corollati ab auctoribus dicuntur semper steriles et superiores tantum fertiles. At non raro flores radicales quoque fertiles observantur ut in *Viola canina.*

Verschiedenblühtiges Veilchen.

In montosis silvaticis, apricis, passim in Germania. ♃ Fl. Aprili, Majo.

4. Viola *biflora.*

V. caulescens, glabra, foliis reniformibus, serratis, ciliatis, pulis ovato-lanceolatis, subintegerrimis, pedunculis infra api- m bracteatis, calycibus acutis.

Viola biflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 67. *Besser* Galic. n. 254. *Gmelin* Badens. n. 1348. *rocker* Siles. n. 1487. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. g. 378. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 969. *Scop.* Carn. 2. n. 99. *Vest* Manuale p. 440. Flora Dan. Tab. 46.

Viola uniflora. Krocker Siles. n. 1488. Tab. 40.

Viola montana prima. *Clusii* Hist. 1. p. 309.

Viola flore luteo. *Rivin.* Pentapet. Fig. 119.

Viola martia lutea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 545. Fig. 1.

Caulis digitalis et palmaris, debilis, decumbens, rarius erec- ; filiformis, simplex, glabriusculus, uni-seu biflorus. *Folia* rna, breviter petiolata, cordata, rotunda, serrata, ciliata, su- nitida, glabra, vel pubescentia. *Stipulae* ovato-lanceolatae, integerrimae, raro uno alterove dente praeditae, subherba- e. *Pedunculus* unus et alter, terminalis, foliis longior, se- us, infra apicem bibracteatus. *Flores* parvi, flavi. *Calycis* ola acuta. *Petalum supernum* deorsum spectans reliquis lon- , striis quinque saturatioribus pictum. *Calcar* brevissimum. gma peltatum.

Zweiblühtiges Veilchen.

In summis montium jugis et alpibus Austriae *(Host)*, nioliae *(Scop.)*, Styriae *(Sartori)*, Galiciae *(Besser)*, ariae *(Schrank)*, Silesiae *(Krocker)*, prope Salisburgum *hrank)*. 4. Fl. tota Aestate.

Viola *lactea.*

V. caulescens, glabra, foliis ovato-oblongis, lanceolatisve, etiolum desinentibus: inferioribus subcordatis, stipulis her- is, lanceolatis, utrinque inciso-serratis, pedunculis supra ium bracteatis, calycibus acutis.

α Foliis ovato-oblongis.

Viola lactea. Smith Flora brit. 1. pag. 247. *Koch* et Catal. Plant. Palat. pag. 6. *Römer* et *Schultes* Syst. 5. pag. 369. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 961.

β Foliis ovato-acuminatis.

Viola Ruppii. Allion. Pedemont. 2. n. 1646. Tab. 26.

Fig. 6. *Schmidt* Bohem. n. 252. (exclus. V. persicifol.) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 959.

Viola litoralis. *Sprengel* Novi provent. p. 43. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 370.

γ Foliis ovato-lanceolatis.

Viola persicifolia. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 271. *Gmelin* Badens. n. 1346. (excluso syn. *Smith.*) *Schkuhr* Handb. 3. p. 269. Tab. 269. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 965.

Viola montana β persicifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1165. *Pohl* Bohem. n. 572.

Viola caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, serratis. *Böhmer* Fl. Lips. n. 456.

Viola flore albo. *Rivin.* Pentapet. Tab. 120.

Viola stipulis crenatis, foliis ovato-lanceolatis. *Haller* Gött. p. 231.

Viola palustris, angustis persicariae foliis, mucronatis et serratis. *Rupp.* Jen. p. 289.

Viola martia arborescens. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 681.

Radix sublignosa, nodosa. *Caules* vel simplices vel ramosi, plerumque erecti, angulosi, glabri. *Folia* alterna, longe petiolata, ovato-oblonga, basi plus minus in petiolum desinentia, glabra, rotundato-serrata: *inferiora* plerumque subcordata. *Petioli* superne, ob folii partem decurrentem, plus minus latiusculi. *Stipulae* herbaceae, lanceolatae, utrinque remote inciso-serratae: *Pedunculi* axillares, glabri, elongati, supra medium infra curvaturam bracteati. *Bracteae* lineari-lanceolatae. *Calycis foliola* acuta, glabra. *Corolla* alba, vel e caeruleo albida, vel dilute caerulea. *Cornu* calycis appendiculis paullo longius. *Capsula* glabra.

α Foliis ovato-oblongis.

Caules adscendentes, plerumque simpliciusculi, rectiusculi, ab unciali ad palmarem altitudinem accedentes. *Folia* omnia obtusa. *Petioli* ob majorem folii partem in illum decurrentem, superne ultra semilineam lati. *Flores* albi, per exsiccationem caerulescentes.

β Foliis ovato-acuminatis.

Caules adscendentes, ramosi: *ramis* divaricatis. *Folia inferiora* magis subcordata. *Petioli* superne vix ultra tertiam lineae partem lati. *Flores* albi, vel dilute caerulei; *superiores*

seriores plerumque apetali. *Pedunculi* tenuiores, filiformes, folio breviores. *Capsulae* paullo minores.

Observ. Specimina gallica *Violae lanceaefoliae* Thore omnimode conveniunt cum *Viola litorali Sprengel* l. c.

γ Foliis ovato-lanceolatis.

Caules erecti, simplices, palmares, semipedales et longiores. *Folia* superiora acutiuscula, magis oblonga, basi plus minus attenuata et in petiolum desinentia. *Petioli* superne ob minorem folii partem in illum desinentem, parum tantum latiores. *Stipulae superiores* semper majores *inferioribus*. *Pedunculi* longitudine foliorum, vel parum tantum longiores. *Flores* pallide caerulei, plerumque omnes corollati.

Observ. Glabritie omnium partium, Stipulis utrinque inciso-serratis et Pedunculis minus elongatis, infra curvaturam nec ad illam, bracteatis, facile dignoscitur a *Viola* sequente *montana*, quacum a plerisque auctoribus commutata est.

Milchfarbenes Veilchen.

α In apricis montosis prope Moguntium (*Koch* et *Ziz*); β Ad litora maris Baltici prope *Warnemünde* (*Flörke*); γ In pratis humidis seu montosis passim in Germania. 2|. Fl. Majo.

16. Viola *montana.*

V. caulescens, scabriuscula, foliis subcordato-ovato-lanceolatis, serratis, in petiolum decurrentibus, cum stipulis herbaceis oblongo-lanceolatis, hinc basi pinnatifidis, ciliatis, pedunculis elongatis, ad curvaturam bracteatis, calyce acuto.

Viola montana. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1164. (exclusa Var. β) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 270. *Besser* Galic. n. 258. *Gmelin* Badens. n. 1345. *Lumnitz.* Poson. n. 885. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 370. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 963. *Vest* Manuale pag. 440. *Willich* Observ. n. 94. Flora Dan. Tab. 1229.

Viola flore caeruleo, longifolia. *Rivin.* Pentapet. Fig. 119.

Viola arborescens. *Camerar.* Epit. p. 911.

Viola silvestris longifolia. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 682.

Viola martia surrectis cauliculis. *Lobel* Icon. 1. p. 610.

Caules erecti, simplices et ramosi, pedales et longiores,

angulosi, ad lentem scabriusculi. *Rami* erecti. *Folia* alterna, petiolata, in petiolum decurrentia, ex ovata et subcordata basi oblongo-lanceolata, scabriuscula, margine tenuissime ciliata, serrata: *superiora* sensim longiora et angustiora, apice subintegerrima. *Petioli* superne dilatati, inferiores folio suo longiores, superiores illo breviores. *Stipulae* oblongo-lanceolatae scabriusculae, herbaceae, margine ciliatae, uno latere basi inciso-pinnatifidae, altero latere integerrimae, vel nonnihil uno alterove dente praeditae, in inferioribus foliis petiolo paullo breviores, in superioribus illo dimidio longiores. *Pedunculi* scabriusculi, folio dimidio longiores, ad curvaturam *Bracteis* duabus linearilanceolatis herbaceis, ciliatis aucti. *Calycis foliola* ciliata, acuta. *Corolla* majuscula, caerulea: *Petalo superiori* deorsum spectante striis violaceo-caeruleis, picto. *Cornu* ovatum, crassum, obtusum, longitudine appendiculorum calycis. *Flores superiores* non raro apetali. *Capsula* glabra.

Berg-Veilchen.

Variat Stipulis subintegerrimis.

In dumetis et sylvaticis montosis passim in Germania australiore. ♃. Fl. Majo.

17. Viola *stagnina.*

V. caulescens, glabra, foliis crenulato-serratis: superioribus cordato-lanceolatis; inferioribus in petiolum decurrentibus, stipulis herbaceis, lineari-lanceolatis, basi utrinque setaceo-dentatis, pedunculis infra curvaturam bracteis basi solutis praeditis, calyce acutiusculo.

Viola stagnina. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 370. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 964.

Tota glabra. *Radix* sublignosa, fibrosa. *Caules* plures, erectiusculi, subflexuosi, inferne fuscentes et dichotomi, superne laete virides et simplices. *Folia* alterna, petiolata, crenulato-serrata: *inferiora* ovato-lanceolata, in petiolum desinentia; *superiora* semper cordato-lanceolata; nec basi attenuata et in petiolum decurrentia. *Petioli* scabriusculi. *Stipulae* lanceolatae, basi utrinque dentibus setaceis pinnatifidae. *Pedunculi* scabriusculi, foliis plerumque longiores, sub flore curvati, infra curvaturam *Bracteis* duabus lineari-setaceis, ciliatis, basi solutis, suffulti. *Calycis foliola* acutiuscula. *Corolla* albida. *Cornu* calyce paullo brevius, obtusum, apice incrassatum. *Capsula* glabra.

Observ. Media quasi inter *Violam lacteam* et *montanam*, at prioris Varietati γ proxima. Ab ambabus distinguitur *Bracteis* basi solutis.

Morast-Veilchen.

In paludibus, uliginosis Croatiae *(Kitaibel)*, in fossis hyeme inundatis, aestate exsiccatis Palatinatus *(Koch)*. 4. Fl. unio?

C. *Caulescentes, stipulis herbaceis, plus minus pinnatifidis.*

Observ. Hujus coetus species quam proxime sibi cognatae sunt, ut signa diagnostica aegre eruenda sint. Omnes enim inter se conveniunt *Foliis* plus minus ovatis, crenatis; *Stipulis* herbaceis, pinnatifidis; *Pedunculis* axillaribus, folio longioribus, infra apicem bracteatis; *Stigmate* urceolato.

3. Viola *tricolor.*

V. caulescens, plus minus pubescens, foliis dentato-crenatis: inferioribus subrotundo-ovatis; superioribus oblongo-ovatis, stipulis pinnatifidis; laciniis supra medium dilatatis; terminali oblongo-ovata, calycibus acutis, villosis, appendiculis obovatis, crenulatis, calcar obtusum aequantibus.

α *major:* petalis duobus lateralibus calyce majoribus.

Viola tricolor. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1268. β. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 272. *Besser* Galic. 257. *Gmelin* Badens. n. 1350. *Lumnitz.* Poson. n. 886. *Wallich* palat. n. 839. β. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. 381. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 971. *Sturm* Deutschl. Fl. Fasc. 11. *Vest* Manuale p. 441. Flora Dan. Tab. 623.

Viola tricolor grandiflora. Hayne Arzn. Gewächse Band Tab. 5.

Viola tricolor. *Rivin.* Pentapet. Fig. 122.

Viola trinitatis primum, secundum. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 690.

Viola flammea, coloria, calida. *Lobel* Icon. 1. p. 611.

Jacea seu flos trinitatis. *Camerar.* Epit. pag. 912.

β *media:* petalis duobus lateralibus calycem aequantibus.

Viola arvensis. Gmelin Badens. n. 1343. (excluso syn.

Tabernaemont.) *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 382. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 972.

γ *minor:* petalis quatuor inferioribus sursum spectantibus aequalibus, calyce brevioribus.

1. *simplex*: caulibus erectis subsimplicibus.

Viola tricolor β bicolor. Persoon Synops. 1. p. 255.

Viola tricolor β pumila. Besser Galic. n. 257.

Viola Kitaibeliana. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 383.

Viola bicolor. *Rivin.* Pentapet. Fig. 122.

Jacea altera. *Camerar.* Epit. p. 913.

2. *ramosa*: caulibus inferne ramosis, diffusis.

Viola arvensis. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 273. *Besser* Galic. n. 258.

Viola tricolor α. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1160.

Viola tricolor parviflora. Hayne Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 4.

Viola silvestris. *Lobel* Icon. 1. p. 611.

Viola trinitatis minor, tertia. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 690.

Herba trinitatis. *Fuchs* Hist. p. 803.

Radix fibrosa, albida. *Caules* plerumque plures, basi procumbentes, adscendentes, diffusi, flexuosi, ramosi, angulosi, subpubescentes, nitidi. *Folia* alterna, petiolata, plus minus profunde crenata, vel serrata, margine praesertim pubescentia, ciliata: *inferiora* ex subrotundo obovata; *superiora* oblongo-ovata. *Stipulae* oppositae, magnae, longitudine circiter dimidii folii cum petiolo, profunde pinnatifidae, ciliatae: *Laciniis lateralibus* oblongis, plus minus supra medium dilatatis, integerrimis; *terminali* structura et figura folii, at paullo angustiore. *Pedunculi* axillares, solitarii, folio suo triplo longiores, angulosi, uniflori, ad curvaturam bibracteati. *Bracteae* minutae, membranaceae, basi denticulatae. *Calycis foliola* lineari-lanceolata, acuta, ciliata, postice appendiculis obovatis, retusis, plus minus crenatis praedita. *Corolla* versicolor. *Petala* obovata, *supremum* calcariferum deorsum spectans, fauce constanter saturatius flavum cum striis atro-violaceis. *Calcar* longitudine appendiculorum calycis. *Capsula* glabra.

α *major.*

Corolla speciosa. *Petala duo lateralia* duobus infimis sur-

sum directis, dimidio fere breviora, at calyce longiora. *Caulis* diffusus.

β media.

Corolla dimidio minor, quam in *α*. *Petala duo lateralia* calycem vix superantia vel illi aequali. *Caulis* diffusus.

γ minor.

Petala quatuor inferiora sursum directa magnitudine et figura perfecte aequalia et calyce minora.

1. *simplex. Caulis* simplex, solitarius, digitalis et sesquidigitalis, erectus. *Corolla* fere constanter e flavescenti alba.
2. *ramosa. Caules* plures, supra basin ramosi, adscendentes, debiles, diffusi. *Corolla* plerumque e flavescenti alba.

Observ. Comparatis inter se speciminibus plurimis, excepto florum colore et magnitudine, quam maxime variabili, nullum sane characterem diagnosticum, constantem, invenire potui, qui ansam praeberet, ut Varietas *γ* ab *α* et *β* specie distinguatur, licet habitus quodam modo alienus sit. Confer. *Borckhausen* in *Römer* Archiv 1. St. 1. p. 48. St. 2. p. 11.

Dreifarbiges Veilchen.

Variant α et *β Corollis* violaceo-atropurpureis, albo et caeruleo-variegatis et totis albis: *γ* e violaceo et albo variegatis.

α et *β*: In agris, hortis, cultis. *γ*: 1. In aggeribus sterilibus, ad agrorum versuras. 2. iisdem locis cum *α*. ☉. Fl. tota Aestate.

Observ. *Viola bannatica Kitaibel* in *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 382. specie nullo modo differre videtur a *V. tricolore.* Intermedia dicitur quasi inter varietatem nostram *γ* et *α*. Specimen ex horto Vindobonensi sub hoc nomine acceptum, propius accedit, quoad florum magnitudinem, varietati *β mediae.*

19. Viola *declinata.*

V. caulescens, glabriuscula, foliis crenulato-serratis: inferioribus obovatis; superioribus lanceolatis, stipulis palmato-pinnatifidis, ciliatis: laciniis linearibus, falcatis, calycibus acutis

appendiculis linearibus, acutiusculis, calcare tenuiori dimidio brevioribus.

Viola declinata. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 223. *Besser* Galic. n. 261. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 383. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 970.

Differre dicitur a *Viola tricolore:* 1. *Radice* bi-et trienni. 2. *Glabritie.* 3. *Caulibus* subbinatis, simplicissimis. 4. *Foliis superioribus* fere linearibus, non per petiolum decurrentibus. 5. *Stipulis* latere, nec transversim pinnatifidis: *Laciniis* linearibus, integerrimis. 6. *Calycis appendiculis* linearibus, acutioribus. 7. *Calcare* longiore, acutiore.

Niedergebogenes Veilchen.

In alpibus et subalpinis Hungariae *(Kitaibel)*, Galiciae *(Besser)*. ♂. 4. Fl. Julio.

20. Viola *saxatilis.*

V. caulescens, foliis crenato-serratis: infimis ovatis, mediis lanceolatis; summis lanceolato-linearibus, stipulis pinnatifidis: laciniis lateralibus lineari-lanceolatis; terminali lanceolata, acuta, integerrima, calycis acuti appendiculis truncatis, eroso-acute dentatis, calcare oblongo, obtuso, subbrevioribus.

Viola saxatilis. Schmidt Bohem. n. 257. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 384. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 975.

Viola lutea. Besser Galic. n. 260.

Viola sudetica. Willd. Enum. Plant. horti botan. Berol. Supplem. p. 12.

Caulis basi tenuis, subramosus, debilis, adscendens, sursum sensim crassior, simplex, inferne subtetragonus, superne triqueter, angulis duobus pilosis. *Folia* alterna, petiolata, pubescentia, ciliata: *infima* ovata, seu obovata, obtusa grosse crenata: *media* lanceolata, remote crenato-serrata; *superiora* et *summa* lineari-lanceolata, remote serrata, serraturis inflexis. *Stipulae* infra medium pinnatifidae: *Laciniis* acutis; *lateralibus* integerrimis, pubescentibus, ciliatis, lineari-lanceolatis; *terminali* lanceolata, acuta. *Pedunculi* folio suo longiores, paullo infra curvaturam bibracteati. *Bracteae* minutae, membranaceae, basi dentatae. *Calycis foliola* angusto-lineari lanceolata, acuminata, glabra, subdenticulata, *appendicibus* truncatis, eroso-acute dentatis. *Corolla* albido-flavescens, *Petalis* calyce duplo longioribus, obovatis, crenulatis, supremo calcarifero saturatius luteo

ersus faucem et nigris lineis pictum. *Calcar* oblongum, obtu-
um, calycis appendiculis paullo longius.

Observ. Violam saxatilem Schmidt observare nondum mihi contigit, at vix specie diversam credo a *Viola sudetica Willdenow.* Specimen meum ab optimo *Trevirano* in monte *Schneeberg* lectum omnimode convenit cum descriptione *Violae luteae* Celeberr. *Besser* in Flora Galic. l. c.

Stein-Veilchen.

In monte *Schneeberg* comitatus Glatz *(Treviranus)*, rupibus Bohemiae (*Schmidt*), Galiciae (*Besser*), in Carthis Hungariae *(Kitaibel)*. ♃. Fl. Majo.

1. Viola *lutea.*

V. caulescens, subpilosa, foliis crenatis: inferioribus ovatis, perioribus oblongis, obtusis, stipulis palmato-incisis: laciniis teralibus lanceolatis; terminali obverse lanceolata obtusissima, lycis acuti appendiculis ovatis, dentatis, calcare oblongo, obso, dimidio brevioribus.

Viola lutea. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 385. *chultes* Oest. Fl. 2. n. 973. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. rol. p. 265. *Trattin.* Tabular. Tab. 43.

Quam proxime accedit ad praecedentem *V. saxatilem* praertim colore et magnitudine florum, tamen distincta inprimis: *Caule* plerumque breviore, simplici, robustiore. 2. *Foliis is* ex subrotundo-ovatis; *superioribus* omnibus ex oblongoatis, obtusis. 3. *Stipulis* basi palmato-incisis; *Lacinia ternali* obverse lanceolata, obtusa. 4. *Pedunculis* longioribus. *Calcare* calycis appendiculis dimidio saltem longiore.

Gelbes Veilchen.

In pascuis montosis Hungariae (*Römer* et *Schultes*). . Fl. Jul., Aug.

2. Viola *grandiflora.*

V. caulescens, glabriuscula, foliis crenatis, ciliatis: inferius subrotundis; superioribus oblongis, stipulis ultra medium ıtato-pinnatifidis, ciliatis, calycis acuti, glabri appendiculis ıvatis, retusis, crenulatis, calcare obtusissimo, subincurva, dubrevioribus.

Viola grandiflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1169. *Gmelin* Badens. n. 1361. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 385. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 974. *Vest* Manuale pag. 441.

Cum duabus praecedentibus proxime cognata est haec species, quas partim omnes in unam speciem conjunxerunt, partim inter se commutarunt auctores botanici, ut eorum synonyma certa aegerrime eruenda sint. *Violae flore luteo majore, Rivin.* Pentapet. Tab. 121. figura nostro specimini optime respondet.

Caulis erectus, triqueter, plerumque simplex, glabriusculus. *Folia* alterna, petiolata, crenata, glabriuscula, ciliata: *inferiora* subrotunda; *superiora* elliptico-oblonga, obtusiuscula. *Stipulae* oblongae, ciliatae, ultra medium dentato-pinnatifida, sed non tam profunde incisa, quam in duabus praecedentibus. *Pedunculus* unus vel alter, axillaris in summitate caulis, folio suo dimidio longior, angulosus, glaberrimus, infra curvaturam *Bracteis* duabus minutis praeditus. *Calycis foliola* oblongo-lanceolata, subacuta, plerumque glaberrima, raro pilis nonnullis remotis ciliata, appendicibus obovatis, obtusis, crenatis. *Corolla* flava, calyce duplo major: *Petalis* rotundatis. *Calcar* calycis appendiculis duplo longius, subcylindraceum, obtusissimum, subcurvum.

Grossblumiges Veilchen.

In alpibus austriacis (*Schultes, Host, Vest*). ♃. Fl. Jul., Aug.

33. Viola *calcarata.*

V. caulescens, glabriuscula, foliis crenatis, subovatis, stipulis denticulatis, calycis acuti appendiculis serratis, calcare subulato multo brevioribus.

Viola calcarata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 387. *Gmelin* Badens. n. 1352.

Differt ab antecedente *V. grandiflora* inprimis: 1. *Caule* breviore. 2. *Foliis* plerumque minoribus. 3. *Stipulis* erectis denticulatis; nec pinnatifidis. 4. *Corolla* purpureo-violacea, rarius alba, odorata. 5. *Calcare* corolla sublongiore, subulato.

Langgesporntes Veilchen.

In montibus *Feldberg* et *Kandel* Brisgoviae, in excelsi montis Vogesi jugo *auf des Vogelsbergs Belchen (Gmelin).* ♂. Fl. Majo, Jun., Jul.

168. IMPATIENS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1008. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 299. sub *Balsamina*. Gaertner de Fruct. Vol. 2. p. 151. Tab. 113. sub *Balsamina*.

Calyx diphyllus, caducus, inferus. *Corolla* pentapeta-, irregularis, calcarata. *Nectarium* monophyllum, cuculli tar fundum corollae excipiens, ore obliquum, extrorsum as-gens, basi in cornu desinens. *Antherae* apice connatae. *igma* simplex, sessile. *Capsula* unilocularis, quinqueval-, elastice dissiliens: *Valvulis* in spiram contortis. *Recep-culum* axis filiformi-angustatum, persistens.

Impatiens *Noli tangere.*

I. pedunculis solitariis, multifloris, pendulis, foliis ovatis, iculis caulinis tumentibus.

Impatiens Noli tangere. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1176. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 274. *Besser* ic. n. 247. *Gmelin* Badens. n. 1353. *Lumnitz.* Poson. 88. *Pollich* palat. n. 848. *Römer* et *Schultes* Syst. et. 5. pag. 350. *Schkuhr* Handb. 3. Tab. 270. *Schultes* tr. Flora 2. n. 949. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 5. *st* Manuale p. 441. Flora Dan. Tab. 582.

Balsamina Noli tangere. Scop. Carn. 2. n. 1101.

Balsamina lutea polonica. *Barrel.* Icon. 1297.

Noli tangere. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1254.

Noli me tangere. *Columnae* Ecphras. p. 149. Tab. 150.

Radix fasciculata, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, ut tota ita, glaberrimus et pallide viridis, aquose pellucidus, articula-ramosus, geniculis tumidis bi-ad quadripedalis. *Rami* al-i, patentes. *Folia* alterna, petiolata, ovata, denticulata, te-, reticulato-venosa, noctu et coelo nubilo dependentia. *Pe-uli* axillares, solitarii, racemosi, tri-, quadriflori, filiformes, es, penduli, basi incrassati. *Flores* citrini, rubro-punc-*Calyx* coloratus, caducus, diphyllus: *foliolis* ovatis mu-atis. *Petala* maxime inaequalia, oblique ovalia. *Calcar* inatum, apice recurvum, corolla longius. *Filamenta* super-cum Antheris, connata. *Stylus* nullus. *Capsula* oblonga, sa, glabra, pendula, tactu elastice dissiliens et Semina di-gens: *Valvulis* spiraliter contortis. *Semina* oblonga, fer-nea.

Wilde Balsamine.

In silvis et nemoribus humidis, ad fontes et scaturigines. ⊙. Fl. Jul., Aug.

B. *Capsula tri-, quinqueloculari.*

169. EVONYMUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 373. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 415. Gaertner de Fruct. 2. p. 149. Tab. 113.

Calyx monophyllus, inferus, quinque-seu quadripartitus, planus: *Laciniis* concavis. *Corolla* penta-seu tetrapetala. *Stamina* quinque seu quatuor, germini tanquam receptaculo imposita. *Stylus* simplex. *Capsula* sulcata, quinque-seu quadrilocularis, quinque-seu quadrivalvis, colorata: *Loculis* monospermis. *Semina* ovata, *Arillo* baccato obvallata.

1. Evonymus *europaea.*

E. ramis laevibus, foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis compressis, trifloris, floribus plerisque tetrapetalis, petalis acuminatis.

Evonymus europaea. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 464. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 945.

Evonymus europaeus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1130. *Ejusd.* Berlin. Baumz. p. 136. *Gmelin* Badens. n. 347. *Lumnitz.* Poson. n. 230. *Pollich* palat. n. 232. *Schkuhr* Handb. 1. p. 154. Tab. 48. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 27. *Vest* Manuale p. 474. Flora Dan. Tab. 1089.

Evonymus vulgaris. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 266. *Besser* Galic. n. 281. *Mönch* Hass. n. 195. *Scop.* Carn. 2. n. 267.

Evonymus. *Clusii* Hist. 1. pag. 57. *Camerar.* Epit. p. 102. *Dodon.* Pempt. p. 383.

Evonymus primus. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 1462.

Evonymus Theophrasti. *Lobel* Icon. 2. p. 168. *Ejusd.* Hist. p. 591.

Evonymus multis, aliis Tetragonia. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars 2. pag. 202.

β angustifolia, foliis oblongo-lanceolatis.

Evonymus europaeus β angustifolius. Schultz Suppl. Florae Stargard. p. 16.

Frutex nonnunquam ad arboris sedecim ad viginti pedum itudinem accedens, erectus, cortice griseo obtectus. *Rami* positi, adultiores tetragoni, viridescentes. *Ramuli* teretes, vi-les. *Folia* opposita, breviter petiolata, elliptico-lanceolata, si in petiolum attenuata, serrulata, venoso-reticulata, glabra. *res* ex alis foliorum superiorum pedunculati, *primarii* quin-fidi, pentandri, *reliqui* omnes quadrifidi, tetrandri. *Pedun-i* solitarii, compressi nudi, plerumque triflori. *Petala* paten-, albo-virentia, oblonga, acuta. *Capsulae* ad lentem pubes-tes, quinquangulae, pleraeque quadrangulae; *angulis* rotunda-obtusis. *Semina* miniata *Arillo* aurantiaco.

β Differt: *Ramis* strictioribus; *Foliis* oblongo-lanceolatis, longe acuminatis.

Observante veneratissimo *Schultz* l. c. *Folia* in hac va-ate mirum in modum variant. Primordialia vel juniora ple-que angustiora magisque acuminata, aetate perfectiora in udinem potius excrescunt et saepe subrotunda, basi subcor-evadunt, caeterum cum E. *vulgari* conveniunt.

Gemeiner Spindelbaum.

In sepibus, dumetis et silvis vulgaris. β prope *Neobran-urgum am Trollehagener Berge* et ad pagum *Klein Neme-am Rande des Tollensee* (*Schultz*). ♄. Fl. Majo.

Evonymus *verrucosa.*

E. ramis verrucosis, foliis ovatis, acuminatis, pedunculis ibus, filiformibus, subtrifloris, floribus plerisque tetrapetalis, is rotundatis.

Evonymus verrucosa. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 465. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 946.

Evonymus verrucosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 31. *Ejusd.* Berlin. Baumz. p. 137. *Besser* Galic. n. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 289. *Lumnitz.* Poson. n. *Scop.* Carn. 2. n. 268. *Vest* Manuale p. 474.

Evonymus flore phoeniceo. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars 2. 203.

Evonymus pannonicus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1462.

Evonymus secundus. *Clusii* Hist. 1. p. 57.

Frutex sex-ad octopedalis. *Rami* teretes, plerumque op-: *juniores* virides, nigro-maculati; *adultiores* grisei, ver-nigris, elevatis exasperati. *Folia* opposita, breviter petiola-

ta, ovata, subacuminata, serrulata, glabra. *Pedunculi* ex alis foliorum solitarii, filiformes, teretes, tenues, nudi, apice bifidi, interdum trifidi. *Pedicelli* tres lineas fere longi, intermedio unifloro, laterales bi- et triflori. *Calycis laciniae* margine purpurascentes. *Petala* purpureo-fusca, utrinque rubro-punctata, rotundata, quatuor, rarius quinque. *Antherae* rotundae, flavae. *Stylus* nullus. *Stigma* vesicae simile. *Capsulae* vertice impressae, obtuse quinquelobae, rarius quadrilobae, ochroleucae et rubrae. *Semina* nigra, *Arillo* croceo.

Warziger Spindelbaum.

In montibus Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Galiciae (*Besser*), Styriae (*Sartori*), Bohemiae (*Pohl*). ♄. Fl. Majo.

3. Evonymus *latifolia.*

E. ramis laevibus, foliis ovato-oblongis, subacuminatis, pedunculis teretibus, filiformibus, multifloris, floribus pentapetalis, petalis subrotundis.

Evonymus latifolia. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 465. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 947.

Evonymus latifolius. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1131. *Ejusd.* Berl. Baumz. pag. 137. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 265. *Gmelin* Badens. n. 348. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 289. *Mönch* Hass. n. 196. *Schrank* Bavar. n. 407. *Scop.* Carn. 2. n. 266. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 27. *Vest* Manuale p. 472.

Evonymus latifolius. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars 2. p. 202. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1462.

Evonymus primus latifolius. *Clusii* Hist. 1. p. 56.

Frutex ad arboris pedum sedecim altitudinem accedens. *Rami* plerumque alterni, teretiusculi, laeves; *juniores* subcompressi. *Folia* opposita, oblongo-ovata, acuminata, serrulata, glabra, venosa, breviter petiolata. *Flores* albo-virescentes, pedunculati. *Pedunculi* axillares, oppositi, longi, filiformes, teretes, nudi, superne in pedicellos divisi. *Calyx* plerumque quinquepartitus: *Laciniis* subrotundis margine albicantibus. *Petala* rotunda, calycis laciniis majora, margine reflexa. *Stamina* plerumque quinque. *Filamenta* conica. *Capsula* quinquangula, rarius quadrangula; *angulis* eminentioribus, acutis et ita subalatis. *Seminum Arillus* luteo-fuscus.

Breitblättriger Spindelbaum.

In nemorosis et sepibus Austriae (*Host*, *Jacq.*), Caroliae (*Scopoli*), Styriae (*Sartori*), Bavariae (*Schrank*), arggrav. Badensis (*Gmelin*), prope Salisburgum (*Schrank*). Fl. Majo, Junio.

† † † † † *Flores pentapetali, superi.*

• Capsulares.

170. JASIONE.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1362. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 185. Gaertner de Fruct. 1. p. 149. Tab. 30.

Involucrum flores in capitulum colligens plurimos, pedi- llatos: *Foliolis alternis interioribus* angustioribus. *Calyx* perus, quinquefidus, persistens. *Corolla* propria pentapeta- *Petalis* aequalibus, oblongis, basi connexis. *Stamina* inque. *Antherae* oblongae, basi connexae. *Stigma* bi- um. *Capsula* calyce coronata, semibilocularis, apice fora- ne dehiscens, polysperma. *Dissepimentum* ad axem di- ium, solis capsulae parietibus adnatum. *Receptaculum* erum, inter dissepimenti valvulos positum.

Jasione *montana.*

J. foliis obverse lineari-lanceolatis, undulato-crispis, invo- ri foliolis repando-obtuse dentatis.

Jasione montana. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 888. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 279. *Gmelin* Ba- is. n. 1340. *Lumnitz.* Poson. n. 881. *Pollich* palat. n. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 473. *Schkuhr* ndb. 3. Tab. 266? *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 879. *Sturm* utschl. Fl. 1. Fasc. 9. *Vest* Manuale pag. 438. Flora Dan. b. 319. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 92.

Scabiosa minor. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 144. *don.* Pempt. p. 122.

Scabiosa media. *Lobel* Icon. 1. p. 536.

Rapontium montanum capitatum, leptophyllum. *Colum-* e Ecphr. 1. p. 226. Tab. 227.

Radix descendens, simplex vel ramosa, fibrosa. *Caulis* erec-

tus, simplex, vel inferne ramosus, angulosus, scabriusculus, pedalis et longior, fere usque ad medium foliosus. *Folia* obverse lineari-lanceolata, sessilia, utrinque villosa, integerrima, margine undulato-crispa: *radicalia* in caespitem congesta; *caulina* sparsa, angustiora. *Pedunculus* longus, nudus, glaber, capitulo florum subrotundo terminatus. *Involucrum* polyphyllum; *foliolis* elliptico-lanceolatis, imbricatis, obtusis, plus minus pilosis, repandis, obsolete et obtuse dentatis. *Flores* in capitulo numerosi, breviter pedicellati, caerulei, interdum albi. *Thalamus* nudus. *Calycis laciniae* lineares, angustissimae. *Petala* linearia, obtusiuscula, basi connexa, calyce longiora at Pistillo duplo breviora. *Antherae* laeviter cohaerentes, post pollinis dimissionem divergentes. *Germen* inferum, subrotundum. *Stylus* longus, superne caeruleus. *Stigma* clavatum, demum emarginatum.

Observ. Monstrosam prolem in arena humida prope *Vegesack* observavi, capitulo laxiore, florum centralium pedicillis elongatis, quam sub *β comosa* in Flora Germ. l. c. descripsi.

Berg-Jasione.

In collibus aridis, arvis et aggeribus, ericetis et juniperetis. ♂. ⊙. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Jasione *caespitosa.*

J. foliis linearibus, planis, involucri foliolis sinuato-acute dentatis.

Jasione caespitosa. *Koch* in Lit.

Jasione perennis. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palat. p. 6. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 473. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 93.

Distinctissima ab antecedente! *Radix* obliqua nodosa, ramosa, perennis, *Soboles* plures rosaceas pro futuro anno producens. *Caulis* oblique adscendens, erectus, simplex, angulosus, striatus, nitidus, inferne pilosus, superne glaberrimus, infra medium foliosus, supra medium nudus. *Folia* linearia, obtusa, versus basin parum tantum angustata, subintegerrima, plana: *radicalia* in caule florifero plerumque emarcida, at *rosularum* pilis albis, exstantibus plus minus aspera; *caulina* alterna, sessilia, *inferiora* pilosa; *superiora* plerumque glabra. *Capitulum* terminale, solitarium, subglobosum, involucratum, multiflorum. *Involucrum* polyphyllum, duplice serie imbricatum: foliolis ellipticis, acutis, glabris, sinuato-dentatis: *dentibus* acutis, subsetaceis. *Capsula* ex ovata basi magis oblonga.

Observ. Secundum specimina gallica *Jasione perennis La Marck (Jasione humilis Loiseleur des Longchamps* Notice p. 42.) a nostra planta omnino distincta est, hinc nomen specificum mutavit optimus *Koch.*

Rasenförmige Jasione.

In Palatinatu prope *Kaiserslautern (Koch)*, prope Halam xonum in pascuis silvaticis ad *Rossleben (Wallroth)*. 2. Jun., Jul.

* * Bacciferae.

171. RIBES.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 390. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 344. Gaertner de Fruct. 1. p. 143. Tab. 28. sub *Grossularia.*

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, superus. *Corol-* *Petala* quinque, parva, calycis margini insidentia, cum dem laciniis alternantia. *Stamina* quinque, calycis laci- opposita. *Antherae* margine dehiscentes. *Stylus* bifidus. *cca* unilocularis, polysperma, pulposa. *Receptacula* duo, arietibus baccae incrassatis.

a) *Inermia.*

Ribes *rubrum.*

R. inerme, foliis obtusilobis, subtus inpunctatis, basi setis implicibus ciliatis, racemis floriferis nutantibus, bracteis pe- llo brevioribus.

Ribes rubrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 3. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 275. *Besser* Galic. 83. *Gmelin* Badens. n. 349. *Hayne* Arzn. Gewächse l 3. Tab. 25. *Leers* Herborn. n. 169. *Pollich* palat. 33. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 492. *Schkuhr* db. 1. pag. 155. Tab. 48. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 977. *rm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 4. *Vest* Manuale pag. 375. *llroth* Sched. crit. 1. p. 106. Flora Dan. Tab. 967.

Ribes rubrum. *Lobel* Icon. 2. pag. 102. Fig. 1. *Ejusd.* p. 615. Fig. 2.

Ribes vulgaris. *Camerar.* Epit. p. 88.

Ribes vulgare acidum. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 97.

Ribes. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 1492. *Fuchs* Hist. pag. 663.

Frutex erectus, inermis, quadri-ad sexpedalis. *Rami* alterni, cortice brunneo obducti, teretes. *Folia* alterna, longe petiolata, obtuse quinqueloba, basi cordata, margine grosse serrata, supra glabra, subtus, praesertim ad venas, pilosa. *Petioli* basi ad dilationem setis denticulatis ciliati. *Flores* in *Racemum* simplicem, axillarem, nutantem, glabrum, dispositi, viridi-flavescentes. *Bracteae* ad basin pedicellorum solitariae, lanceolatae, pedicellis breviores. *Bacca* globosa, succosa, plerumque rubra.

Gemeine Johannesbeere.

In sepibus et nemoribus. ♄. Fl. Aprili, Majo.

2. Ribes *petraeum.*

R. inerme, foliis acutilobis, subtus inpunctatis, petiolis basi setis simplicibus ciliatis, racemis floriferis erectis, bracteis pedicellos aequantibus.

Ribes petraeum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1153. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 49. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 490. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 979. *Vest* Manuale p. 475. *Wulfen* in *Jacq.* Miscellan. 2. p. 36.

Ribes vulgare, rubro flore. *Clusii* Hist. 1. pag. 119. ad finem.

Colore et aciditate baccarum convenit cum antecedente, caeterum distinctissimum et differt inprimis: 1. *Foliis* glabris, margine et ad nervos subtus tantum pilis raris adspersis, plerumque trilobis, Lobis acutiusculis, acute serratis. 2. *Petiolis* basi setis longioribus, simplicissimis ciliatis. 3. *Racemis floriferis* erectis; *fructiferis* tantum nutantibus. 4. *Bracteis* longioribus, pedicellos subaequantibus. 5. *Floribus* majoribus, speciosioribus, roseis. 6. *Baccis* majoribus, acidissimis. 7. *Florendi tempore* seriori.

Rothblühende Johannesbeere.

In alpibus Carinthiae Reichenaviensibus supra lacum *Petaunsee* sub rupibus, Styriae ad lacum *Fösingsee* intra rupes, sub *Winterthal* et *Turnau*, versus *Bergenhütten*, qua ex *Turach* versus *Stangalpen* itur *(Wulfen)*, in Carniolia circa *Idriam* alibique *(Host)*, in summis jugis Sudetorum e. c. ad lacum minorem *(Treviranus)*. ♄. Fl. Majo, Junio.

3. Ribes *nigrum.*

R. inerme, foliis acutilobis, subtus resinoso-punctatis, petiolis basi setis plumosis ciliatis, racemis floriferis nutantibus, bracteis pedicellis brevioribus.

Ribes nigrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1156. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 279. *Besser* Galic. n. 285. *Gmelin* Badens. n. 351. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 26. *Leers* Herborn. n. 170. *Pollich* palat. n. 235. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 498. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 921. *Vest* Manuale p. 475. Flora Dan. Tab. 556.

Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 98.

Ribes nigra. *Lobel* Icon. 2. pag. 202. Fig. 2. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1493.

Ribesium fructu nigro. *Dodon.* Pempt. pag. 740. Fig. 2.

Frutex erectus, inermis, tri-, quadripedalis. *Folia* alterna, longe petiolata, acute tri- vel quinqueloba, acute grosse serrata, supra glabra, subtus subpilosa punctisque ad lentem resinosis, aurantiacis adspersa. *Petioli* basi ad dilationem setis plumosis ciliati. *Racemi* nutantes, pubescentes, simplices. *Flores* purpurascentes. *Bracteae* ad quemvis pedicellum solitariae, illo breviores. *Calyx* campanulatus, quinquedentatus: dentibus patulis, obtusis, coloratis. *Petala* ovalia, albida. *Stylus* simplex. *Stigmata* duo, sublateralia. *Bacca* globosa, nigra, succosa.

Schwarze Johannesbeere.

In nemoribus humidis, ad ripas fluviorum et radices montium. ♄. Fl. Majo, Jun.

4. Ribes *alpinum.*

R. inerme, foliis obtusilobis, subtus inpunctatis, petiolis setis articulatis simplicibus capitatis, ciliatis, racemis floriferis erectis, bracteis longitudine florum.

Ribes alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1154. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 276. *Besser* Galic. n. 284. *Gmelin* Badens. n. 350. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 47. *Leers* Herborn. n. 171. *Pollich* palat. n. 234. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. 495. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 980. *Wallroth* Sched. crit. p. 108. *Vest* Manuale p. 475. Flora Dan. Tab. 968.

Ribes alpinum dulce. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 93.
Ribes montana altera. *C. Bauh.* Prodr. p. 160.

Frutex inermis, dioicus e duobus hermaphroditis, sexu alterutro imperfecto, erectus. *Rami* alterni. *Folia* alterna, longe petiolata, cordato-subrotunda, obtuse triloba, interdum quinqueloba, inaequaliter obtuse dentata, supra pilis sparsis depressis obsessa, subtus glabra. *Petioli* setis longis, simplicibus, articulatis, glandula terminatis ciliati. *Racemi* erecti: in *mascula* planta multiflori, densi, breves; in *feminea* pauciflori, laxi. *Pedicelli* parce glandulosi. *Bracteae* lineari-lanceolatae, ad basin pedicellorum solitariae; in masculis longitudine pedicelli; in femineis illo longiores, floris fere longitudine. *Calycis laciniae* in masculis patentes; in femineis reflexae. *Petala* in masculis flavescentia; in femineis rubicunda. *Bacca* globosa, rubra, minor, quam in praecedentibus.

Alpen-Johannesbeere.

In silvaticis montosis, alpibus et rupestribus. ♄. Fl. Majo.

b) *Aculeata.*

5. Ribes *Grossularia.*

R. aculeatum, foliis obtusilobis, petiolis basi setis simplicibus, brevibus, capitatis, ciliatis, pedunculis unifloris, bracteis subbinis distinctis, baccis setoso-hispidis.

Ribes Grossularia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1158. *Besser* Galic. n. 286. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. pag. 502. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 982. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 4.

Frutex tri-, quadripedalis, erectus. *Aculei* terni, bini et in juventute non raro solitarii. *Folia* alterna, cordato-subrotunda, obtuse triloba, inciso-obtuse et grosse dentata, supra nitida, subtus plus minus pubescentia, longe petiolata. *Petioli* villosi, canaliculati, versus basin setis plumosis cum interpositis brevioribus, simplicibus, capitatis, ciliati. *Pedunculi* axillares, plerumque solitarii et uniflori, petiolis breviores, in medio *Bractea* mono-vel diphylla suffulti. *Flores* fusco-viridescentes. *Bacca* subrotunda, setis erectis, sparsis, pellucidis, primo capitatis, demum acutiusculis, hispida, caeterum glaberrima.

Stachelige Johannesbeere.

Ad sepes, in ruderatis saxosis passim. ♄. Fl. Aprili, Majo.

5. Ribes *reclinatum.*

R. aculeatum, foliis obtusilobis, petiolis basi setis plumosis, ubcapitatis, ciliatis, pedunculis unifloris, bractea monophylla ubulosa, baccis villosis.

Ribes reclinatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. ag. 1158. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 502.

Ribes Grossularia. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 77. *Leers* Herborn. n. 172. *Lumnitz.* Poson. n. 233. *Vest* Manuale p. 476.

β hybridum baccis hirsutis cum interpositis setis capitatis, petiolorum ciliis subnudis capitatis.

Ribes hybridum. Besser Galic. n. 286*.

Differt ab antecedente, cum quo a plerisque auctoribus commutatur: 1. *Racemis* plerumque reclinatis in adultiore frutice. 2. *Foliis* non lucidis. 3. *Setis* ad basin petiolorum evidentius umosis et subcapitatis. 4. *Bractea* monophylla, tubulosa, triartita. 5. *Bacca* villosa absque setis, semper viridis.

Bogige Johannesbeere.

Ad sepes pagorum, in dumetis passim vulgatissima Ducas Bremensis et Oldenburgensis; *β* in Galicia *(Besser).* ♄. l. Aprili, Majo.

6. Ribes *Uva crispa.*

R. aculeatum, foliis obtusilobis, petiolis basi setis plumosis liatis, pedunculis unifloris, bracteis tribus distinctis, baccis glarrimis.

Ribes Uva crispa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1158. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 277. *Besser* Ga. n. 287. *Pollich* palat. n. 236. *Römer* et *Schultes* rst. Veget. 5. p. 505. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 983. *Vest* nuale p. 476. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 44.

Uva crispa. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1491?

Frutex statura et Foliis similis antecedentis, sed *Folia* ma pubescentia. *Petioli* pilosi, basi setis longis maxime plumo, eglanduliferis, ciliati. *Pedunculi* circa medium *Bracteis* bus praediti, quarum una maxima. *Germen* quidem pubescens que setis, at *Bacca* glaberrima.

Glatte Johannesbeere.

Ad sepes, in ruderatis et saxosis passim. ♄. Fl. Aprili, Maj.

Observ. I. Figura, magnitudine et colore baccarum numerosis varietatibus occurrunt in hortis nostris tres ulteriores hic enumeratae species, quae tamen facile ad eas reducendae sunt.

Observ. II. Auctorum synonyma harum specierum vix eruenda sunt, quum pauci tantum characteres essentiales respexerint.

172. HEDERA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 395. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 218. Gaertner de Fruct. 1. p. 130. Tab. 26.

Involucrum Umbellae simplicis minimum, multidentatum. *Calyx* minimus, superus, quinquedentatus. *Corolla* pentapetala. *Stamina* erecta, longitudine corollae. *Antherae* incumbentes, basi bidentes. *Germen* turbinatum. *Stylus* cum *Stigmate* simplex. *Bacca* globosa, primo succosa, demum exsucca, infra receptaculum floris locata ejusque rudimento pentagono coronata, quinquelocularis, pentasperma. *Dissepimenta* tenuissima, uno vel pluribus per maturitatem saepe obliterato.

1. Hedera *Helix.*

H. foliis ramorum sterilium tri-, quinquangularibus, tri-, quinquelobisque, fertilium ovatis, acutis, integris, umbellis erectis.

Hedera Helyx. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1179. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 278. *Besser* Galic. n. 288. *Gmelin* Badens. n. 355. *Lumnitz.* Poson. n. 234. *Pollich* palat. n. 231. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 508. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 984. *Schkuhr* Handb. 1. p. 157. Tab. 49. *Vest* Manuale p. 476. Flora Dan. Tab. 1027.

Hedera Helix et Hedera arborea. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1278.

Frutex ad arboris altitudinem accedens, ad terram arboresque radicans, arbores, rupes et muros adscendens. *Folia* alterna, petiolata, coriacea, semper virentia, nervosa: *inferiora* et *ramorum sterilium* hastato-tri-, quinquangularia, tri-, quinqueloba: *superiora* et *floralia* cordata, ovato-lanceolata, integra. *Umbellae* terminales, simplices, densae, globosae, basi involucratae. *Involucro* minimo multidentato. *Bacca* globosa, nigra.

Gemeiner Epheu.

In silvis et nemoribus umbrosis, sepibus, ad muros. ♄. Fl. ctobri.

† † † † † † *Flores incompleti, inferi.*

173. G L A U X.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 408. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 369. Gaertner de Fruct. 3. p. 31. Tab. 184.

Calyx campanulatus, coloratus, quinquepartitus. *Laciniis* olutis. *Corolla* nulla, nisi calycem velis. *Stamina* quin-, fundo calycis inserta. *Stylus* cum *Stigmate* capitato. *Cap-la* supera, globosa, unilocularis, quinquevalvis, pentasperma. *mina* Receptaculo libero, subgloboso inserta.

Glaux *maritima.*

Glaux. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1210. *th* Flora Germ. T. II. P. I. p. 280. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. pag. 15. *Gmelin* Badens. n. 358. *Pollich* palat. n. 238. *mer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. pag. 514. *Schkuhr* ndb. 1. pag. 161. Tab. 50. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 988. *st* Manuale p. 477. Flora Dan. Tab. 548.

Glaux maritima. *Dill.* Giss. Append. p. 20.

Glaux exigua maritima. *Lobel* Icon. 1. p. 415. *Ejusd.* t. p. 227. Fig. 2.

Glaux maritima minor. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1220.

Alsine bifolia, fructu Coriandri, radice geniculata. *Lösel* ss. p. 13. Tab. 3.

Radix geniculata, fibrosa. *Caulis* adscendens, erectiuscu-, interdum totus prostratus, teres, glaber, inferne plerumque osus, semidigitalis et digitalis. *Rami* oppositi, erecto-patuli. *ia* opposita, sessilia, basi connata, lineari-lanceolata, glabra, carnosa, margine pellucida, integerrima, tres, quatuor lineas ga, lineam ad sesquilineam lata: *floralia* plerumque alterna. *res* axillares, solitarii, sessiles, purpurascentes.

Meerstrands-Milchkraut.

In maritimis et ad salinas passim. ⊙. Fl. Majo, Jun., Jul.

174. ILLECEBRUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 407. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 99. Gaertner de Fruct. 3. pag. 36. Tab. 184.

Calyx pentaphyllus, coloratus, stellato-pentagonus, cartilagineus, persistens: *Foliolis* apice incrassatis, arista terminatis. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Filamenta* basi in urceolum conjuncta. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum. *Capsula* supera, unilocularis, quinquevalvis, monosperma. *Receptaculum* nullum. *Semen* fundo calycis insertum.

1. Illecebrum *verticillatum.*

I. caulibus prostratis, filiformibus, glabris, foliis subrotundis.

Illecebrum verticillatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1205. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 280. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 15. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 314. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 514. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 160. Tab. 50. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 985. *Vest* Manuale p. 477. Flora Dan. Tab. 335.

Illecebra spuria seu sedoides. *Rupp.* Jen. p. 99.

Corrigiola. *Dillen.* Nov. Plant. Gen. p. 169.

Polygonum parvum, flore albo, verticillato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 378.

Radix fibrosa, tenuis. Tota planta glabra. *Caules* prostrati, filiformes, tenues, flaccidi, purpurascentes, simplices vel ramosi, sub verticillis nodosi, foliosi, digitales, palmares. *Folia* opposita, ovali-subrotunda, subsessilia, subcarnosa, integerrima. *Verticilli* dissiti, axillares quinque-ad sexflori. *Flores* sessiles, exigui, albo-rubentes. *Calyx* cartilagineus, nitidus, quinquangularis: *Laciniis* aristatis. *Semen* utrinque acuminatum, nitidissimum, nigrum, in fundo calycis nudum.

Wirtelblühtige Knorpelblume.

In ericetis arenosis humidis passim in Germania inprimis septentrionali. ⊙. Fl. Jun., Jul., Aug.

175. PARONYCHIA.

Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 99. Gaertner de Fruct. 2. p. 218. Tab. 128.

Calyx ad basin usque quinquepartitus, intus coloratus: *foliolis* oblongis, maxime membranaceis, apice subfornicatis et

tus mucronatis. *Córolla* nulla, nisi *Squamae* quinque eares, cum staminibus alternantes. *Stamina* quinque. *Sty-s* bifidus. *Stigmata* duo. *Capsula* supera, subrotunda, ilocularis, monosperma, plerumque non dehiscens.

Observ. Hujus generis plantae ab *Illecebro*, quocum conjunxit *Linneus* et cum eo plurimi auctores botanici, recedunt inprimis: 1. *Calyce* membranaceo. 2. *Squamulis* quinque cum staminibus alternantibus, a nonnullis filamenta sterilia putatis. 3. *Stylo* bifido cum stigmatibus duobus. 4. *Capsula.*

Paronychia *hispanica.*

P. caulibus procumbentibus, foliis obverse lanceolatis, pla-, setaceo-mucronatis, scabris, florum fasciculis axillaribus, cteis scariosis obvallatis.

Paronychia hispanica. Römer et *Schultes* Syst. Veg.). 518. *Clusii* Hist. 2. p. CLXXXII.

Illecebrum Paronychia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. I. p. 1206. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 987. *Vest* Manuale . 477.

Illecebrum narbonense. Villars in *Schrader* Journ. Bd 3. 2. p. 411. Tab. 4.

Paronychia hispanica Clusii. *Lobel* Icon. I. p. 420.

Caules e *Radice* fibrosa plures, procumbentes, filiformes, es, punctis elevatis pilisque brevibus scabriusculi, dichotomi, ulati. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* opposita, obverse eolata, plana, obtusa, cum mucrone setaceo, basi magis at-ata, margine subciliata, aspera, utrinque punctis elevatis sca-eula, caeterum nuda. *Stipulae* ovato-lanceolatae, scario-nitidae, argenteae. *Florum fasciculi* axillares, sessiles, . *Bracteis* ovato-lanceolatis, stipulis similibus, at paullo ribus, obvallati.

Glänzende Paronychie.

In montibus Litoralis circa Flumen *Seniam*, *Grobnicum st*, *Vest*), Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*). ⊙. Fl. Aug.

Paronychia *capitata.*

P. caulibus erectiusculis, foliis lanceolatis, acuminatis, ca-s, submucronatis, pilosis, fasciculis florum terminalibus, is scabriosis, carinatis.

Paronychia capitata. Römer et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 520.

Illecebrum capitatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1206. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 988.

Illecebrum Kapela. Hacquet Plant. alp. Carniol. pag. 8. Tab. 2. Fig. 1.

Polygonum montanum, niveum, minimum. *Lobel* Icon. 1. pag. 420.

Differt ab antecedente, cui similis: 1. *Caulibus* erectiusculis. 2. *Foliis* minoribus, angustioribus, acuminatis, praesertim subtus pilosis, scabris et margine evidentius ciliatis, submuticis, vel seta una vel altera brevi terminatis, longitudine internodiorum; nec ovato-lanceolatis, internodiis longe brevioribus. 3. *Stipulis* lineari-subulatis, longitudine internodiorum; nec ovato-lanceolatis, internodiis longe brevioribus. 4. *Fasciculis florum* in caule ramisque terminalibus, raro uno vel altero laterali, subrotundis. 5. *Bracteis* ovatis, subacutis, latioribus et copiosioribus.

Knopfförmige Paronychie.

Observ. Illecebrum Kapela Hacquet l. c. quoad descriptionem et figuram melius huic, quam antecedenti respondet.

In collibus arenosis Hungariae *(Kitaibel)*, in alpibus calcareis, sterilibus *Kapelam* dictis, circa *Grobenes* et versus *Recke* Carnioliae *(Hacquet)*. ☉. Fl. Julio, Augusto.

† † † † † † † *Flores incompleti, superi.*

176. THESIUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 410. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 83.

Calyx monophyllus, quinque-seu quadrifidus. *Corolla* nulla. *Nectarium Barba* ad basin cujusvis laciniae calycis, latera staminum exteriora tegens. *Stamina* quinque seu quatuor, calyci inserta. *Stylus* cum *Stigmate* simplex. *Nux* mucronata, infera, calyce persistente tecta.

1. Thesium *Linophyllum.*

T. caule adscendente, subramoso, foliis lineari-lanceolatis,

nicula foliacea, floribus pedicellatis, bracteis minoribus obval-is. *Hayne* in *Schrader* Journ. der Botan. Band 2. St. 1. 28. Tab. VI. C. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 104.

α *Foliis linearibus* caule adscendente, erecto.

Thesium Linophyllum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1211. *Mönch* Hass. n. 204. *Römer* et *Schultes* st. Veget. 5. p. 578. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 989.

Thesium pratense. Schrader Spic. Fl. Germ. pag. 26. *rh.* Herbar. n. 12.

Thesium decumbens. Gmelin Badens. n. 359.

Linariae similis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 461. Fig. mala!

β *Foliis lineari-lanceolatis, caule stricto.*

Thesium Linophyllum. Schkuhr Handb. 1. p. 161. Tab. 51.

Thesium Linophyllum β. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *yne* l. c. β.

Thesium intermedium. Schrader Spic. Fl. Germ. p. 27. *sser* Galic. n. 289. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. 578.

γ *Foliis lanceolatis, caule flaccido.*

Thesium Linophyllum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. *Pollich* palat. n. 239. *Vest* Manuale pag. 476.

Thesium Linophyllum γ. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *yne* l. c. *Schultes* Oestr. Fl. 2. l. c.

Thesium montanum. Ehrh. Herbar. n. 2. *Gmelin* Ba-n. 361. *Schrader* Spicil. Fl. Germ. p. 27. *Römer* et *ultes* Syst. Veget. 5. p. 579.

Thesium Bavarum. Schrank Bavar. n. 420.

Anonymos linifolia. *Clusii* Hist. 1. p. 324.

Linariae similis secunda, seu Anonymos Clusii. *Joh. th.* Hist. 3. p. 641.

Linaria adulterina. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1209.

Linaria montana, seu sylvatica. *Thal* Hercyn. p. 72.

Radix sublignosa, stolonifera. *Stolones* filiformes, tuber-o-squamosi. *Caules* inferne teretes, sublignosi, superne losi, striati, foliosi, glabri, palmares, pedales et altiores: in cumbentes, adscendentes, simplices, vel ramosi; in β stricti, lices; in γ flaccidi, simplices, nonnihil ramosi. *Folia* re-, sparsa, subsessilia, glabra, trinervia, semiuncialia et un-, ad lentem obsolete serrulata; in α linearia, obsolete tri-a; in β lineari-lanceolata, ut in γ, evidentius trinervia;

in γ lanceolata. *Panicula* e Racemis simplicibus, axillis insidentibus composita. *Pedunculi* racemorum sursum decrescentes, filiformes, inferne nudi, superne *Bracteis* tribus, structura et figura foliorum, at minoribus praediti, quarum intermedia reliquis major. *Flores* breviter pedicellati, virides, intus albidi. *Calyx* hypocrateriformis, persistens, quinquefidus: *Laciniis* ovato-lanceolatis, obtusis, basin versus dentibus duobus notatis. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Filamenta* basi laciniarum calycis inserta et in illum decurrentia. *Antherae* oblongae. *Germen* calycis basi innatum. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* capitatum. *Nux* subrotunda.

Gemeines Leinkraut.

Variat: 1. *Floribus* tetrandris, rarius triandris.
2. *Foliis* in medio evidentius serratis.

Thesium serratum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 991.

In montosis et pratis montosis passim in Germania, praesertim australiore. 24. Fl. Majo, Junio.

2. Thesium *alpinum.*

T. caulibus prostratis, simplicibus, foliis linearibus, racemo foliato, secundo, floribus sessilibus, bracteis minoribus obvallatis. *Hayne* in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. pag. 32. Tab. 6. D.

Thesium alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1212. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 282. *Besser* Galic. n. 290. *Gmelin* Badens. n. 360. *Jacq.* Flora Austr. 5. Tab. 416. *Lumnitz.* Poson. n. 236. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 5. p. 580. *Schrader* Spicil. Fl. Germ. pag. 25. (excluso syn. *Relhan.*) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 990. *Schweigger* Erlang. n. 92. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 11.

Caules plures, in orbem concumbentes, plerumque simplices, angulati, striati, glabri, palmares et pedales. *Folia* alterna sessilia, linearia, acutiuscula, glabra. *Flores* in Racemum laxum, plerumque secundum dispositi, extus virides, intus albidi, solitarii. *Pedunculi* breves, erecti, simplices, basi nudi, superne sub flore bracteati. *Bracteae* tres, ad florem sessiles; *intermedia* maxima, flore multoties longiore; *lateralibus* flore minoribus. *Calyx* persistens, infundibuliformis, quadrifidus, vel trifidus, raro quinquefidus; *Laciniis* alatis, obtusis, supra basin dentibus duobus notatis. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor, seu trin, rarius quinque. *Nux* globosa, brevissime mucronata, stylo persistente coronata, calyce basi marcescente tecta.

Alpen-Leinkraut.

In montosis Austriae (*Jacq.*, *Host*), Bavariae (*Schrank*), larggrav. Badensis (*Gmelin*), Baruthini (*Roth*, *Schweiger*) et alibi in Germania australiore. 2. Fl. Jun., Jul., Aug.

Thesium *ramosum.*

T. caule erecto, ramoso, racemis elongatis, foliolis, floris sessilibus, bracteis minoribus obvallatis. *Hayne* in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. p. 30. Tab. 7.

Thesium ramosum. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 580.

Thesium palatinum. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 2. p. 29.

Thesium alpinum. *Pollich* palat. n. 240.

Medium quasi inter *Thesium Linophyllum* et *alpinum*, posteriori tamen proximum. A *priori* differt: 1. *Caule* basi raroso. 2. *Foliis* minoribus, acutis. 3. *Racemis* elongatis: *inferioribus* altioribus. 4. *Pedunculis* racemorum crassitie aequalibus; nec sursum decrescentibus. 5. *Floribus* sessilibus. 6. *Calycis Laciniis* integerrimis; nec supra basin bidentatis. 7. *Nuce* oblonga. — A *posteriori* recedit: 1. *Caule* erecto, raroso. 2. *Foliis* et *pedunculis* racemorum sparsis; nec secundis. 3. *Calyce* hypocrateriformi; *Laciniis* integerrimis; nec infundibuliformi: *Laciniis* supra basin dentibus duobus praeditis. 4. *Nuce* oblonga; nec globosa.

Aestiges Leinkraut.

In silvis sabulosis, collibus siccis et ericetis Palatinatus prope *Lautern* et *Mehlingen* (*Pollich*), Austriae (*Römer* et *Schultes*). 2. Fl. Majo, Jun.

Thesium *ebracteatum.*

T. caule erecto simplici, racemo foliato, floribus pedicellatis, bracteis minoribus destitutis. *Hayne* in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. pag. 28. Tab. 7. *Ejusd.* Termini bot. Heft 6. Tab. 26. Fig. 4. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 5. p. 581.

Thesium comosum. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 2. p. 29.

Radix stolonifera. *Caulis* erectus, simplex, angulatus, parcis, spithamaeus et dodrantalis. *Folia* sparsa, remota, linearia vel lineari-lanceolata, obtusa, obsolete trinervia, concava; *caulina* sessilia; *floralia* petiolata. *Racemus* foliosus, quasi ra-

mosus, simplex, e floribus solitariis, breviter pedicellatis, ebracteatis, petiolis insidentibus, compositus. *Calyx* persistens, hypocrateriformis, quinquefidus vel quadrifidus et nonnunquam trifidus, intus albidus: *Laciniis* ovato-lanceolatis, obtusiusculis, integerrimis. *Corolla* nulla. *Germen* calycis basi immersum. *Stylus* staminibus longior, cylindraceus, persistens. *Stigma* capitatum. *Nux* subrotunda, mucronata.

Nacktblühtiges Leinkraut.

In pascuis nemorosis prope Berolinum *(Hayne)*. 4. Fl. Majo, Junio.

Observ. I. In hisce Thesii speciebus numerus laciniarum calycis et Staminum, illis respondentium, valde variabilis est.

Observ. II. Peracta fructificatione calycis basis et in iis speciebus, quarum flores pedicellati sunt, superior quoque pedicelli portio, muco flavo impletur.

DIGYNIA.

† *Flores monopetali, inferi.*

177. SWERTIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 449. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 158. Gaertner de Fruct. 2. p. 160. Tab. 114.

Calyx quinquepartitus, planus: *Laciniis* lanceolatis. *Corolla* rotata, quinquepartita: *Laciniis* lanceolatis; *singula* basi *punctis* duobus *nectariferis*, impressis, ciliis circumdatis, notata. *Antherae* sagittatae. *Stigmata* duo, subsessilia, simplicia. *Capsula* subcylindrica, acuminata, unilocularis, bivalvis, polysperma. *Semina* Valvularum capsulae marginibus incrassatis, duplici serie longitudinali affixa, minima.

Observ. *Gentianae* generi proxima est *Swertia*, at nectariferis punctis ad basin laciniarum corollae in primis distinguitur.

1. Swertia *perennis.*

S. foliis radicalibus ovalibus, caule indiviso, pedunculis tetragonis.

Swertia perennis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1329. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 284. *Besser* Galic. n. 295. *Gmelin* Badens. n. 382. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 243. *Schkuhr* Handb. 1. p. 180. Tab. 58. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 129. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 994. *Timm* Prodr. Fl. Megap. n. 152. *Vest* Manuale p. 478.

Gentiana duodecima punctata flore. *Clusii* Hist. 1. p. 316.

Gentiana septima Clusii. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 1102.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, obtusangulus, glaber, simplex, superne divisus, pedalis et altior. *Folia radicalia* et *caulina infima* petiolata, obovata, obtusa, integerrima, quinquenervia, crassiuscula; *superiora* opposita, sessilia, acutiuscula, caeterum inferioribus similia. *Flores* in paniculam terminalem dispositi, tristes, caerulei. *Pedunculi* tetragoni, oppositi, erecti, uniflori. *Bracteae* elliptico-oblongae, integerrimae. *Calyx* quinque-, interdum quadripartitus, corolla duplo brevior. *Corolla* patens, caerulea, basi pallide virescens, punctis e rubello caeruleis picta, quinquepartita, rarius quadripartita. *Stamina* quinque, rarius quatuor. *Capsula* utrinque attenuata, in medio subventricosa.

Ausdauernde Swertie.

In alpibus et subalpinis Austriae *(Jacq.)*, Bavar. *(Schrank)*, Bohemiae *(Pohl)*, Galiciae *(Besser)*, in pratis et locis depressis turfosis Megapolit. *(Timm)*, prope *Neobrandenburgum* Stargard. *(Schultz)* et alibi. 2|. Fl. Aestate.

178. GENTIANA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 450. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 158. Gaertner de Fruct. 2. p. 159. Tab. 114. Froelich de Gentiana p. 9.

Calyx inferus, monophyllus, quinque-, interdum quadri-ad novemfidus. *Corolla* monopetala, quinque-, interdum quadri-ad novemfida, cum calyce persistens. *Stamina* numero laciniarum corollae. *Germen* stipitatum, basi tuberculis glandulosis, tot, quot corollae laciniae, cinctum. *Stig-*

mata duo, sessilia. *Capsula* unilocularis, bivalvis, polysperma. *Semina* valvulis ad suturam, vel parietibus undique affixa.

α *Corollis campanulatis, quinque-ad novemfidis.*

1. Gentiana *lutea.*

G. caule tereti, foliis late ovatis, corollis subquinquefidis, rotatis, verticillatis, verticillis subcymosis, calycibus spathaceis acutis.

Gentiana lutea. Frölich de Gent. p. 15. n. 1. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1331. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. pag. 285. *Braune* Salisburg. n. 231. *Gmelin* Badens. n. 383. *Krocker* Siles. n. 381. *Schrank* Bavar. n. 423. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 135. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 995. *Scop.* Carn. 2. n. 298.

Gentiana veterum. *Clusii* Hist. 1. pag. 311.

Gentiana major. *Camerar.* Epit. p. 415. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1102.

Gentiana vulgaris major, Ellebori albi folio. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 520.

Swertia lutea. Vest Manuale p. 479.

β *Floribus minoribus, pallidioribus. Frölich* l. c. β.

Radix cylindrica, annulata, crassa, extus fusca, intus flava. *Caulis* erectus, teres, strictus, quadripedalis. *Folia* glabra, nitida, subtus glauca, integerrima, quinquecostata: *radicalia* ovato-oblonga, in petiolum attenuata; *caulina* opposita, ovata; *inferiora* petiolata; *superiora* sessilia; *floralia* subcordata, amplexicaulia, cochleariformia. *Pedunculi* ex alis foliorum superiorum breves verticillati. *Verticilli* multiflori. *Bracteae* ad singulos verticillos quaternae, ovatae, trinerviae, longitudine florum. *Flores* flavi. *Calyx* spathamembranaceus, scariosus, diaphanus, tri-seu quadrifidus, corolla duplo fere brevior. *Corolla* rotata, fere usque ad basin quinque-seu sexpartita, basi glandulis quinque seu sex viridibus praedita: *Laciniis* lanceolatis, acuminatis, venosis, subbimaculatis. *Stamina* corolla breviora. *Filamenta* corollae inter lacinias inserta. *Antherae* lineares, conniventes basi sagittatae. *Stigmata* patentia, recurva, simplicia. *Capsula* pedicellata, oblonga. *Semina* subrotunda, margine membranacea.

Gelber Enzian.

In alpibus et subalpinis Carnioliae, Litoralis, Forijulii, Croa-

tiae (*Scopoli*, *Host*), Bohemiae (*Pohl*), Silesiae (*Krocker*), Bavariae (*Schrank*), Principatus Salisburgensis (*Schrank*, *Braune*), Marggrav. Badensis (*Gmelin*). — β circa oppidum Oberdorf in collibus apricis herbidis, inter frutices (*Frölich*). 24. Fl. Jul., Aug.

2. Gentiana *purpurea*.

G. caule obsolete tetragono, foliis ovato-lanceolatis, corollis subquinquefidis, campanulatis striato-punctatis, verticillatis, calycibus membranaceis, spathaceis, hinc longitudinaliter fissis, dentibus acutis.

Gentiana purpurea. *Frölich* de Gentian. pag. 18. n. 2. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1381. *Krocker* Siles. n. 382? *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 136. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 996. Flora Dan. Tab. 50.

Gentiana magna, flore purpureo et albo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 521.

Gentiana major alia. *Camerar.* Epit. p. 416.

Pneumonanthe purpurea. *Schmidt* Bohem. Cent. 2. p. 10.

Radix multiceps, teres, crassiuscula, extus flava, intus alba. *Caulis* erectus, strictus, obsolete tetragonus, viridi-purpurascens, glaber, nitidus, simplex, pedalis et major. *Folia* glabra, laete viridia, nitida, integerrima, subquinquenervia: *radicalia* plura, ovato-lanceolata seu ovata, petiolata; *caulina* opposita; *inferiora* ovato-lanceolata, subpetiolata; *superiora* et *suprema* sessilia, lato-lanceolata. *Flores* terminales, plerumque quini verticillati, breviter pedunculati, in axillis supremorum foliorum solitarii. *Bracteae* lanceolatae, acuminatae, nervosae, floribus breviores. *Calyx* oblongus, scariosus, spathaceus, latere interno longitudinaliter fissus, tubo corollae brevior *dentibus* duobus vel tribus, brevibus, acutis. *Corolla* campanulata, ultra unciam longa, subcoriacea, purpurea, vel interdum rosea, intus punctis, raris, in lineas subordinatis notata, interdum minus evidentibus: *Tubo* striato, luteo; *Limbo* sexfido; *Laciniis* e lata basi subovatis, obtusis, sinu latiusculo remotis. *Stamina* sex. *Antherae* oblongae, coalitae. *Stigma* bifidum, pubescens. *Capsula* longa, pedicellata, basi tuberculis sex cincta. *Semina* orbiculata, margine alata.

Rother Enzian.

In alpibus Bohemiae, *am Wechtel*, *in der Breyn* ad montes giganteos (*Schmidt*, *Pohl*), *am Rachelsberge* (*Comes a Sternberg*). 24. Fl. Julio.

3. Gentiana *pannonica.*

G. caule tereti, foliis ovato-lanceolatis, corollis subsexfidis, campanulatis, seriatim punctatissimis, verticillatis, calycibus subcoriaceis, coloratis, truncatis; laciniis ovato-lanceolatis.

Gentiana pannonica. Frölich de Gent. pag. 21. n. 3. *Willd.* Syst. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1332. *Host* Synops. pag. 132. *Jacq.* Flora Austr. 2. Tab. 136. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 137. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 997. *Scop.* Carn. 2. n. 297.

Gentiana purpurea. Braune Salisburg. n. 232. *Schrank* Bavar. n. 424.

Gentiana major purpureo flore. *Clusii* Hist. 1. p. 312.

Pneumonanthe pannonica. Schmidt Bohem. Cent. 2. pag. 12.

Differt ab antecedente G. *purpurea*, cum qua a nonnullis commutata est: 1. *Caule* tereti; nec obsolete tetragono. 2. *Petiolis* foliorum caulis inferiorum in vaginam decurrentem connatis, floralibus foliis tantum sessilibus; nec foliorum inferiorum petiolis tantum connatis, nec supremis foliis sessilibus basi vaginantibus. 3. *Bracteis* ovato-lanceolatis; nec lanceolatis. 4. *Calyce* campanulato, obsolete pentagono, truncato, subcoriaceo, rubro viridique vario colorato, subsexfido: *Laciniis* ovato-lanceolatis, sinu lato interstinctis, inaequalibus, tubo brevioribus; nec spathaceo, scarioso, hinc longitudinaliter fisso. 5. *Corolla* ampliore, firmiore, punctis longe copiosioribus subelevatis, regularibus, in lineas longitudinales utrinque dispositis. 6. *Capsula* nigro-punctata.

Pannonischer Enzian.

In alpibus Austriae, Hungariae, Tyrolis, Algoviae, Bavariae, Carinthiae, Styriae, Bohemiae et Principatus Salisburgensis. ♃. Fl. Julio.

Variat: 1. *Caule* humiliore, verticillo solitario, pauciflore.
2. *Corollis* albis. *Clusii* Pannon. p. 279.

4. Gentiana *punctata.*

G. caule subtetragono, foliis ovatis, corollis subsexfidis, campanulatis, sparsim punctatissimis, verticillatis, calycibus membranaceis, truncatis; laciniis lanceolatis.

Gentiana punctata. Frölich de Gent. pag. 24. n. 4. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1333. *Besser* Galic.

ol. 2. Append. p. 344. *Jacq.* Flora Austr. 5. Tab. 28. *Krocer* Siles. n. 173. *Mattuschka* Siles. n. 173. *Schrank* avar. n. 425. *Schultes* Syst. Veget. 6. pap. 138. *Ejusd.* estr. Flora 2. n. 998. *Vest* Manuale pag. 481.

Gentiana major, pallida, punctis distinctis. *Clusii* Hist. 1. g. 312.

Gentiana minor, pallida, punctis distinctis. *Joh. Bauh.* ist. 3. p. 521.

Caulis erectus, firmus, subtetragonus, pedalis et bipedalis. *olia* ovata, acutiuscula, basi coadunata, quinquenervia, laete ridia, mollia, nitida: *inferiora* petiolata; *superiora* sessilia, ullo angustiora, acuminata. *Flores* terminales, verticillati, erumque quini et solitarii in axillis foliorum superiorum, subssiles, speciosi. *Bracteae* lanceolato-ovatae, acuminatae, nersae, floribus breviores. *Calyx* membranaceus, subtruncatus, lviformis, sex-seu septemfidus, corollae quartam partem aeans, angulatus, albidus, *angulis* caerulescentibus: *Laciniis* nceolatis, acutis, brevibus, aequalibus, sinu separatis. *Corolla* mpanulata, ampla, flava seu sulphurea, punctis planis, purpuis, irregularibus, copiosissimis, inordinatis adspersa, papyracea u membranacea, sex-seu septemfida: *Laciniis* brevibus, trianlaribus, acutiusculis, aequalibus. *Germen* sessile, immaculam, basi tuberculis elevatis cinctum. *Capsula* sessilis. *Semina* biculata, alata.

Punktirter Enzian.

In alpibus Austriae *(Jacq.)*, Bavariae (*Schrank*), Tyro- *(Frölich)*, Galiciae *(Besser)*, Styriae *(Sartori)*, Siiae *(Mattuschka)*, Bohemiae (*Pohl*). 24. Jun., Jul.

Gentiana *campanulata.*

G. caule teretiusculo, foliis ovatis, corollis septemfidis camnulatis, impunctatis, verticillatis, calycibus membranaceis, brebus, subtruncatis: laciniis triangularibus.

Gentiana campanulata. Frölich de Gent. pag. 25. n. 5. *illd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1333. *Jacq.* Flora strr. 5. Append. Tab. 29. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 139. *usd.* Oestr. Fl. 2. n. 999. *Vest* Manuale p. 481.

Gentiana alpina major, floribus flavis, punctis carentibus. *Bauh.* Pin. p. 167.

Radix fusiformis, obliqua, parum divisa, flava. *Caulis* erecs, rigidus, subfistulosus, simplex, crassus, bipedalis. *Folia*

ovata, acutiuscula, quinquenervia, laete viridia: *inferiora* petiolata, latiora, saepe septemnervia; *superiora* sessilia, basi connata, vaginantia, acuminata, verticillo suo longiora. *Bracteae* figura foliorum, longitudine circiter florum. *Flores* terminales et axillares, verticillati, subsessiles. *Verticilli* multiflori. *Calyx* membranaceus, campanulatus, subtruncatus, albidus, diaphanus, corolla duplo fere brevior, angulosus, septemfidus: *angulis* caerulescentibus: *Laciniis* brevibus inaequalibus, triangularibus, obtusis, remotis. *Corolla* magna, campanulata, basin versus ventricosior, submembranacea, diaphana, sulphurea, immaculata, striata, septemfida: *Laciniis* triangularibus, obtusis, aequalibus. *Capsula* oblongo-ovata, subsessilis.

Observ. Differt a *Gent. punctata*, cui quoad florem proxima: 1. *Corolla* paullo majore, tota immaculata; *Laciniis* minoribus. 2. *Calyce* breviore, septem-ad octofido: *Laciniis* lanceolatis, sinu profundiore remotis, subaequalibus.

Glockenförmiger Enzian.

In alpe Carinthiae *Garten* versus *Reichenau* (*Burserius*, *Wulfen*). 2. Fl. Julio.

6. Gentiana *cruciata.*

G. caule tereti, basi attenuato, ancipiti, foliis lato-lanceolatis, corollis hypocrateriformibus, quadrifidis, nudis, verticillatis, sparsim ad faucem punctatis, calycibus membranaceis, campanulatis, quadridentatis: dentibus inaequalibus, brevissimis, acutis.

Gentiana cruciata. *Frölich* de Gent. p. 28. n. 6. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. n. 1334. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. pag. 291. *Besser* Galic. n. 298. *Braune* Salisburg. n. 244. *Gmelin* Badens. n. 392. *Jacq.* Fl. Austr. 4. Tab. 372. *Krocker* Siles. n. 393. *Mönch* Hass. n. 209. *Pollich* palat. n. 261. *Scop.* Carn. 2. n. 288. *Schrank* Bavar. n. 345. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 142. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1001. *Vest* Manuale p. 486.

Gentiana tertia cruciata. *Clusii* Hist. 1. p. 313.

Gentiana minor seu vulgo cruciata. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 522.

Gentiana minor. *Camerar.* Epit. p. 417.

Hippion cruciatum. *Schmidt* Bohem. Cent. 2. p. 24.

Radix ramosa, intricata. *Caules* adscendentes, teretes, basi

raciliores, compressi, ancipites, simplices, palmares et longio-
s. *Folia* opposita, decussata, connato-vaginantia, lanceolata,
u lato-lanceolata, basi parum attenuata, obtusiuscula, triner-
ia, glabra. *Flores* vel omnes, tam terminales, quam axillares
rticillati, vel tantum terminales, axillares vero solitarii, sub-
ssiles. *Bracteae* lineares, obtusiusculae, longitudine florum.
alyx campanulatus, angulatus, membranaceus, quadridentatus:
ntibus inaequalibus, brevissimis, acutis. *Corolla* clavato-hy-
ocrateriformis, quadrifida, fauce glabra, punctis violaceis, spar-
s picta: *Laciniis* ovatis, acutiusculis, cum interjectis dentibus
iangularibus, acute bifidis. *Stamina* quatuor. *Capsula* oblonga.
emina ovalia, nitida, fusca.

Kreuz-Enzian.

Variat Numero quinario partium Calycis, Corollae et Staminum.

In montosis apricis passim in Germania praesertim austra-
re. 24. Fl. Jun., Jul.

Gentiana *frigida.*

G. caule angulato, foliis lineari-oblongis, corollis quinque-
lis, campanulatis, terminalibus, subbinis striatis, sparsim punc-
tis, calycibus tubuloso-campanulatis, subcoriaceis, quinquefidis:
iniis lanceolatis, obtusiusculis.

Gentiana frigida. Frölich de Gent. p. 39. n. 13. cum
g. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1336. *Hänke*
Jacq. Collect. 2. p. 13. n. 6. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 144.
Jusd. Oestr. Flora 2. n. 1003. *Wulfen* in *Römer* Archiv
nd 3. St. 3. p. 341. Tab. 1. *Vest* Manuale pag. 482.

Pneumonanthe frigida. Schmidt in *Römer* Arch. Bd. 1.
. 1. p. 14. Tab. 2. Fig. 2.

Radix gracilis, articulata, flava. *Caules* adscendentes, erecti,
nplices, ob foliorum costam decurrentem e tereti alternatim
bancipites, subcaerulescentes, tri-, quadripollicares. *Folia* car-
sa: *caulina* opposita, summa plerumque quaterna, sessilia, con-
to-subvaginata, obtuse lanceolata, obsolete trinervia, basi at-
nuata costa decurrente; *radicalia* conferta, linearia, basi at-
nuata. *Bracteae* propriae nullae. *Flores* terminales, plerum-
e gemini, interdum solitarii, rarissime terni, subsessiles.
lyx e viridi obscure caerulescens, subcoriaceus, quinquangu-
, turbinatus, corolla duplo brevior: *Laciniis* subaequalibus,
angulo-lanceolatis. *Corolla* campanulata, inferne angustata,

seu obverse conica, membranacea, diaphana, albida, pollicaris et sesquipollicaris, obsolete quinquangularis, quinquefida, plicata, intus ad ventrem punctis sparsis caeruleis lineisque concoloribus, per singulas plicas tribus, versus singulae laciniae medium convergentibus picta: *Laciniis* brevibus, triangularibus, acutiusculis, cum interjectis dentibus triangularibus, obtusiusculis, integerrimis. *Stamina* quinque. *Filamenta* pallide caerulea. *Antherae* distinctae, flavae. *Capsula* oblongo-ovata, pedicellata. *Semina* angulata, sulcata.

Durchscheinender Enzian.

In praeruptis alpium praecipitiis Secaviensibus (*Wulfen*), Carpathicis, Pannonicis (*Jacq.*), Styriae (*Hänke*, *Sartori*). 2. Fl. Jul., Aug.

8. Gentiana *Pneumonanthe.*

G. caule obsolete quadrangulo, foliis sublinearibus, corollis campanulatis, sparsim punctatis, axillaribus terminalibusque solitariis, calycibus subcoriaceis, tubuloso-campanulatis, bibracteatis, quinquefidis: laciniis lineari-subulatis.

Gentiana Pneumonanthe. Frölich de Gent. p. 44. n. 15. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1336. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 285. *Besser* Galic. n. 297. *Gmelin* Badens. n. 386. *Krocker* Siles. n. 385. *Pollich* palat. n. 256. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 145. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1002. *Schrank* Bavar. n. 427. *Scop.* Carn. 2. n. 295. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 30. *Vest* Manuale pag. 482. Flora Dan. Tab. 269.

Gentiana quarta. *Clusii* Hist. I. p. 313.

Gentianae species, Calathiana quibusdam, radice perpetua seu palustris. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 524.

Pneumonanthe. *Lobel* Icon. 1. p. 309.

β *humilior*, foliis latioribus. *Frölich* de Gent. l. c. β.

Gentiana minima. *Camerar.* Epit. p. 418.

Radix tenuis, ramosa, albida. *Caulis* erectus, obsolete quadrangulus, simplex, digitalis, palmaris et altior. *Folia* opposita sessilia, basi coadunata, linearia, lineari-lanceolata, ovato-lanceolata, interdum ovata, glabra, obtusiuscula, subtus pallidiora: *inferiora* minima, plerumque lanceolato-ovata. *Flores* terminales cum axillaribus oppositis, solitarii, vel gemini, pedunculati. *Bracteae* ad quemvis florem duae, oppositae, lineares, calycis

gitudine. *Calyx* tubuloso-campanulatus, angulatus, purpu-ens, quinquefidus: *Laciniis* lineari-subulatis, viridibus. *Co-la* oblongo-campanulata, saturate caerulea, speciosa, plicato-ulata, intus punctis sparsis, flavescentibus picta, quinquefida: *ciniis* triangularibus, acuminatis, brevibus, cum interjectis itibus brevissimis acutis. *Stamina* quinque. *Antherae* con-ae. *Stigmata* duo, plano-compressa, primum sibi contigua, ium revoluta. *Capsula* oblonga, utrinque attenuata. *Semina* ca, minuta, acuminata.

Gemeiner Enzian.

In pratis, pascuis et ericetis humidis. 2|. Fl. Autumno.

Gentiana *asclepiadea.*

G. caule obsolete tetragono, foliis ovato-lanceolatis, corol-quinquefidis, campanulatis sparsim punctatis, axillaribus ter-ialibusque oppositis, calycibus subcoriaceis, tubuloso-campa-atis, brevibus, ebracteatis, quinquefidis; laciniis linearibus usis.

Gentiana asclepiadea. Frölich de Gent. pag. 48. n. 17. *illd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1334. *Besser* Galic. 296. *Braune* Salisburg. n. 233. *Gmelin* Badens. n. 285. *cq.* Fl. Austr. 4. Tab. 328. *Krocker* Siles. n. 384. *Schöp-* Fl. Oenipont. n. 128. *Schrank* Bavar. n. 426. *Schultes* it. Veget. 6. p. 141. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1000. *Vest* nuale p. 482.

Gentiana Asclepiadis folio. *Clus.* Panon. p. 280. Tab. 281. *h. Bauh.* Hist. 3. p. 523.

β plicata: caule unifloro, foliis ovatis, acutis.

Pneumonanthe plicata. Schmidt in *Römer* Arch. Bd 1. 1. p. 13. Tab. 2. Fig. 1.

Radix multiceps, ramosa. *Caulis* erectus, teretiusculus, olete tetragonus, simplex, bi-seu tripedalis. *Folia* opposita, ilia, semiamplexicaulia, ovata, longe acuminata, margine sca-et sub lente tenuissime serrulata, subcartilaginea, quinque-via. *Flores* erecti, terminales et axillares, oppositi, solitarii, bini pluresve, sessiles, vel praesertim inferiores, breviter unculati. *Bracteae* nullae. *Calyx* prismatico-pentagonus, olla triplo brevior, tubuloso-campanulatus, quinquefidus: *La-iis* linearibus, seu lineari-lanceolatis, obtusis, sinu lato a se icem remotis, tuberculosis. *Corolla* magna, anguste campa-ata, inferne contractior, laete caerulea, intus punctis sparsis

notata, quinquefida: *Laciniis* ovatis, acutis integerrimis, brevibus, saepe plicatis. *Stamina* quinque. *Antherae* coalitae. *Capsula* oblonga, extra corollam exserta. *Semina* subrotunda, fusca, margine albo, lato, membranaceo, pulcerrime reticulato, ruguloso, cincta.

β plicata.

Plantam hanc videre nondum mihi licuit, at secundum Celeberr. *Hoppe* in bot. Taschenbuch 1800. p. 192. omnino propriam speciem efficere videtur. Secundum *Schmidtii* descriptionem in *Römer* Archiv l. c. differt a *Gent. asclepiadea*: 1. *Caule* digitali, unifloro. 2. *Foliis* ovatis, acutis, trinerviis, ad lentem villo tenuissimo, glanduloso, obsitis. 3. *Calyce* subventricoso: *Laciniis duabus* minoribus, dentiformibus; *tribus* majoribus et latioribus, quarum *duae* ovato-acuminatae: *tertia* maxima, dilatata, inaequalis, obliqua. 4. *Corolla* plicato-pentagona.

Schwalbenwurzartiger Enzian.

Variat 1. *Foliis* distichis. *Frölich* de Gent. l. c. *β Pneumonanthe asclepiadea. Schmidt* Bohem. 2. n. 113.

2. *Foliis* ternis. *Frölich* l. c. *γ.*

3. *Foliis* lanceolatis, longe acuminatis tripollicaribus, floribus paullo minoribus. *Frölich* l. c. *δ.*

4. *Caule* elongato, nutante, pedunculis elongatis, subramosis. *Frölich* l. c. *ε.*

Gentiana secunda, purpureo flore *Clusii* Hist. 1. p. 312.

5. *Corollis* albis.

In montosis, subalpinis et alpibus, locis umbrosis Saxoniae, Silesiae, Bohemiae, Austriae, Carnioliae, Tyrolis, Bavariae, Styriae, Galiciae et alibi; *β* in alpibus Salisburgensibus (*Irasek*), in monte *Utersberg* (*Hoppe*). ♃. Fl. Augusto, Septembri.

b) *Corollis infundibuliformibus, ebracteatis, quinque- vel decemfidis.*

10. Gentiana *acaulis.*

G. caule quadrangulo, foliis ovato-lanceolatis, corolla campanulato-infundibuliformi, quinquefida, caulem magnitudine subaequante, sparsim punctata, calyce quinquefido, campanulato, acuto.

Gentiana acaulis. *Frölich* de Gent. p. 57. n. 22. *Willd.* pec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1340. *Roth* Flora Germ. T. II. . II. Append. p. 574. *Braune* Salisburg. n. 235. *Jacq.* Fl. ustr. 2. Tab. 136. *Krocker* Siles. n. 386. *Schöpfer* Fl. enipont. n. 129. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 152. *Ejusd.* estr. Fl. 2. n. 1005. *Scop.* Carn. 2. n. 294. *Sturm* Deutschl. lora 1. Fasc. 4.

Gentiana alpina, magno flore. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 523.

Gentiana alpina, latifolia, flore magno. *C. Bauh.* Prodr. g. 97.

Gentiana quinta seu Gentianella major, verna. *Clusii* ist. 1. p. 314.

β angustifolia: foliis subtrinerviis, caule flore longiore.

Gentiana acaulis. *Frölich* l. c. *γ.* *Willd.* Spec. Plant. c. *β.* *Gmelin* Badens. n. 387. *β.*

Pneumonanthe angustifolia. *Schmidt* in *Römer* Archiv ınd 1. St. 1. p. 14. n. 2.

Gentianella helvetica. *Lobel* Icon. 1. p. 310.

Radix lignosa, fibrosa, multiceps. *Caulis* erectus, subtetra-ınus, sub anthesi semiuncialis, corolla multo brevior, post an-esin elongatus, uncialis, longitudine plerumque florem aequans, l illum superans, uno alterove foliorum pari praeditus, uniflo-s. *Folia* rigida, ovata, vel ovato-lanceolata, acuta, subtri-rvia, margine albido, subcrenulato, subcartilagineo cincta: *ra-calia* in rosulam congesta; *caulina* opposita, sessilia, ample-caulia, connato-vaginantia; *suprema* duo florem plerumque cte cingentia et Bractearum munere fungentia. *Flos* ratione ıntae maximus, speciosus, saturate cyaneus. *Calyx* campanu-ıs, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, acutis, carinatis, brevi-s, aequalibus. *Corolla* campanulato-infundibuliformis: *Tubo* ıtricoso, infra limbi lacinias fasciis quinque, flavicantibus punc-que violaceis, sparsis, picto; *Limbo* quinquefido; *Laciniis* ıceolatis, basi latioribus, cum interpositis *lacinulis* obtusis, egerrimis, brevibus. *Stamina* quinque. *Antherae* cohaeren-. *Capsula* oblonga, matura supra florem elevata, semibifida. *mina* ovata, utrinque acutiuscula, sulcata.

β angustifolia.

Differt: *Caule* flore sesqui-vel duplo longiore. *Foliis* an-ıtioribus, fere lineari-lanceolatis, uninerviis, vel subtrinerviis.

Stielloser Enzian.

In alpibus Austriae, Styriae, Bohemiae, Bavariae, Salis-

burgi; β in pascuis montanis *die Wallenburger Weid* dictis, *auf der Callenflur* et supra *Ramstein* circa *Dietisberg* Marggrav. Badensis (*Gmelin*). 24. Fl. Vere.

11. Gentiana *pyrenaica.*

G. caule filiformi, angulato, basi ramoso, foliis lanceolato-linearibus, corolla infundibuliformi, decemfida, calyce quinquangulato, quinquefido: laciniis lanceolatis, acutis.

Gentiana pyrenaica. Frölich de Gent. pag. 65. n. 24. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1341. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 154. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1006. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 207.

Radix filiformis, subfibrosa, multiceps. *Caules* plures, adscendentes, filiformes, uniflori, basi subramosi, angulati, unciales, sesqui-ad biunciales. *Folia* lanceolato-linearia, acuta, margine cartilaginea, lineas quatuor seu quinque longa, connato-vaginantia: *radicalia* ut etiam *ramorum sterilium* conferta, subimbricata; *caulina* opposita. *Flos* terminalis, erectus, fere uncialis. *Calyx* tubuloso-campanulatus, quinquangulatus, quinquefidus, tubo corollae duplo brevior: *Laciniis* lanceolatis, acutis, erectis. *Corolla* infundibuliformis; *Tubo* superne ampliato, extus pallide virescente; *Limbo* plicato, patente, intus saturate, extus pallide virescente, decemfido: *Laciniis* apice crenulatis, caeterum integerrimis; *quinque exterioribus* oblongis, apice rotundatis, extus virescentibus, apice puncto albido, margine caeruleo; *interioribus quinque alternis* triangulari-subrotundis, apice rotundatis, vel interdum acutiusculis, latioribus, tenuioribus, utrinque caeruleis. *Antherae* distinctae, demum exsertae.

Observ. De speciminibus pyrenaicis a b. *Rohde* lectis, confecta est descriptio. *Waldsteinii* et *Kitaibelii* Iconem l. c. comparare nondum mihi contigit.

Pyrenäischer Enzian.

In alpibus *Beregher* ad Berzsova Hungariae (*Waldst.* et *Kit.*). 24. Fl. Julio.

12. Gentiana *verna.*

G. caule filiformi, angulato, foliis ovatis, acutiusculis; radicalibus caulinis majoribus, corolla infundibuliformi, quinquefida, calyce tubuloso, alis quinque protuberantibus angulato, quinquefido: laciniis lanceolatis acutis, stigmatibus contiguis, margine fimbriatis.

Gentiana verna. *Frölich* de Gent. p. 65. n. 25. *Willd.* ec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1342. *Roth* Flora Germ. T. II. l. p. 286. *Braune* Salisburg. n. 238. *Gmelin* Badens. 388. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 155. *Ejusd.* Oestr. Fl. n. 1007. *Schöpfer* Fl. Oenipont. n. 130. *Sturm* Deutschl. . 1. Fasc. 40.

α Caule corolla breviore, vel illam subaequante longitudine.

Gentiana terglovensis. *Hacquet* Plantae alpinae Carlic. p. 9. Tab. 2. Fig. 2.

Hippion pusillum. *Schmidt* in *Römer* Arch. Band 1. St. 1. 17. Tab. 3. Fig. 3.

β Caule corollam longitudine subexcedente.

Gentiana verna. *Frölich* l. c. *β.* *Vest* Manuale p. 483.

Gentiana bavarica. *Jacq.* Observ. 3. p. 19. Tab. 71.

Gentiana sexta. *Clusii* Hist. 1. p. 318.

Hippion vernum. *Schmidt* in *Römer* Arch. Bd 1. St. 1. 16. Tab. 4. Fig. 9.

Gentianella, quae Hippion. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 527.

γ Caule elongato, medio nudo.

Gentiana verna γ. *Frölich* l. c.

Gentiana elongata. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 88. b. 17. Fig. 3.

Hippion aestivum. *Schmidt* in *Römer* Archiv Band 1. l. p. 16. n. 8. Tab. 4. Fig. 8.

Radix filiformis, subfibrosa, multiceps. *Caulis* pro loci nas et florendi temporis diversitate, nunc brevissimus, fere lus, nunc corollae longitudine, nunc sesqui-, bi- ad triuncia- erectus, filiformis, simplicissimus, vel foliorum paribus nonlis obsessus, ut in *α* et *β*, vel in medio nudus, ut in *γ*. *ia* ovata, vel ovato-lanceolata, acutiuscula, subtrinervia, gine tenuissimo, albo, cincta: *radicalia* in rosulam congesta, ae incumbentia, caulinis multo majora, tres ad quatuor lis lata, quinque ad octo lineas longa; *caulina* paribus duovel tribus, ovata, magis acuta, basi coadunata, carinata, s fere lineas lata, tres ad quatuor lineas longa; *summa* antiora, calycis basin amplectentia et Bractearum munere funtia. *Flos* terminalis, solitarius, vix unciae longitudinem parum erans. *Calyx* tubulosus, corolla duplo brevior, alis quinque tuberantibus angulatus, viridi-caerulescens, quinquefidus: iniis lanceolatis, acutis, sesquilineam circiter longis, erectis,

adpressis. *Corolla* infundibuliformis, saturate caerulea, quinquefida: *Laciniis* magnis, ovatis, obtusis, vel parum acutis, nunc integerrimis, nunc serratis, cum interjectis *dentibus* plus minus bifidis, concoloribus, medio linea alba longitudinali, pictis. *Stamina* tubo breviora. *Antherae* distinctae. *Pistillum* tubum corollae aequans. *Germen* apice valde acuminatum, quasi in Stylum attenuatum. *Stigmata* duo, alba, contigua, semiorbicularia, horizontaliter expansa, faucem corollae claudentia, margine fimbriata, demum reflexa. *Capsula* breviter pedicellata, oblonga. *Semina* oblonga, utrinque attenuata, rugosa.

Frühlings-Enzian.

In alpibus, montibus et pratis humidis Austriae, Bohemiae, Carinthiae, Tyrolis, Palatinatus, Sueviae, Franconiae. ♃. Fl. Vere.

13. Gentiana *bavarica.*

G. caule teretiusculo, foliis ovatis, obtusis: radicalibus confertis, subimbricatis, minoribus; caulinis, corolla infundibuliformi, quinquefida, calyce infundibuliformi, pentagono, alis angustis carinato, quinquefido: laciniis lanceolatis, acutis, stigmatibus depresso-planis, margine crenatis.

Gentiana bavarica. Frölich de Gent. pag. 71. n. 27. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1343. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 286. *Bräune* Salisburg. n. 239. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 15. *Schrank* Briefe 2. p. 191. *Ejusd.* Fl. Bavar. n. 253. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 157. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1010. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 41. *Vest* Manuale p. 484.

Hippion bavaricum. Schmidt Bohem. n. 120. *Ejusd.* Observ. in *Römer* Archiv Band 1. St. 1. p. 17. Tab. 5. Fig. 12.

Gentianella elegantissima, majuscula, radiculis reptantibus. *Camerar.* Hort. med. et philos. p. 65. Tab. 15. Fig. 1.

Simillima antecedentis *G. vernae*, ut aegre tantum distinguatur. Differt inprimis: 1. *Caule* teretiusculo. 2. *Foliis* magis obovatis, obtusis et apice fere rotundatis: *radicalibus* plerumque minoribus, quam caulina, interdum radicalibus aequalibus caulinis magnitudine, sed nunquam majoribus. 3. *Calyce* magis carinato, alis quinque angustis, submembranaceis. 4. *Stigmatibus* primo coadunatis in stigma didymum, demum distinctis, depresso-planis, semiorbiculatis, eleganter crenatis; nec fimbriatis.

Baiernscher Enzian.

In alpibus Austriae, Tyrolis, Bavariae, Salisburgi, Carin-iae, Bohemiae. 2|. Fl. Julio.

4. Gentiana *imbricata.*

G. caule flore triplo breviore, foliis ovatis, acutis, imbri-is, margine scabris, corolla infundibuliformi, quinquefida, ca-e tubuloso, angulato, quinquefido: laciniis lanceolatis, acumi-is, acute carinatis.

Gentiana imbricata. Frölich de Gent. pag. 74. n. 28. *illd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1344. *Schultes* st. Veget. 6. pag. 457. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1011. *Sturm* utschl. Flora 1. Fasc. 30. *Vest* Manuale pag. 484.

Gentianella elegantissima, bavarica minor. *Camerar.* rt. med. et philos. pag. 65. Tab. 15. Fig. 2.

Gentianella serpyllifolia, folio crenato, bavarica minor. *rrel.* Icon. 101. Fig. 2.

Radix fibrosa, multiceps, densissimos caespites efficiens. *ules* plurimi, densissime caespitosi, erecti, diffusi: *steriles* vissimi; *floriferi* semiunciales. *Folia* succulenta, mollia, acu-margine tuberculis prominentibus acutiusculis, scabra: *infe-ra* et *caulinum sterilium* confertissima, erecta, sursum imbri-a, ovata; *caulina* longiora, ovato-lanceolata. *Flos* termi-is, solitarius, erectus, caule triplo longior. *Calyx* tubulosus, gulatus, basi foliis duobus, vix illo dimidio brevioribus, lan-latis, acuminatis, carinatis, margine scabris, quasi bracteatus, nquefidus: *Laciniis* lanceolatis, acuminatis, acute carinatis. *rolla* infundibuliformis, saturate caerulea, calyce duplo lon-r, quinquefida: *Laciniis* lanceolatis, acutis, subintegerrimis, n interjectis *Lacinulis* pallide caeruleis, acute bifidis, majus-is. Stamina quinque, corolla breviora. *Antherae* distinctae. *rmen* oblongum, quasi in stylos duos elongatum. *Stigmata* nicircularia, crenata, pubescentia.

Dichtblätteriger Enzian.

In summis alpibus Carinthiae *(Wulfen).* 2|. Fl. Jul. et gust.

5. Gentiana *prostrata.*

G. caule prostrato, florem subaequante, foliis ovatis, obtu-confertis, corolla infundibuliformi, quinquefida, calyce inferne

angustato, angulato, quinquefido: laciniis lanceolatis, obtusis, margine membranaceis.

Gentiana prostrata. *Frölich* de Gent. pag. 75. n. 29. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1344. *Braune* Salisburg. n. 237. *Hänke* in *Jacq.* Collect. 2. p. 66. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 158. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1013. *Vest* Manuale pag. 485.

β *flava* foliis lanceolatis.

Gentiana flava. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 163. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1012. *Mayer* Abhandl. der böhm. Gesellsch. 1785. p. 46. Tab. 1. Fig. 1.

Hippion imbricatum. *Schmidt* Bohem. 2. n. 112. *Ejusd.* Observ. in *Römer* Archiv Band 1. St. 1. p. 15. n. 6.

Radix gracilis, fibrosa, flavescens. *Caules* plures, caespitosi, in orbem diffusi, prostrati, pollicares, simplices, uniflori, superne caerulescentes: *juniores* foliis undique tecti. *Folia* ovata, vel obovata, obtusa, cauli adpressa, subimbricata. *Flos* terminalis, caulem magnitudine subaequans. *Calyx* angulatus, corolla brevior, inferne attenuatus, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, obtusis, margine membranaceis. *Corolla* infundibuliformis, dilute caerulea, quinquefida: *Laciniis* ovato-lanceolatis, acutis, integerrimis, cum interjectis *Lacinulis* bifidis, albo-caeruleis. *Antherae* liberae. *Germen* oblongum, obtusum, non attenuatum. *Stigmata* ovata, obtusa, luteola.

β *flava:* Differt *Foliis* lanceolatis; corollis flavis.

Observ. Maxime affinis *Gentianae bavaricae*, discernitur tamen: 1. Omnibus partibus tenerioribus. 2. *Caule* filiformi decumbente. 3. *Foliis* omnibus magnitudine aequalibus, pallide virentibus; nec radicalibus minoribus caulinis. 4. *Floribus* multo minoribus. 5. *Calyce* minus angulato. 6. *Corollae laciniis* vix ultra sesquilineam longis, lanceolatis, acutis, pallidiore colore tinctis, integerrimis; nec ovatis, acutiusculis, serrulatis, saturate caeruleis. 7. *Germine* obtuso; nec attenuato.

Liegender Enzian.

In summis alpium jugis Salisburgensium (*Hänke*, *Schrank*), β in siccis Bohemiae circa *Morgerstern* (*Mayer*). 2|. Fl. Jul., Aug.

16. Gentiana *pumila.*

G. caule erectiusculo, basi subramoso, foliis lanceolato-li-

aribus, acutissimis, corolla infundibuliformi, quinquefida, ca-
e pentagono, carinato, quinquefido: laciniis linearibus, acu-
natis.

Gentiana pumila. Frölich de Gent. p. 81. n. 31. *Willd.* ec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1345. *Braune* Salisb. n. 236. *cq.* Enum. Vindob. p. 41 et 215. *Ejusd.* Observ. 2. p. 29. b. 49. *Ejusd.* Flora Austr. 4. Tab. 302. *Schultes* Syst. g. 6. p. 154. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1015. *Scop.* Carn. n. 290. *Vest* Manuale p. 485.

Gentianae pyrenaicae habitu proxima. *Caules* plures, caes-osi, erectiusculi, filiformes, angulati, basi subramosi, pollica- et bipollicares: *florales* brevissimi, dense foliosi. *Folia* li-ria seu lineari-lanceolata, acutissima, margine subrecurvo, cartilagineo, albo cincta, enervia, crassiuscula: *radicalia* roximata, erecta; caulina breviora, rariora et magis linear-ceolata. *Flos* terminalis, solitarius, caule adulto brevior. *Ca-* corolla duplo fere brevior, carinato-pentagonus, angulis cae-escentibus, quinquefidus: *Laciniis* linearibus, acuminatis. *Co-la* infundibuliformis, laete caerulea, quinquefida: *Laciniis* tis, acutis, majusculis, serrulatis, cum interjectis *Lacinulis* nutis, bifidis, albidis. *Stamina* quinque, tubo corollae multo viora. *Antherae* liberae. *Germen* oblongum, utrinque atte-tum, elongatum quasi in stylos duos filiformes, longitudinem i corollae aequantes et post anthesin illum superantes. *Stig-ta* subrotunda, plana, crenulato-pubescentia, albida.

Zwerg-Enzian.

Variat Calyce ultimo foliorum pari obvallato et basi nudo.

In alpibus Austriae *(Jacq.)*, Carinthiae *(Scop.)*, Tyrolis *rölich)*, Salisburgi (*Schrank*). 24. Fl. Julio.

Gentiana *utriculosa.*

G. caule obsolete tetragono, ramoso, foliis caulinis spathu-s, corollis quinquefidis, hypocrateriformibus, calycibus ven-osis, carinato-alatis, quinquefidis: laciniis acuminatis.

Gentiana utriculosa. Frölich de Gent. pag. 69. n. 26. *lld.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1343. *Roth* Flora m. T. II. P. I. pag. 287. *Gmelin* Badens. n. 389. *Pol-h* palat. n. 257. *Schrank* Bavar. n. 431. *Schultes* Syst. 6. p. 159. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1009. *Scop.* Carn. n. 292. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 30. *Vest* Manuale 186. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 206.

Gentiana utriculis ventricosis. *C. Bauh.* Pinac. p. 188. *Barrel.* Icon. 48. p. 122. Fig. 2.

Gentianella caerulea, cordata. *Columnae* Ephr. 1. p. 220. Tab. 221.

Radix fibrosa, flava. *Caulis* erectus, obsolete tetragonus, ramosus, glaber, palmaris et altior. *Rami* alterni, subfoliosi. *Folia* carinata: *radicalia* ovata, in rosulam disposita, terrae incumbentia et cito marcescentia; *caulina* opposita, sessilia, basi connata, angustiora, versus apicem dilatata, acutiuscula, radicalibus triplo minora. *Flores* in caule ramisque terminales, solitarii. *Calyx* ventricosus, amplus, subovatus, tubo corollae parum brevior, carinato-quinquangulatus, quinquefidus: *Laciniis* acuminatis. *Corolla* infundibuliformis, pulcerrime caesia: *Tubo* cylindrico, striato; *Limbo* patente quinquefido; *Laciniis* lanceolatis, acutis, subintegerrimis, cum interpositis *Lacinulis* minutis bifidis, pallidioribus. *Stamina* quinque, tubo corollae breviora. *Antherae* distinctae. *Germen* superne in stylum longiusculum quasi attenuatum. *Stigmata* semiorbicularia, contigua, fimbriata, in discum explanata. *Capsula* sessilis, oblonga. *Semina* ovato-oblonga, nigra.

Bauchiger Enzian.

Variat: 1. *Caule* basi ramosissimo.
2. *Caule* simplici, unifloro.
3. *Corollis* albis.

In pascuis montanis et subalpinis Austriae *(Jacq.)*, Carnioliae *(Scop.)*, Bavariae *(Schrank)*, Palatinatus *(Pollich)*. ⊙. Fl. Aug., Septembr.

18. Gentiana *nivalis.*

G. caule erecto, anguloso, plus minus ramoso, foliis caulinis lanceolatis, summis reliquis majoribus, corollis quinquefidis, infundibuliformibus, calycibus carinato-quinquangulis, tubulosis, quinquefidis: laciniis lineari-lanceolatis, acuminatis, tricarinatis.

Gentiana nivalis. Frölich de Gent. p. 83. n. 32. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1344. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 286. (exclusis synon. *Buxbaum*, *Knauth* et *Bauhin.*) *Braune* Salisburg. n. 441. *Jacq.* Enum. Vindob. pag. 41 et 215. *Reiner* et *Hohenw.* Iter p. 106. *Schöpfer* Oenipont. n. 131. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 160. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1014. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22.

Vest Manuale p. 486. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 2. pag. 8. n. 214. Flora Dan. Tab. 17.

Gentiana minima. *Lobel* Icon. 1. p. 310. *Ejusd.* Advers. pag. 131.

Gentiana undecima, minima. *Clusii* Hist. 1 pag. 316.

Hippion nivale. *Schmidt* in *Römer* Arch. Band 1. St. 1. p. 19. Tab. 2. Fig. 6.

Radix gracilis, fibrosa. *Caulis* erectus, gracilis, angulosus, subquadrangulus, plus minus ramosus, saepe coloratus, uncialis, bi-ad triuncialis. *Rami* alterni, erecti, uniflori, *inferiores* elongati. *Folia radicalia* in rosulam digesta, erecto-patula, obovata, obtusa, lineam ad sesquilineam longa; *caulina* opposita, sessilia, basi parum angustata et coadunata, elliptico-lanceolata, acutiuscula, radicalibus dimidio majora; *summa* reliquis majora. *Flores* in caule ramisque terminales, solitarii. *Calyx* tubulosus, quinquangulus, carinatus, longitudine fere tubi corollae, quinquefidus; *Laciniis* lineari-lanceolatis, acuminatis, erectis, tricarinatis, *carinis* acutis, caeruleis. *Corolla* infundibuliformis; *Tubo* cylindrico, albido; *Limbo* pulcerrime caeruleo-caelestino, quinquefido: *Laciniis* ovato-lanceolatis, acutis, integerrimis, patentissimis, cum interjectis *Lacinulis* minutissimis, bifidis, pallidioribus. *Stamina* quinque, tubo breviora. *Antherae* distinctae. *Germen* superne attenuatum quasi in stylos duos subulatos. *Stigmata* semiorbicularia, alba, serrata, plana, faucem corollae occludentia. *Capsula* subsessilis.

Schnee-Enzian.

Variat: 1. *Caule* elongato, subramoso, filiformi, foliis raris, inferioribus minoribus, ovatis, obtusis.

Gentiana nivalis β. Frölich l. c.

Gentianella brevifolia. *C. Bauh.* Pin. p. 188.

Calathiana verna, caeruleo-purpurea Dalechampii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 527. *Barrel.* Icon. 509. Fig. 2.

2. *Caule* brevi, subunifloro, foliis brevissimis, obtusissimis.

Gentiana nivalis γ. Frölich l. c.

Gentianella fugax, quinta Clusii, flore caeruleo colore, elegantissimo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 527. *figura* minor, *sinistra.* *Barrel.* Icon. 103. Fig. 2.

3. *Corollis* albis. *Frölich* l. c. δ.

In alpibus Austriae *(Jacq.)*, Carinthiae *(Reiner* et *Hohenw.)*, Tyrolis *(Frölich)*, Salisburgi *(Schrank)*. ⊙. Fl. Julio.

c) *Corollis fauce squamis capillaceo-multifidis, auctis, quinque-seu quadrifidis.*

19. Gentiana *Amarella.*

G. caule erecto, tetragono, plus minus ramoso, foliis ovato-lanceolatis, corollis hypocrateriformibus, quinquefidis, fauce barbatis, calycibus profunde quinquefidis, campanulatis, corollae tubo duplo fere brevioribus: laciniis lanceolatis, subaequalibus.

α Caule acutangulo, ramis internodiis brevioribus, foliis lanceolatis.

Gentiana Amarella. Frölich de Gent. p. 141. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1347. *Treviranus* Observ. bot. pap. 6. n. 4. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 165. *Vest* Manuale p. 486.

Gentiana lanceolata. Besser Galic. n. 300. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1017.

Gentiana pratensis, flore lanuginoso. *C. Bauh.* Pin. p. 183.

Gentianellae species quibusdam. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 526.

Hippion axillare. Schmidt Bohem. n. 129. *Ejusd.* Observ. in *Römer* Archiv Band 1. St. 1. pag. 23. n. 21. Tab. 5. Fig. 13.

β Caule obtusangulo, ramis internodiis longioribus, foliis ovato-lanceolatis.

Gentiana Amarella. Frölich de Gent. p. 86. n. 36. (exclusis varietatibus β, γ, δ.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 289. (excluso synon. *Bauhini* et exclusa Var.) *Gmelin* Badens. n. 390. *Pollich* palat. n. 259. *Schrank* Bavar. n. 433. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1016. *Sturm* Deutschl. Fl. I. Fasc. 23.

Gentiana germanica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1346. *Schultz* Suppl. Fl. Stargard. pag. 16. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 164. *Treviranus* Observ. bot. pag. 6. n. 3. *Vest* Manuale p. 486. *Wallroth* Annus bot. p. 86.

Gentiana autumnalis, ramosa. *C. Bauh.* Pin. p. 188.

Hippion Amarella. Schmidt Bohem. n. 224. *Ejusd.* Observ. in *Römer* Arch. Band 1. St. 1. p. 22. n. 19.

γ Caule simplici, obtusangulo, subunifloro, foliis ovatis.

Gentiana Amarella ε. Frölich l. c. p. 87.

Gentiana uniflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1346. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 164.

Hippion Gentianella. Schmidt Bohem. n. 128. *Ejusd.* Observ. in *Römer* Arch. Band 1. St. 1. p. 23. Tab. 3. Fig. 4.

Characteres distinctivos specierum *Gent. Amarellae*, *Germanicae* et *uniflorae* a partium magnitudine, pro soli diversitate et in hoc genere inprimis maxime variabili solum desumsit *Willdenow*, in essentialibus e contrario, figura scilicet et structura partium omnimode conveniunt ita, ut limites inter eas erui nequeant et vix varietatum nomine venire mereantur, quocum consentientes habeo V. V. celeberr. *Treviranum*, *Schultzium* et *Wallrothium*. *Gentiana Amarella* Florae Dan. Tab. 328. ambigit inter α et β, et transitum ante oculos ponit, consentiente optimo *Trevirano*.

Radix fibrosa, annua. *Caulis* erectus, solitarius, altitudine varius, foliosus, ramosus, plerumque in α et β simplex, in γ articulatus, angulosus, *angulis* acutiusculis vel obtusis. *Rami* oppositi, nunc uni-, nunc multiflori, nunc internodiis brevioribus, ut plerumque in α, nunc longioribus, ut in β. *Folia* opposita, glabra, margine scabra, obsolete trinervia: *radicalia* ovata, obtusa, vel obovata, in orbem disposita, terrae incumbentia: *caulina* basi coadunata; *inferiora* ovata, obtusiuscula; *superiora* ovato-lanceolata et lanceolata. *Flores* terminales et axillares, pedunculati. *Pedunculi* tetragoni, uni-seu biflori, variae longitudinis pro magnitudine plantae. *Calyx* campanulatus, corollae tubo duplo fere brevior, angulosus, quinquefidus: *Laciniis* lanceolatis, vel lineari-lanceolatis, subaequalibus. *Corolla* hypocrateriformis, purpureo-caerulea, fauce *Squamis* quinque, membranaceis, multifido-capillaceis, aucta, quinquefida: *Laciniis* ovato-lanceolatis, acutis. *Stamina* quinque, tubo corollae longitudine. *Antherae* distinctae. *Germen* oblongum, breviter pedicellatum, apice attenuatum. *Stigmata* ovata. *Capsula* oblonga, corollam demum supereminens.

Seitenblühtiger Enzian.

Observ. Calycis et Corollae laciniarum et Staminum numerus ut plurimum quinarius est, at occurrunt quoque flores nonnulli numero quaternario.

Variat Corollis albis.

Observ. Gentiana pratensis. Frölich de Gent. pag. 82.

n. 38. *Besser* Galic. n. 299. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 167. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1019. quae in Carpathis crescere dicitur, nullo modo a *Gentiana Amarella* differre mihi videtur, nisi, quod Calyx inter angulos minus striatus describatur.

α In pratis et pascuis humidiusculis; β in pratis elatioribus, montosis; γ ibidem. ⊙. Fl. Autumno.

20. Gentiana *uliginosa.*

G. caule erecto, ramoso, tetragono, basi subalato, foliis lanceolatis, corollis hypocrateriformibus, subquinquefidis, fauce barbatis, calycibus subquinquefidis, longitudine tubi corollae; laciniis linearibus, subaequalibus.

Gentiana uliginosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1347. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 166. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 320. *Treviranus* Observ. bot. 6. n. 5. *Vest* Manuale pag. 487.

Gentiana Amarella. Willd. Prodr. Fl. Berol. n. 293. *Ejusd.* Observ. in *Römer* et *Usteri* bot. Magaz. St. 11. p. 37. (excluso synon. *Roth.*)

Gentiana Amarella β minor. Roth Catalecta bot. Fasc. I. pag. 40.

Vix ac ne vix quidem specie a *Gentiana Amarella* differt et recedit tantum: 1. *Statura* minore. 2. *Caule* basi subalato. 3. *Floribus* plerisque tetrandris. 4. *Calyce* longitudine tubi corollae: *Laciniis* linearibus et inaequaliter elongatis.

Sumpf-Enzian.

In pascuis udis Marchiae Electoralis *(Willd.)*, in Monasteria *(Bönninghausen)* et alibi. ⊙. Fl. Aug., Sept., Oct.

21. Gentiana *campestris.*

G. caule erecto subramoso, acute tetragono, foliis ovatis, corollis hypocrateriformibus, fauce barbatis, quadrifidis, calycibus campanulatis, quadripartitis, tubo corollae fere longioribus: laciniis duabus exterioribus cordato-ovatis, multo majoribus, interioribus lanceolatis.

Gentiana campestris. Frölich de Gent. pag. 91. n. 36. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1348. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 290. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 168. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1020. *Treviranus* Observ. bot. p. 7. n. 6. *Vest* Manuale p. 487. Flora Dan. Tab. 367.

β Foliis obtusioribus.

Gentiana obtusifolia Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. . II. pag. 1347. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 167. *Ejusd.* estr. Fl. 2. n. 1018. *Vest* Manuale p. 487.

Gentiana Amarella γ. Frölich de Gent. p. 87. n. 33.

Hippion obtusifolium. Schmidt Bohem. n. 126. *Ejusd.* bserv. in *Römer* Archiv Band 1. St. 1. p. 22. Tab. 2. Fig. 3.

Cum *Gentiana Amarella* quam proxime cognata est at re- dit: 1. *Caule* acute tetragono. 2. *Calyce* quadripartito, lon- itudine tubi corollae, vel paullo longiore: *Laciniis duabus ex- rioribus* oppositis amplissimis, ovatis, subcordatis, acutis; *in- rioribus duabus* lanceolatis, acuminatis, ab exterioribus maxima parte tectis. 3. *Germine* sessili; nec breviter pedicellato.

Feld-Enzian.

Variat: *Calyce* quinquepartito; *Laciniis* tribus minoribus; *Corolla* quinquefida; *Staminibus* quinque.

In pratis siccioribus, elatis, passim in Germania. ⊙. Fl. ug., Sept., Oct.

2. Gentiana *glacialis.*

G. caule erecto, basi ramoso, folioso, foliis oblongo-ovatis, edunculis longissimis, acute tetragonis, nudis, setaceis, corollis ypocrateriformibus, fauce barbatis, quadrifidis: laciniis lanceo- tis, calycibus tubo corollae demum elongato brevioribus, pro- nde quadripartitis: laciniis ovato-lanceolatis plus minus acu- s, subaequalibus, laxis.

Gentiana glacialis. Frölich de Gent. pag. 98. n. 38. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1349. *Schultes* yst. Veg. 6. p. 170. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1021. *Vest* Ma- uale p. 487.

Hippion longe pedunculatum. Schmidt in *Römer* Arch. and I. St. 1. p. 21. Tab. 3. Fig. 5.

Radix fibrosa, tenuis. *Caulis* vel brevissimus ad radicem ivisus, uno alterove foliorum pari praeditus, vel parum elon- atus et dichotomus. *Folia* vel omnia fere radicalia et in ro- ulam digesta, vel in procerioribus speciminibus, exceptis radi- alibus, per paria duo vel tria ad caulem disposita, oblonga, el oblongo-elliptica, obtusiuscula, sesquilineam ad duas lineas nga. *Pedunculi* vel subradicales, vel axillares, unciam, ses- uiunciam, ad tres fere uncias longi, oblique adscendentes, erecti,

nudi, setacei, acute tetragoni, uniflori. *Flos* parvus, magnitudine circiter *Epilobii palustris*. *Calyx* ad basin usque quadripartitus, tetragonus, primo longitudine tubi corollae, demum duplo brevior illo, patulus: *foliolis* ovato-oblongis, vel ovato-lanceolatis, obtusiusculis, enerviis, basi a pedunculo quasi solutis, ut in *Sedis* nonnullis teretifoliis, subinaequalibus; *duobus* paullo majoribus. *Corolla* hypocrateriformis: *Tubo* basi parum dilatato, ad faucem constricto, sub florescentia calyce parum, post grossificationem elongato et calyce duplo longiore: *Limbo* quadrifido, caeruleo: *Laciniis* erectiusculis, vel parum tantum patentibus, oblongis, vel lanceolatis, venosis. *Squamae* fimbriatae, in fauce corollae, albidae, ad quamvis laciniam duae. *Stamina* quatuor, tubo corollae parum breviora. *Antherae* distinctae. *Germen* oblongo-turbinatum. *Stigmata* duo. *Capsula* oblonga, acuminata, corollam elongatam vix parum supereminens.

Observ. *Gentiana tenella.* *Frölich* de Gent. p. 96. n. 37. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1349. *Gentiana tetragona.* *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 290. (Licet per errorem in diagnosi corolla imberbis dicatur) eadem planta est cum *Gent. glaciali* et aetate tantum diversa. Confer. *Wahlenberg* Flora Lapp. pag. 96. *Ejusd.* Carpath. p. 75.

Langstieliger Enzian.

Variat: 1. *Caule* simplici, unifloro. *Frölich* l. c. β.
2. *Floribus* quinquefidis, sed rarius.

In summis alpibus Carinthiae *(Wulfen)*, in summo jugo, ubi ex alpibus *Nassenfeldensibus* Salisburgi in excelsum Taurerum *Raurisiensem* adscenditur *(Frölich)*, in Carpathis *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Augusto.

23. Gentiana *nana.*

G. caule erecto, basi subdichotomo, folioso, alterne ancipiti, foliis ovatis, pedunculis longitudine floris, nudis, quadrangulis, corollis tubuloso-campanulatis, quinquefidis, fauce barbatis: laciniis ovatis, calycibus profunde quinquepartitis, tubi corollae longitudine: laciniis ovato-lanceolatis, aequalibus.

Gentiana nana. *Frölich* de Gent. p. 102. n. 40. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1350. *Reiner* et *Hohenw.* Iter 1. p. 103. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 172. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1022. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 22.

Hippion nanum. Schmidt in *Römer* Arch. Band 1. St. 1. p. 20. Tab. 4. Fig. 10. A. B.

Radix capillaris, subfibrosa. *Caules* e radice uno plures, plerumque duas lineas ad semiunciam, unciam et sesquiunciam longi, adscendentes, erecti, foliosi, alterne ancipites, simplices, vel inferne subdichotomi, uni-, rarius bi-, rarissime triflori. *Folia radicalia* quatuor, in orbem disposita, decumbentia, obovata: *caulina* opposita, sessilia, per paria duo, tria vel quatuor, approximata, ovata, obtusa, lineam ad sesquilineam longa. *Pedunculus* terminalis, nudus, obtuse tetragonus, longitudine floris, vel vix parum longior. *Calyx* campanulatus, ventricosus, ad basin usque quinquepartitus, longitudine tubi corollae: *foliolis* aequalibus, ovato-lanceolatis. *Corolla* tubuloso-campanulata, quinquefida: *Laciniis* ovatis, obtusiusculis, saturate violaceis, nervoso-venosis, patulis. *Faux* coronata *Squamis* quinquepartitis et fimbriatis, albis. *Stamina* quinque, longitudine tubi corollae. *Germen* ovatum, sessile. *Stigmata* ovata, sessilia. *Capsula* oblongo-ovata, sessilis, corollae longitudine.

Kleinster Enzian.

Variat: 1. *Caule* simplici, unifloro, flore breviore. *Frölich* l. c. *β.*

2. *Flore* albo. *Frölich* l. c. *γ.*

3. *Flore* quadrifido, sed rarius.

In summis alpibus Carinthiae (*Wulfen*), et Salisburgi ad ipsos aeternae glaciei margines Taureri *Raurisiensis (Frölich).* ☉. Fl. Aug, Septbr.

24. Gentiana *Carinthiaca.*

G. caulibus dichotomis, erectis, foliis ovatis, obtusis, pedunculis longissimis, nudis, corollis rotatis, quinquepartitis, fauce barbatis, calycibus corollae tubo brevissimo longioribus, quinquepartitis: laciniis lanceolatis, patentissimis, subaequalibus.

Gentiana carinthiaca. Frölich de Gent. p. 103. n. 41. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1350. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 172. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1023.

Swertia carinthiaca. Wulfen in *Jacq.* Misc. 2. p. 58. Tab. 6. *Braune* Salisburg. n. 230. *Jacq.* Collect. 2. p. 67. *Reiner* et *Hohenw.* Reise 1. p. 101. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 22. *Vest* Manuale p. 479.

Radix simplex, fibrosa. *Caules* plures, tetragoni, tenues, nunc simplicissimi, semiunciales, nunc magis elongati, unciales

et sesquiunciales, bifidi seu dichotomi, inferne foliosi, adscendentes, erecti. *Rami* erecti. *Folia* ovata, seu ovato-oblonga: *radicalia* subquaterna, patula, ovata, obtusa; *caulina* uno alterove pari supra caulis basin, opposita, sessilia. *Pedunculi* in ramis terminales et solitarii, vel uno et rarius altero axillari, uniflori, setacei, longissimi, sesqui-ad biunciales, nudi, tetragoni. *Flores* ante anthesin globosi, sub anthesi speciosi. *Calyx* quinquepartitus: *Laciniis* lanceolatis, acutiusculis, patentissimis, subaequalibus, corolla paullo brevioribus. *Corolla* rotata: *Tubo* brevissimo, ad orificium intus setulis albis brevibus, coronato; *Limbo* quinquepartito: *Laciniis* ovatis, acutis, patentissimis, nervosis, supra elegantissime caelestinis, subtus secundum totam longitudinem interiorem albidis, secundum exteriorem vero saturate violaceis, demum ex caeruleo virentibus. *Stamina* quinque, corolla breviora. *Antherae* oblongae, incumbentes, caelestinae. *Germen* quadrangulo-pyramidale, obtusum, sessile. *Stigmata* obtusa. *Capsula* oblonga, demum corolla longior.

Himmelblauer Enzian.

Observ. Ad *Swertiam* referri nequit haec planta, poris enim nectariferis ad basin corollae plane destituitur et eorum loco setarum corona ad tubi faucem praedita est, ut in reliquis hujus coetus speciebus.

Variat, licet rarius, numero quaternario partium Calycis, Corollae et Staminum.

In summis alpibus Carinthiae *Grossenkirchheimii*, supra *Sagriz* et *Dotlach* alibique *(Wulfen)*, Salisburgi *Karrthal* et *Frosnitz (Hänke)*. ⊙. Fl. Augusto.

* * * *

Observ. *Gentiana ciliata.* *Frölich* de Gent. pag. 109. n. 43. et reliquorum auctorum, proprium genus constituit in Classe quarta, *Crossopetalum* dictum.

†† *Flores incompleti.*

179. SALSOLA.

Schrader de Halophyt. Pallasii, im Neuen Journ. für die Bot. Band 3. p. 87.

Calyx quinquepartitus seu pentaphyllus, demum plerumque mutatus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque laciniis

alycis inserta. *Styli* duo distincti, vel unicus, stigmatibus uobus. *Semen* unicum, calyce arcte obvallatum, superum, orizontale, nudum, exalbuminosum. *Embryo* cochleatus.

a) *Calycibus exterius post florescentiam in appendiculos quinque scariosos excrescentibus.*

Salsola *Kali.*

S. herbacea, patula, foliis subulatis, mucronato-spinosis, alycibus subsolitariis, demum appendicibus explanatis auctis.

α Hirta, calycibus fructus discoloribus.

Salsola Kali. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1310. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 292. *Ejusd.* Beitr. zur ot. 1. p. 77. *Lumnitz.* Poson. n. 251. *Schrader* Halophyt. ab. 1. Fig. 5. *Idem* in Neuem Journ. für die Bot. Band 3. ab. 3. Fig. E. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 225. *Ejusd.* estr. Flora 2. n. 1025. *Vest* Manuale pag. 524. Flora Dan. ab. 818.

Tragum. *Camerar.* Epit. p. 779. *Tabernaemont.* räuterbuch p. 1081.

Tragum Mathioli. *Lobel* Icon. 1. p. 797. *Ejusd.* Hist. ig. 463.

β Glabra, calycibus fructus decoloribus.

Salsola Tragus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1310. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. palat. pag. 7 et 18. n. 8. *chultes* Syst. Veget. 6. pag. 226. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. 1026. *Vest* Manuale p. 524. *Willich* Illustr. p. 10. n. 7.

Kali Tragus. Scop. Carn. 2. n. 284.

Tragus spinosus Mathioli. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 706.

An Drypis Theophrasti. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 423.

Radix ramosa, flexuosa. *Caulis* decumbens, adscendens, mosissimus, dichotomus, herbaceus, nunc pubescens, vel hirtus, inc glaber. *Folia* alterna linearia, semiteretia, supra canaliata, patentissima, nunc pubescentia, nunc glabra, apice spiula terminata. *Flores* axillares, sessiles, plerumque solitarii, si foliolis duobus vel tribus bracteati. *Calycis foliola* sub rescentia minuta, subcarnosa, post florescentiam in marginem latatum, repandum, scariosum, rubicundum, vel albidum excentia.

Observ. Salsola Tragus auctorum Florae Germanicae in arenosis a mari remotis proveniens, certe specie non diversa est a *Salsola Kali.* Caules enim nunc glabri,

nunc hirsuti occurrunt et solum colore albido excrescentiarum foliolorum calycis fructus recedit.

Gemeines Salzkraut.

α In maritimis arenosis locisque salsis passim; β in arenosis, a mari remotis. ⊙. Fl. Jul., Aug.

* * * *

Salsola sativa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1311. secundum Celeberr. *Schultes* in Oestr. Flora 2. n. 1027. et *Vest* Manuale p. 524. in maritimis Austriae provenire dicitur, sed locus natalis specialis non indicatus est.

b) *Calycibus post florescentiam auctis, caeterum immutatis.*

2. Salsola *Soda.*

S. herbacea, glabra, ramis adscendentibus, foliis semiteretibus, calycibus solitariis: fructiferis auctis; foliolis subscariosis, sub apice plica transversali notatis.

Salsola Soda. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1311. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 236. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1027. *Schwägrichen* in *Hoppe* botan. Taschenb. 1801. p. 204. *Vest* Manuale p. 524.

Kali Soda. Scop. Carn. 2. n. 285.

Soda Kali magnum, Sedi medii folio, semine cochleato. *Lobel* Icon. 1. p. 394. *Ejusd.* Adversar. p. 169.

Radix simpliciuscula, fusca, flexuosa. *Caulis* adscendens, cum Ramis patulus, carnosus, fragilis, glaber. *Rami* subopposiți. *Folia* opposita, filiformia, semiteretia, lineata, glabra, basi dilatata, crassiora et semiamplexicaulia, apice subacuta, sed non, ut in antecedente, mucronato-spinosa: *floralia* ad basin dilatatam margine membranacea. *Bracteae* ad quemvis florem duae, foliis floralibus similes, at multo minores et conniventes. *Flores* solitarii, sessiles alterni et subopposiți, axillares. *Calycis foliola* quinque, lanceolata, albida. *Stamina* calyce paullo longiora. *Styli* duo. *Germen* depressum. *Calyx fructiger* triplo vel quadruplo major: *foliolis* oblongo-ovatis, concavis, carinatis, subscariosis, nervosis, brevi obtusoque mucrone terminatis, dorso sub apice plica transversali notatis.

Langblätteriges Salzkraut.

In maritimis Carnioliae *(Scop., Schwägrichen)*, in ılustribus aquilegensibus *(Host)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

180. KOCHIA.

Schrader de Halophyt. im Neuen Journ. für die Botan. Band 3. p. 85.

Calyx quinquefidus seu quinquepartitus, demum plerumıe mutatus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque, rarissime ıa vel quatuor. *Stylus* unicus, *Stigmatibus* duobus, rarius ıo distincti. *Semen* unicum, calyce arcte obvallatum, surum, nudum, *Embryonem* continens conduplicatum, albumen ucum includens.

a) *Calycibus exterius post florescentiam in appendiculos quinque scariosos excrescentibus.*

Kochia *arenaria.*

K. herbacea, assurgens, canescens, foliis angusto-linearis, subcarnosis, calycibus axillaribus subternis, pilosis, demum pendiculis ovato-oblongis, obtusis, auctis.

Kochia arenaria. Roth in *Schrader* Journ. für die Bot. ınd 2. St. 2. p. 307. Tab. 2. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Botan. ınd 1. p. 175. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 244. *Ejusd.* ɛstr. Flora 2. n. 1028. *Sturm* Deutschl. Fl. 1. Fasc. 28.

Salsola arenaria. Roth Flora Germ. T. II. P. II. Addend. 575. *Märklin* in d. Schrift. der bot. Gesellsch. in Regensırg. Band 1. pag. 332. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. ıngariae Tab. 78.

Chenopodium arenarium. G. M. S. Flora der Welterau 1. 356. *Hoffm.* Flora Germ. 1800. p. 120.

Willemetia arenaria. Märklin in *Schrader* Journ. f. d. ɔt. Band 2. St. 2. p. 329. *Gmelin* Badens. n. 368.

Camphorasma monspeliaca. Pollich palat. n. 176.

Radix filiformis, ramosa, fibrosa. *Caules* vel plures vel ılitarii, erecti, vel decumbentes et diffusi, a basi ramosi et foɔsi, teretes, striati, pilosi, scabriusculi, semi-ad bipedales. *ami* alterni, patuli, plerumque simplices. *Folia* alterna, sessiı, angusto-linearia, acutiuscula, integerrima, planiuscula, su-

pra nervo pallidiore, subtus sulco dorsali, pilis tecto, notata, pubescentia, floralia inprimis basi pilis longis ciliata, semiunciam ad unciam longa et vix quadrantem lineae lata, basi utrinque foliolo lineam ad duas lineas longo, aucta. *Flores* in omnium foliorum axillis conglomerati, bini vel plerumque terni, sessiles, exigui, basi pilorum fasciculo aucti. *Calyx* campanulatus, monophyllus, subrotundus, extus pilosus et costis quinque elevatis notatus, quinquepartitus: *Laciniis* triangularibus, exiguis, dorso squamula lanceolata, membranacea, auctis. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Germen* depressum. *Stylus* brevis. *Stigmata* duo, longissima, erecto-patula. Peracta fructificatione *Calyx* magnitudine auctus, *Laciniis* depressis, fructum arcte tegentibus, ut ita Capsulam mentiatur Calyx, appendiculis dorsalibus exovato-oblongis, vel rhomboideis, obtusis, ad lineam fere longis, membranaceis, subscariosis, hyalinis, albidis venisque purpureis pulcerrime pictis, patentibus.

Sand-Kochie.

Variat Caule rubro vel purpurascente.

In arenosis Pannoniae (*Waldst.* et *Kitaib.*), in Palatinatu prope *Mainz* et *Nieder-Ingelheim*, prope *Bentzheim*, *Schwingenberg*, *Darmstadt* etc. (*Koch*), prope *Waldorf* non procul a *Wiessloch* (*Märklin*). ☉. Fl. Aug., Sept., Octob.

2. Kochia *prostrata.*

K. suffruticosa, assurgens, piloso-cana, foliis linearibus planis, exsuccis, calycibus axillaribus subternis, demum appendiculis obovatis, rotundatis, auctis.

Kochia prostrata. *Schrader* Halophyt. Monogr. p. 16. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 245. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1020.

Salsola prostrata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1315. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 394. *Vest* Manuale pag. 524.

Differt ab antecedente, cui proxima: 1. *Radice* lignosa, suberosa, crassa, simplici. 2. *Caulibus* inferne lignescentibus, suffruticosis, vel simplicibus, vel ut plurimum ramosis: *Ramis sterilibus* reflexis. 3. *Foliis* latioribus, planis, exsuccis, vel tomentosis et mollibus, vel piloso-incanis: in junioribus et sterilibus ramis confertis, longioribus, in adultis fasciculatis brevioribus. 4. *Calycibus* lanatis: *Laciniis* post florescentiam appendiculis membranaceis obovatis, rotundatis, margine crenulatis, dorso auctis.

Liegende Kochie.

In arenosis Austriae circa oppidum *Rötz (Jacq.)*, Styriae *Sartori)*. ♄. Fl. Jul., Aug.

Kochia *scoparia.*

K. herbacea, erectiuscula, pubescens, foliis lineari-lanceolatis, planis, exsuccis, ciliatis, calycibus axillaribus, geminis, demum appendiculis ovatis auctis.

Kochia scoparia. Schrader de Halophyt. *Pall.* im Neuen Journ. für d. Bot. Band 3. Tab. 3. Fig. B. *Ejusd.* Halophyt. Monogr. p. 16. Tab. 1. Fig. 1. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 246. *Hausd.* Oestr. Fl. 2. n. 1030.

Chenopodium Scoparia. Willd. Syst. Plant. Linn. T. I. II. p. 1306. *Lumnitz.* Poson. n. 250. *Scop.* Carn. 2. n. 282. *Host* Manuale pag. 521.

Linaria Belvedere. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 462.

Scoparia Belvedere Italorum. *Lobel* Icon. 1. pag. 109. *Hausd.* Advers. p. 176.

Osyris. *Dodon.* Pempt. p. 101.

Herba studiosorum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1211.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, tri-, quadripedalis, a basi ramosus, dichotomus, subflexuosus, obsolete angulosus, pubescens. *Rami* erecti, stricti. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, versus basin valde attenuata, plana, supra glabriuscula, subtus pilosa, margine ciliata, trinervia, reticulata, venosa, integerrima, duas ad tres uncias longa, duas ad tres lineas lata. *Flores* axillares, *inferiores* plerumque plures, conglomerati, *superiores* duo vel tres, sessiles, pilorum fasciculo dense obvallati. *Calycis laciniae* lanceolatae, post florescentiam inflexae fructum arcte tegentes, dorso appendiculo ovato, acuto, membranaceo, scarioso auctae.

Binsenartige Kochie.

In cultis Goriziae et Tergestis *(Scop.)*, in Insula *Schütt* ad *Bruck* et *Majorkaz (Lumnitz.)*, Hungariae *(Kitaib.)*. Fl. Jul., Aug.

b) *Calycibus exterius post florescentiam aculeos quinque subulatos, spinescentes producentibus.*

Kochia *hyssopifolia.*

K. herbacea, erectiuscula, pubescens, foliis linearibus, pla-

nis, subcarnosis, acutis, calycibus glomeratis, dense lanatis, laciniis demum spinula dorsali, uncinata auctis.

Kochia hyssopifolia. *Roth* Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 176. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 247. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1031.

Salsola hyssopifolia. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1314.

Willemetia lanata. *Märklin* in *Schrader* Journ. f. d. Bot. Band 2. St. 2. p. 330. (excluso synonymo.)

Habitu quam proxime accedit ad antecedentem *Kochiam scopariam*, differt autem: 1. *Foliis* angustioribus, subcarnosis. 2. *Floribus* glomeratis· *glomerulis* copiosioribus, magis approximatis, lana densa, copiosa, rufescente, involucratis. 3. *Calycum laciniis* demum dorso Spinula tereti, compressa, cornea, ultra lineam longa, subulata et apice uncinata, auctis.

Isopblätterige Kochie.

In arenosis Hungariae *(Kitaibel).* ⊙. Fl. Jul., Aug.

5. Kochia *sedoides.*

K. herbacea, erectiuscula, canescens, foliis linearibus, semiteretibus, subcarnosis, obtusis, calycibus geminis lanuginosis; laciniis demum spinula dorsali recta auctis.

Kochia sedoides. *Schrader* Halophyt. Monogr. 1. p. 17. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 248.

Kochia cinerea. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1032.

Salsola sedoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1317.

Salsola cinerea. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 106.

Radix crassa, sublignosa. *Caulis* adscendens, erectus, pedalis et sesquipedalis, ramosus, dichotomus, subtomentosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, linearia, obtusa, subcarnosa, supra planiuscula, subtus convexiuscula, hinc fere semiteretia, piloso-canescentia. *Flores* axillares, gemini, vel terni, lanuginosi, sessiles. *Calycis laciniae* lanceolatae, demum dorso spinula crassiuscula, subulata, recta, carnea auctae.

Sedumartige Kochie.

In calcariis Hungariae (*Waldst.* et *Kitaib.*) ⊙. Fl. Jul., Aug.

181. CHENOPODIUM.

Schrader de Halophyt. *Pallasii* im Neuen Journ. für die Bot. Band 3. p. 84.

Calyx quinquepartitus inferus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Styli* duo, simplices, vel unicus stigmatibus duobus. *Semen* unicum, superum, pellicula tenuissima (utriculo) tectum. *Embryo* sphaericus.

a) *Calycibus immutatis.*

* Foliis angulatis.

1. Chenopodium *bonus Henricus.*

C. foliis triangulari-hastatis, integerrimis, spicis axillaribus terminalibusque compositis, bracteatis, floribus glomeratis.

Chenopodium bonus Henricus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1299. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 293. *Besser* Galic. n. 308. *Gmelin* Badens. n. 366. *Lumnitz.* Poson. n. 240. *Pollich* palat. n. 245. *Schkuhr* Handb. I. p. 170. Tab. 56. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 252. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1033. *Scop.* Carn. 2. n. 278. *Vest* Manuale pag. 519. Flora Dan. Tab. 579.

Bonus Henricus. *Camerar.* Epit. p. 368. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 965. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 810.

Tota bona. *Dodon.* Pempt. pag. 631. *Lobel* Icon. I. pag. 256. *Ejusd.* Hist. p. 129.

Radix carnosa, ramosa. *Caules* plures, erectiusculi, pedales et sesquipedales, basi saepius ramosi, superne simplices, teretes, striato - sulcati, unctuoso - pulverulenti. *Folia* alterna, longe petiolata, hastato-deltoidea vel sagittata, integerrima, vel obsolete repanda, glabra, subtus glauca et pulverulenta. *Spicae* compositae, multiflorae, pulverulentae, aphyllae: *inferiores* axillares, solitariae; *superiores* in spicam interruptam vel racemum pyramidalem, aphyllum, dispositae. *Flores* inter hermaphroditos plures feminei, virides, congesti. *Calycis laciniae* apice patulae, erosae. *Styli* pubescentes.

Dorf-Gänsefuss.

In ruderatis, ad vias et sepes pagorum, ad fimeta, muros. ☙ Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Chenopodium *urbicum.*

C. foliis rhomboideo-oblongis, parce dentatis, spicis compositis, erectis, strictis: superioribus in paniculam aphyllam coacervatis.

Chenopodium urbicum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1299. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 293. *Gmelin* Badens. n. 367. *Lumnitz.* Poson. n. 241. *Pollich* palat. n. 246. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 252. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1034. *Vest* Manuale p. 519. Flora Dan. Tab. 1148.

α *Microspermum*: seminibus minutissimis, fuscis.

Chenopodium microspermum. *Wallroth* Sched. crit. I. p. 112. et 507.

Chenopodium Atriplicis sativae folio et facie, spicis multis surrectis etc. *Rupp.* Jen. p. 538. secundum *Wallroth.*

β *Melanospermum:* seminibus aterrimis, exasperatis.

Chenopodium Melanospermum. *Wallroth* Sched. crit. I. pag. 112.

Chenopodium latifolium minus ramosum, florum petiolis longissimis ex foliorum alis, confertim nascentibus. *Buxbaum* Fl. Halens. p. 70. cum Icone secundum *Wallroth.*

γ *Chrysomelanospermum* seminibus, ante maturitatem ad corculum atomis aureis.

Chenopodium Chrysomelanospermum. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 254. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1035.

Chenopodium urbicum. *Besser* Galic. n. 309. et Addend. pag. 368.

Radix fibrosa, ramosa. *Caulis* erectus, simplex et ramosus, angulato-sulcatus, glaber, pedalis, bipedalis et longior. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, petiolata, glabra, deltoideo-oblonga, subhastata, acuminata, repando-denticulata, utrinque integerrima, triplinervia, in α carnosa, in β et γ tenuiora. *Spicae axillares* alternae, folio suo breviores, *superiores* in paniculam oblongam, aphyllam, terminalem coacervatae, *omnes* ramosae, erectae, strictae, aphyllae, glomerulis florum sessilibus, plus minus a se invicem distantibus compositae. *Semina* in α minuta, fusca; in β aterrima duplo majora et exasperata; in γ atra et inprimis ante maturitatem ad corculum atomis aureis notata.

Observ. Has pro speciebus distinctis venditatas plantas α, β, γ vivas comparandi mihi occasio defuit, at neque in

caulis et foliorum structura, neque in inflorescentia ullam detegere possum diversitatem. Seminum color et magnitudo solum sufficere mihi non videntur pro specierum formatione. Folia carnosa in α a solo sale imbuto originem ducunt.

Stadt-Gänsefuss.

β et γ. Ad vias pagorum, in fimetis et aggeribus: α in pratorum aggeribus salinorum circa *Langenbogen* et *Seeburg* ad Halam Saxonum *(Wallroth)*, γ in Galicia *(Besser)*. ☉. Fl. Jul., Aug.

3. Chenopodium *rubrum.*

C. foliis rhombeo-triangularibus, sinuato-dentatis, spicis axillaribus compositis, erectis, bracteatis.

Chenopodium rubrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1300. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 294. *Gmelin* Badens. n. 368. *Mönch* Hass. n. 291. *Pollich* palat. n. 247. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 253. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1036. *Wallroth* Schedulae crit. 1. p. 115. *Vest* Manuale pag. 520. Flora Dan. Tab. 1149.

Pes anserinus. *Fuchs* Hist. p. 653. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 975.

Caulis erectus, anguloso-sulcatus, lineis rubris pictus, versus basin praecipue ramosus, sesqui- ad bipedalis. *Rami* alterni, patenti-erectiusculi, simplices. *Folia* alterna petiolata, ex triangulari ovato-oblonga, inaequaliter sinuato-dentata, acutiuscula, crassiuscula, splendentia glabra, vix hinc inde farina adspersa. *Spicae* axillares, alternae, cylindricae, e spiculis conglomeratis, brevibus, *Bractea* lineari-subulata interstinctis compositae. *Calyces* plerumque rubentes. *Semina* minutissima, nigra.

Rother Gänsefuss.

In ruderatis, cultis, ad muros, vias. ☉. Fl. Augusto.

4. Chenopodium *murale.*

C. foliis subrhomboideo-ovatis, inaequaliter dentatis, spicis axillaribus, cymosis, patulis, ramosissimis, ebracteatis.

Chenopodium murale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1301. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 295. *Besser* Galic. n. 310. *Gmelin* Badens. n. 369. *Pollich* palat. n. 248. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 255. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1037. *Vest* Manuale p. 520. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 174.

Chenopodium, Pes anserinus primus. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 612.

Atriplex, dicta Pes anserinus. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 975.

Caulis erectus, angulosus, glaber, ramosissimus. *Folia* alterna, petiolata, rhombeo-ovata, basi producta, crassiuscula, glabra, splendentia, sinuato-dentata, dentibus ovatis, acutis, inaequalibus, nuda, *juniora*, praesertim *floralia* nonnihil pulverulenta. *Spicae* axillares, subinde etiam terminales, dichotomae, cymosae, patulae, ebracteatae, excepta una alterave bractea ad basin spicae, antrorsum subnatantes, e floribus fasciculatis, sessilibus compositae. *Calyces* farinosi, *fructiferi* acute pentagoni. *Semina* lentiformia, laevia.

5. Chenopodium *hybridum.*

C. foliis cordatis, sinuato-dentatis, acuminatis, spicis terminalibus ramosissimis, subcymosis, divaricatis, ebracteatis.

Chenopodium hybridum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1303. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 297. *Besser* Galic. n. 311. *Gmelin* Badens. n. 372. *Pollich* palat. n. 251. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 259. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1038. *Vest* Manuale p. 520.

Chenopodium, Pes anserinus secundus. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 812.

Atriplex, dictus Pes anserinus alter sive ramosior. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 978.

Caulis erectus, angulosus, ramosus, glaber. *Folia* alterna, petiolata, cordata, sinuato-dentata, longe mucronata, patula, glabra, splendentia: *dentibus* magnis, utrinque tribus. *Spicae* in caule ramisque terminales, ramosissimae, subcymosae, divaricatae, ebracteatae, e floribus fasciculatis, sessilibus, compositae. *Calyces* farinosi. *Semina* punctata, subglobosa, nigra.

Stechapfelblütteriger Gänsefuss.

In cultis, ruderatis, agris, ad sepes et muros. ⊙. Fl. Augusto.

6. Chenopodium *ficifolium.*

C. foliis hastato-oblongis, sinuatis, erosis, postice integris; superioribus subintegerrimis, spicis axillaribus terminalibusque, ramosis, erectis, bracteatis.

Chenopodium ficifolium. Bönninghausen Fl. Monast.

n. 331. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 256. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1041. *Wallroth* Annus bot. p. 145.

Chenopodium viride. Besser Galic. n. 314.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, subangulosus, pulcerrime striatus, ramosus, glaber, ad ramorum axillas purpurascens. *Rami* alterni, patentes. *Folia* alterna, petiolata, glabra, triplinervia, hastato-oblonga, obtusa, postice producta et integerrima, caeterum sinuata et quasi erosa; *superiora* acutiuscula, plerumque integerrima. *Spicae* ramosae, erectae, bracteatae; *axillares* minus ramosae; *terminales* ramosiores et subpanicu latae. *Semina* excavato-punctato.

Feigenblätteriger Gänsefuss.

In fimetis, ruderatis, hortis ad Halam Saxonum *(Sprengel)*, etiam in saxosis *hinter Lodersleben (Wallroth)*, in Galicia *(Besser)*, in Hungaria *(Schultes)*, Bohemia *(Pohl)*, in Palatinatu *(Koch* et *Ziz)*, in Monasteria *(Bönningh.)*. ☉. Fl. Augusto.

7. Chenopodium *album.*

C. foliis rhombeo-ovatis, erosis, postice integris: superiobus oblongis, subintegerrimis, spicis axillaribus terminalibusque erectis, ramosis, inferne bracteatis.

α Foliis farina utrinque adspersis.

Chenopodium album. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1302. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 296. *Besser* Galic. n. 313. *Gmelin* Badens. n. 370. *Pollich* palat. n. 249. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 257. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1039.

β Foliis supra nudis, subtus subfarinosis.

Chenopodium viride. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. n. 1303. (excluso syn. *Vaillantii.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 296. *Gmelin* Badens. n. 371. *Pollich* palat. n. 250. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1040. Flora Dan. Tab. 1150.

Chenopodium album γ viride. Schultes Syst. Veg. l. c.

Radix fibrosa, ramosa. *Caulis* erectus, angulosus, striatus, ramosus, albido-rubicundus. *Rami* alterni erecti, in juniore statu cum caule farinosi. *Folia* alterna, petiolata, rhomboideo-ovata, obtusa, eroso-vel sinuato-dentata, versus basin integerrima; *superiora* oblonga, integerrima: in *α* utrinque farina adspersa, albida; in *β* supra nuda, viridia, subtus plus minus fa-

rinosa, pallidiora. *Spicae* axillares et terminales, ramosae, erectae, inferne bracteatae, superne plerumque aphyllae, in β paullo longiores et plerumque graciliores. *Calyces* farinosi. *Semina* subrotunda, nigra, nitidissima.

Weisser Gänsefuss.

In hortis, cultis, agris, vineis. ⊙. Fl. Jul., Augusto.

8. Chenopodium *opulifolium.*

C. foliis rhomboideo-ovatis, omnibus inaequaliter sinuato-dentatis, postice integris, spicis axillaribus et terminalibus, ramosis, erectis, bracteatis.

Chenopodium opulifolium. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 258. *Bönninghausen* Fl. Monast. n. 330.

Chenopodium Opuli folio. *Vaillant* bot. Paris. Tab. 7. Fig. 1.

Chenopodium viride. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1040. *Treviranus* Observ. bot. p. 5. n. 2.

Simile antecedentis *Chenop. albi*, at distinctum: 1. *Caule* altiore, profundius sulcato. 2. *Foliis* rotundioribus, utrinque, sed subtus magis, glaucescentibus, absque farina, omnibus sinuato-dentatis, etiam summis. 3. *Spicis* totis bracteatis. 4. *Florum glomerulis* minoribus, densioribus.

Schneeballblätteriger Gänsefuss.

In Palatinatu prope *Spiram (Koch* et *Ziz)*, Hungaria *(Kitaibel)*, Austria *(Schultes)*, prope Francofurtum ad Moenum in ruderatis *(Treviranus)*, Göttingam *(Schrader)*, in Monasteria *(Bönninghausen)* et alibi. ⊙. Floret Aug., Sept.

9. Chenopodium *Botrys.*

C. foliis oblongis, obtuse sinuatis, summis lanceolatis integerrimis, cymis axillaribus, pedunculatis, divaricatis, ebracteatis.

Chenopodium Botrys. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1304. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 259. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1043. *Vest* Manuale p. 521.

Botrys. *Dodon.* Pempt. p. 34. *Fuchs* Hist. p. 179. *Camerar.* Epit. p. 598.

Radix ramosa, fibrosa. Tota planta pilis brevibus, capita-

, viscidula, flavo-viridis, foetens. *Caulis* erectus, ramosus, gulosus, inferne plus minus flexuosus. *Rami* alterni, patulo-ecti. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, basi vix parum pro-cta, obtuse sinuata: *Laciniis* obtusis, angulatis: *superiora* o more decrescentia; *summa* minuta, lanceolata, integerrima. *mae* axillares, pedunculatae, cum flore axillari solitario, ra-sissimae, ebracteatae, *ramis* setaceis, divaricatis, in caule ra-sque racemum elongatum, terminalem constituentes. *Semina* nuta, subglobosa, nigra, laevia.

Eichenblätteriger Gänsefuss.

In arenosis Austriae, Tyrolis (*Host*), Styriae (*Sartori*), hemiae circa *Leitmeritz* (*Pohl*, *Hackel*), circa *Penzing* *chultes*). ⊙. Fl. Augusto.

). Chenopodium *ambrosioides.*

C. foliis inferioribus elliptico-lanceolatis, remote dentatis; perioribus lanceolatis, integerrimis, spicis axillaribus, simplici-s, laxis, bracteatis.

Chenopodium ambrosioides. *Willden.* Spec. Plant. Linn. I. P. II. p. 1304. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 297. *Gme-n* Badens. n. 373. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 260. *Ejusd.* str. Fl. 2. n. 1043.

Radix subfusiformis ramosa, albida. *Caulis* erectus, sul-tus, glaber, ramosus. *Rami* alterni, erecto-patentes. *Folia* erna, breviter petiolata, utrinque attenuata, glabra; *inferiora* iptico-lanceolata, remote dentata; *superiora* lanceolata, in-gerrima cum *summis*, lineari-lanceolatis. *Spicae* axillares, litariae, simplices, tenues, bracteatae: *glomerulis* alternis, re-otiusculis. *Calyces* virides. *Semina* aterrima, nitidissima, brotunda.

Wohlriechender Gänsefuss.

In ruderatis, viis plateisque neglectis urbis *Rastadt* (*Gme-n*), prope *Barby* (*Scholler*), Hungariae, Croatiae, Slavo-ae (*Kitaibel*). ♃. ⊙? Fl. Jun., Jul.

l. Chenopodium *glaucum.*

C. foliis omnibus oblongis, repandis, subtus glaucis, spicis illaribus terminalibusque simplicibus, superne ebracteatis, densis.

Chenopodium glaucum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I.

P. II. p. 1305. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 398. *Besser* Galic. n. 312. *Gmelin* Badens. n. 374. *Pollich* palat. n. 252. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 261. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1045. *Vest* Manuale p. 521. Flora Dan. Tab. 1151.

Atriplex angustifolia laciniata minor. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 973.

Atriplex sylvestris secunda. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 811.

Radix ramosa, fibrosa. *Caules* erectiusculi, ramosi, diffusi. *Rami* inferiores subopposîti, reliqui alterni, adscendentes. *Folia* alterna, petiolata, ovato-oblonga, obtusiuscula, basi vix parum producta, omnia etiam summa, sinuata, glabra, supra laete glauco-viridia, subtus albida. *Spicae* axillares et terminales, breves, densissimae, solitariae, simplices, inferne una alterave *Bractea* suffultae, superne ebracteatae. *Calyx* glaucescens. *Semina* excavata, punctata, subglobosa.

Grauer Gänsefuss.

In ruderatis, humidis, fimetis pagorum. ☉. Fl. Jun., Jul., August.

15. Chenopodium *sepium.*

C. foliis ovalibus, profunde sinuatis, concoloribus, spicis terminalibus, simplicibus, bracteatis.

Chenopodium sepium. *Mayer* in den Abhandl. der Böhm. Gesellsch. der Wissensch. 1787. p. 320 *Pohl* Bohem. n. 244. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 262. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1046.

Planta, quam videre nondum mihi contigit, ita describitur: *Radix* ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, saepe ad radicem jam ramosus, subangulosus, sex-, octo-uncialis. *Folia* alterna, petiolata, ovalia, rotundiuscula, profunde et inordinate sinuata, laete viridia, glabra, raro septem ad octo lineas longa, quinque ad sex lineas lata. *Spicae* terminales, simplices, primo interruptae, demum densae, bracteatae, e floribus minimis, numerosis, verticillatis compositae. *Semina* subrotunda, rugosa, sulcata.

Zaun-Gänsefuss.

Ad sepes, muros, in locis siccis Bohemiae (*Mayer*) ☉. Fl. Majo, Junio.

** Foliis integerrimis.

12. Chenopodium *Vulvaria.*

C. foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, spicis axillaribus terminalibusque brevibus, subcylindricis, ebracteatis.

Chenopodium Vulvaria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1305. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 298. *Gmelin* Badens. n. 375. *Pollich* palat. n. 253. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1047. *Vest* Manuale p. 521. Flora Dan. Tab. 1152.

Chenopodium foetidum. Schultes Syst. Veget. 6. p. 262.

Chenopodium olidum. Besser Galic. n. 315.

Vulvaria. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 812.

Atriplex foetida. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 974.

Garosmus. *Dodon.* Pempt. p. 616.

Radix ramosa, fibrosa. *Caules* decumbentes, adscendentes, diffusi, ramosi, divaricati, filiformes, teretes, striati, albo-farinosi. *Rami* alterni. *Folia* alterna, petiolata, rhomboideo-ovata, integerrima, obtusa, subtus praesertim farinosa, triplinervia. *Spicae* axillares et terminales, solitariae, subramosae, densae, breves, petiolis vix longiores. *Semina* subglobosa, nigra, laevia.

Tota planta odorem halicinum spirat.

Stinkender Gänsefuss.

In ruderatis, plateis neglectis, ad muros. ⊙. Fl. Jul., Aug.

14. Chenopodium *polyspermum.*

C. foliis ovatis integerrimis, cymis axillaribus terminalibusque laxis, dichotomis, ebracteatis.

Chenopodium polyspermum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1305. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 299. *Besser* Galic. n. 316. *Gmelin* Badens. n. 376. *Pollich* palat. n. 254. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 268. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1040. *Vest* Manuale pag. 521. Flora Dan. Tab. 1153.

Polyspermum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1219.

Radix fibrosa, ramosa. *Caules* undique diffusi, debiles, plerumque decumbentes, ramosi, angulosi, glabri. *Folia* alterna, petiolata, ovata, obtusa, basi parum in petiolum attenuata, integerrima, glabra, laete viridia, margine venisque saepe rubella. *Cymae* axillares et terminales, dichotomae, ramosissimae, laxae, patulae, ebracteatae: *fructiferae* patentissimae. *Calyces fructus* patuli. *Semina* minuta, punctata.

Observ. Huic proximam plantam observavit *Kitaibel* in Hungariae et Sclavoniae cultis, *foliis acutis* et *racemis spicatis*, cujus mentionem fecit Celeberr. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1049. Syst. Veget. 6. pag. 263. sub nomine *Chenopodii acutifolii*. An specie re vera distincta?

Vielsamiger Gänsefuss.

In cultis, hortis, oleraceis, ruderatis, vineis. ⊙. Fl. Jul., August.

b) *Calycibus fructiferis intumescentibus, caeterum immutatis.*

15. Chenopodium *altissimum.*

C. foliis filiformibus, carnosis, acutiusculis, floribus ternis in folii basi, pedunculatis.

Chenopodium altissimum. Schrader Halophyt. Monographia 1. p. 16. Tab. 1. Fig. 3. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 267. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1050. *Vest* Manuale p. 522.

Salsola altissima. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1312.

Chenopodium altissimum, foliis succulentis. *Buxb.* Cent. 1. p. 21. Tab. 31. Fig. 2.

Radix subsimplex, attenuata. *Caules* plures, teretes, glabri, sulcati, plerumque rubentes, ramosissimi, paniculati, inferne subnudi, bi-ad sexpedales. *Rami ramulique* alterni et subopositi, erecti. *Folia* in ramis ramulisque sparsa, succulenta, depressa, patentissima, saturate viridia: *florifera* basi attenuata. *Flores* in folii basi, (ut in *Thesio*,) plerumque terni, interdum solitarii, quaterni et quini, conglomerati, laterales pedunculati, intermedius sessilis. *Calyx fructiger* clausus, incrassatus. *Semina* nigra, subglobosa. Odor plantae urinosus.

Blattblühtiger Gänsefuss.

In humidis salsis Hungariae *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

16. Chenopodium *maritimum.*

C. foliis semiteretibus, carnosis, acutiusculis, floribus axillaribus, sessilibus, glomeratis, subquinis.

Chenopodium maritimum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1307. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 299. *Ejusd.*

Beitr. zur Bot. 1. p. 16. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 272. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1051. *Scop.* Carn. 2. n. 283. Flora Dan. Tab. 489.

Kali minus. *Lobel* Icon. 1. pag. 394. *Ejusd.* Advers. pag. 170. Fig. 1. *Dodon.* Pempt. p. 81. Fig. 2.

Radix descendens, sublignosa, attenuata, fibrosa. *Caulis* oblique adscendens, erectus, a basi ramosus, teres, striatus, glaber. *Rami* infimi oppositi, reliqui alterni: *floriferi* virgati. *Folia* alterna, semiteretia, supra planiuscula, subtus convexa, acutiuscula, succulenta, glabra, semiuncialia et uncialia: *floralia* breviora. *Flores* in foliorum axillis sessiles, tres ad quinque conglomerati, nudi. *Calyx fructiger* arctissime clausus, parum incrassatus, subcarnosus. *Semen* subrotundum, subdepressum, nigrum, nitidissimum, parum cochleatum.

Meerstrands-Gänsefuss.

In locis salsis et maritimis. ⊙. Fl. Jul., Aug.

182. ATRIPLEX.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1577. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 95. Gaertner de Fruct. 1. pag. 361. Tab. 75.

Polygamum. Floris Hermaphroditi Calyx quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Stylus* bifidus. *Semen* globosum, calyce immutato cinctum. *Feminei* plerumque copiosiores hermaphroditis. *Calyx* demum effiguratus seu auctus, semen occultans. *Corolla* nulla. *Stylus* bifidus. *Semen* erectum, compressum, subcrustaceum.

Observ. I. **Absque flore femineo *Atriplex* esset Chenopodium et vice versa *Chenopodium* cum flore ejusmodi femineo esset Atriplex. Summa igitur affinitas generis Chenopodii et Atriplicis. *Linneus.***

Observ. II. **In hoc genere Valvulae femineae fructiferae demum auctae prae caeteris partibus optimum et maxime constans signum diagnosticum specierum praebent.**

Observ. III. **Secundum *Plinium* Atriplex neutrius generis est.**

a) *Fruticosa.*

1. Atriplex *Portulacoides.*

A. foliis oblongis, obtusis, basi attenuatis, oppositis, integerrimis, valvulis femineis demum auctis deltoidibus, margine trilobis, basi rotundatis, disco laevibus.

Atriplex Portulacoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 957. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. pag. 552. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. p. 89. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 277. *Scop.* Carn. 2. n. 1243. *Vest* Manuale pag. 522.

Halimus vulgaris. *Camerar.* Epit. p. 83.

Portulaca marina. *Dodon.* Pempt. p. 771.

Portulaca marima, an Crithmum Dioscoridis. *Lobel* Icon. 1. p. 292. *Ejusd.* Hist. p. 213.

Portulaca marina fruticosa, quae Halimus secundus Clusii. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 229.

Portulaca marina Lobelii. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 830.

Radix lignosa, ramosa, subrepens. *Caules* plures, sublignosi, adscendentes, erectiusculi, geniculati, ad genicula incrassati, inferne teretiusculi, superne tetragoni, striati, pulverulenti, incani, sesquipedales et majores. *Rami* oppositi: *annotini* herbacei, glaucescentes. *Folia* opposita, elliptica, oblonga, obtusa, basi in petiolum attenuata, integerrima, glabra, carnosa, pulverulento-incana, vel pube brevissima adspersa: *floralia* linearilanceolata. *Spicae* in caule ramisque terminales, ramosae, paniculatae, interruptae, bracteatae. *Flores* conglomerati, sessiles, masculi et feminei, rarissime uno alterove hermaphrodito mixti. *Calyx femineus fructiger* demum auctus, deltoideus, margine trilobus, basi rotundatus, subtomentosus.

Portulak-Melde.

In maritimis Ducatus Oldenburgici prope *Eckwarden* alibique (*Trentepohl*, *Rohl*), Litoralis (*Scopoli*). ♄. Fl. Augusto.

b) *Herbacea.*

2. Atriplex *roseum.*

A. foliis ovato-triangularibus, inaequaliter dentatis, valvulis femineis demum auctis rhombeis, marginibus anticis dentatis, disco trinerviis, nudis, vel cristatis.

α *Valvulis fructiferis femineis in disco nudis, tuberculatis.*

Atriplex rosea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 960. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. pag. 553. *Gmelin* Badens. n. 1555. *Pollich* palat. n. 941. *Koch* et *Ziz* Catal. Plant. Palat. pag. 16 et 25. *Schkuhr* Handb. 3. Tab. 350. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 280. *Vest* Manuale p. 522.

β *Valvulis femineis fructiferis in disco transversim cristatis.*

Atriplex roseum. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1052.

Atriplex Besserianum. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 284.

Atriplex albicans. *Besser Galic.* n. 305.

Atriplex sylvestris fructu compresso, roseo vel stellato. *C. Bauh.* Prodr. p. 58.

Radix ramosa, fibrosa. Tota planta cano-viridescens. *Caulis* herbaceus, erectus, ramosissimus, teretiusculus, superne plerumque flexuosus. *Rami* alterni, patentissimi. *Folia* ovato-seu rhomboideo-triangularia, alterna, inaequaliter grosse et obtuse dentata, postice integra, triplinervia, subtus squamuloso-argentea: *inferiora* petiolata; *superiora* et floralia sessilia, minus dentata, subintegerrima. *Flores* axillares, bini vel terni, conglomerati, sessiles, ad apicem caulis et ramorum spicam interruptam, foliosam, formantes, feminei et hermaphroditi plerumque abortivi. *Calyces fructiferi feminei* rhombei, convexiusculi, marginibus anticis dentati, baseos integerrimi, disco trinervii, venoso-reticulati, in α nudi, tuberculati; in β transversim cristati.

Observ. *Atriplex albicans Besser* l. c. specie ab α differre mihi non videtur, asserit enim celeberrimus auctor: Valvulas femineas modo transversim cristatas esse, crista saepe interrupta, rarius dimidiata, aut plane nulla.

Rosenartige Melde.

Ad fimeta et fossas, in ruderatis Hungariae *(Schultes)*, Palatinatus *(Pollich, Koch* et *Ziz)*, Neomarchiae *(Rebentisch)*, prope Barbi *(Scholler)*, ad Halam Saxonum *(Leysser, Sprengel)*; β in Galicia *(Besser)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

3. Atriplex *hortense.*

A. foliis triangularibus, subdentatis, concoloribus, valvulis femineis demum auctis subrotundo-ovatis, diaphanis, integerrimis, disco nudis.

Atriplex hortensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 961. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. II. p. 554. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 282. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1053.

Atriplex alba. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 970.

β rubra.

Atriplex hortensis rubra. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 970.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, angulosus, glaber, glauco-viridis vel, ut in *β*, ruber, saepe humanae altitudinis, inferne simplex, superne ramosus. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, petiolata, triangula, oblonga glabra, farinosa pallide seu glauco-viridia vel, ut in *β*, rubra, utrinque concoloria, vel dentata, vel integerrima. *Racemi* in caule ramisque terminales, et in superiore eorum parte axillares. *Flores* hermaphroditi et feminei, brevissime pedunculati. *Calyces feminei fructiferi* demum aucti, subrotundo-ovati, obtusi, convexiusculi, disco nervoso reticulati, nudi, margine submembranacei, integerrimi. *Semen* orbiculare, subcompressum, nigrescens, pedicellatum.

Garten-Melde.

In hortis, oleraceis, ruderatis passim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

4. Atriplex *nitens.*

A. foliis triangulari-hastatis, sinuato-dentatis, discoloribus; superioribus basi retusis, valvulis femineis demum auctis, ovatis, obtusis, diaphanis, integerrimis, disco nudis.

Atriplex nitens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 961. *Rebentisch* Fl. Neomarch. n. 441. *Schkuhr* Handb. 3. p. 541. Tab. 348. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 282. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1054. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 114.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, angulosus, epidermide quasi secedente obductus, ramosus, rarius simplex, tri-, quadripedalis. *Rami* alterni, solitarii. *Folia* alterna, glabra, petiolata, triangulari-hastata, supra viridia, punctata, nitentia, subtus leproso-cinerea, trinervia, basi quasi retusa, aequalia: *inferiora* sinuato-dentata, basi apiceque integerrima, primo dentium pari supra basin minore, secundo maximo; *superiora* hastata, tota subintegerrima; *floralia* lanceolata. *Racemi* in caule ramisque terminales et axillares, ramosi, ebracteati. *Calyces feminei fructiferi* demum aucti, ovati, magni, obtusiusculi, margine integerrimi, disco nervosi, nudi. *Semen* orbiculare, fuscescens, compressum includentes.

Observ. Tam in spontaneis, quam in cultis plantis, calyces femineos fructiferos constanter exacte ovatos inveni et iis in *Atriplici hortensi* similes, quos auctores *triangulari-ovatos* describunt.

Glänzende Melde.

In vineis, ruderatis, aggeribus et hortorum rejectamentis passim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

5. Atriplex *acuminatum.*

A. foliis triangulari-hastatis, dentatis, discoloribus; superioribus basi productis, valvulis femineis demum auctis ovatis, subacuminatis, subopacis, integerrimis, disco nudis.

Atriplex acuminata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 961. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 961. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1055. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 107. Tab. 103.

Simillimum antecedentis *Atripl. nitentis*, ut aegre et caute tantum distinguatur, dignoscitur tamen: 1. *Ramis inferioribus* oppositis; *superioribus*, praesertim *floralibus* plerumque geminis. 2. *Foliis* supra saturate viridibus, absque nitore, subtus quidem argenteis: *inferioribus* remotius minusque profunde dentatis, basi parum productis et plerumque inaequalibus; *superioribus* longius basi productis; nec retusis. 3. *Calycibus femineis fructiferis* subopacis fere herbaceis, margine tantum tenui, membranaceo, diaphano cinctis, plerumque acumine brevi terminatis, dimidio minoribus.

Langzugespitzte Melde.

Ad fossas, vineas Hungariae *(Waldst. et Kitaib.)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

6. Atriplex *laciniatum.*

A. foliis deltoidibus, omnibus sinuato-dentatis, discoloribus, valvulis femineis demum auctis rhombeis, margine dentatis, disco trinerviis, pulverulentis, nudis.

Atriplex laciniata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 963. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 554. *Besser* Galic. n. 306. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 283. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1056. *Scop.* Carn. 2. n. 1244. *Vest* Manuale pag. 523.

Atriplex marina. *Dodon.* Pempt. p. 615. optima! *Camerar.* Epit. p. 244. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 974.

Atriplex marina repens. *Lobel* Icon. 1. p. 255. *Ejusd.* Hist. p. 128.

Caulis adscendens, erectiusculus, angulosus, glaber, a basi ramosus. *Rami* alterni. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, deltoidea, omnia, etiam summa, sinuato-dentata, basi producta integerrima, *inferiora* cum dentibus obtusa; *superiora* cum dentibus acutiuscula, supra sordide viridia, subtus squamuloso-argentea. *Flores hermaphroditi* saepius abortientes, in *Spicas* densas, basi tantum bracteatas, *axillares* breves, simplices, *terminales* elongatas, ramosas, subpaniculatas, subinterruptas, dispositi: *feminei* flores axillares, bini vel terni. *Calyces feminei fructiferi* demum aucti rhomboidei, margine inaequaliter dentati, disco nudi, pulverulenti, basi trinerves.

Observ. *Atriplex laciniata* Florae Dan. Tab. 1284. nullo modo ad hanc plantam spectat et forsan nova species est. *Dodonaei* figura l. c. optime respondet nostris plantis.

Gelappte Melde.

In maritimis, ruderatis, fimetis passim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

7. Atriplex *hastatum.*

A. foliis omnibus triangulari-hastatis, plus minus profunde dentatis, discoloribus, valvulis femineis fructiferis demum auctis deltoideo-acuminatis, margine acute dentatis, disco muricatis.

Atriplex hastata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 963. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. pag. 555. *Lumnitz.* Poson. n. 1003. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 285. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1057. *Ring* in *Hoppe* botan. Taschenb. 1810. p. 123. *Vest* Manuale p. 523. Flora Dan. Tab. 1286.

Radix sublignosa, ramosa, fibrosa. *Caulis* adscendens, erectiusculus, ramosissimus, diffusus, flexuosus, superne inprimis tetragonus, nodosus, glaber. *Rami* patentes: *inferiores* oppositi; *superiores* alterni. *Folia* petiolata, triangulari-hastata, basi integerrima, parum producta, triplinervia, omnia, etiam floralia, plus minus profunde et inaequaliter dentata: *dentibus duobus basilaribus* multo majoribus reliquis, in inferioribus foliis obtusis, in superioribus acutis, supra saturate viridia, subtus pallidiora et furfuracea: *inferiora* opposita; *superiora* alterna. *Spicae* axillares et terminales, foliosae, interruptae. *Flores* herma-

phroditi plerumque steriles. *Calyces feminei fructiferi* demum aucti deltoidei, acuminati, acutiusculi, margine infra medium subsinuato-dentati, *dentibus* elongatis, fere setaceis, supra medium integerrimi, disco muricati.

Observ. Ab hoc Atriplicis specie non diversum mihi videtur *Atriplex Sackii Rostkow* et *Schm.* Flora Sedin. p. 401. cum Icone, quod in insula *Usedom* maris Baltici copiose observarunt. Differre tantum videtur Foliis concoloribus.

Spontonblätterige Melde.

In hortis, agris, ruderatis, passim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

8. Atriplex *triangulare.*

A. foliis triangulari-hastatis, integerrimis, demum discoloribus, valvulis femineis fructiferis demum auctis triangularibus, integerrimis, rarius subdentatis, disco bimucronatis.

Atriplex triangularis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 963. *Bartling* in Regensb. botan. Zeitung 1820. p. 342. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 285.

Caulis erectiusculus, quandoque procumbens, ramosus, pedalis, sulcatus, atomis adspersus. *Folia* alterna, triangulari-hastata, plerumque integerrima, interdum subdentata, carnosa, subtus atomis cinereis obsessa, *juniora* supra quoque atomis adspersa, aetate evanescentibus, demum supra saturate viridia. *Calyx* fructus compressus, triangularis, margine integerrimus, quandoque denticulo notatus, disco bimucronatus.

Dreieckige Melde.

In Litorali *alle Saula (Bartling).* ⊙. Fl. Jul., Aug.

9. Atriplex *patulum.*

A. foliis concoloribus, radicalibus caulinisque inferioribus ovatis, deltoideo-hastatis; summis lanceolatis integerrimis, valvulis femineis fructiferis demum auctis rhombeo-deltoideis, basi margine parce et obsolete dentatis, disco submuricatis, semen longe superantibus.

Atriplex patula. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. p. 964. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. II. p. 555. *Besser* Galic. p. 307. *Lumnitz.* Poson. n. 1004. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 286. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1060. *Vest* Manuale p. 523.

Wallroth annus botan. p. 37. *Ejusd.* Sched. crit. 1. p. 115. Flora Dan. Tab. 1285.

Atriplex hastata. Pollich palat. n. 942. secundum *Koch* et *Ziz. Schkuhr* Handb. 3. Tab. 348.

Atriplex laciniata. Schkuhr Handb. 3. Tab. 349.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectiusculus, ramosissimus, ad ramos dilatatus, tetragonus. *Rami* divaricati, patuli, diffusi: *inferiores* oppositi; *superiores* alterni. *Folia* utrinque viridia, petiolata, *radicalia caulina*que *inferiora* opposita, ovata, deltoideo-hastata, dentata, basi parum producta; *superiora* sensim angustiora, hinc *summa* lanceolata, integerrima. *Spicae* in caule ramisque terminales, interrupto-conglomeratae, ebracteatae. *Calyces feminei fructiferi* demum aucti rhombeo-deltoidei, semine longiores, margine basi parce dentati, dorso nervosi, submuricati.

Ausgebreitete Melde.

In cultis, ruderatis, ad muros, vias. ⊙. Fl. Jul., Aug.

10. Atriplex *ruderale.*

A. foliis hastato-deltoideis dentatis, oppositis, omnibus subconformibus, summis sensim minoribus, valvulis femineis fructiferis demum auctis ovatis, integerrimis, semen aequantibus.

Atriplex ruderalis. Wallroth Schedulae crit. 1. p. 115. *Bönninghausen* Flora Monast. n. 340.

Affine antecedenti *Atriplici patulo*, sed differt: 1. *Foliis* minoribus, conformibus, oppositis. 2. *Spicis* paniculatis. 3. *Valvulis femineis fructiferis* ovatis, integerrimis, acutiusculis, multo minoribus, semen exacte aequantibus; nec submembranaceis, dorso nervosis, semper plus minus deltoideis, semine longioribus, supra angulos margine dentatis.

Stein-Melde.

In ruderibus prope *Lodersleben* ad Halam Saxonum et ad fossas circa *Gärsbach* (*Wallroth*), in Monasteria prope *Rheine* et *Dissen* (*Bönningh.*) ⊙. Fl. Jul., Aug.

11. Atriplex *angustifolium.*

A. foliis inferioribus subhastatis, reliquis lanceolatis, basi attenuatis, subintegerrimis, summis linearibus, valvulis femineis fructiferis demum auctis rhombeo-quadrangulis, integerrimis, apice acuto producto semen excedentibus.

Atriplex angustifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. I. p. 965. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 287. *Ejusd.* Oestr. 2. n. 1061. *Wallroth* Annus bot. p. 37. *Ejusd.* Scheae crit. 1. p. 116. *Bönningh.* Fl. Monast. n. 341.

Atriplex patula. *Pollich* palat. n. 948. secundum *Koch* *Ziz.* *Schkuhr* Handb. 3. Tab. 347.

Atriplex sylvestris, Polygoni aut Aelxines folio. *Lobel* n. 1. p. 257.

Atriplex vulgaris angustifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 2. p. 973.

Caulis et *Rami*, ut in *Atriplici patulo*, at magis divaricati. *lia caulina inferiora* subhastata; *media* lanceolata, basi in iolum attenuata, subintegerrima; *summa* linearia, integerrima. *icae* paniculatae. *Calyces feminei fructiferi* rhomboideo-dranguli, acuminati, acuti, margine integerrimi, dorso plus us muricati, semine longiores.

Schmalblätterige Melde.

Variat Foliis omnibus lineari-lanceolatis.

Atriplex angustifolia β angustissima. Wallroth Sched. . l. c.

In ruderatis, cultis, hortis, ad vias passim. ⊙. Fl. Jul., ust.

Atriplex *campestre.*

A. foliis concoloribus, inferioribus hastato-lanceolatis, si-to-dentatis; superioribus lineari-lanceolatis, integerrimis, vulis femineis fructiferis demum auctis deltoideo-ovatis, inerrimis, dorso laevibus, semen excedentibus.

Atriplex campestris. *Koch* et *Ziz* Catalog. Plant. Palat. 16 et 24. n. 26.

Caulis erectus, herbaceus, angulosus, bi-ad tripedalis, rasissimus. *Rami* erecto-patentes, elongati, virgati. *Folia riplicis angustifolii* concoloria, sed inferiora magis dentata. *icae fructiferae* elongatae, nudae, apice nutantes. *Calyces ctiferi feminei* fere *Atriplicis nitentis*, sed paullo minores et gis deltoideo-ovati, lateribus scilicet basin versus non per-te rotundatis, sed angulo obsoleto instructis, rarius ibidem ticulo uno alterove minuto notatis; nec quasi hastati, ut in *ripl. angustifolio. Koch.*

Feld-Melde.

In Palatinatu ad agrorum margines et versuras, ad vias,

in collibus sterilibus siccis in planitie Rhenum versus *(Koch)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

13. Atriplex *microspermum.*

A. foliis concoloribus, triangulari-hastatis acutiusculis: inferioribus subdentatis; floriferis lineari-lanceolatis, integerrimis, valvulis femineis fructiferis demum auctis ovato-acuminatis, integerrimis dentatisve.

Atriplex microsperma. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 250. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 964. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 285. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1058.

Caulis erectus, herbaceus, tetragonus, subsulcatus, ad ramorum ortum subcompressus. *Rami* inferiores oppositi, superiores alterni. *Folia* concoloria, flavescenti-viridia, triangulari-hastata, acuminata, petiolata, basi parum producta, integerrima: *inferiora* subdentata, opposita; *superiora* integerrima; *floralia* lineari-lanceolata, basi oblongata, integerrima. *Spicae* axillares et terminales, solitariae, simplices, valde interruptae; glomerulis florum remotis, inferne foliosae, superne aphyllae. *Calyces feminei fructiferi* ovato-lanceolati, acuti, plerumque integerrimi, at majores nonnulli minoribus intermixti margine ad basin uno alterove denticulo aucti, caeterum hujus generis fere minimi, nigri, disco submuricati. *Semen* atrum.

Kleinsamige Melde.

In Hungariae salsis *(Kitaibel)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

14. Atriplex *oblongifolium.*

A. foliis ovato-lanceolatis, inferioribus subhastatis, integerrimis, superioribus lanceolatis, valvulis femineis fructiferis demum auctis cordato-ovatis, margine integerrimis, disco laevibus.

Atriplex oblongifolia. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 221. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 286. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1059.

Intermedium dicitur inter *Atriplex patulum* et *microspermum*. A priore differre fertur: 1. *Caule* teretiusculo, cum ramis simplicibus erecto. 2. *Spicis* terminalibus paniculatis. 3. *Valvulis femineis fructiferis* dorso laevibus. Ab antecedente A. *microspermo*: 1. *Foliis* ovato-lanceolatis, inferioribus tantum subhastatis, integerrimis; nec triangulari-hastatis. 2. *Valvulis femineis fructiferis* laevibus, cordato-ovatis, cum seminibus fuscescentibus; nec nigrescentibus.

Länglichblätterige Melde.

In vineis circa *Baden* Hungariae *(Waldst. et Kit.)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

15. Atriplex *litorale.*

A. foliis omnibus linearibus, integris dentatisve, valvulis femineis fructiferis demum auctis ovatis, acutis, margine inaequaliter sinuatis, disco muricatis.

Atriplex litoralis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. pag. 965. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 556. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 289. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1062. *Vest* Manuale p. 523. Flora Dan. Tab. 1287.

β *marinum:* foliis dentatis.

Atriplex litoralis. Roth Beitr. zur Bot. 1. p. 89.

γ *serratum:* foliis lineari-lanceolatis, serratis.

Atriplex angustifolia laciniata minor. *Joh. Bauh.* Hist. 2. pag. 972.

Caulis erectus, angulosus, sulcatus, glaber, interdum pubescens, pedalis, bipedalis et major. *Rami* alterni, erecti. *Folia* alterna, linearia vel, ut in γ, lineari-lanceolata, obtusa, in petiolum desinentia, subcarnosa, glauco-viridia, glabra, concoloria, vel integerrima, vel, ut in β, dentata, vel, ut in γ, serrata, bi- ad triuncialia. *Spicae* in caule ramisque terminales et axillares, densae, glomerulis florum approximatis. *Calyces feminei fructiferi* ovati, acutiusculi, margine inaequaliter sinuato-dentati, disco tuberculato muricati, farinosi.

Ufer-Melde.

In litoribus marinis Ducatus Oldenburgici *(Roth, Trentepohl)*, Holsatiae *(Weber)*, maris Adriatici *(Host, Bartling)* et in salsis Hungariae *(Kit aib.)*. ⊙. Fl. Jul., Aug.

* * * *

Observ. Atriplex pedunculata Linn. ob flores constanter monoicos et calycem femineum fructiferum undique clausum, proprium genus in Classe XXI. constituit, *Halimus* dictum.

183. B E T A.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 436. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 95. Gaertner de Fruct. 1. p. 359. Tab. 75.

Calyx profunde quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Germen* semiinferum. *Styli* duo vel tres. *Achenium* intra fundum receptaculi calycis, cum calyce deciduum. *Semen* reniforme.

1. Beta *trigyna.*

B. foliis cordatis, acutis, basi inaequalibus, spicis erectis paniculatis, subaphyllis, floribus geminis solitariisque, trigynis.

Beta trigyna. Willd. Enum. Plant. Horti botan. Berol. p. 292. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 34. Tab. 35. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 292. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1063.

Radix longissima, tenax. *Caules* secundo aetatis anno subsolitarii, sequentibus annis plures, bi-, tripedales, subvillosi, pallidi. *Folia* inaequaliter cordata, acuta, supra saturate viridia, subtus pallida, palmaria et longiora. *Petioli* longitudine folii, subhirsuti. *Spicae* terminales, paniculatae, longae, laxae, inferne bracteatae, superne ebracteatae. *Bracteae* lineari-lanceolatae, apice hirsutae, floribus longiores. *Flores* plerumque gemini vel terni, rarius solitarii, sessiles. *Calyx* albidus; *Laciniis* oblongis, obtusis, fere petaloideis. *Styli* plerumque tres, minimi, subinde quatuor, rarius duo. *Semen* nigrum.

Dreigriffeliger Mangold.

In Hungaria Sirmiensi (*Waldst.* et *Kitaib.*). ♃. Fl. Majo.

184. C O R I S P E R M U M.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 16. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 96. Gaertner de Fruct. 1. p. 361. Tab. 75.

Calyx nullus. *Corolla* infera dipetala vel monopetala. *Stamina* quinque. *Styli* duo. *Semen* unum nudum, compressum. *Receptaculum* nullum.

Observ. Linneus et illum sequentes systematici hoc ge-

nus ad Cl. 1. *Monandriam* retulerunt, quia in *Corispermo hyssopifolio*, fundatori Systematis primum noto, staminum numerus in inferioribus spicarum floribus a binario ad quinarium variat, in superioribus plerumque unicum tantum observatur stamen. In reliquis autem hujus generis speciebus plerisque, postea detectis, quinque stamina numerantur, hinc merito ad hanc Classem referendum est *Corispermum*.

1. Corispermum *hyssopifolium*.

C. floribus subpentandris, spicis terminalibus laxis, foliis bracteisque inermibus, seminibus orbiculatis integris.

Corispermum hyssopifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 28. *Kluk* in *Besser* Flora Galic. Vol. 2. Append. p. 324. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 45. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 11.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* a basi ramosus, teres, subflexuosus, lineatus, glaber, aetate saepe purpurascens, semipedalis et pedalis. *Rami* patentes. *Folia* alterna, sessilia, glabra, linearia, acutiuscula (sed non mucronata) crassiuscula integerrima. *Spicae* in caule ramisque terminales, laxae, elongatae. *Flores* distantes, alterni, sessiles, solitarii: *inferiores* spicae plerumque di-ad pentandri; *superiores* monandri. *Bracteae* sub quovis flore solitariae, lanceolatae, margine membranaceae. *Semen* orbiculatum, margine membranaceo cinctum.

Isopblätteriger Wanzensame.

In arena mobili Galiciae *(Kluk)*, Hungariae (*Schultes*). ⊙. Fl. Majo, Jun.

2. Corispermum *nitidum*.

C. floribus pentandris, monopetalis, spicis terminalibus, laxis, foliis bracteisque inermibus, seminibus subrotundo-ovatis.

Corispermum nitidum. *Kitaibel* apud *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 12. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 45.

Differre dicitur ab antecedente: 1. *Floribus* monopetalis, constanter pentandris. 2. *Stylis* demum germine longioribus. 3. *Seminibus* subrotundo-ovatis. 4. *Florendi tempore* seriori.

Glänzender Wanzensame.

In arena mobili Hungariae (*Kitaibel*). ⊙. Fl. Jun., Jul.

3. Corispermum *canescens.*

C. floribus pentandris, spicis terminalibus, densiusculis, foliis bracteisque inermibus, seminibus subrotundo-obovatis, emarginatis.

Corispermum canescens. Kitaibel apud *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 13. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. p. 45.

A duobus praecedentibus evidenter recedit: 1. *Spicis* densioribus. 2. *Seminibus* emarginatis, subrotundo-obovatis. 3. *Canitie* totius plantae pilis fasciculatis.

Grauer Wanzensame.

In arena mobili Hungariae *(Kitaibel).* ☉. Fl. Jun., Jul.

4. Corispermum *squarrosum.*

C. floribus pentandris, spicis axillaribus, imbricatis, squarrosis, foliis bracteisque mucronatis, subpungentibus, seminibus subrotundis, integerrimis.

Corispermum squarrosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. I. p. 28. *Kluk* apud *Besser* Galic. Vol. 2. Append. p. 325. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 14. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 1. p. 45.

β *intermedium*, Spicis terminalibus elongatis, laxioribus.

Corispermum intermedium. Schweigger in Königsb. Arch. 1811. pag. 211. *Hagen* Preussen's Pflanzen 1. pag. 6. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 3. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 1. pag. 46.

Corispermum squarrosum. Vahl Enum. Plant. 1. p. 16.

Caulis teres, albido-lineatus, adscendens, superne cum ramis villis furcatis praeditus, in β albido-tomentosus. *Rami* patulo-erecti. *Folia* alterna, angusto-linearia, integerrima, crassiuscula, glabra, vel, ut in β, plus minus pubescentia, sesquiunciam ad duas uncias longa. *Spicae* axillares et terminales, primum minores, subsessiles, demum longiores, pedunculatae, villosae, imbricatae et ob *Bracteas* supra medium patentes squarrosae: in β *axillares* densiores, breves; *terminales* longiores, laxiores. *Bracteae infimae* spicae lineari-lanceolatae; *superiores* ovato-lanceolatae, acuminatae, mucrone brevi, rigidiusculo, flavescente terminatae, infra medium margine membranaceae, supra medium patentes. *Stamina* quinque; in spicis axillaribus Var. β saepe duo ad quinque. *Semina* subrotundo-ovata, apice integerrima, margine tenui cincta; in β ad tertiam partem majora.

Sparriger Wanzensame.

In paludosis Galiciae (*Kluk*); *β* ad litora prope *Pillau* Borussiae in *Nehrungen* (*Schweigger*). ⊙. Fl. Jul., Aug.

185. HERNIARIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 434. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 99. Gaertner de Fruct. 3. p. 179. Tab. 213.

Calyx inferus, quinquepartitus, persistens. *Corolla* nulla, (nisi Stamina quinque sterilia pro petalis sumas). *Stamina* decem, quorum *quinque* intra calycis lacinias fertilia; *quinque* cum calycis laciniis alterna, sterilia. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* duo. *Achenium* in fundo calycis, ovatum, uniloculare, monospermum.

1. Herniaria *glabra.*

H. foliis oblique ovatis, glabris, glomerulis multifloris.

Herniaria glabra. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1296. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 300. *Besser* Gallic. n. 302. *Gmelin* Badens. n. 364. *Hayne* Arzn. Gew. Band 4. Tab. 37. *Lumnitz.* Poson. n. 239. *Pollich* palat. p. 243. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 170. Tab. 56. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 294. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1064. *Vest* Manuale pag. 525. Flora Dan. Tab. 529.

Herniaria glabra. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 378.

Herniaria. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1219.

Radix filiformis, ramosa, fibrosa. Tota planta flavescenti-viridis. *Caules* plures, prostrati, caespitosi, teretes, ramosissimi, tenues, filiformes, pilis adpressis laeviter pubescentes. *Folia* opposita, sessilia, oblique ovata, obtusa, integerrima, glaberrima. *Stipulae* duae, oppositae, oblongae, membranaceae, diaphanae, imbriatae, adpressae. *Flores* exigui, flavescenti-virides, axillares, sessiles, glomerati. *Glomeruli* multiflori. *Calycis laciniae* oblongae, obtusae, concaviusculae, quarum *tres* sub apice mucrone acuto auctae et carina pilosae; *duae* exteriores margine membranaceae, diaphanae.

Kahles Bruchkraut.

In arvis et pascuis sterilibus, sabulosis apricis. ⊙. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Herniaria *hirsuta.*

H. foliis oblique lanceolatis, hirsutis, glomerulis paucifloris.

Herniaria hirsuta. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1296. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 300. *Besser* Galic. n. 303. *Gmelin* Badens. n. 365. *Pollich* palat. n. 244. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 294. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1065. *Vest* Manuale p. 525.

Herniaria hirsuta. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 379.

Differt constanter ab antecedente, cui primo intuitu similis: 1. *Hirsutie* totius plantae. 2. *Colore* saturate viridi. 3. *Foliis* oblique lanceolatis. 4. *Glomerulis* paucioribus floribus compositis.

Haariges Bruchkraut.

In arvis et agris sabulosis, sterilibus, aridis, passim in Germania praesertim australiore. ⊙. Fl. Jul., Aug.

186. ULMUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 443. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 448. Gaertner de Fruct. 1. p. 224. Tab. 49.

Calyx inferus, monophyllus, quadri-ad octofidus, marcescens. *Corolla* nulla. *Stamina* quatuor ad octo, saepe quinque. *Styli* duo. *Samara* compressa, ala membranacea cincta, monosperma.

1. Ulmus *campestris.*

U. ramis laevibus; ramulis junioribus glabris, foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, floribus subsessilibus conglomeratis, pentandris, samaris glabris. *Hayne* Arzn. Gew. Band 3. Tab. 15. *Ejusd.* Darstell. und Beschreib. ökon. Gewächse. T. I. n. 1. Tab. 1.

Ulmus campestris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1324. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 301. *Besser* Galic. n. 318. *Gmelin* Badens. n. 379. *Pollich* palat. n. 255. *Schkuhr* Handb. 1. p. 176. Tab. 57 a. (exclusa Fig. g.) *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 298. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1066. *Vest* Manuale p. 525. Flora Dan. Tab. 632.

Ulmus. *Dodon.* Pempt. p. 837. *Camerar.* Epit. p. 70. *Lobel* Icon. 2. p. 89.

Arbor praealta, cortice rimoso, rugoso, atro-fusco obducta. *Rami* patuli, distichi, cum *Ramulis* alternis cortice laevi, fusco, obducti: *annotini* glabri. *Gemmae floriferae* subglobosae. *Folia* alterna, petiolata, ovata, basi subinaequalia, duplicato-serrata, supra glabra, lucida, viscosa, subtus scabra, juniora acuminata, adultiora obtusa. *Flores* laterales, sessiles, glomerati, praecoces. *Calyx* quinquefidus, glaber: *Laciniis* erectis, margine purpureis, subciliatis. *Stamina* quinque. *Styli* duo. *Samara* subrotunda, apicibus incurvis terminata.

Gemeine Rüster.

In silvis passim. ♄. Fl. Martio, Aprili.

2. Ulmus *suberosa.*

U. ramis rimoso-suberoso-alatis, ramulis junioribus glabris, foliis duplicato-serratis, basi subaequalibus, floribus subsessilibus, conglomeratis, tetrandris, samaris glabris. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 16. *Ejusd.* Darstell. und Beschreib. ökon. Gewächse T. I. p. 2. Tab. 2.

Ulmus suberosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1324. *Besser* Galic. n. 319. *Bönningh.* Flora Monast. n. 346. *Gmelin* Badens. n. 380. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 298. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1067. *Vest* Manuale p. 525. *Wallroth* Annus bot. p. 38.

Ulmus tetrandra. Schkuhr Handb. 1. p. 178. Tab. 57 b. et Tab. 57 a. Fig. g *.

α *parvifolia:* cortice trunci rimoso-rugoso, nigrescente-griseo, foliis basi subaequalibus. *Hayne* Arzn. Gew. l. c. α.

β *grandifolia:* cortice trunci rimoso, laevi, albido, foliis basi plerumque inaequalibus. *Hayne* Arzn. Gewächse. l. c. β.

Ulmus carpini folio, seu cortice arboris albido. *Rupp.* Flora Jen. p. 330. *Mattuschka* Siles. edit. latina n. 239. β.

Differt ab antecedente *U. campestri*, cujus varietas olim putabatur: 1. *Cortice* ramorum et ramulorum rimoso, suberoso et quasi alato; nec laevi: in α nigrescenti-griseo; in β albido. 2. *Floribus* tetrandris. 3. *Calycibus* quadrifidis. 4. *Samara* subrotundo-oblonga, basi parum attenuata, apicibus recurvis; nec incurvis, terminata.

Kork-Rüster.

In silvis, sepibus, ad pagos passim. ♄. Fl. Martio, Aprili.

3. Ulmus *effusa.*

U. ramis laevibus, ramulis junioribus pubescentibus, foliis duplicato-serratis, basi subaequalibus, floribus pedunculatis, hexad octandris, samaris ciliatis. *Hayne* Arzn. Gewächse Bd 3. Tab. 17. *Ejusd.* Darstell. und Beschreib. ökon. Gewächse. T. I. n. 3. Tab. 3.

Ulmus effusa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1325. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 301. *Besser* Galic. n. 320. *Bönningh.* Flora Monast. n. 347. *Gmelin* Badens. n. 381. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 300. *Vest* Manuale p. 525.

Ulmus montana. Schultes Oestr. Flora 2. n. 1068.

Ulmus octandra. Schkuhr Handb. 1. p. 178. Tab. 57 b.

α *oblongata:* floribus suboctandris; laciniis calycinis purpurascentibus, staminibus calyce vix longioribus, samaris subrotundis, basi angustatis, apicibus rectiusculis. *Hayne* Arzn. Gew. l. c. α.

Ulmus octandra. Schkuhr l. c. Tab. 57 b. Fig. a.

Ulmus ciliata. Ehrhardt Beitr. Bd 6. p. 88.

β *rotundata:* floribus subhexandris, staminibus calyce purpureo subtriplo longioribus, samaris subrotundis, basi rotundatis, apicibus rectis. *Hayne* Arzn. Gew. l. c. β.

Ulmus octandra. Schkuhr l. c. Tab. 57 b. Fig. i.

γ *acuminata:* floribus hexandris, laciniis calycibus purpurascentibus, staminibus calyce duplo longioribus, samaris subrotundis, acuminatis, apicibus rectis. *Hayne* Arzn. Gew. l. c. γ.

δ *inflexa:* floribus hexandris, laciniis calycinis purpurascentibus, staminibus calyce duplo longioribus, samaris subrotundis, acuminatis, apicibus inflexis. *Hayne* Arz. Gew. l. c. δ.

Arbor praealta, robusta, cortice rimoso, rugoso, nigrescenti-griseo obducta. *Rami ramulique* laeves: *annotini* pubescentes. *Gemmae floriferae* ovatae, obtusae, compressae. *Folia*

terna, petiolata, ovata, inaequaliter duplicato-serrata, subtus aesertim pubescentia. *Flores* in umbellam simplicem, fasciculam dispositi, praecoces, pedunculati. *Pedunculi* filiformes, rum longitudine, inaequales. *Calyx* campanulatus, sex-ad tofidus, compressus, basi transversim rugosus: *Laciniis* rotuntis ciliatis. *Stamina* sex ad octo. *Styli* duo. *Samara* subtunda, ciliata.

Langstielige Rüster.

In silvis, ad pagos, passim. ♄. Fl. Martio, Aprili.

Observ. Sub nomine *Ulmi albae*, foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, acuminatis, subtus pubescentibus, alius arboris, a *Kitaibelio* in Hungaria observatae mentionem fecerunt *Willdenow* in opere wilde Baumzucht p. 518. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1069. *Ejusd.* Syst. Veget. 6. p. 300. *Folia* subtus pallida, hinc a longinquo albida dicuntur, at floris fructusque structura non indicata est, hinc dubia manet.

187. CELTIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 1591. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 448. Gaertner de Fruct. 1. p. 374. Tab. 77.

Polygama! Hermaphr. Calyx quinquepartitus, inferus, marcescens, deciduus. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque. *Filamenta* brevissima, demum elongata. *Styli* duo, patentes, villosi. *Drupa* baccata, oblongo-ovalis, unilocularis, monosperma.

Masculi hermaphroditis similes, at *Calyx* sexpartitus. *Stamina* sex.

Neutri flores corollati.

Celtis *australis.*

C. foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, argute serratis, basi ualibus, utrinque scabris.

Celtis australis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. IV. P. II. 993. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 305. *Ejusd.* Oestr. ra 2. n. 1070. *Scop.* Carn. 2. n. 1232. *Ejusd.* Delic. ibr. p. 97. Tab. 18. *Vest* Manuale p. 526. *Wulfen in* uer Archiv Band 3. St. 3. p. 423.

Lotus arbor, fructu Cerasi. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 229.
Lotus seu Celtis. *Camerar.* Epit. p. 155.
Lotus arbor. *Lobel* Icon. 1. p. 186.

Arbor *Pruni Cerasi*ve altitudine. *Rami ramuli*que alterni: *annotini* primum virentes, scabri, demum obscure rufi et glabri. *Folia* alterna, breviter petiolata, ex oblique ovata basi lato-lanceolata, acuminata, acuta, serrata, supra saturate viridia, plus minus scabra, subtus flavescenti-viridia, aspera, basi apiceque integerrima, nervis tribus intermediis eminentioribus, venis transversis reticulata. *Flores* axillares, longe pedunculati, *masculi* inferiores, *hermaphroditi* superiores. *Calycis laciniae* ovatae, e viridi rufescentes. *Antherae* quadrangulatae. *Styli* longiusculi subulati, albi, dense villosi, arcuatim divergentes. *Stigmata* simplicia. *Drupa* nigra, receptaculo villoso insidens, magnitudine *Pisi* majoris.

Gemeiner Zürgelbaum.

Circa *Duinum* in Carscho alibique in Litorali, per Forumjulium et Istriam *(Scopoli, Wulfen)*, ad margines silvarum Bannatus *(Kataibel)*. ♄. Fl. Aprili, Majo.

UMBELLATAE.

Observ. Umbellatarum plantarum familia floribus gaudet pentapetalis, superis, in *Umbellam* simplicem vel ut plurimum compositam dispositis et Fructu longitudinaliter bipartibili, demum in duos plerumque *Cocculos* secedente, qui media parte axi verticali, filiformi, saepissime bipartito, aut superne parum dilatato, *Spermatopodium Hoffm.* dictum, junguntur, quorum quisque *Semen* unicum includit. Ad Umbellae et Umbellularum basin in aliis observatur *Involucrum*, quod in aliis plane desideratur. In construendis hujus familiae generibus Involucrorum et Involucellorum defectum, praesentiam, rationem et numerum respexit plerumque *Linneus*. Quum autem, soli ratione et tempestatis, maxime varient Involucra, ut ita signa generum characteristica valde dubia et inconstantia praebeant, a Fructus figura et structura, tanquam plantae partis minus variabilis, certiores et constantiores generum characteres petendos esse credidit *Crantzius*, cujus exemplum in Umbellatarum germanicarum enumeratione in *Tentamine Florae Germanicae* secutus eram.

In nuperioribus autem temporibus Viri celeberrimi, *Sprengel*, *Hoffmann* et *Koch* novam in hac familia incenderunt lucem, fructus figuram et conditionem quoque maximi facientes in constructione generum, Involucri tamen conditionem non plane negligentes. Prioris vestigia inprimis secutus sum in hac enumeratione.

Quo autem observatoribus botanicis minus peritis magis elucescant descriptiones, fructus partium denominationes ab auctoribus receptas, brevibus declarabo. In fructu seu *Achenio* Umbellatarum sequentia inprimis considerandа sunt. *Sutura commissorialis* (Raphe *Hoffm.*) indigitat lineam exteriorem, qua Cocculi conjuncti sunt, *Commissura* autem interius Cocculorum latus, quo axi, seu Stylopodio cohaerent. *Costae* (Juga *Hoffm.*), *Costulae* (Costae *Hoffm.*) et *Striae* sunt lineae longitudinales in dorso Cocculorum plus minus elevatae et crassae. Interstitia inter costas depressa dicuntur *Valleculae*. *Vittae* sunt striae longitudinales in valleculis, sub epidermide succos oleosos vel resinosos continentes.

I. UMBELLIS PERFECTIS.

† *Fructu seu Achenio compresso-plano.*

188. HERACLEUM.

Fructus subrotundo-ovalis, apice emarginatus, plano-compressus, marginatus. *Cocculi* costis tribus obsoletis, *Valleculis* ad dimidiam longitudinem maculatis, *Commissura* plana, bimaculata. (*Involucrum* caducum vel nullum.)

1. Heracleum *Sphondylium.*

H. foliis pinnatis, bijugis, scabro-hirsutis, dentatis: foliolis ateralibus sinuatis, extremo trilobo, palmato, acutiusculo, floribus subdifformibus; fructibus glabriusculis. *Schultes* Syst. eget. 6. p. 572.

Heracleum Sphondylium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. . II. p. 1421. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 350. *Besser* alic. n. 344. *Gmelin* Badens. n. 426. *Hayne* Arzn. Gew. and 7. Tab. 10. *Pollich* palat. n. 284. *Schkuhr* Handb. . p. 202. Tab. 67. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1087. *Schultz* uppl. Florae Stargard. p. 17. *Vest* Manuale p. 497. *Wallroth* Annus bot. p. 39.

Sphondylium. *Rivin.* Pentap. Tab. 4.

Sphondylium Branca. *Scop.* Carn. 2. n. 335.

Sphondylium Branca ursina. *Hoffm.* Umbell. Vol. 1. p. 132. Tab. 1. A. Fig. 11.

Sphondylium vulgare hirsutum. *Dodon.* Pempt. p. 307.

Sphondylium Acanthus germanica. *Lobel* Icon. 1. p. 703.

Sphondylium quibusdam, Branca ursina germanica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 160.

Sphondylium primum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 280.

Acanthus germanica. *Fuchs* Hist. p. 43.

β angustifolium foliis decussatim pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis, inaequaliter dentatis.

Heracleum angustifolium. *Jacq.* Enum. Vindob. p. 217. Tab. 2. Fig. 1 et 2. *Vest* Manuale pag. 497.

Heracleum angustifolium, β longifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1422.

Heracleum Sphondylium β. *Schultes* Syst. Veget. l. c.

Heracleum longifolium. *Jacq.* Flora Austr. 2. pag. 46. Tab. 174. *Besser* Galic. n. 346. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1088.

Sphondylium hirsutum foliis angustioribus. *C. Bauh.* Prodr. p. 83. n. 1.

Sphondylium folio angustiore. *Rivin.* Pentap. Tab. 5.

γ elegans: foliis decussatim pinnatis, acutis, dentatis.

Heracleum elegans. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 46. *Besser* Galic. n. 347. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1089. *Willd.* Syst. Plant. Linn. T. II. P. I. p. 1422.

Heracleum Sphondylium. *Gmelin* Badens. n. 426 *β.* *Schultes* Syst. Veget. l. c. *γ.*

Radix fusiformis, annulata. *Caulis* erectus, plus minus ramosus, sulcatus, scaber, tri-, quadripedalis. *Rami inferiores* alterni; *superiores* oppositi. *Folia* hirsuta: *radicalia* longe petiolata, pinnata; *pinnis* subtrilobo-pinnatifidis, inciso-serratis: *caulina* brevius petiolata, plerumque alterna: *inferiora* pinnata: *pinnis* pinnatifidis; *superiora* ternata; *foliolis* subbipinnatifidis: *lateralibus* oblique triangularibus; *intermedio* subquadrangulo; *summa* plerumque opposita, simplicia, vel integra vel tripartita. *Petioli* caulinorum foliorum basi valde dilatata, fere membranacea, caulem vaginantes. *Umbella* multiradiata, plana. *Involucrum* vel nullum, vel oligophyllum, caducum: *foliolis* lanceo-

to-linearibus, subulatis. *Involucellum* polyphyllum: *foliolis* taceis. *Flores* albidi, vel pallide rosei: *centrales* umbellularum nformes; *radicales* difformes: petalis tribus exterioribus maribus, bifidis.

β *angustifolium.* Differt, licet Umbellularum et florum structura et colore conveniat cum *H. Sphondylio: Foliis* bi-, trijugis: *foliolis* lineari-lanceolatis, longissimis, dentatis (*Pinnarum infimum* par plerumque breviter petiolatum): *foliolis* decussive pinnatifidis ad petiolum, sequentia sessilia, cruciatim pinnatis; *extimum* trifidum aut tripartitum.

Observ. *Heracleum longifolium* auctorum allegatorum, ob umbellulas radiantes et corollas albas evidentissime ad hanc varietatem pertinet, non ad sequens *Heracleum angustifolium Jacquini* Fl. Austr.

γ *elegans.* Differt: Foliis decussatim pinnatifidis: *Laciniis* valde angustis, magis confluentibus dentatis acutis. *Umbellae radii* latiores, pauciores, longiores.

Observ. Celeberr. *Wallroth* in Schedulis crit. I. p. 117. varietatis mentionem facit, fructibus ovato-oblongis, *Peucedani officinalis* fructus molem et figuram fere aequantibus, quam ad *Rossleben* prope Halam Saxonum observavit.

Gemeines Heilkraut.

In pratis, pascuis, aggeribus et sepibus; β et γ in pratis ntosis silvaticis passim. ♃. Fl. Jun., Jul.

Heracleum *angustifolium.*

H. foliis decussive pinnatis, subdentatis, lanceolato-linea-is, subtus asperis, floribus uniformibus, fructibus glabris. *hultes* Syst. Veget. 6. pag. 573.

Heracleum angustifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1422. (exclusa var. β et exclusis synon. *Bauhini et quini.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 352. *Jacq.* Flora tr. 2. Tab. 173.

Heracleum flavescens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1421. *Besser* Galic. n. 345. *Schultes* Oestr. Flora 2. 1089. *Vest* Manuale p. 497.

Differt ab antecedente et inprimis ab ejus Var. β, cui quoad

foliorum figuram proximum est: 1. *Foliis* supra glabris, subtus praesertim scabris, Laciniis acutis, subdentatis. 2. *Floribus* uniformibus, flavescenti-viridibus, *Petalis* omnibus subovatis, propter inflexum obtusum apicem subcordatis, patentissimis. 3. *Fructu* glabro.

Schmalblätteriges Heilkraut.

In pratis Austriae *(Jacq.)*, Galiciae *(Besser)*. ♃. Fl. Julio.

8. Heracleum *austriacum.*

H. foliis pinnatis, bijugis, hirsutis: foliolis lateralibus ovato-oblongis, duplicato-serratis, integris; extimo subtrilobo, floribus radiantibus fructibus glabriusculis. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 581.

Heracleum austriacum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1423. *Jacq.* Enum. Vindob. p. 216. *Ejusd.* Flora Austr. 1. pag. 38 Tab. 61. *Crantz* Austr. p. 153. Tab. 1. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1092. *Vest* Manuale p. 497. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 353.

Sphondylium Austriacum. *Scop.* Carn. 2. n. 336.

Sphondylium alpinum parvum. *C. Bauh.* Prodr. p. 83.

Tordylium siifolium. *Scop.* Carn. 2. n. 318. Tab. 8. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1383.

Radix fusiformis annulata. *Caulis* erectus, plerumque simplex, teres, striatus, hirsutus, a palmari ad sesquipedalem altitudinem accedens. *Folia* hirsuta, impari-pinnata: *radicalia* et *caulina infima* petiolata, bi-seu trijuga: *Pinnis* sessilibus, oblongo-ovatis, obtusiusculis, margine obtuse serratis; *terminali* paullo majori, subtriloba; *caulina superiora*, unum alterumve, brevius petiolata; *Pinnis* ovato-lanceolatis, angustioribus, acutius serratis; *supremum* quandoque ternatum; *foliolis* anguste lanceolatis, acutis. *Petioli* supra canaliculati, subtus hirsuti, basi dilatati, ventricosi submembranacei, vaginantes. *Umbella* in caule vel ramo terminalis, multiradiata. *Umbellatae* radiatae, *Corollis* albis vel rubris, *disci* brevissime pedicellatis, subconformibus, plerisque masculis et abortivis; *peripheriae* longius pedicellatis, hermaphroditis; fertilibus, Petalis tribus exterioribus duplo triplove majoribus, profunde obcordatis. *Involucrum* polyphyllum, plerumque caducum. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* lineari-setaceis; *exterioribus tribus* longioribus, reflexis. *Fructus* demum glaber.

Oestreichisches Heilkraut.

In alpibus Carniolicis, Carinthiacis, Vochinensibus *(Scopoli, Jacq., Wulfen)*. 4. Fl. Aestate.

4. Heracleum *alpinum.*

H. foliis simplicibus, cordatis, glabris, obtuse lobatis, floribus radiantibus, fructibus glabris.

Heracleum alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1423. *Besser* Galic. n. 348. *Gmelin* Badens. n. 427. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 580. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1093.

Sphondylium alpinum glabrum. *C. Bauh.* Prodr. p. 83. c. Icone. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 163. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 281.

Caulis plerumque simplex, angulato-sulcatus, inferne hirsutus, caeterum glaber, pedalis et sesquipedalis. *Folia* cordato-subrotunda, tri-seu quinqueloba, supra glabra; *Lobis* rotundatis, repando-dentatis: *radicalia* longe petiolata, petiolis pilosis; *caulinum* unum vel alterum, vix petiolatum, vaginae petiolari subherbaceae, margine pilis longis ciliatae insidens, plerumque trilobum: *Lobis* rotundatis, tamen mucrone brevi terminatis, dentato-serratis. *Umbella* longe pedunculata, duodecim-ad quindecimradiata. *Umbellulae Flores* albi; peripheriales radiantes. *Involucrum* et *Involucella* oligophylla, caduca: *foliolis* lineari-setaceis.

Alpen-Heilkraut.

In montibus Carpathicis *(Besser)*, in Marggrav. Badensi in monte *Wasserfall (C. Bauhinus, Zayherus)*, in monte *Vogelberg* prope *Oberbürten*, auf *Kallen* prope *Raucheptingen (Gmelin)*. 4. Fl. Jul., Aug.

189. PASTINACA.

Fructus ovalis, apice subemarginatus, plano-compressus, ala tenui marginatus. *Cocculi costis* obsoletis, ad suturam commissorialem duabus magis conspicuis: *Valleculis* striatis, *commissura* bistriata. (*Involucrum* et *Involucella* nulla).

1. Pastinaca *sativa.*

P. caule sulcato, foliis pinnatis (nitidis) subtus pubescen-

tibus: foliolis oblongis, obtusis, crenato-dentatis, basi incisis: extremo trilobo. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 583.

Pastinaca sativa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1466. *Besser* Galic. n. 370. *Gmelin* Badens. n. 459. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 16. *Hoffm.* Umbell. Gen. ed. 1. pag. 123. Tab. 1. Fig. 11. *Pollich* palat. n. 303. *Schkuhr* Handb. 1. p. 221. Tab. 76. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1207. *Wallroth* Sched. crit. 1. pag. 117. Flora Dan. Tab. 1206.

Pastinaca silvestris latifolia. *Rivin.* Pentap. Tab. 6.

Pastinaca germanica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 149.

Pastinaca domestica. *Lobel* Icon. 1. pag. 709. *Ejusd.* Hist. p. 407.

Pastinaca latifolia. *Dodon.* Pempt. pag. 680.

Elaphoboscum sativum primum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 198.

Selinum Pastinaca. Crantz Austr. p. 161. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 359.

Radix subfusiformis, ramosa, flavescens. *Caulis* erectus, sulcatus, angulosus, scabriusculus, brachiatus, bipedalis et altior. *Folia* alterna, petiolata, pilis brevissimis substrigosa, laete viridia, pinnata: *pinnis* oppositis, ovatis, subdecurrentibus, bi- seu trilobis, inciso-dentatis, *impari* semper triloba. *Petioli* canaliculati, basi dilatati, vaginantes. *Umbellae* terminales, multiradiatae. *Umbellulae* multiflorae, *Flores* flavi, regulares, omnes fertiles. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus* elliptico-subrotundus, emarginatus, utrinque laevis, ala membranacea tenui cinctus.

Gemeine Pastinak.

In pascuis ad pratorum margines, in ruderatis. ☉. Fl. Jun., Jul.

2. Pastinaca *Anethum.*

P. caule tereti, foliis decompositis glabris, glaucis, foliolis lineari-filiformibus, integerrimis. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 586.

Anethum graveolens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1469. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 17. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1209. Flora Dan. Tab. 1572.

Anethum. *Dodon.* Pempt. p. 298. *Lobel* Icon. 1. p. 776. *Ejusd.* Hist. p. 448. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 165.

Selinum Pastinaca. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 359.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, glaber, inferne simplex, superne dichotomus, bi-seu tripedalis. *Folia* alterna, longe petiolata, decomposito-pinnata, glabra, glauco-viridia. *Pinnae* oppositae; *Pinnulae* bi-seu trifidae, lineari-setaceae, acutae, integerrimae. *Umbellae* oppositifoliae et terminales, plana, octo-ad duodecimradiata. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* flavae, regulares, omnes fertiles. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus* subrotundo-ovatus, compresso-planus, utrinque laevis, basi inprimis emarginatus, ala tenui, membranacea cinctus.

Dillen-Pastinak.

In hortis, cultis, ruderatis quasi sponte. ⊙. Fl. Jul., Aug.

Observ. Anethum apud Cel. *Hoffm.* Umbell. Gen. 1. p. 117. et *Koch* Umbell. disposit. p. 91. proprium genus constituit, at recedit tantum a *Pastinaca* cocculorum costis evidentioribus, magis carinatis.

190. PEUCEDANUM.

Fructus ovalis, (plus minus oblongus) compresso-planus, margine dilatato. *Cocculi costis* tribus ad quinque, obtusiusculis, *Valleculis* cum sutura commissoriali parallelo-vittatis, *commissura* plana. (Involucra oligophylla, vel nulla.)

2. Peucedanum *officinale.*

P. foliis quinquies tripartitis: foliolis lineari-filiformibus, planis, acutis.

Peucedanum officinale. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1405. (exclusa β.) *Besser* Galic. n. 338. *Gmelin* Badens. n. 421. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 4. *Pollich* palat. n. 280. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 196. Tab. 63. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 365. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1122.

Peucedanum majus italicum. *Lobel* Icon. 1. pag. 782. *Ejusd.* Hist. p. 454.

Peucedanum primum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 163.

Peucedanum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 36. *Dodon.* Pempt. p. 715. *Fuchs* Hist p. 599. *Rivin.* Pentap. Tab. 11.

Selinum Peucedanum. Crantz Umbell. pag. 60. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 356.

Selinum officinale. Vest Manuale p. 498.

Radix fusiformi-cylindracea, ramosa, annulata, nigra, multiceps. *Caules* plures, erecti, laeviter striati, glabri, laete virides, superne subramosi, bi-seu tripedales. *Folia* longa, rigidiuscula, glabra, quinquies tripartita: *foliolis* linearibus, planis, acutis, integerrimis, bi-seu tripollicaribus. *Petioli* subcompressi, striati, glabri, basi dilatati, amplexicaules. *Umbellae* axillares et terminales magnae, multiradiatae, inaequales. *Umbellulae* multiflorae, inaequales; *floribus* flavis, conformibus parvis, *centralibus* plerumque sterilibus. *Involucrum universale* et *partialia* oligophylla, setacea, reflexa. *Fructus* obovato-oblongus, compresso-planiusculus, obsolete costatus, margine dilatato cinctus: *Costis* tribus dorsalibus et duabus marginalibus, cum margine parallelis.

Gemeiner Haarstrang.

In pratis humidis, apricis et inter frutices. ♃. Fl. Jun., Jul.

2. Peucedanum *longifolium.*

P. foliis ternato-supra decompositis: foliolis subtripartito-setaceis, canaliculatis, elongatis.

Peucedanum longifolium. Schultes Syst. Veg. 6. p. 567. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1124. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. Tab. 251.

Radix crassitie digiti, extus obscure fusca, intus alba. Tota planta glabra, laevis. *Caulis* solitarius, erectus, ramosus, teres. *Folia radicalia* quinato-sextuplicato-pinnata, divisione ultima ternata; *caulina* minus composita: *foliolis* angusto-linearibus, acutissimis, apice fuscis. *Petioli radicales* teretes, intra divisionem subquadrangulo-ancipites. *Vaginae caulinae* purpureo-striatae, intus purpurascentes: *Petiolelli* compresso-ancipites, basi incrassati, callosi. *Umbella* ampla, rara, subfastigiata, multiradiata. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* lutei, conformes, *Involucrum* vel nullum, vel foliolum unicum, lineari-subulatum. *Involucella* subdecaphylla. *Fructus* oblongo-ovalis, anguste marginatus. *Cocculi costis* quinque obtusis *vittis*que quatuor ab apice ad basin procurrentibus notati, cum vittis suturae commissorialis duabus superficialibus.

Langblätteriger Haarstrang.

In rupibus calcareis Bannatus ad *Thermas Herculis (Waldst.* et *Kit.)* ♃. Fl. Jun., Jul.

3. Peucedanum *arenarium.*

P. foliis ternato-decompositis: foliolis linearibus, obtusis, igidiusculis, abbreviatis.

Peucedanum arenarium. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 68. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1123. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 18. Tab. 20. *Willd.* Enum. Plant. Horti ot. Berol. p. 308.

Radix extus nigro-fusca. *Caulis* erectus, teres, substriatus, rore canus, superne ramosus. *Rami* alterni. *Folia radicalia* ternato-tri-, quadripinnata; *foliolis* circiter pollicaribus, inearibus, obtusis, apice fusco-rubris, crassis, rigidiusculis: *aulina* bipinnata. *Petioli radicales* purpurascentes, inter pinas angnstiores; *caulini* breves, vel nulli. In apice ramorum *aginae* aphyllae. *Umbellae* duae ad quinque in singulo ramo, auciradiatae, inaequales. *Umbellulae* densae, planiusculae, *pedicellis* brevibus. *Involucrum* in umbella tantum principali monoeu diphyllum, in reliquis nullum. *Involucella* polyphylla; *foiolis* lineari-subulatis, umbellula brevioribus. *Flores* lutei, onformes.

Observ. Waldst. et *Kit.* l. c. cocculis in dorso lineas tres ad quinque elevatas et marginem latiusculum crassiusculum, attribuunt, hinc vix hujus generis. An *Ferulae* species?

Sand-Haarstrang.

In clivis arenosis Hungariae Pestini *(Waldst.* et *Kit.).* 4. Fl. Aug., Sept.

4. Peucedanum *Cervaria.*

P. foliis subtripinnatis; foliolis ovatis subsessilibus mucronato-denticulatis; inferioribus basi pinnatifidis; terminali semirilobo; laciniis reflexis.

Peucedanum Cervaria. Koch Umbellifer. disposit. p. 94.

Athamanta Cervaria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1401. *Gmelin* Badens. n. 419. *Host* Synops. p. 147. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 69. *Lumnitz.* Poson. n. 272. *Pollich* palat. n. 278. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1133.

Ligusticum Cervaria. Sprengel Prodr. Umbell. p. 40. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 550.

Selinum Cervaria. Besser Galic. n. 336. *Crantz* Austr. p. 167. Tab. 3. Fig. 1. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 354. *Scop.* Carn. 2. n. 331. *Vest* Manuale p. 499.

Cervaria. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 12.

Dauci tertium genus. *Fuchs* Hist. p. 233.

Daucus secundus selinoides. *Lobel* Icon. 1. p. 720.

Libanotis Theophrasti, nigra, tertia. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 313.

Seseli montanum secundum, pannonicum. *Clusii* Hist. 2. p. CXCIII.

Seseli secundum, Clusii primum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 167.

Radix subfusiformis, crassitie circiter digiti minimi, superne ramosa, fusca. *Caulis* erectus, simplex, sulcatus, nitidus, glaberrimus, bi-seu tripedalis, *angulis* acutis submembranaceis. *Folia* glabra, laete viridia, subtripinnata: *foliolis* oppositis, ovato-lanceolatis, denticulatis, mucronatis, inferioribus basi pinnatifidis, terminali semitrilobo. *Petioli* sulcati, basi parum dilatati, vix vaginantes. *Umbella* terminalis, plana, aequalis, multiradiata: fructifera convexa. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, regulares, ante anthesin purpurascentes. *Involucrum* plerumque monophyllum, subinde nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* setaceis. *Fructus* compressus, ovalis, stylis reflexis coronatus, ala membranacea cinctus. *Cocculi* dorso costis tribus filiformibus.

Hirsch-Haarstrang.

In nemoribus montanis graminosis, in pratis et collibus asperis. ♃. Fl. Jul., Aug.

191. FERULA.

Fructus compressus, planus, margine incrassatus. *Cocculi costis* tribus, obtusis, valleculis et ad suturam commissorialem vittatis. (*Involucrum* et *Involucella* varia. *Flores* plerumque polygami.)

1. Ferula *Ferulago.*

F. caule tereti, glabro, foliis supra decompositis lucidis: foliolis pinnatifidis, divaricatis, appendiculatis; laciniis linearibus cuspidatis, submarginatis, involucris oblongo-lanceolatis, reflexis, valleculis fructuum planiusculis. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 590.

Ferula Ferulago. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1412. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 82.

Ferula nodiflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1413. *Besser* Galic. n. 341. *Host* Synops. pag. 151. *Jacq.* Flora Austr. 5. pag. 28. Append. Tab. 5. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1163. *Scop.* Carn. 2. n. 237. *Vest* Manuale pag. 496.

Ferulago. *Dodon.* Pempt. p. 321. Fig. 2.

Gattanifera Ferula. *Lobel* Icon. 1. pag. 779. *Ejusd.* Hist. p. 451. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 53. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 213.

Laserpitium quibusdam, flore luteo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 41.

Planta polymorpha praesertim foliorum vel plana, vel canaliculata superficie. *Radix* extus fuscescens, diametri uncialis. *Caulis* solitarius, vel plures, striatus, angulatus, glaber, quinque- seu sexpedalis, superne pedunculis umbelliferis paniculatus. *Folia* supra decomposita, lucida: *caulina infima* alterna, *sequentia* opposita; *superiora* verticillata, simpliciora; *summarum* loco Vaginulae aphyllae, reflexae. *Costa media* foliorum radicalium triangularis. *Pinnulae* ubique extremae setaceo-lineares, acutae, integerrimae. *Umbellae* planae; nec densae: *laterales* saepe masculae. *Involucri foliola* oblongo-lanceolata, reflexa; *Involucellorum* patentissima, lanceolata, acuta. *Flores* lutei.

Observ. In austriacis et pannonicis plantis foliola rarius appendiculata. *Schultes.*

Knotenblühtiges Seckenkraut.

In maritimis Austriae *(Jacq., Scop.)*, in montibus carpathicis *(Besser)*, in pratis Hungariae *(Kitaibel)*. 4. Fl. Jul., Aug.

2. Ferula *sibirica.*

F. caule tereti vaginisque pruinoso-glaucis, foliis duplicato-pinnatis, rigidis, nitidis; laciniis linearibus, cuspidatis, margine serrulatis, umbellis primordialibus sessilibus, involucro subnullo. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 592.

Ferula sibirica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1406. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1125. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. p. 60. Tab. 60.

Radix extus fusco-cinerea. *Caulis* solitarius, erectus, teres, rore canus, subinde purpurascens, digiti minimi crassitie, tri-, quadripedalis, superne ramosus. *Rami* alterni *summi* terni,

quaterni. *Folia* utrinque scabriuscula, rigida, nitida: *radicalia* quadripinnata: foliolis ultimis plerumque ternis, saepe pollicaribus, subtus subcarinatis, margine et carina subserrulatis seu subciliatis; *caulina* radicalibus similia, sed simpliciora, ut Vaginae demum aphyllae. *Petioli* subangulati, subcompressi, laeves, basi dilatati, vaginantes. *Vaginae* intus albae, nitidae, non raro purpurascentes, extus pruinoso-glaucae. *Umbellae* plerumque ternae, intermedia sessili vel subsessili, reliquis duabus vel tribus longe pedunculatis, masculis, omnes pauciradiatae. *Involucrum* plerumque di-vel triphyllum: *foliolis* lineari-subulatis, brevibus, recurvis; in umbella intermedia plerumque nullum, sed ejusdem loco denticuli. *Flores* flavi, in umbella intermedia centralis abortivus. *Fructus* oblongo-ovalis, compressus. *Cocculi* dorso costis tribus elevatis notati, margine crassiusculo tineisque elevatis, pallidioribus praediti.

Sibirisches Seckenkraut.

In Hungariae monte *Szanté (Waldst. et Kit.)*. 2. Fl. Junio.

3. Ferula *Opopanax.*

F. caule teretiusculo, inferne aspero, foliis subbipinnatis; foliolis inaequalibus cordatis, crenatis, obtusis, involucris calycibusque obsoletis. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 597. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 77.

Pastinaca Opopanax. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1466. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1208. *Waldst. et Kit.* Plant. rar. Hungar. 3. p. 233. Tab. 211.

Laserpitium Chironium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1419.

Opopanax Chironium. Koch Umbell. Dispos. p. 96.

Pseudo-Costus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 157.

Panaces peregrinum. *Dodon.* Pempt. p. 309.

Panax heracleum alterum. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 224.

Panax heracleum Pastinacae folio. *Lobel* Advers. p. 312.

Panax recentiorum. *Lobel* Icon. 1. pag. 702. *Ejusd.* Hist. p. 400.

Panax Costinum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 228.

Radix ramosa, tuberculosa, crassitie brachii, extus flavescens. *Caulis* erectus, teretiusculus, striatus, inferne simplex,

scariosus, superne ramosus, paniculatus, glaber, nitidus, ad ramos angulatus, crassitie digiti, quadri-ad sexpedalis. *Rami inferiores* alterni, *superiores* bini, terni, quaterni, subverticillati, erecto-patentes. *Folia* utrinque, inprimis subtus, hirsuta: *radicalia primaria* simplicia, cordata, acute crenata, *sequentia* ternata et impari-pinnata: *caulina infima* bipinnata, reliqua sensim decrescentia, simpliciter pinnata, dein ternata et summa ad ramos simplicia: *Pinnis pinnulis*que oppositis, oblique cordato-ovatis, obtusis, crenatis, plus minus petiolellatis: *terminali* exacte cordata. *Petioli* longi, paleaceo-strigosi, basi dilatati, vaginantes. *Vaginae* amplae, striatae, *foliorum radicalium* extus strigosae, *caulinorum* glabrae, ad ramos floriferos aphyllae. *Umbellae* in ramis terminales, paniculatae. *Umbellulae* paucifiorae. *Involucrum* et *Involucella* tetra-ad hexaphylla: *foliolis* lineari-lanceolatis, brevibus, acutis. *Flores* flavi. *Fructus* generis.

Gummibringendes Seckenkraut.

In Hungaria et Croatia *(Waldst. et Kit.)* 2|. Fl. Jun., Jul.

192. TORDYLIUM.

Fructus orbicularis, compresso-planus, margine turgido, crenulato. (*Involucra* et *Involucella* varia. *Flores* radiantes.)

1. Tordylium *maximum.*

T. hispidum, foliis pinnatis: pinnis lanceolatis, obtuse serratis; terminali elongata, involucri pentaphylli foliolis linearibus.

Tordylium maximum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1382. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 349. *Hoffm.* Umbell. 2. ed. 1. p. 201. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 142. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 461. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1108. *Scop.* Carn. 2. n. 319.

Heracleum Tordylium. Sprengel Umbell. Spec. p. 49. *Wallroth* Annus bot. p 43.

Tordylium. *Rivin.* Pentap. Tab. 1.

Caucalis major. *Clusii* Hist. 2. pag. CCI. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 85.

Seseli creticum majus. *Lobel* Icon. 1. p. 737. *Ejusd.* Hist. p. 425.

Caulis erectus, teres, striatus, pilis reflexis hispidus, tripe-

dalis et altior, dichotomus. *Folia* pinnata, scabra: *Pinnis radicalium* ovato-oblongis, lobatis, crenatis, sessilibus; *caulinorum* lanceolatis, obtuse serratis, *impari* maxima, elongata. *Umbellae* laterales oppositifoliae et terminales, longe pedunculatae, pauciradiatae, inaequales. *Umbellulae* quinque-ad decemflorae. *Flores* radiati, omnes fertiles. *Petala* supra alba, subtus rubra: *extimum* maximum, profundissime bifidum, reliqua inaequaliter bifida. *Involucrum* et *Involucella* linearia, plerumque pentaphylla, subulata: *foliolis tribus exterioribus* involucellorum longitudine umbellulae floriferae; *interioribus* duobus brevioribus. *Fructus* suborbiculatus, compressus, hispidus, margine incrassato, obtuso, muricato, plerumque rubro.

Grösster Zirmet.

In sepibus, ruderatis, aggeribus Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scopoli*), Palatinatus (*Koch* et *Ziz*), ad Halam Saxonum (*Wallroth*). ♂. Fl., Jun., Jul.

† † *Fructus solidiusculi, plus minus alati.*

193. THYSSELINUM.

Fructus ovato-subrotundus, convexo-planus, basi emarginatus, margine subalatus. *Cocculi costis* dorsalibus tribus et duabus cum margine parallelis, elevatis, obtusis, torulosis. Valleculis quatuor angustissimis vittatis. (*Involucrum* et *Involucella* polyphylla.)

Observ. Omnino distinctum genus a confinibus et inprimis a sequente *Selino*, a quo recedit: *Cocculorum costis* dorsalibus elevatis torulosis et *Valleculis* interpositis triplo saltem angustioribus, lineam depressam tantum referentibus.

1. Thysselinum *palustre.*

T. caule teretiusculo, subangulato, ramoso, foliis ternato-supra decompositis: foliolis oppositis, pinnatifidis; lacinulis lanceolatis, (plus minus) albido-mucronatis. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 463.

Thysselinum angustifolium. *Rivin.* Pentap. Tab. 19.

Selinum Thysselinum. *Crantz* Umbell. in Fl. Austr. pag. 170.

Selinum palustre. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1397. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 352. *Besser* Galic. n. 331. *Gmelin* Badens. n. 412. *Pollich* palat. n. 272. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1155. *Scop.* Carn. 2. n. 232.

Selinum sylvestre. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 152. *Vest* Manuale pag. 498. *Host* Synops. p. 145.

Seseli palustre lactescens. *C. Bauh.* Prodr. p. 85.

Seseli palustre lactescens, acre, foliis ferulaceis, flore albo, semine lato. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 188.

β Foliorum laciniis magis distantibus, angustioribus.

Thysselinum Plinii. *Lobel* Icon. 1. pag. 711. *Ejusd.* Hist. p. 409.

Selinum sylvestre. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1396. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 352. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 194. Tab. 63. Flora Dan. Tab. 412.

Selinum Schiwerckii. *Besser* Galic. n. 332. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1156.

Apium sylvestre. *Dodon.* Pempt. p. 699.

γ Foliorum laciniis magis approximatis, mucrone destitutis.

Selinum palustre. Flora Dan. Tab. 257. secundum *Besser.*

Selinum intermedium. *Besser* Galic. n. 333. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1157.

Radix fusiformis, in α simplex plerumque, in β et γ ramosa, extus plus minus fusca. *Caulis* vel solitarius, vel plures, erectus, plus minus striato-sulcatus, glaber (in β saepius basi scabriusculus. *Besser.*) fistulosus, pennae anserinae vel cygneae crassitie, quadri-ad sexpedalis, basi plerumque purpureus, superne ramosus. *Rami* alterni, erecto-patuli. *Folia* glabra, bernato-supra decomposita seu quadripinnata: *Pinnis pinnulisque* oppositis, nunc laxioribus, nunc densioribus; *Laciniis* vel anceolatis, vel linearibus, apice quasi callosis, albidis vel purpurascentibus et in α et β mucrone brevi terminatis, in γ mucrone destitutis. *Petioli* foliorum inferiorum longi, superiorum reviores et rameorum brevissimi, basi dilatati, amplexicaules, triati. *Umbellae* multiradiatae, tamen laxae, planiusculae, radiis scabris. *Umbellulae* multiflorae, laxae. *Involucrum* octo- l dodecaphyllum: *foliolis* lanceolato-longe acuminatis, infra edium margine membranaceis, supra medium margine membana evanescente scabris, radiis umbellae centralibus demidio evioribus. *Involucella* similia, umbellulae longitudine, vel, ut

in γ, umbellula breviora. *Flores* parvi, albi, conformes. *Fructus* glaber, ovato-subrotundus, ante maturitatem rubens, demum fuscus, margine plano, submembranaceo, angusto, pallidiore auctus.

Sumpf-Oelsenich.

Observ. Inter *Selinum palustre* et *sylvestre Linnei* certi limites et constantes inveniri nequeunt.

α In udis, paludibus, ad fossarum margines; β et γ in sylvaticis, nemorosis hinc inde. 2|. Fl. Julio.

194. SELINUM.

Fructus subrotundus, planus, basi emarginatus, margine alatus. *Cocculi costis* dorsalibus tribus subprominulis et duabus cum margine parallelis, obsoletis, Valleculis plano-convexis, vittatis. (*Involucra* polyphylla, vel nulla.)

a) *Involucra polyphylla. Selina Sprengel.*

1. Selinum *Oreoselinum.*

S. caule tereti, foliis tripinnatis, petiolis refractis, foliolis remotis, ovatis, inciso-pinnatifidis, divaricatis, nitidis, involucris linearibus, reflexis. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 557.

Selinum Oreoselinum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 355. *Besser* Galic. n. 335. *Crantz* Austr. p. 169. *Scop.* Carn. 2. n. 330. *Vest* Manuale p. 500.

Athamanta Oreoselinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1403. *Gmelin* Badens. n. 420. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 3. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 68. *Pollich* palat. n. 279. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 197. Tab. 64. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1134.

Oreoselinum. *Clusii* Hist. 2. p. CXCIII. *Rivin.* Pentapet. Tab. 8. *Dodon.* Pempt. p. 696. *Lobel* Icon. 1. p. 707. *Ejusd.* Hist. p. 406.

Oreoselinum seu Vaalgutta. *Fuchs* Hist. p. 574.

Apium montanum nigrum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 103.

Radix subcylindracea, simpliuscula, extus pallide ochracea. *Caulis* erectus, dichotomus, glaber, striatus, bipedalis et paullo major. *Folia* glabra: *radicalia* longe petiolata, tripinnata;

caulina alterna; *inferiora* bipinnata, *superiora* simpliciter pinnata: *Pinnis* pinnulisque patulo-reflexis: *foliolis* oblongis, basi cuneatis, bi-ad quinquefidis. *Petioli* canaliculati, basi dilatati, amplexicaules. *Umbellae* axillares et terminales, multiradiatae, subconvexae. *Umbellulae* multiflorae, convexae. *Involucrum* et *Involucella* polyphylla: *foliolis* lineari-subulatis, reflexis. *Flores* albi, omnes conformes et fertiles. *Fructus* glaber, obovato-oblongus, compressus, margine alatus, utrinque, sed basi magis, emarginatus.

Petersilienblätterige Silge.

In collibus apricis passim. 2|. Fl. Jul., Aug.

2. Selinum *austriacum.*

S. caule sulcato, foliis tripartito-decompositis: foliolis ovatis, pinnatifidis; lacinulis obtusiusculis, mucrone albo terminatis, involucris linearibus. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 558.

Selinum austriacum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1397. *Jacq.* Enum. Vindob. p. 220. *Ejusd.* Flora Austr. I. Tab. 71. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1158. *Scop.* Carn. 2. n. 329. *Vest* Manuale p. 499.

Selinum argenteum. *Crantz* Austr. pag. 174. Tab. 14. Fig. 2.

Oreoselinum austriacum. *Hoffm.* Umbell. Gen. p. 155.

Seseli montanum tertium. *Clusii* Pannon. pag. 691. *Ejusd.* Hist. 2. p. CXCIV.

Radix extus fusca, fibras longas, albicantes producens. *Caulis* erectus, glaber, sulcato-striatus, nitidus, plus minus ramosus, crassitie calami, bi-ad tripedalis. *Folia* glabra, nitida, supra laete viridia, subtus albida: *radicalia* et *caulina inferiora* tripartito-decomposita: *foliolis* ovatis, pinnatifidis: *Laciniis* obtusiusculis, mucrone brevi albido terminatis: *superiora* et *ramea* subtripinnata; *foliolis* et *laciniis* angustioribus. *Petioli* erecto-patuli, striati, basi dilatati, vaginantes. *Umbella* multiradiata, plana. *Umbellulae* planae, multiflorae. *Involucrum* subdecaphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, reflexis, brevibus, integerrimis, albo-marginatis. *Involucella* similia, at patula, longitudine umbellulae. *Flores* albi, conformes. *Fructus* compresso-planus, elliptico-oblongus, margine ala membranacea, albida cinctus.

Oestreichische Silge.

In locis montosis et fruticetis Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scop.*), Pannoniae (*Schultes*), Styriae (*Sartori*). 4. Fl. Jul., Aug.

3. Selinum *rablense.*

S. caule sulcato, ramoso, foliis ternato-decompositis: foliolis anguste linearibus, cuspidatis.

Selinum rablense. *Sprengel* Pugill. 2. p. 51.

Selinum lineare. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 560. Flora Dan. Tab. 1330.

Ferula rablensis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1412. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 4. p. 312. *Vest* Manuale pag. 496.

Radix crassa, torosa, extus nigra, brachiata. *Caulis* erectus, ramosus, teres, striatus, nitidus, glaber. *Folia* saturate viridia, nitida, glabra; *radicalia* quadripinnata; *caulina* tripinnata; *Pinnis pinnulis*que patulis. *Laciniis* angustissime linearibus, fere setaceis, cuspidatis, trifidis simplicibusque. *Petioli* teretes, basi dilatati, vaginantes: *Vaginis* in foliis radicalibus apice integris, in caulinis apice bifidis. *Umbellae* terminales, multiradiatae. *Umbellulae* multiflorae. *Involucrum* polyphyllum: foliolis anguste lineari-lanceolatis, deflexis, supra canaliculatis. *Involucella* similia, patentia, longitudine umbellulae. *Flores* primum albi, demum rubentes, conformes. *Fructus* ovali-oblongus, margine membrana lata alatus.

Kärnthische Silge.

In alpibus noricis (*Wulfen*), in Carinthiae Valle rablensi (*Vest*). 4. Fl. Aug.

b) *Involucro subnullo. Imperatoriae Sprengel.*

Observ. *Imperatoriae Sprengel* structura seminum nullo modo recedunt a *Selinis Spreng.* et ipse Celeberr. auctor dicit in Prodromo Umbelliferar. p. 17. n. 12. „*Imperatoria esset Selinum, ni careret Involucro universali.*“ At involucri praesentia et absentia minoris momenti est in constructione generum, a figura et structura fructus petitorum.

4. Selinum *Imperatoria.*

S. caule tereti, glabro, simpliciusculo, foliis ternato-pinna-

; foliolis late ovatis, lobatis, basi inaequalibus, inciso-serra-, vaginis amplis, involucro subnullo.

Selinum Imperatoria. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 7. *Crantz* stirp. Austr. p. 174. *Vest* Manuale p. 500.

Selinum Ostrutium. *Wallroth* Annus bot. p. 41.

Imperatoria Ostrutium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1458. *Gmelin* Badens. n. 454. *Hayne* Arzn. Gew. 7. Tab. 15. *Schkuhr* Handb. 1. p. 215. Tab. 74. *Schul-s* Syst. Veget. 6. p. 608. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1189.

Imperatoria. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 238. *Joh. Bauh.* st. 3. Lib. 27. p. 137.

Magistrantia vel Imperatoria. *Camerar.* Epit. p. 532.

Radix praemorsa, annulata, subtuberculosa, stolonifera, ni-)-fusca. *Caulis* erectus, teres, striatus, glaber, superne ra-sus. *Folia* glabra, laete viridia; *radicalia* longe petiolata, ıpliciter vel duplicato-ternata; *caulina* alterna; *inferiora* plicato-ternata; *superiora* simpliciter ternata; *summa* sae-s opposita: *foliolis* late ovatis, acuminatis, inciso-acute ser-is, basi inaequalibus: *lateralibus* inaequaliter bilobis; *inter-dio* trilobo. *Petiolus communis* semiteres, canaliculatus, basi de dilatatus, caulem vaginans. *Umbella* multiradiata, cum *ıbellulis* multifloris, plana. *Involucrum* vel ut plerumque lum, vel monophyllum, caducum. *Involucella* mono-vel di-rlla, rarius tri-ad octophylla; *foliolis* anguste linearibus, gitudine umbellulae. *Flores* conformes, albi. *Fructus* sub-undus, utrinque emarginatus, compresso-planus, margine tus.

Meisterwurz-Silge.

In montosis Austriae, Bavariae, Tyrolis, Silesiae, prope lam Saxonum. 2. Fl. Jul., Aug.

Selinum *verticillare.*

S. caule tereti, glauco, ramis floriferis verticillatis, foliis nato-decompositis, rigidiusculis; foliolis ovato-oblongis, basi equalibus, inciso-dentatis, divaricatis, omnibus petiolatis, va-is amplis, involucro nullo.

Selinum verticillare. *Vest* Manuale p. 501.

Angelica verticillaris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1429. *Jacq.* Hort. Vindob. 2. p. 60. Tab. 130. *Kroc-r* Siles. n. 433. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. ; 356.

Imperatoria verticillaris. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 608. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1190.

Valde bonae nomine missa. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 167.

Radix crassa, annulata, ramosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, glauco-viridis, tandem obscure rubens, laevis, glaber, fistulosus, inferne alternatim, superne verticillatim ramosus, sexpedalis et ultra; *Ramis* quinque ad tribus in quovis verticillo, erecto-patulis, umbelliferis. *Folia* glabra, saturate viridia: *radicalia* et *caulina infima* maxima, ternato-bipinnata, ramificationibus divaricatis; *superiora* magnitudine decrescentia: *foliolis* petiolellatis, ovatis, vel ovato-oblongis, acutis, divaricatis, inciso-dentatis: *lateralibus* bi-trilobisve, *terminali* plerumque trifido. *Petioli* glabri, teretes, basi dilatati, vaginantes. *Vaginae* amplae, oblongo-ovatae, sulcatae. *Umbellae* multiradiatae, patentissimae. *Umbellulae* multiflorae, planae. *Involucrum* nullum. *Involucella* vel nulla, vel uno alterove caduco. *Flores* parvi, conformes e viridi luteoli, plures abortivi. *Fructus* ovalis, plano-convexus, margine membranaceo alatus.

Wirtelblühtige Silge.

Inter rupes praeruptas Goritiae in *Straffitsch* intra Monfalcone et Duinum *(Wulfen)*, prope *Perlau* Carinthiae *(Com. a Sternberg)*, in *Reichenau an der Schwarza* Austriae *(Host)*, Bohemiae ad rivulos montium gigantium *(Pohl)*, Silesiae *(Krocker)*, Styriae *(Sartori)*. ♃. Fl. Jul., Aug.

6. Selinum *Chabraei.*

S. caule teretiusculo, striato, foliis bipinnatifidis: foliolis linearibus, acuminatis; inferioribus subdecussatis, vaginis elongatis, flaccidis, involucro nullo.

Selinum Chabraei. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1399. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. II. Append. p. 577. *Gmelin* Badens. n. 415. *Hoppe* bot. Taschenbuch 1799. p. 126. n. 2. *Host* Synops. p. 146. *Jacq.* Flora Austr. 1. Tab. 72. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1161. *Vest* Manuale pag. 499.

Selinum Carvifolia. *Crantz* Austr. p. 162. Tab. 3. Fig. 2.

Imperatoria Chabraei. *Schultes* Syst. Veget. 6. p 609.

Carvifolia. *Chabraei* sciagr. p. 389. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 171.

Radix fusiformis, simplex et ramosa, extus albida. *Caulis*

erectus, teres, striatus, glaber, inferne simplex, superne ramosus, bi-ad tripedalis, non raro purpurascens. *Folia* glabra, laete viridia: *radicalia* et *caulina infima* longe petiolata, bipinnata vel bipinnatifida: *pinnis* oppositis, approximatis brevissime petiolellatis, palmato-multifidis, circumscriptione subrotundis; *foliolis* basi ad costam decussatis; *laciniis* bi-et tripartitis, lineari-lanceolatis, acutis: *caulina* simpliciora, bipinnata: *foliolis* longioribus: *summa* simpliciter pinnata. *Petioli* foliorum imorum, semiteretes, supra canaliculati, superiorum longitudine decrescentes, omnes basi dilatati in *Vaginam* oblongam, flaccidam. *Umbella* rara, submultiradiata, plana. *Umbellulae* multiflorae, planae, centro saepius nudae. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* vel polyphylla, vel ut rarissime monophylla et nulla: *foliolis* setaceis. *Flores* albi, extus purpurascentes, omnes conformes et fertiles. *Fructus* subovatus, compressus, margine membranaceo cinctus.

Langscheidige Silge.

Observ. Hujus speciei varietas *foliis latioribus* videtur *Selinum podolicum Besser* Galic. Append. pag. 392. n. 1212. ad mentem Cel. *Hoffmann* Umbell. Gen. ed. 2. 1. pag. 155. Cel. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1160. proxime cognatum existimat cum *Selino Carvifolia.* Hujus loci quoque videtur *Imperatoria pimpinelloides Bönningh.* Fl. Monast. n. 394. foliis angustioribus.

In nemoribus Marchiae *(Willd., Rebentisch)*, Austriae *(Jacquin)*, Styriae *(Sartori)*, prope Ratisbonam *(Hoppe)*. 2. Fl. Aug., Sept.

7. Selenum *Seguerii.*

S. caule tereti, striato, foliis tripinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis remotis, linearibus, subfalcatis, cuspidatis, pedunculis subverticillatis, vaginis laxis, involucro nullo.

Selinum Seguerii. Linn. Suppl. Plant. p. 179. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1399. *Host* Synops. p. 146. *Jacq.* Hort. Vindob. Tab. 61. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1162. *Vest* Manuale pag. 499. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3, p. 354.

Imperatoria Segueri. Schultes Syst. Veget. 6. p. 610.

Ligusticum alpinum perenne Ferulae folio. *Seguer.* Veron. 2. p. 41. Tab. 13.

Radix fusiformis, magna, ramosa. *Caulis* erectus, teres,

glaber, laevis, superne evidentius striatus, tri-, quadripedalis. *Rami* erecto-patentes, subverticillati. *Folia* tripinnata, patentia, glabra: *pinnis pinnulis*que divaricatis, patentissimis: *foliolis* pinnatifidis; *laciniis* remotis, linearibus, elongatis, subfalcatis, apice attenuatis, cuspidatis, margine integerrimis, fere uncialibus. *Petioli* supra canaliculati, basi dilatati, vaginantes. *Umbella* multiradiata, plana. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi. *Involucrum* nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* setaceis umbellula brevioribus. *Fructus* ovalis, plano-compressus, margine alatus, apice stylis horizontaliter patentibus coronatus.

In montibus calcareis Carnioliae et Forijulii (*Wulfen*, *Host*). 24. Fl. Jul., Aug.

195. ANGELICA.

Fructus subcompressus, utrinque emarginatus, margine alatus. *Cocculi* costis tribus dorsalibus acutis vel subalatis; *Valleculis* sulcatis, evittatis vel vittatis. (*Involucrum* subnullum.)

1. Angelica *Archangelica.*

A. caule tereti, striato, glaberrimo, foliis bipinnatis: foliolis ovatis, sublobatis, acute serratis; extremo trilobo, vaginis dilatatis.

Angelica Archangelica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1428. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 360. *Ejusd.* Beitr. zur Bot. 1. pag. 18. *Besser* Galic. n. 367. *Crantz* Stirp. Austr. pag. 178. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 8. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 599. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2 n. 1168. *Scop.* Carn. 2. n. 806. *Vest* Manuale pag. 501. Flora Dan. Tab. 206.

Angelica. *Rivin.* Pentapet. Tab. 15. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 230.

Angelica sativa. *Fuchs* Hist. p. 124.

Angelica Smyrnium Cordi. *Lobel* Icon. 1. p. 698.

Angelica major. *Dodon.* Pempt. p. 318.

Archangelica officinalis. *Hoffm.* Umbell. Gen. pag. 168. *Koch* Umbellifer. disposit. p. 98. Fig. 17, 18 et 19.

Radix prioris anni subrapacea, secundi quasi praemorsa, basi fibrosa, ferruginea. *Caulis* teres, erectus, crassus, ramosus, glaber, lineatus, inferne praeprimis purpureus, rore glauco obductus, quadri-ad sexpedalis, fistulosus, nodosus. *Rami* inferiores alterni, superiores subopposite, erecto-patuli. *Folia* gla-

bra, laete viridia: *radicalia* maxima, bi- et tripinnata; *caulina* alterna bipinnata; *summa* plerumque ternata tantum et opposita: *foliolis* ovatis, vel lanceolato-ovatis, acutis, acute et inaequaliter serratis, subtus pallidioribus, basi plus minus attenuatis et hinc quasi decurrentibus: *lateralibus* oppositis, saepe bilobis, lobo inferiore plerumque minore; *terminali* constanter trilobo; lobis lateralibus paullo minoribus. *Petioli* teretiusculi, basin versus maxime dilatati, vaginantes: *Vaginis* ventricosis, caulem amplectentibus, laxis; *rameis* subaphyllis. *Umbella* magna, multiradiata, cum *Umbellulis* multifloris, hemisphaerica. *Involucrum* monophyllum, caducum. *Involucella* dimidiata: *foliolis* setaceis, brevibus, reflexis. *Flores* omnes conformes et fertiles, viridi-flavescentes. *Fructus* ellipticus, compressus, undulato-alatus. *Cocculi* dorso tricostati, *Valleculis* quatuor, evittatis.

Wasser-Angelike.

Observ. In hac specie Cocculi laxius includunt semen, vittulis plurimis tenuissimis dorso striatum, qui in sequentibus speciebus arctius illud investiunt. Ex his commoti Viri celeberr. *Hoffm.* et *Koch* l. c. proprium genus statuerunt, *Archangelicam* dictum.

Ad ripas fluviorum, in locis depressis humidis passim. ♂. Fl. Jul., Aug.

2. Angelica *sylvestris.*

A. caule tereti, striato, superne cano-pubescente, foliis bipinnatis: foliolis ovatis, acutis, serratis, omnibus integris, vaginis dilatatis.

Angelica sylvestris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1429. *Gmelin* Badens. n. 429. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 9. *Pollich* palat. n. 285. *Schkuhr* Handb. 1. p. 204. Tab. 68. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 600.

Angelica sylvestris. *Fuchs* Hist. p. 125. *Lobel* Icon. 1. p. 699. *Dodon.* Pempt. p. 318. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 144.

Angelica palustris. *Rivin.* Pentapet. Tab. 17.

Angelica sylvestris secunda. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 230.

Imperatoria sylvestris. *Besser* Galic. n. 350. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1191.

Selinum Angelica. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 358. *Vest* Manuale p. 501.

Selinum sylvestre. *Crantz* Stirp. Austr. p. 177.

Radix ramosa, multiceps, annulata, ferruginea, subpraemorsa, inferne fibrosa. *Caulis* erectus, teres, laeviter striatus, dichotomus, e viridi purpurascens, superne saepe cano-pubescens, fere scabriusculus, saepe humanae altitudinis, fistulosus. *Folia* glabra: *radicalia* tri-vel bipinnata; *caulina* alterna, bipinnata: *summa* plerumque opposita, ternata, decurva; *foliolis* acutis, acute serratis, saturate viridibus, subtus pallidioribus, foliorum inferiorum ovatis, superiorum lanceolato-ellipticis, omnibus, etiam terminali, integris, rarissime e lateralium numero uno vel altero bilobo. *Petioli* sulcati, basin versus maxime dilatati, vaginantes: *Vaginis* amplis, ventricosis, submembranaceis, caulem amplectentibus. *Umbellae* multiradiatae, cum *Umbellulis* multifloris, hemisphaerica; radiis pubescentibus. *Involucrum* vel nullum, vel mono-et diphyllum et caducum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lineari-lanceolatis, acuminatis. *Flores* omnes conformes, albi, subtus saepe purpurascentes. *Fructus* ellipticus, compressus, margine alatus. *Cocculi* dorso tricostati; *Valleculis* quatuor, univittatis.

Wald-Angelike.

In pratis nemorosis et sylvis humidis. 2. Fl. Jul., Aug.

3. Angelica *pratensis.*

A. caule sulcato, superne angulato, glaberrimo, foliis ternato-decompositis, subtus asperis; foliolis subdivaricatis, cordato-ovatis, inaequaliter dentatis, terminali trilobo, vaginis laxis, ciliatis.

Angelica pratensis. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 605. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 60.

Imperatoria palustris. *Besser* Galic. n. 352. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1193.

Osterium pratense. *Hoffmann* Umbell. Gen. pag. 164. *Koch* Umbellifer. Disposit. p. 100.

Similis dicitur *Angelicae sylvestris* foliorum forma, floribus albidis, fructibus et statione, diversa autem: 1. *Foliis* supra decompositis, paucioribus, divaricatis. 2. *Foliolis* ovato-cordatis, quandoque lanceolatis, acuminatis, omnibus distinctis, excepto terminali, cum uno alterove lateralium saepe confluente, subtus venosis, venis hispidis, acute inaequaliter dentato-serratis, petiolellatis, excepto ultimo pari. 3. *Petiolellis* angulo interiore pilis rigidis, brevibus, albis tecto cinguloque similium

pilorum ad genicula Petiolorum. 4. *Umbellis* minus convexis. 5. *Ramis* infra umbellam terminalem e vaginis suboppositis, apice bifidis, interjecto foliolo trilobo lanceolato, quandoque decomposito, umbella sterili serius florente, terminatis et demum Umbella terminali altioribus. *Besser* l. c. (6. *Petalis* basi subito in Unguem contractis. *Koch* l. c.)

Wiesen-Angelike.

Observ. Ob Petala longius unguiculata Viri Celeberr. *Hoffm.* et *Koch* l. c. proprium genus, *Osterii* nomine, construxerunt.

In pratis uliginosis Leopoli *(Besser)*, prope Erfordam *(Bernhardi)*, prope *Rossleben* ad Halam Saxonum *(Wallroth)*. 2|. Fl. Augusto.

4. Angelica *flavescens.*

A. caule tereti striato, superne striato-angulato, scabro, foliis bipinnatis; foliolis elliptico-oblongis, obtusis, inaequaliter serratis; terminali trilobo, vaginis dilatatis.

Imperatoria flavescens. Besser Galic. n. 351. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1192.

Vix mihi persuadere possum, *Imperatoriam flavescentem Besser* l. c. eandem plantam esse cum *Angelica Razoulii*, *Gouan* Illustr. pag. 16. Tab. 6., licet contendat Celeberr. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 61. Hinc Cel. *Besseri* descriptionem supponam.

Caulis erectus, teres, laevissime striatus, glaber, tripedalis et altior, superne parum ramosus, infra umbellam striato-angulatus, angulis scabris. *Folia* supra decomposita, magna: *Foliola* oblonga, subovata, obtusa, aut parum acuta, nunquam tamen; si exceperis suprema plerumque minora et angustiora, ovata, acuta aut lanceolata, ut in *Angelica sylvestri*, utrinque laevia. *Serraturae* cartilagineo mucrone instructae. Par extimum lateribus decurrens cum impari illis duplo majori, saepius cohaerens. *Petioli* compressi, subangulati, marginati, insidentes *Vaginae* amplae, oblongae, bipollicari, amplexicauli. *Umbella* planiuscula, viginti-ad trigintaradiata. *Radii* angulati, scabri. *Umbellulae* densae, convexae. *Involucrum* monophyllum, caducum, aut deficiens. *Involucelli foliola* plura, setacea, umbellula breviora. *Flores* viridescenti-flavicantes, *exteriores* solum fertiles. *Semina* elliptica, duplo longiora, quam lata, medio, tricostata, ala ad latera cincta, spadicea. Dum maturant semina, pedunculi cum germinibus sterilibus deflectuntur.

Gelbliche Angelike.

In paludosis sylvae *Bronoviensis* et circa *Tyniec* Galiciae *(Besser)*. ♂. Fl. Jul., Aug.

5. Angelica *Carvifolia.*

A. caule sulcato, acutangulo, foliis ternato-decompositis; foliolis trifido-pinnatifidis, oblongo-lanceolatis, albido-mucronatis, vaginis angustis.

Angelica Carvifolia. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 606. *Wallroth* Annus bot. p. 42.

Angelica tenuifolia. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 18. *Dillen.* Giss. p. 136.

Selinum Carvifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1398 (excluso syn. *Allionii.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 354. *Besser* Galic. n. 334. *Gmelin* Badens. n. 314. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 16. *Koch* Umbellifer. disposit. p. 100. Fig. 22 et 23. *Lumnitz.* Poson. n. 270. *Pollich* palat. n. 277. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1159. *Vest* Manuale p. 499. *Willich* Observ. n. 78. Flora Dan. Tab. 667.

Hippo marathrum secundum. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 161.

Carvifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 171.

Saxifraga anglorum, facie Seseli pratensis. *Lobel* Icon. I. p. 784. *Ejusd.* Hist. p. 456. *Ejusd.* Adversar. p. 351.

β *pratensis:* foliolis latioribus, longioribus, minus mucronatis.

Selinum Carvifolia β pratensis. Sprengel Flora Halens. n. 327.

Angelica carvifolia. Wallroth Annus botan. pag. 42. β. *Ejusd.* Sched. crit. I. p. 118. α.

Radix subfusiformis, crassitie circiter digiti minimi, superne ramosa, fusca. *Caulis* erectus, simplex, sulcatus, angulis acutis, submembranaceis, nitidus, glaberrimus, bi-ad tripedalis; in β minus membranaceo-alatus, modo angulatus, pedalis. *Folia* glabra, laete viridia, tripinnata; *foliolis* oppositis, ovato-lanceolatis, mucrone albido terminatis, margine subciliatis, subincisis, bi-et trifidis; in β latioribus, longioribus, minus mucronatis. *Petioli* sulcati, basi parum dilatati, vix vaginantes. *Umbella* terminalis, plana, aequalis, multiradiata; *fructifera* convexa. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* regulares, albi, ante explicationem purpurascentibus. *Involucrum* plerumque mono-

hyllum, subinde nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* seta-is, umbellula brevioribus. *Fructus* ovalis, compressus, stylis eflexis coronatus, margine ala lata membranacea cinctus. *Coc-uli* costae dorsales tres, acutae, submembranaceae.

Kümmelblätterige Angelike.

In pratis sylvaticis; *β* in sylva *Loderslebensi* et *Ziegelro-ensi* prope Halam Saxonum (*Sprengel*, *Wallroth*). ♃. l. tota Aestate.

Angelica *pyrenaica.*

A. caule sulcato, subaphyllo, foliis subtripinnatifidis: folio-s lanceolatis, integris, bi-trifidisve; laciniis lineari-lanceolatis, ucronatis, vaginis dilatatis.

Angelica pyrenaica. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 607. *prengel* Umbell. species p. 32.

Seseli pyrenaicum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. ag. 1462.

Selinum pyrenaicum. *Gouan* Illustr. p. 11. Tab. 5.

Selinum Lachenalii. *Gmelin* Badens. n. 416. Tab. 4.

Carvi alpinum. *C. Bauh.* Prodr. p. 84.

Radix crassitie pennae anserinae vel cygneae, extus fusca, xsiccata nigra, obliqua, subramosa, rugoso-annulata. *Caulis* rectus, simplex, raro ramo solitario, simplici auctus, teres, riatus, glaber, maxima ex parte nudus, crassitie circiter pen-ae columbinae, palmaris, semipedalis et altior. *Folia* radica-a et ad imum caulem unum vel alterum, oblonga, glabra, laete iridia, subtripinnata: *foliolis* bi-seu trifidis; *laciniis* linear-inceolatis, mucronatis; *caulina*, si adsunt, bipinnata, breviter etiolata. *Petioli* filiformes, basi dilatati, vaginantes: *Vaginis* raesertim in caulinis foliis latissimis, membranaceis, striatis. *Umbella* pauciradiata, maxime inaequalis. *Umbellulae* multiflo-ae, subglobosae. *Involucrum* nullum. *Involucella* octo-ad do-ecaphylla; *foliolis* linearibus angustis, longitudine umbellulae. *Flores* ex albido lutescentes, extus purpurascentes, uniformes. *Fructus* ovato-subrotundus, margine ala membranacea cinctus. *Cocculi* dorso tricostati.

Pyrenäische Angelike.

Observ. Comparatis speciminibus *Selini pyrenaici Gouan* l. c. a b. *Rohde* in Pyrenaeis collectis, cum descrip-

tione et figura *Selini Lachenalii Gmelin* Fl. Badens. l. c. nullum sane discrimen ea inter et *Gmelini* plantam invenire possum, hinc pro una eademque specie hic venditare audeo. Linnei Specierum Plantar. editores insuper *De Lachenalii Selinum*, a Celeberr. *Gmelino* citatum, pro synonymo *Selini pyrenaici* adducunt.

In Marggraviatus Badensis superioris mole prope *Kandern (Gmelin)*. 2l. Fl. Aug., Septembr.

196. LASERPITIUM.

Fructus ovalis subcompressus. *Cocculi* costis dorsalibus tribus *primariis* acutis; *secundariis* quatuor alatis. *(Involucrum* et *Involucella* polyphylla seu oligophylla.

1. Laserpitium *latifolium.*

L. foliis bipinnatis, nitidis, coriaceis: foliolis oblique cordatis, mucronato-dentatis, fructuum alis crispis. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 616.

Laserpitium latifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1414. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 361. *Besser* Galic. n. 342. *Gmelin* Badens. n. 424. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 146. *Pollich* palat. n. 283. *Schkuhr* Handb. I. pag. 200. Tab. 67. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1109. *Scop.* Carn. 2. n. 320. *Vest* Manuale p. 502. *Wallroth* Annus bot. p. 43. Flora Dan. Tab. 1513.

Libanotis Theophrasti alba. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 312.

Libanotis Theophrasti major. *Lobel* Icon. 1. pag. 704. *Ejusd.* Hist. p. 402.

Seseli aethiopicum herba. *Dodon.* Pempt. p. 312. *Clusii* Hist. 2. p. CXCIV.

Radix crassa, cylindrica, extus fuscescens, multiceps. *Caulis* erectus, teres, sulcatus, glaber, rore glauco adspersus, tripedalis et major. *Folia* utrinque ut plurimum glabra, laete viridia, nitida, subcoriacea, subtus pallidiora: radicalia bipinnata; *caulina* pinnata: *foliolis* basi oblique cordatis, integris, vel rarius lobatis, versus apicem praesertim dentatis, *dentibus* mucronatis; *impari* raro trilobo. *Petioli* subcompressi, basi valde dilatati, vaginantes, glabri. *Umbella* terminalis, magna, convexiuscula, multiradiata. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, demum ex albo rosei. *Involucrum* et *Involucella* polyphylla.

Fructus ovatus, utrinque obtusatus. *Cocculi* costae dorsales quatuor, membranaceae, plerumque undulato-crispae, rarius planae.

Breitblätteriges Laserkraut.

In nemoribus montosis siccis. ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Laserpitium *Libanotis.*

L. foliis subbipinnatis, subtus scabriusculis: foliolis oblique ovatis, argute serratis, fructuum alis planis.

Laserpitium Libanotis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1414. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 617. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 40.

Laserpitium Cervaria. Gmelin Badens. n. 425. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1110.

Laserpitium. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 21.

Libanotis Theophrasti minor. *Lobel* Icon. 1. pag. 705. *Ejusd.* Hist. p. 402. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 167.

Differre dicitur ab antecedente, cum quo proxime cognatum est: 1. *Caule* demissiore, pedali et sesquipedali. 2. *Foliis* minoribus, subtus inprimis scabris: *foliolis* brevioribus, acutioribus, argute serratis, subtus ad costam venasque pilis brevibus praeditis. 3. *Petiolis* hirsutis. 4. *Floribus* purpurascentibus, praesertim ante anthesin. 5. *Fructuum alis* planis.

Glattsamiges Laserkraut.

In pratis montosis sylvaticis, asperis, apricis Marggrav. Badensis (*Gmelin*). ♃. Fl. Jul., Aug.

3. Laserpitium *marginatum.*

L. foliis biternatis, nitidis: foliolis ovatis, sessilibus, subtrilobatis, serratis, subtus reticulato-venosis.

Laserpitium marginatum. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 210. Tab. 192. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 617. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1120.

Radix crassitie digiti minoris, oblique flexuosa, protensa, extus griseo-fusca. *Caulis* erectus, teres, striatus, rore cano obductus, superne tantum divisus. *Folia* supra nitida, subtus incana, vix ultra quatuor in tota planta, cum vaginis aliquot aphyllis: *radicalia* bina, longius petiolata, biternata: *foliolis*

ovatis, serratis, serraturis breviter mucronatis, margine scabriusculis: *lateralibus* tri-seu bilobis; *intermedio* ternato: *caulinum infimum* simile, sed minus; *sequens* ternatum: foliolis indivisis, vel trilobis. *Vaginae* glaucae, inflatae. *Umbella* ampla, valde inaequalis, radiis octo ad quatuordecim, patentissimis. *Umbellulae* multiflorae, convexae, rotundatae. *Flores* e viridi flavescentes, profunde purpureo-marginati. *Involucrum* di-ad pentaphyllum, rarius monophyllum aut nullum: *foliolis* linearilanceolatis, subulatis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* setaceis, umbellula duplo brevioribus. *Fructus cocculi* quadrialati, alis lateralibus membranaceis, latioribus, separatis alis sulcato-angulati.

Eingefasstes Laserkraut.

In sylvis Croatiae, ad *Horeniczam* in monte arcis *Merszin* (*Waldst.* et *Kitaib.*). ♃. Fl. Junio.

4. Laserpitium *trilobum.*

L. foliis ternatis, supra glabris, subtus pubescentibus: foliolis cordatis, trilobis, acute dentatis.

Laserpitium trilobum. Crantz Austr. p. 187. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1415. (exclusis synon.) *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 618. *Sprengel* Umbell. Spec. pag. 38. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 348?

Laserpitium alpinum. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 3. pag. 81. Tab. 253. *Besser* Galic. Vol. 2. Addend. p. 393. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1111.

Radix crassitie digiti, extus fusca. *Caulis* erectus, teres, simplex, solitarius, crassitie pennae anserinae, pedalis et sesquipedalis. *Folia* supra glabra, lucida, subtus pilis ad venas incana: *radicalia* biternata, ternata: *foliolis* cordato-ovatis, mucronato-dentatis: *lateralibus* basi obliquis, sublobatis; *terminali* profunde trilobo; lobo intermedio basi attenuato: *caulina* duo vel tria, ternata, vel quinato-pinnata, vaginae insidentia. *Umbella* una alterave, multiradiata, plana. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, conformes: *Involucrum* et *Involucella* oligophylla: *foliolis* sex ad octo, lanceolato-linearibus, subulatis. *Fructus cocculi* costae tres primariae breves, secundariae late alatae.

Dreilappiges Laserkraut.

In alpibus et montibus Carnicis, Carpathicis (*Crantz*, *Waldst.* et *Kitaib.*), Galiciae (*Besser*). ♃. Fl. Augusto.

5. Laserpitium *Siler.*

L. foliis subquadruplicato-pinnatis, glaucis, glabris: foliolis ovali-lanceolatis, venoso-reticulatis, integerrimis, simplicibus ternatisve, subdecurrentibus.

α *Foliolis ovalibus.*

Laserpitium Siler. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1418. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 7. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 145. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 619. β. *Scop.* Carn. 2. n. 322. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 37. *Vest* Manuale p. 503.

Siler montanum. Crantz Austr. p. 195.

β *Foliolis lanceolatis, angustioribus.*

Laserpitium Siler. Willd. Spec. Plant. Linn. l. c. β. *Host* Synops. p. 154. *Schultes* Syst. Veget. l. c. α. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1118.

Siler montanum. *Clusii* Hist. 2. p. CXCV. *Dodonaei* Pempt. p. 310. *Lobel* Icon. 1. p. 737. *Ejusd.* Hist. 2. pag. 425. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p 168.

Ligusticum verum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 204.

Radix cylindrica, ramosa, multiceps, extus fusca. *Caulis* erectus, teres, striatus, glaber, rore glauco obductus solitarius vel plures, ramosus, tri-ad sexpedalis. *Folia* glabra, glauco-viridia: *radicalia* quadriplicato-, *caulina inferiora* triplicato- et duplicato-pinnata, *superiora* simpliciter pinnata; *summa* ternata: *foliolis* integerrimis, plus minus acutis, venosis, venis pellucidis, elegantissime reticulatis, in α ovalibus, in β angusto-lanceolatis: *lateralibus* sessilibus petiolatisve, divaricatis, basi obliquis, ad petiolellos plus minus decurrentibus; *terminalibus* pedunculatis, basi cuneatis, aequalibus, nonnihil cum duobus lateralibus proximis confluentibus et ita trilobatis. *Petioli* teretes, subcompressi, basi dilatati, vaginantes. *Umbella* multiradiata, hemisphaerica. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, difformes, in disco umbellae aequales, in radio inaequales, subradiales, petalo exteriore majore. *Involucrum* deca-ad dodecaphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, acuminatis, reflexis. *Involucella* hexa-ad octophylla: *foliolis* lanceolato-subulatis, paulis. *Fructus* oblongus. *Cocculi* elliptico-oblongi, novemcostati: *costis quatuor alternis* majoribus, anguste alatis.

Gebräuchliches Laserkraut.

In alpibus et montibus Austriae *(Crantz, Jacq.)*, Car-

nioliae *(Scop.)*, Styriae *(Sartori)*, Bavariae *(Schrank)*, Bohemiae *(Pohl)*, Salisburgi *(Hoppe)*. 24. Fl. Jul., Aug.

6. Laserpitium *peucedanoides*.

L. foliis subtripinnatis, glabris: foliolis lineari-lanceolatis, nervoso-venosis, sessilibus, basi distinctis, integerrimis.

Laserpitium peucedanoides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1418. *Host* Synops. pag. 153. *Jacq.* Icon. rar. 2. Tab. 350. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 620. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1117. *Vest* Manuale p. 303. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 220.

Laserpitium angustifolium. *Scop.* Carn. 2. n. 323.

Siler montanum angustifolium. *C. Bauh.* Prodr. p. 85.

Radix subfusiformis, crassitie digiti minimi, extus fusca, ramosa, multiceps. *Caules* plures, erecti, teretes, striati, glabri, ramosi. *Rami* remotiusculi, erecti. *Folia* glabra, dilute virentia; *radicalia* et *caulina infima* subtripinnata; *sequentia* et *superiora* bipinnata et pinnata: *foliolis* integerrimis, linearilanceolatis, nunc latioribus, nunc angustioribus, sessilibus, basi tamen solutis, nec decurrentibus, nunc et plerumque simplicibus, nunc binatis et ternatis, subtrinerviis, nervis laxe et simpliciter ramosis. *Umbella* pauciradiata, radiis quinque ad septem, inaequalibus, demum elongatis. *Umbellulae* submultiflorae. *Flores* primum rubelli, demum albi: *centrales* saepe abortivi, omnes aequales. *Involucrum* et *Involucella* oligophylla: *foliolis* lineari-setaceis, valde acuminatis, demum reflexis. *Fructus* oblongus. *Cocculi* dorso costis alternis quatuor subalatis, *alis* marginalibus majoribus.

Haarstrangartiges Laserkraut.

Observ. Ne confundatur cum antecedente *Laserp. Silere β foliolis angustioribus*, cui, quoad foliorum figuram et divisionem simile, facile autem distinguitur: 1. *Foliolis* sessilibus, basi solutis, non decurrentibus, nervoso-venosis; nec venoso-reticulatis. 2. *Umbella* rariore. 3. *Involucris* et *Involucellis* setaceo-subulatis. 4. *Corollis* omnibus aequalibus; nec in radio inaequalibus, subradiantibus.

In alpibus et subalpinis Carnioliae et Croatiae *(Scopoli, Jacq., Wulfen)*. 24. Fl. Jul., Aug.

7. Laserpitium *Archangelica*.

L. foliis subtripinnatis, subtus hirsutis: foliolis ovatis, ser-

ratis, sessilibus, basi cuneatis; lateralibus saepe bilobis; terminali trilobo.

Laserpitium Archangelica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1419. *Host* Synops. p. 152. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 58. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 621. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1119. *Vest* Manuale p. 303. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 214.

Laserpitium Chironium. Scop. Carn. 2. n. 324.

Archangelica. *Clusii* Hist. 2. p. CXCV. *Lobel* Icon. 1. p. 701. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 143. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 231.

Statura primo intuitu simile *Angelicae Archangelicae. Radix* fusiformis, basi tuberosa, caeterum brachiata, radiculis intricatis, extus ex albo ochracea. *Caulis* vel solitarius, vel duo et tres, erectus, teres, striatus, hirsutus punctisque sanguineis adspersus, ramosus, quinque-ad septempedalis, crassitie pollicis. *Folia* saturate viridia, supra glabra, subtus hirsuta, pallidiora: *radicalia* tripinnata; *caulina* simpliciora, bipinnata et pinnata: *foliolis* ovatis, acutis, serratis, basi cuneatis, sessilibus: *lateralibus* simplicibus, vel ut saepius bilobis; *terminali* semper trilobo. *Petioli* basi valde dilatati, ventricosi, vaginantes: *Vaginis* margine membranaceis; radicales praelongi. *Umbella* magna, multiradiata, concava: *radiis* teretibus, striatis, villosis. *Umbellulae* multiflorae, pedunculis glabris. *Flores* primum purpurascentes, demum albi, subaequales. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, concavis, inferne striatis, hirsutis, plerumque integris, vel bi-seu trifidis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* hirsutis, longitudine fere umbellulae. *Fructus* ovali-oblongus. *Cocculi* dorso costis quatuor alatis, subpaleaceis, subundulatis praediti.

Angelikblätteriges Laserkraut.

Observ. In Iconibus auctorum veterum allegatorum Involucri foliola serrata repraesentantur, quae consentiente optimo *Wulfenio*, nunquam adsunt.

In rupestribus umbrosis montis *Slivinza* prope *Zircknitzer-see* et in monte *Fridrichstein* Carnioliae *(Wulfen)*, in saxosis Croatiae *(Host)*, Hungariae (*Kitaib.*). 2. Fl. Julio.

8. Laserpitium *prutenicum.*

L. foliis bipinnatis, subtus hirsutis, foliolis ovato-lanceolatis, pinnatifidis; laciniis lanceolatis, cuspidatis.

Laserpitium prutenicum. ***Willd.*** Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1417. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 361. *Besser* Galic. n. 343. *Host* Synops. p. 153. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 153. *Lumnitz.* Poson. n. 276. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 623. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1115. *Vest* Manuale p. 303. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 118.

Laserpitium gallicum. *Scop.* Carn. 2. n. 321.
Laserpitium selinoides. *Crantz* Austr. p. 182.
Laserpitium minus. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 23.

β glabrum. *Wallroth* Sched. crit. l. c. *β.*

Radix subfusiformis, extus nigrescens. ***Caulis*** erectus, angulosus, inferne saepe purpurascens pilisque albis hirsutis, in *β* glaber, crassitie calami, bipedalis, ramosus. ***Folia*** supra glabra, subtus margine praecipue et versus costam hirsuta; in *β* tota glabra: *radicalia* bipinnata; *caulina* bipinnatifida: *foliolis* pinnatifidis, venis pallidioribus pictis: *Laciniis* ovato-lanceolatis, cuspidatis. *Petioli* angulati, basi dilatati, vaginantes, cum Vaginis hirsuti, in *β* glabri. *Umbella* multiradiata; *radiis* rigidis hispidis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, subaequales. *Involucrum* et *Involucella* oligophylla, sex ad octo: *foliolis* lanceolato-linearibus, acutis, margine albo-membranaceis, reflexis, cum pedunculis hirsutis. *Fructus* ovalis, subcompressus, ala membranacea cinctus, pilis rarioribus adspersus. *Cocculi* dorso costis duabus eminentioribus alatis a congeneribus distincti, *alis* nunc majoribus, nunc fere obliteratis.

Preussisches Laserkraut.

In pratis et nemoribus passim. ♃. Fl. Jul., Aug.

9. Laserpitium *gallicum.*

L. foliis supra decompositis, lucidis, glabris: foliolis divaricatis, lineari-cuneiformibus, trifidis: laciniis lanceolatis, calloso-mucronatis.

Laserpitium gallicum. ***Willd.*** Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1415. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 624. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1114. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 34.

Laserpitium e regione massiliensi allatum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 137.

Laserpitium angustissimum. ***Willd.*** Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1416.

Laserpitium Lobelii similis angustifolio. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 137.

Mire variat forma, unde differentiam et Iconum antiquorum et nominum, quibus recentiores insigniverunt, exponere possis. *Sprengel* l. c.

Caulis erectus, teres, glaber, ramosus, pedalis et sesquipedalis. *Rami* patentes. *Folia* supra decomposita, glabra, lucida, saturate viridia: *foliolis* plerumque lineari-cuneiformibus, sessilibus, plerumque trifidis; *lacinìis* lanceolatis, apice mucrone calloso terminatis. *Petioli* glabri, patentissimi, basi parum dilatati. *Umbella* multiradiata: *radiis floriferis* patentissimis; *fructiferìs* erectis, contractis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* linearibus, reflexis, glabris. *Involucellum* plerumque hexaphyllum: *foliolis* angustioribus, acutioribus, umbellula brevioribus. *Fructus* ovalis, subcompressus. *Cocculi* dorso costis tribus primariis auctis, secundariis alatis.

Französisches Laserkraut.

In Hungaria *(Kitaibel)*, circa *Bergtolsdorf (Schultes)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

† † † *Fructu corticato, utriculato, solido vel compresso.*

197. SMYRNIUM.

Fructus solidus, ovatus. *Cocculi* cortice nigro, tricostato; *Latuscula* e sutura commissoriali contracta. (*Involucrum* subnullum.)

1. Smyrnium *Dioscoridis.*

S. foliis radicalibus triternatis; foliolis integris serratis; caulinis superioribus simplicibus, ovatis, denticulatis, amplexicaulibus, caule superne quadrangulo.

Smyrnium Dioscoridis. Sprengel Umbell. Spec. pag. 25. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 437.

Smyrnium perfoliatum. Lumnitz. Poson. n. 295. cum figura. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1205. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. Tab. 23. *Host* Synops. p. 169.

Smyrnium. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 252.

Smyrnium Hipposelinum. *Columnae* Ecphr. 2. p. 21.

Radix extus pallide fusca, napiformis, digiti vel pollicis

crassitie. Tota planta glaberrima. *Caulis* erectus, solitarius, ramosus, inferne teretiusculus, superne quadrialatus, pedalis et sesquipedalis, crassitie pennae anserinae vel cygneae: *Alis* pallidis, subdenticulatis, tribus e caulis angulis, quarta e dorso folii decurrente. *Rami* ancipites, plerumque diphylli. *Folia radicalia* tri-seu biternata; *caulina infima* biternata; *sequens inferius* ternatum; omnia petiolata: *foliolis* subcordato-ovatis, integris, inaequaliter inciso-grosse serratis, acumine albido terminatis; *medium caulinum* trilobum, vaginae brevissimae insidens: *superiora* subhastato-cordata, cum rameis cordatis, sessilia, lobis incumbentibus amplexicaulia, denticulata. *Umbella* pauciradiata, radiis valde inaequalibus. *Umbellulae* pauciflorae. *Flores* flavi, conformes. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus Cocculi* subrotundi, atri, latere inferiore eminenter carinati, dorso tricostati, inter costas striati.

Flügelstängeliges Smyrnium.

Inter frutices Pannoniae *(Waldst. et Kit.)*, montis *Kobel* supra *Theben* prope Posonium (*Jacq. fil.*, *Lumnitzer*), in vineis agri Fluminensis *(Host)*. ♂. Fl. Julio.

198. CACHRYS.

Fructus oblongo-ovalis, cortice spongioso-suberoso, crasso cinctus. *Cocculi* dorso angulati, *Valleculis* planis. (*Involucra* polyphylla.)

1. Cachrys *maritima.*

C. foliis triternatis: foliolis lineari-lanceolatis, acutiusculis, carnosis.

Cachrys maritima. Sprengel Prodr. Umbell. pag. 20. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 412.

Crithmum maritimum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1408. *Host* Synops. p. 151. *Scop.* Carn. 2. n. 367. *Vest* Manuale p. 496.

Crithmum marinum. *Dodon.* Pempt. pag. 705.

Crithmum tertium. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 299.

Crithmum multis seu Foeniculum marinum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 194.

Foeniculum marinum seu Empetrum, seu Calcifraga. *Lobel* Icon. 1. pag. 392.

Radix ramosa, tortuosa, multiceps. *Caules* circiter peda-
, teretes, laeviter striati, erectiusculi, parum ramosi, glabri.
lia carnosa, glabra, glaucescentia, triternata: *foliolis* lineari-
ceolatis, acutis, integerrimis, recurvato-adscendentibus. *Pe-
li* teretes, striati, glabri, basi dilatati, vaginantes: *Vaginis*
evibus, ovatis, amplexicaulibus, submembranaceis, striatis. *Um-
lla* hemisphaerica, submultiradiata. *Umbellulae* multiflorae.
ores flavescentes, conformes. *Involucrum* et *Involucella* po-
phylla: *foliolis* ovato-lanceolatis, concavis, subcarnosis, patu-
. *Fructus* ovato-oblongus, glaber.

Meer-Nussdolde.

In rupestribus ad mare adriaticum Litoralis *(Scopoli, ost)*. 2. Fl. tota Aestate.

199. CORIANDRUM.

Fructus globosus, vix costatus, sutura commissoriali mem-
ana obducta, vittata. *(Involucrum* subnullum. *Flores* radiantes.)

Coriandrum *sativum.*

C. foliis inferioribus ternatis pinnatisve: foliolis subrotun-
-ovatis, inciso-serratis; superioribus triplicato-pinnatis: fo-
lis lineari-lanceolatis, integerrimis, simplicibus bifidisve.

Coriandrum sativum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P.
p. 1448. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 346. *Besser*
lic. n. 360. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 13. *Schkuhr*
andb. I. p. 211. Tab. 72. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 448.
jusd. Oestr. Fl. 2. n. 1170. *Sturm* Deutschl. Fl. Fasc. 3.

Coriandrum. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 70. *Fuchs*
ist. p. 345. *Dodon.* Pempt. p. 302. *Lobel* Icon. I. p. 918.
jusd. Hist. p. 403.

Radix ramosa, fibrosa, extus alba. *Caulis* solitarius, erec-
s, teres, laeviter striatus, glaber, dichotomus. *Folia* glabra:
fima duo vel *tria* ternata et pinnata, longe petiolata: *foliolis*
brotundo-ovatis, inciso-serratis; *lateralibus* subbilobis: *supe-
ora* tripinnata, breviter petiolata et sessilia: *foliolis* lineari-
nceolatis, integerrimis, simplicibus at bipartitis. *Petioli* laevi-
r canaliculati, basi dilatati, vaginantes. *Umbella* quadri-seu
uinqueradiata, inaequalis. *Umbellulae* pauciflorae. *Flores* pal-
de rosei, in disco umbellulae aequales, in radio inaequales:
etalis tribus exterioribus majoribus, radiantibus. *Involucrum*

monophyllum vel nullum. *Involucella* triphylla, dimidiata: *foliolis* lanceolato-linearibus, acutis. *Fructus* globosus, laeviter costatus. *Cocculi* hemisphaerici, costis dorsalibus quatuor, marginalibus duabus, omnibus obtusis.

Gemeiner Coriander.

Ad agros et sepes Galiciae *(Besser)*. ☉. Fl. Jun.

200. BIFORIS.

Hoffmann Umbell. Gen. p. 191.

Fructus didymus. *Cocculi* semiglobosi, acuminati, dorso gibberosi, sub apice suturae commissorialis excavatae bipori. *(Involucrum* monophyllum, foliosum. *Flores* aequales.)

1. Biforis *testiculata.*

B. caule angulato, foliis decompositis: foliolis lineari-lanceolatis, acutis, fructibus didymis. *Sprengel* in *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 448.

Bifora flosculosa. Hoffmann Umbell. Gen. ed. 2. 1. p. 191. *Koch* Umbellif. dispos. p. 84.

Coriandrum testiculatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1448. *Hoffm.* Fl. Germ. p. 103.

Sium testiculatum. Vest Manuale p. 517.

Coriandrum minus odorum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 91.

Coriandrum sylvestre. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 72.

Coriandrum inodorum. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 176.

Coriandrum alterum, minus odorum. *Lobel* Icon. 1. p. 706. *Ejusd.* Hist. p. 404.

Radix alba, descendens, tenuis, simpliciuscula. Tota planta glabra. *Caulis* erectus, teres, striatus, inferne simplex, superne dichotomus. *Folia* subtripinnata: *inferiora* petiolata; foliolis oblongo-lanceolatis; *superiora* sessilia; *foliolis* angusto-linearibus. *Petioli* amplexicaules, basi vix vaginati. *Umbellae* laterales, oppositifoliae, tri-, quadri-, rarius quinqueradiatae: *radiis* inaequalibus, simplicibus, unifloris, rarius bifidis, bifloris. *Umbellulae* nullae. *Flores* albi, in ambitu umbellae radiantes. *Involucrum* monophyllum, lineare, radiis brevius. *Involucella* nulla. *Fructus* didymus, glaber, acumine brevi crassiusculo ter-

minatus, albidus. *Cocculi* fere orbiculati, dorso gibborosi, in sutura commissoriali excavata, superne infra apicem foramine bifido notati.

Hodenförmiger Doppelmund.

In agris Litoralis (*de Vest*). ⊙. Fl. Jun., Jul.

201. SILER.

Fructus ovali-oblongus, compressus. *Cocculi* costis novem obtusis; quinis magis prominulis. (*Involucrum* nullum.)

1. Siler *aquilegifolium.*

S. foliis decompositis, nitidis, glaucescentibus: foliolis ovatis, lobatis, crenatis, obtusis.

Siler aquilegifolium. *Gärtner* de Fruct. 1. p. 92. Tab. 21. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 449. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 88.

Siler trilobatum. *Scop.* Carn. 2. n. 195. (exclusis syn. *Linnei* et nonnullis aliis.) *Crantz* Austr. p. 186.

Siler folio Aquilegiae. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 67.

Laserpitium aquilegifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1415. *Host* Synops. p. 152. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 29. Tab. 147. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1113. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 349.

Seseli aethiopicum alterum e monte Calenberg. *Clusii* Hist. 2. pag. CXCV.

Radix fusiformis, extus nigrescens. *Caulis* erectus, teres, subtilissime striatus, glaber, laevis, glaucus, aetate atro-purpureus, ramosus, quadri-ad sexpedalis. *Folia* glabra, supra saturate viridia, subtus glauco-cinerascentia: *radicalia* et *infima caulina* longe petiolata, bipinnato-triternata; *superiora* pinnato-biternata, brevius petiolata; *summum* unum et alterum ternatum, in apice vaginae sessile: *foliolis* ovatis, sessilibus, amplis, inaequaliter et obtuse lobatis: *lobis* apice mucrone brevi terminatis. *Petioli* tereti-subcompressi, basi dilatati, vaginantes: *Vaginis* subventricosis, glabris, glaucescentibus. *Umbella* rara, ampla, submultiradiata. *Umbellulae* multiflorae, convexae. *Flores* albi, conformes. *Involucrum* nullum, aut monophyllum, caducum. *Involucella* vel nulla, vel pauca tantum; *foliolis* lineari-lanceolatis, caducis. *Fructus* ovali-oblongus, compres-

sus, obtusus. *Cocculi* dorso convexo-plani, costis quinque subalatis, cum interjectis quatuor angustioribus, margine subalati.

Akeleiblätteriger Siler.

In montibus Austriae (*Clusius*, *Jacq.*, *Wulfen*). 4. Fl. Majo, Jun.

202. CICUTA.

Fructus subglobosus, depressus, solidus. *Cocculi* costis quinque, cortice in Valleculis prominulo. (*Involucrum* subnullum.)

1. Cicuta *virosa.*

C. foliis tripinnatis; foliolis subternis, lanceolatis, acutis, serratis, umbellis oppositifoliis.

Cicuta virosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1445. *Besser* Galic. n. 357. *Gmelin* Badens. n. 442. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 37. *Hoffmann* Umbell. Gen. ed. 2. 1. p. 179. *Lumnitz.* Poson. n. 284. *Pollich* palat. n. 294. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 209. Tab. 71. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 452. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1203. Flora Dan. Tab. 208.

Coriandrum Cicuta. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 347.

Sium Cicuta. *Vest* Manuale p. 512.

Cicutaria. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 76.

Cicuta aquatica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 176.

Sium alterum. *Dodon.* Pempt. p. 582.

Sium alterum, Olus atri facie. *Lobel* Icon. 1. pag. 208. *Ejusd.* Hist. p. 105.

Sium majus angustifolium. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 203.

β *tenuifolia:* foliolis linearibus.

Cicuta virosa. *Rebentisch* Neomarch. n. 477. Var.

Cicuta angustifolia. *Kitaibel* in *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1204.

Radix crassa, fibrosa, extus nigricans, intus cava, septis distincta. *Caulis* erectus, teres, laeviter striatus, basin versus purpurascens, glaber, fistulosus, ramosus, dichotomus. *Folia* glabra: *radicalia* supra decomposita, in planta florente plerumque emarcida; *caulina* alterna; *inferiora* tripinnata; *superiora*

subbipinnata: *foliolis* lanceolatis, serratis, plerumque subternis, acutis. *Petioli* teretiusculi, fistulosi, basi dilatati, vaginantes. *Umbellae* oppositifoliae et terminales, multiradiatae, convexae. *Umbellulae* hemisphaericae, multiflorae. *Flores* albi, conformes. *Involucrum* nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* linearibus, inaequalibus, umbellula longioribus. *Fructus* globosus, depressus. *Cocculi* hemisphaerici, dorso quinquecostati, costis latiusculis, parum elevatis.

β tenuifolia.

Differt tantum: 1. *Statura* graciliore. 2. *Foliis* angusto-linearibus. 3. *Umbellis* rarioribus, radiis sex ad octo.

Observ. Secundum specimen a b. *Willdenow* acceptum, hanc varietatem a loco natali obortam, nullo modo pro distincta specie habere possum, ut voluit b. *Kitaibel.*

Giftiger Wasserschierling.

In fossis, stagnis, ad fluviorum lente fluentium ripas; *β* in pratis et pascuis arenosis, subhumidis Neomarchiae (*Willden.*, *Rebentisch*), Hungariae (*Kitaibel*). ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

203. AETHUSA.

Fructus ovato-subrotundus, solidus. *Cocculi* cortice in costas quinque dorsales, acutas, prominulas, turgescente. (*Involucrum* subnullum. *Involucella* dimidiata.)

1. Aethusa *Cynapium.*

A. foliis subtripinnatis: foliolis incisis; laciniis lanceolatis.

Aethusa Cynapium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1446. *Besser* Galic. n. 338. *Gmelin* Badens. n. 443. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 35. *Lumnitzer* Poson. n. 285. *Pollich* palat. n. 295. *Schkuhr* Handb. 1. p. 210. Tab. 72. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 454. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1171.

Coriandrum Cynapium. *Crantz* Austr. p. 211. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 346.

Sium Cynapium. *Vest* Manuale p. 512.

Cynapium. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 75.

Cicutaria fatua. *Lobel* Icon. 2. pag. 280.

Cicutaria apiifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 179.
Petroselinum caninum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 273.

β pumila.

Aethusa Cynapium α arvensis. Wallroth Sched. crit. I. p. 119. *Ejusd.* Annus bot. p. 44.

Radix fusiformis, fibrosa, alba. *Caulis* erectus, ramosus, dichotomus, teres, striatus, glaber, fistulosus, quasi nebula violacea obductus. *Folia* glabra, tripinnata: *foliolis* incisis; *laciniis* lanceolatis. *Petioli* semiteretes, canaliculati, solidi, basi dilatati, vaginantes; *Vaginis* striatis, margine membranaceis. *Umbellae* laterales, oppositifoliae et terminales inaequales, multiradiatae, planae. *Umbellulae* planae, multiflorae. *Flores* albi, subaequales, parum radiantes. *Involucrum* nullum. *Involucella* dimidiata, triphylla: *foliolis* longis, linearibus pendulis. *Fructus* ovato-subrotundus, glaber.

β pumila.

Differt: 1. *Caule* gracili, digitali. 2. *Vaginis* foliorum excurrentibus, productis. 3. *Umbellulis* paucifloris, breviter pedicellatis, Involucella subaequantibus.

Garten-Gleiss.

In hortis et cultis; *β* in arvis post messem circa Halam Saxonum (*Wallroth*). ☉. Fl. Jul., Aug.

204. PHYSOSPERMUM.

Fructus ovato-oblongus, didymus. *Cocculi* dorso obtuse quinquecostati, utriculo laxo globoso vix striato vestiti. *Valleculae* univittatae. (*Involucrum* oligophyllum.)

1. Physospermum *commutatum.*

P. foliis radicalibus subtriternatis: foliolis cuneatis, inciso-dentatis, obtusiusculis; caulinis superioribus stipulaceis, integerrimis.

Physospermum commutatum. Sprengel Prodr. Umbell. p. 19. *Ejusd.* Umbell. Spec. pag. 22. Tab. fig. 8. *Koch* Umbellif. disposit. p. 134. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 456.

Ligusticum aquilegifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1425. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1164.

Ligusticum cornubiense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1426.

Ligusticum alterum Belgarum. *Lobel* Icon. 1. pag. 786. *Ejusd.* Hist. p. 457.

Ligusticum alpinum belgicum, foliis Absinthii, semine rotundo. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 147.

Ligusticum alterum Lobelii. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 205.

Danea aquilegifolia. Allion. Pedemont. n. 1392. Tab. 63.

Radix fusiformis, apice contracta. *Caulis* erectus, teres, striatus, scabriusculus, basi purpurascens, superne ramosus. *Folia radicalia* longe petiolata, ternato-supra decomposita, latiora, quam longa: *foliolis* cuneatis, inciso-dentatis, obtusiusculis, venoso-reticulatis, margine et ad venas scabriusculis, subtus pallidioribus; *caulina* parva; *inferiora* ternata, breviter petiolata; *foliolis* sessilibus, lanceolatis, acutiusculis, vix lobatis, integerrimis; *superiora* simplicia, stipulas referentia. *Umbella* terminalis, multiradiata: *radiis* erectis, teretibus, striatis, glabris. *Umbellulae* parvae, multiflorae. *Flores* albi, uniformes. *Involucrum* et *Involucella* oligophylla: *foliolis* lanceolatis, acutis, integris, patentibus. *Fructus* ovato-oblongus, niger, utrinque striatus costis parum exstantibus. *Vittae* latae.

Akeleiblätteriger Schlauchsame.

Observ. Fructus immaturus *Smyrnii* simillimus, maturo utriculus secedit. *Sprengel.*

In vineis Syrmiae (*Kitaibel*), in monte *St. Gotthard* prope *Grätz* (*de Vest*). 2. Fl. Jul., Aug.

205. PLEUROSPERMUM.

Hoffmann Umbell. Gen. p. IX.

Fructus oblongo-ovatus. *Cocculi* duplici utriculo: *externo* quinquelobo, filis cum *interno* quinquangulari cohaerente. (*Involucrum* et *Involucella* polyphylla.)

1. Pleurospermum *austriacum.*

P. foliis bipinnatis, glabris: foliolis ovato-lanceolatis, alterne pinnatifidis, incisis: extimis confluentibus.

Pleurospermum austriacum. Schultes Syst. Veg. 6. p. 457.

Ligusticum austriacum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1426. *Besser* Galic. n. 349. *Crantz* Austr. p. 197.

Host Synops. p. 156. *Jacq.* Flora Austr. 2. p. 32. Tab. 151. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1165. *Vest* Manuale pag. 508. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 351. *Allion.* Pedemont. n. 1324. Tab. 43.

Ligusticum grandifolium. *Pohl* Bohem. n. 452.

Ligusticum alterum. *Camerar.* Epit. p. 506.

Seseli primum montanum pannonicum. *Clusii* Hist. 2. pag. CXCIII.

Seseli alpinum seu montanum primum Clusii, folio splendente, flosculis albis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 168.

Radix magna, pollinis crassitie, ramosa, extus fusco-flavescens. *Caulis* erectus, teres, glaber, fistulosus, sulcatus, pollicis crassitie, bi-, tripedalis, superne ramosus. *Folia* glabra, supra saturate viridia, nitida, subtus pallidiora, bipinnata: *foliolis* subovato-lanceolatis, sessilibus, latiusculis, inciso-dentatis; *extimis* confluentibus: *radicalia* et *caulina inferiora* longe petiolata; *superiora* in vagina petiolari sessilia. *Umbellae* magnae, in caule ramisque terminales, planae, multiradiatae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, conformes. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, inaequalibus vel integris, vel pinnatifido-incisis, demum reflexis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* similibus cum Involucro, umbellula vix longioribus. *Fructus Cocculi* dorso duplici cortice vestiti; *exteriore* laxo, reticulato, in quinque costas inflatas, plicatas, denticulatas elevato; *interiore* laxe cum membranula seminis cohaerente, costis quinque membranaceis exterioribus oppositis, opere celluloso cum iis connectente.

Oestreichischer Hautsame.

In alpibus austriacis, noricis, carniis, sudeticis et carpathicis. ♃. Fl. Jul., Aug.

† † † † *Fructus armati, hirti.*

206. CAUCALIS.

Fructus oblongus, subcorticatus, angulatus. *Cocculi* dorso *costis primariis* quinque, (tribus intermediis dorso, duabus lateralibus plano commissoriali impositis) setosis vel aculeatis; *secundariis* quatuor, magis prominulis, uni-, bi- seu trifariam aculeatis, *aculeis* distinctis. (*Involucrum* subnullum, vel oligophyllum. *Flores* subradiantes.)

Caucalis *daucoides.*

C. foliis decompositis, subtus pilosis: foliolis pinnatifidis; iniis abbreviatis, obtusiusculis, involucro nullo, umbellis op- ıitifoliis; fructiferis bi-trifidisve, oligocarpis.

Caucalis daucoides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. 1384. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 305. (exclusis synon. *uhini* et *Buxbaumii.*) *Besser* Galic. n. 327. *Gmelin* dens. n. 406. *Host* Synops. p. 143. *Jacq.* Flora Austr. 1. b. 157. *Lumnitz.* Poson. n. 266. *Schultes* Syst. Veg. 6. ɣ. 460. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1100. *Vest* Manuale 494. *Wallroth* Annus bot. p. 45.

Caucalis leptophylla. Crantz Austr. pag. 225. *Jacq.* ıum. Vind. p. 46. *Mönch* Hass. n. 225. *Pollich* palat. 272. secundum *Koch. Schkuhr* Handb. 1. p. 191. Tab. 61.

Echinophora. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 24.

Echinophora tertia leptophyllon, purpurea. *Columnae* phras. 1. p. 96. Tab. 97.

Radix fusiformis, crassitie pennae corvinae, descendens, ıa, subramosa. *Caulis* angulosus, ramosus, divaricatus, plus nus hispidulus, saepe purpurascens. *Folia* supra glabra, sub- ı, in costis praesertim, pilis rigidis, sparsis, obsessa, periphe- ı triangularia, decomposita: *foliolis* pinnatifidis; *laciniis* bre- ıus acutiusculis. *Petioli* canaliculati, setis adspersi, basi di- ıati, vaginantes: *Vaginis* ovatis, margine membranaceis et perne praesertim fimbriatis. *Pedunculi* oppositifolii, patuli, io opposito longiores. *Umbella* plerumque trifida, rarius quin- efida. *Umbellulae* plerumque quinqueflorae, rarius sex-ad ptemflorae. *Flores* brevissime pedicellati, omnes conformes, rvi, albi, extus rubicundi: *exteriores* duo vel tres tantum fer- es. *Involucrum* in planta juniore monophyllum, lanceolatum, rvum, deciduum; in adultiore nullum, sed ejusdem loco umbella si pilis cincta. *Involucella* plerumque tria, dimidiata; *foliolis* ıceolato-linearibus, ciliatis. *Fructus* oblongo-ovatus, calyce ronatus. *Cocculi* dorso *costis primariis* quinque aculeis gla- is, rigidis, apice uncinatis, basi latioribus, dense echinatis; *se- ndariis* quatuor aculeolis remotis adspersis.

Möhrenblätterige Haftdolde.

In arvis et inter segetes passim. ⊙. Fl. Jun., Jul.

Caucalis *leptophylla.*

C. foliis decompositis, utrinque setoso-scabris; foliolis pin-

natifidis; laciniis oblongo-lanceolatis; obtusiusculis; pilo terminatis, involucro nullo, umbellis oppositifoliis, bifidis.

Caucalis leptophylla. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1386. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 308. *Gmelin* Badens. n. 407. (excluso synon. *Schkuhrii.*) *Jacq.* Hort. Vindob. 3. p. 2. *Hoffm.* Umbell. ed. 2. 1. pag. 57. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 468. (excluso synon. *Columnae.*) *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1102. (excluso synon. *Schkuhrii.*) *Vest* Manuale pag. 494.

Caucalis humilis. *Jacq.* Hort. Vindob. 2. Tab. 195.

Tota planta scabra. *Caulis* ramosus, diffusus, pilis reversis exiguis adspersus, striatus. *Folia* decomposita, undique pilis brevibus, adpressis, sparsis obsessa: *foliolis* pinnatifidis; *Laciniis* oblongis, pilo terminatis. *Petiolorum Vaginae* oblongae, margine membranaceae, albae, glaberrimae. *Umbellae* bifidae, laterales, oppositifoliae. *Pedunculis* fere horizontalibus crassiusculis, rigidis, folio opposito dimidio brevioribus, insidentes; *Radiis* validis, obsolete tetragonis, pedunculo duplo brevioribus. *Umbellulae* quinque, -sex-, septemflorae. *Flores* plerique fertiles, primum rubicundi, demum albi; *exteriores* vix parum radiantes. *Involucrum* plerumque nullum, nec ejusdem loco pilorum annulus. *Involucella* plerumque pentaphylla: *foliolis* lanceolato-linearibus, pedicellis fructiferis duplo fere brevioribus. *Fructus* subcylindricus. *Cocculi* dorso *costis primariis* quinque et *secundariis* quatuor setosis: setis verticillato-hispidis, apice bi- seu triglochidibus.

Kleinblätterige Haftdolde.

Observ. Ne confundatur cum antecedente *C. daucoide*, a qua recedit: 1. *Scabritie* omnium partium. 2. *Foliolorum laciniis* magis elongatis et pilo terminatis. 3. *Vaginis* petiolorum longioribus, margine integerrimis; nec fimbriatis. 4. *Pedunculis* folio opposito brevioribus, ratione brevitatis crassis, rigidis, fere horizontalibus. 5. *Umbellis* bifidis: *radiis* brevioribus et crassioribus. 6. *Defectu* pilorum annulo sub umbella nuda. 7. *Floribus exterioribus* subradiatis. 8. *Fructibus* cylindraceis, quinque seu sex in umbella, longius pedicellatis. 9. *Setis* fructuum verticillato-hispidis; nec glabris, apice glochidibus; nec simpliciter uncinatis.

In arvis et inter segetes passim in Germania australiore. ⊙. Fl. Jun., Jul.

3. Caucalis *latifolia.*

C. foliis decursive pinnatis, scabris: foliolis lanceolatis pinnatifido-serratis, involucro subpentaphyllo, margine scarioso, umbellis subtrifidis, oppositifoliis.

Caucalis latifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1384. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 306. *Gmelin* Badens. n. 408. *Jacq.* Hort. Vindob. 2. p. 59. Tab. 128. *Pollich* palat. n. 271. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 465. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1101. *Vest* Manuale pag. 494. *Wallroth* Annus bot. p. 45. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. pag. 346.

Turgenia latifolia. Hoffmann Umbell. Gen. ed. 2. 1. p. 59. *Koch* Umbellifer. disposit. p. 80.

Caucalis secunda. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 29.

Echinophora quinta, major, platyphyllos, purpurea. *Columnae* Ecphras. 1. p. 98. Tab. 97.

Lappula canaria sive Caucalis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 80.

Radix descendens, filiformis, ramosa, alba. Tota planta scabra. *Caulis* erectus, striatus, angulatus, rigidus, dichotomus, pedalis et bipedalis. *Rami* erecto-patuli. *Folia* pinnata: Pinnis oppositis, oblongo-lanceolatis, pinnatifido-serratis, basi cuneiformi-decurrentibus; *serraturis* oppositis, lato-lanceolatis, brevissime mucronatis. *Petioli* breves, mox dilatati, vaginantes. *Vaginae* margine membranaceae, striatae, caulem amplectentes. *Umbella* bi-vel trifida, rarius quinquefida; *radiis* crassiusculis, rigidis. *Umbellulae* quinque-seu sexflorae. *Flores* rubicundi, disci conformes, plerumque steriles, duobus vel tribus radii subradiantes, fertiles, petalo exteriore majore. *Involucrum* di-, tri-aut pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, margine membranaceis. *Involucella* plerumque pentaphylla: *foliolis* obtusis magisque ex albo membranaceis. *Fructus* hujus generis fere maximus, oblongo-ovatus, calyce stylisque crassioribus coronatus. *Cocculi* costis primariis quinque, cum secundariis quatuor, bi-, trifariam aculeatis; *aculeis* apice partim rectis, partim unciatis, validis, spadiceo-fuscescentibus.

Breitblätterige Haftdolde.

In arvis et inter segetes, praesertim elatiores, passim in Germania inprimis australiore. ⊙. Fl. Jun., Jul.

207. DAUCUS.

Fructus oblongus solidiusculus. *Cocculi* dorso *costis primariis* quinque (tribus intermediis dorso, duabus lateralibus plano commissoriali impositis) setulosis; *secundariis* quatuor, magis prominulis, uni-, bi- seu trifariam aculeatis; *aculeis* basi plus minus connexis. (*Involucrum* varium. *Involucella* polyphylla. *Flores* radiantes.)

Observ. Limites inter hoc et antecedens genus, quoad fructus structuram valde viles sunt, ut vix ac ne vix quidem rite determinari queant et ita ambo commode combinarentur.

1. Daucus *Carota.*

D. foliis supra decompositis: foliolis inciso-pinnatifidis, subtus praesertim hispidulis; laciniis lanceolato-linearibus, setula terminatis, involucri foliolis pinnatifidis, umbella multiradiata.

Daucus Carota. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1389. *Besser* Galic. n. 229. *Gmelin* Badens. n. 409. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 2. *Pollich* palat. n. 273. *Schkuhr* Handb. 1. p. 192. Tab. 61. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 473. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1107. *Scop.* Carn. 2. n. 307. Flora Dan. Tab. 723.

Daucus vulgaris. *Clusii* Hist. 2. p. CXCVIII.

Caucalis Carota. Crantz Austr. pag. 227. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 304. *Vest* Manuale pag. 493.

Pastinaca tenuifolia sylvestris. *Dodon.* Pempt. p. 679.

Pastinaca erratica. *Fuchs* Hist. p. 684.

Pastinaca sativa prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 192.

Pastinaca sylvestris. *Camerar.* Epit p. 508.

β *carnosus*, flore in umbellae centro sterili carnoso.

Daucus Carota. Schultes Syst. Veget. l. c. β.

Daucus mauritanicus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1390.

Caucalis carnosa. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 305.

Radix fusiformis, descendens, pallide flava, fibrosa. *Caulis* erectus, sulcato-striatus, pilosus, dichotomus, pedalis et bipedalis. *Folia* inferiora supra decomposita, superiora decomposita: *foliolis* inciso-pinnatifidis, subtus praesertim ad costam pilosis: *laciniis* lanceolato-linearibus, apice setula brevi termi-

atis. *Petioli* canaliculati, pilosi, basi dilatati, submembrana-ei, caulem amplectentes. *Umbellae* oppositifoliae et termi-ales, multiradiatae, sub anthesi planae, fructiferae contractae. *mbellulae* multiflorae, sub anthesi convexiusculae, post anthe-n excavatae. *Flores* albi, inaequales, radiantes. *Involucrum* erumque octophyllum: *foliolis* lanceolatis, trifidis vel pinnati-lis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolatis, integris vel ifidis. *Fructus* oblongus, subcompressus, calyce atque stylo-dio cum stylis coronatus. *Cocculi* costis, setis et aculeolis uni-riam dispositis, basi subconnexis, apice partim rectis, partim icinatis armatis.

β Carnosus.

Differt tantum *Flosculo* centrali in Umbella majore atro-rpureo, imperfecto, carnoso, sterili.

Gemeine Mohrrübe.

In pratis, pascuis, ad viarum margines, praesertim solo li-oso. ♂. Fl. Jun., Jul., Aug.

Daucus *grandiflorus.*

D. foliis decompositis, glabris: foliolis pinnatifidis; laciniis earibus, acuminatis, abbreviatis, involucri foliolis integris, rgine scariosis, umbella pauciradiata.

Daucus grandiflora. Scop. Carn. 2. n. 308.

Caucalis grandiflora. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1383. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 307. *Gme-n* Badens. n. 405. *Host* Synops. p. 143. *Jacq.* Fl. Austr. b. 54. *Pollich* palat. n. 270. *Schultes* Syst. Veget. 6. g. 464. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1099. *Vest* Manuale 493. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 119.

Caucalis. *Dodon.* Pempt. p. 700.

Caucalis albo flore. *Clusii* Hist. 2. p. CCI.

Caucalis prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 290.

Caucalis albis floribus vulgaris. *Lobel* Icon. 1. pag. 728. *usd.* Hist. p. 420.

Echinophora flore magno. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 25.

Orlaya grandiflora. Hoffmann Umbell. Gen. ed. 2. 1. 58. *Koch* Umbellif. dispos. p. 79.

Radix filiformis, ramosa, descendens, alba. *Caulis* erectus, gulatus, laevis, glaber, mox supra basin dichotome ramosus, nipedalis, pedalis et major. *Rami* erecto-patentes. *Folia*

vel subtus scabra, vel utrinque glaberrima, subtripinnata: *foliolis* pinnatifidis; laciniis brevibus, linearibus, integerrimis, acutiusculis. *Vaginae* oblongo-ovatae, margine albo, membranaceo. *Umbella* quinqueradiata plana. *Umbellulae* submultiflorae. *Flores* albi, in disco conformes, plerique steriles; in radio radiantes: *Petalo exteriore* maximo, bipartito, umbellulam superante, plano; *laciniis* oblongis, obtusissimis. *Involucrum* plerumque pentaphyllum: *foliolis* lato-lanceolatis, mucronatis integris, nervosis, margine scariosis, albis; unico reliquis majore. *Involucella* tri-ad pentaphylla, dimidiata: *foliolis* involucro similibus. *Fructus* oblongo-ovatus. *Cocculi* costis primariis quinque setosis; secundariis quatuor magis prominulis, bi-seu trifariam aculeatis: *aculeis* partim rectis, partim uncinatis.

Grossblumige Mohrrübe.

Inter segetes passim in Germania, praesertim australiore. ☉. Fl. Majo, Junio.

208. TORILIS.

Fructus vel ovatus, vel oblongus. *Cocculi* dorso *costis primariis* quinque (tribus intermediis dorso, duabus lateralibus plano commissoriali impositis) setulolis; *secundariis* aculeorum copia, totam Valleculam occupantium, obliteratis. (*Involucrum* varium *Involucella* polyphylla. *Flores* subradiantes.)

Observ. A *Caucalide* et *Dauco* recedit hoc genus cocculi costis secundariis, ob copiam aculeorum, totam Valleculam occupantium, obliteratis, ut ita primo intuitu cocculi dorso undique dense aculeis obtecti appareant.

1. Torilis *Anthriscus.*

T. strigosa, foliis bipinnatis: foliolis oblongis, inciso-serratis, caulinorum superiorum terminali elongato, fructuum cocculis utrisque setosis, involucro pentaphyllo.

Torilis Anthriscus. Gmelin Badens. n. 402. *Hoffm.* Umbell. Gen. 1. p. 51. Tab. 1. Fig. 18. Tab. 1. B. Fig. XXXV. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 24. *Schultes* Syst Veget. 6. pag. 482. *Wallroth* Annus bot. p. 45. *Ejusd.* Sched. crit. 1. pag. 122.

Caucalis Anthriscus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1388. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 309. *Besser*

Galic. n. 328. *Crantz* Austr. p. 226. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 36. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 261. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1105. *Scop.* Carn. 2. n. 311. Flora Dan. Tab. 919.

Caucalis rubello flore. *Clusii* Hist. 2. p. CCII.

Caucalis semine aspero, floribus subrubentibus. *C. Bauh.* Prodr. p. 80.

Tordylium Anthriscus. Linn. Syst. Plant. ed. *Reichard* 1. p. 663. *Lumnitz.* Poson. n. 265. *Pollich* palat. n. 269.

Radix fusiformis, subramosa, extus e luteo fusceseens. Tota planta pilis depressis strigosa. *Caulis* erectus, ramosus, striis rubris notatus, pilis reversis strigosus. *Folia* saepius maculis sanguineis adspersa: *inferiora* bipinnata; *foliolis* pinnatifidis; laciniis inciso-serratis: *superiora* pinnata; *foliolis* inciso-serratis; *extimo* elongato, lanceolato; *summa* ternata. *Umbellae* terminales et axillares, multiradiatae, planae; *radiis* pilis seorsum directis strigosis. *Umbellulae* planae, multiflorae. *Flores* rubicundi, subregulares, in disco plerumque abortientes. *Involucrum* penta-seu hexaphyllum: *foliolis* integris, subulatis, radiis umbellae dimidio brevioribus. *Involucella* numero et figura similia Involucris, longitudine pedicellorum. *Fructus* ovalis, vix parum compressus, setis brevibus, subincurvis et apice rubicundis muricatus.

Hecken-Drehkraut.

In sepibus et dumetis. ☌. Fl. Jun., Jul.

2. Torilis *infesta.*

T. scabriuscula, foliis bipinnatis; foliolis ovatis lanceolatisve, inciso-serratis, fructuum cocculo exteriore setoso; interiore muricato, involucro subnullo.

Torilis neglecta. Schultes Syst. Veg. 6. p. 484.

Caucalis infesta. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 1103. (excluso synon. *Jacquini.*) *Vest* Manuale p. 495.

Scandix infesta. Jacq. Flora Austr. Tab. 29. (exclus. synon.) *Linn.* Syst. Veget. 237. *Host* Synops. p. 163. (excluso syn. *Jacq.*)

Habitu propius accedit ad antecedentem, quam ad sequentem. Ab antecedente recedit: 1. *Radice* annua; nec bienni. 2. *Caule* cum *ramis* exasperato tantum; nec setis retrofractis strigoso. 3. *Foliolis* foliorum superiorum *terminalibus* minus

elongatis. 4. *Involucro* monophyllo. 5. *Umbellis* densioribus, hemisphaericis. 6. *Floribus* albis; *marginalibus* evidentissime radiantibus: *Petalis exterioribus tribus* multo majoribus *interioribus duobus*, petalum unicum mentientibus ad basin bifidum sine apice inflexo, hoc nempe in latere exteriore inflexo lobo altero fere deficiente, unde Corolla fere tetrapetala apparet. 7. *Fructibus* oblongis; nec ovatis: *Cocculo exteriore* dorso setis uncinatis et laeviter hispidis armato, ut in antecedente; *interiore* tantum muricato.

Observ. Absque dubio *Linneus* in posterioribus temporibus hanc plantam in Herbario suo cum sequente commutavit, nam diagnosis *Scandicis infestae* in Systemate Vegetab. pag. 237. exactissime respondet *Jacquinianae* hic descriptae plantae, non vero plane descriptio. Plantam vivam observare mihi contigit in horto botanico Erlangensi 1778. e seminibus a *Jacquino Schrebero* missis.

Verhasstes Drehkraut.

In agris et ad fruticeta sylvarumque margines Austriae *(Jacq., Host)*, Hungariae *(Schultes)*. ☉. Fl. Jul., Aug.

3. Torilis *helvetica.*

T. substrigosa, foliis bipinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, inciso-pinnatifidis, serratis; terminali elongato, lanceolato, fructuum cocculis utrisque setosis, involucro subnullo.

Torilis helvetica. Gmelin Badens. n. 403. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 24. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 483.

Torilis infesta. Hoffmann Umbell. Gen. 1. pag. 53. Tab. 1. B. Fig. 35. f. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 120.

Caucalis helvetica. Jacq. Hort. Vindob. 3. p. 12. Tab. 16. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 345.

Caucalis arvensis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1387. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1104. *Vest* Manuale pag. 494.

Radix filiformis, subramosa, alba. *Tota* planta pilis depressis substrigosa. *Caulis* a basi ramosus, teres, striatus, pilis retropressis, palmaris et pedalis. *Rami* divaricati, diffusi, alterni. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* bipinnata; superiora pinnata et demum ternata; *foliolis* oblongo-lanceolatis, pinnatifido-invisis; *terminali* elongato. *Umbella* in caule ramisque terminalis, quadri-ad sexradiata, erecta, patula: *radiis* pilis

sursum directis scabris. *Umbellulae* parvae, pauciflorae. *Flores* parvi, albi, rarius carnei, subradiantes: *exteriores* umbellulae petalis tribus exterioribus, paullo majoribus interioribus. *Involucrum* ut plurimum nullum vel monophyllum, rarissime diphyllum, valde caducum. *Involucella* pentaphylla, quandoque triphylla; *foliolis* angusto-linearibus. *Fructus* oblongo-ovatus. *Cocculi utrique* dorso setis ad lentem hispidis, apice glochideis, e viridi cinerascentibus, demum nigrescentibus, armati.

Schweizerisches Drehkraut.

Observ. Structura partium quam proxime accedit ad *Torilem Anthriscum*, ut varietatem putes, a loco natali steriliori obortam, tamen caule distinguenda.

In arvis apricis, aridis eorumque marginibus Austriae *(Jacq.)*, Tergesti *(Wulfen)*, prope Göttingam *(Schrader)*, ad Halam Saxonum *(Wallroth)*, alibique. ☌. Fl. Jul., Aug.

4. Torilis *nodosa.*

T. scabra, foliis bipinnatis: foliolis lanceolatis, inciso-pinnatifidis: laciniis lineari-lanceolatis, fructibus radialibus undique setosis, centralibus muricatis, involucellis oligophyllis, umbellis glomeratis, oppositifoliis, subsessilibus.

Torilis nodosa. *Gärtner* de fruct. 1. pag. 82. Tab. 20. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 24. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 485.

Caucalis nodosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1388. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 309. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1106. *Scop.* Carn. 2. n. 313. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 344.

Caucalis nodosa, echinato semine. *C. Bauh.* Prodr. p. 80. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 83.

Caucalis ad alas florens. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 36. (cultam plantam repraesentat.)

Tordylium nodosum. *Linn.* Syst. Plant. ed. *Reich.* I. p. 663. *Jacq.* Flora Austr. 5. Append. p. 40. Tab. 24. *Roth* Beitr. zur Bot. 1. p. 17 *Host.* Synops. p. 142.

Radix filiformis, tenuis, ramosa. *Caules* prostrati, ramosi, diffusi, teretes, scabriusculi, dichotomi. *Folia* pilosa, internodiis breviora, bipinnata: *radicalia* et *caulina inferiora* petiolata, *summa* subsessilia: *foliolis* lanceolatis, inciso-pinnatifidis; *laciniis* lineari-lanceolatis. *Umbellae* laterales, oppositifoliae,

subsessiles, vel in fertiliori solo breviter pedunculatae, simplicissimae, subglobosae, submultiflorae. *Flores* exigui, sessiles, albi, rarius rubicundi, uno alterove sterili. *Involucrum* nullum. *Involucella* flores fulcientia nonnulla, exigua, angusto-lanceolata. *Fructus* sessiles, ovati: in *radio* pilis rigidis uncinatis undique armati; in *disco* punctis elevatis tantum muricati.

Seitenblühtiges Drehkraut.

In arvis, ad aggeres, vias et vineas, praesertim in solo limoso Austriae, Forijulii, Istriae, Litoralis (*Wulfen*, *Scopoli*), prope Gissam (*Dillenius*), in Ducatu Oldenburgico (*Trentepohl*). ⊙. Fl. Jul., Aug., Sept.

209. ATHAMANTA.

Fructus elliptico-oblongus. *Cocculi* solidi dorso quinquecostati, hispiduli aut villosi. (*Involucrum* vel polyphyllum vel nullum.)

1. Athamanta *Libanotis.*

A. caule sulcato, foliis radicalibus bipinnatis; caulinis bipinnatifidis; foliolis inciso-pinnatifidis; infimis decussatis; laciniis lanceolatis, involucro polyphyllo.

Athamanta Libanotis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1406. *Roth* Flora Germ. T. I. P. II. pag. 313. *Besser* Galic. n. 337. *Gmelin* Badens. n. 417. *Host* Synops. p. 147. *Jacq.* Flora Austr. 4. Tab. 392. *Lumnitz.* Poson. n. 221. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 488. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1132. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 137. *Vest* Manuale p. 491. Flora Dan. Tab. 754.

Libanotis daucoides. *Scop.* Carn. 2. n. 317.

Libanotis. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 37.

Libanotis prima. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 309.

Apium petraeum seu montanum album. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 105.

Daucus montanus apii folio minor. *C. Bauh.* Prodr. p. 77.

β pyrenaica: foliolis remotius pinnatifidis; laciniis subfalcatis.

Athamanta Libanotis, β pyrenaica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. l. c. *Ejusd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 307.

Athamanta pyrenaica. *Jacq.* Hort. Vindob. 2. Tab. 197.

Ammi daucifolium. *Scop.* Carn. 2. n. 342. Tab. 10.

Ligusticum athantoides. *Schultes* Syst. Veget. 6. p 550. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 126.

Radix fusiformis, flavescens. *Caulis* erectus, ramosus, angulatus, canaliculatus, nitidus, inferne plerumque glaber, superne cum ramis plus minus pubescens. *Folia* plus minus glabra, pallide viridia, basi vaginantia, bipinnata: *foliolis* inciso-pinnatifidis; infimis sursum et deorsum directis, hinc decussatis; *laciniis* lanceolatis. *Vaginae* striatae, glabrae, basi caulem amplectentes et saepe barbatae. *Umbella* et *Umbellulae* multiradiatae et multiflorae, hemisphaericae; *radiis* hirsutis. *Flores* aggregati, omnes hermaphroditi, primum rubelli, vel rosei, demum sordide albi. *Involucrum* et *Involucella* polyphylla: *foliolis* lineari-lanceolatis, subulatis. *Fructus* ovato-oblongus, villoso-hirsutus.

β pyrenaica: Differt inprimis foliolorum divisione et laciniarum forma.

Observ. Specimina mea in horto culta proprio omnino fructibus gaudent hirsutis, hinc *Athamanta*, nec Ligusticum est. In Literis ad *Murrayum* ipse *Jacquinus* *Athamantam* suam *pyrenaicam* fere varietatem *Athamantae Libanotidis* agnovit.

Gewürzhafte Hirschwurz.

Observ. Habitu et pube mirum in modum variat quoad loci natalis diversitatem. In alpestribus est planta digitalis et spithamaea, hirsuta, foliolis tenerius divisis; ubi in planitiem descendit, glabrior evadit et procerior, pedalis et ultra, ut tandem omnem deponat pubem. Sic in *Fimbria* insula maris Baltici specimina vidi bi-, tripedalia et fere tota glabra.

In montibus et pratis, ad montium fines passim; *β* in Carniolia circa Idriam, in *Kubillae* rupibus prope rivum (*Scopoli*). 2|. Fl. Jun., Jul., Aug.

2. Athamanta *cretensis.*

A. caule striato, foliis tripartito-decompositis, plus minus hirsutis: foliolis linearibus, trifidis: laciniis cuspidatis, involucro oligophyllo.

Athamanta cretensis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II.

p. 1404. *Gmelin* Badens. n. 338. *Host* Synops. pag. 148. *Jacq.* Enum. Vindob. pag. 218. *Ejusd.* Flora Austr. Tab. 62. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 493. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1136. *Vest* Manuale pag. 491.

Daucus creticus. *Clusii* Hist. 2. p. CXCVIII. *Camerar.* Epit. p. 536.

Daucus creticus semine hirsuto. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 56.

Daucus creticus verus. *Lobel* Icon. 1. pag. 722. *Ejusd.* Hist. p. 416.

Libanotis cretensis. Scop. Carn. 2. n. 314. *Crantz* Austr. p. 219.

β tenerior: foliolis capillaribus.

Athamanta annua. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1404. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 313.

Libanotis annua. Weber in *Wiggers* Prim. Fl. Holsat. pag. 25.

Radix fusiformis, ramosa, extus fuscescens, multiceps. *Caulis* erectus, basi inprimis ramosus et foliosus, superne plerumque simplex et fere nudus, striatus, plus minus pubescens, digitalis, palmaris, pedalis. *Folia* vel pubescentia aut hirsuta, vel glabriuscula, decomposita: foliolis linearibus, planis, plerumque trifidis: *laciniis* tenui cuspide terminatis. *Umbella* submultiradiata; *radiis* plerumque pubescentibus. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, subaequales, extus pubescentes. *Involucrum* vel monophyllum, vel bi-, tri- ad hexaphyllum: *foliolis* lineari-setaceis, longitudine umbellularum. *Fructus* ovato-oblongus. *Cocculi* dorso hirsuti, quadrisulcati, cinerascentes, angulis obtusis.

β tenerior.

Licet vix mihi persuadere possim, *Athamantam annuam Linn.*, *Libanotidem annuam Weber.* in Flora Holsat. l. c. in Holsatia vel alio Germaniae loco provenire sponte, tamen plane praeterire hic nolui et varietatis nomine hic adduxi. Amicus indefessus *Schultes* in Syst. Veget. l. c. pro eadem planta habet cum *Athamanta cretensi*, quamvis mea specimina in horto culta *Athamantae Mathioli* propius accedant et hinc beatus amicus *de Wulfen* in Literis ad me datis dicit: „Goritiensis *(Atham. cretensis Mathioli)* si planta annua, nec perennis foret, nescio an non eandem *Athamantam annuam Linnei* dicerem.“ Omnibus in partibus longe tenerior est et ramosior, quam *Athamanta cretensis*, foliolis capillaribus et radice gaudet fibrosa, constanter annua.

Gebirgs-Hirschwurz.

In alpibus et montosis Austriae *(Jacq., Host)*, Carnioliae *(Scopoli)*, Carinthiae *(Wulfen)*, Styriae *(Sartori)*, Marggrav. Badensis *(Gmelin)*. ♂. 24. Fl. Jul., Aug.

3. Athamanta *Mathioli.*

A. caule striato, glabro, flexuoso, foliis supra decompositis; foliolis lineari-setaceis, diffusis, involucro oligophyllo.

Athamanta Mathioli. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1403. *Host* Synops. p. 149. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 57. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 492. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1135. *Vest* Manuale p. 491. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. pag. 211.

Libanotis rupestris. Scop. Carn. 2. n. 315. Tab. 9.

Spurium Meum italicum. *Lobel* Icon. 1. p. 778. *Ejusd.* Hist. p. 50.

Meum adulterinum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 189.

Meum alterum italicum quibusdam. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 15.

Radix fusiformis, extus fuscescens. *Caulis* erectus, dichotomus, subflexuosus, teres, nitidus, exsuccus, tenuiter striatus, glaberrimus, rigidus. *Folia* glabra, laete viridia, supra decomposita, rigida: *radicalia* et *caulina inferiora* longe petiolata, *petiolis* teretiusculis, striatis, rigidis basi vaginantibus; *superiora* magnitudine decrescentia, absque petiolis basi vaginantia, arcte amplexicaulia: *foliolis* lineari-setaceis, elongatis, divaricatis et saepe diffusis. *Umbella* in caule ramisque terminalis, multiradiata: *radiis* pubescentibus. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, subaequales. *Involucrum* mono-, di-ad hexaphyllum: *foliolis* lanceolato-subulatis, margine membranaceis, ciliatis. *Involucella* polyphylla, figura involucri. *Fructus* ovato-oblongus, nigro-fuscus, superne parum attenuatus, hirsutus, stylis rectis, rigidis coronatus, pedicello dimidio brevior. *Cocculi* dorso laeviter striati, villis albis densis vestiti.

Fadenblütterige Hirschwurz.

In alpibus noricis Goritiae, Tergesti *(Wulfen)*, Bannatus *(Schultes)*. 24. Fl. Jun., Jul.

4. Athamanta *rigida.*

A. caule rigido, striato, superne pubescente: foliis glaucis bipinnatis: foliolis linearibus, trifidis mucronatis, involucro nullo.

Bubon rigidus. *Sprengel* Pugill. 2. p. 53. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 497.

Seseli rigidum. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 156. Tab. 146. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1202.

Radix spithamaea et pedalis, extus fusca. *Caulis* spithamaeus vix unquam pedalis, erectus, substriatus, hinc inde purpurascens, crassitie pennae anserinae, vel digiti minoris. *Folia* glabra, glauca, rigida, *radicalia* caulinis multo minora, breviter petiolata, tri-, quadripinnata; *caulina* minus composita, at longiora et superiora versus magnitudine decrescentia: *foliolis* linearibus, planis, rigidulis, simplicibus, bi-trifidisve. *Vaginae* striatae, crassae, truncatae. *Umbella* multiradiata, subconvexa, primaria saepe in ramorum axilla sessili: *radiis* pollicaribus, basi connatis, subangulatis, tomentoso-canis. *Umbellulae* convexiusculae multiflorae, densissimae. *Flores* albi, extus subtomentosi. *Involucrum* nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lineari-subulatis, longitudine umbellulae, basi connatis, canotomentosis. *Fructus* ovato-oblongus, solidus, angulosus, hirsutus.

Observ. Ab Athamanta recedit *Bubon* tantum defectu Involucri, fructus structura vero convenit, hinc commode in unum genus comprehendi possunt.

Steife Hirschwurz.

In calcareis Bannatus (*Waldst.* et *Kit.*). ♃. Fl. Jul.

210. ANTHRISCUS.

Fructus oblongus, teres, apice attenuatus, muricatus. *Commissura* contracta, sulcata. (*Involucrum* nullum.)

1. Anthriscus *vulgaris.*

A. caule tereti, laevi, foliis ternato-decompositis: foliolis pinnatifidis; laciniis obtusis, umbellis oppositifoliis.

Anthriscus vulgaris. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 524. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1172. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. p. 43. 47. Tab. 1. Fig. 24. p. 211. Tab. 1. B. Fig. 27. *Wallroth* Annus bot. p. 40.

Caucalis scandicina. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 312.

Caucalis Scandix. *Scop.* Carn. 2. n. 312.

Torilis scandicina. *Gmelin* Badens. n. 404.

Scandix Anthriscus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1450. *Host* Synops. p. 162. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 154. *Pollich* palat. n. 297. Flora Dan. Tab. 864.

Anthriscus Plinii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 70.

Caucalis foliis Chaerophylli. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 34.

Myrrhis sylvestris nova Aequicolorum. *Columnae* Ecphr. 1. pag. 112.

β trichosperma.

Anthriscus trichosperma. Schultes Syst. Veg. 6. p. 525.

Chaerophyllum trichospermum. Schultes Oestr. Flora 2. n. 1177.

Radix subfusiformis, inferne ramosa, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, nodosus, nitidus, glaber, ramosus, diffusus. *Folia* ternato-decomposita, subtus praesertim pilosa, basi vaginantia: *foliolis* pinnatifidis; *laciniis* lanceolatis. *Umbellae* laterales, oppositifoliae, breviter pedunculatae, aut sessiles, versus caulis apicem longius pedunculatae, quadri-aut quinqueradiatae. *Umbellulae* parvae, plerumque quinqueflorae. *Flores* exigui, albi, conformes. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* tetra-seu pentaphylla: *foliolis* lanceolatis, adpressis. *Fructus* ovato-acuminatus, subrostratus. *Cocculi* nigri, dorso ecostati, aculeis incurvis, sparsis armati, *rostro* brevissimo, laevi, anguloso.

β trichosperma.

Vix ac ne vix quidem diversa mihi videtur, secundum nimis brevem diagnosin et descriptionem.

Gemeiner Klettenkerbel.

Ad sepes, pagos, in cultis, ruderatis; *β* in Pannonia. ⊙. Fl. Majo et Junio.

2. Anthriscus *nemorosa.*

A. caule sulcato, foliis ternato-compositis; foliolis pinnatifidis; laciniis lato-lanceolatis, acutis, umbellis oppositifoliis.

Anthriscus nemorosa. Schultes Syst. Veget. 6. p. 525. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. pag. 45 et 210. Tab. 1. B. Fig. 19. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 27.

Chaerophyllum nemorosum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 1179.

Simillima dicitur *Chaerophyllo sylvestri*, ut solis foliis vix distinguas, at fructibus tuberculoso-hispidis abunde diversa est.

Hain-Klettenkerbel.

In Bannatus umbrosis *(Kitaibel)*. 2|. Fl. Majo et Jun.

3. Anthriscus *fumarioides.*

A. caule striato, obtuse sulcato, glabro, geniculis tumidis, foliis ternato-supra decompositis: foliolis pinnatifidis; laciniis linearibus, remotis incisis, ciliatis, umbellis terminalibus.

Anthriscus fumarioides. Schultes Syst. Veg. 6. p. 525. *Hoffmann* Umbell. 2. pag. 44. *Sprengel* Prodr. Umbell. pag. 27.

Chaerophyllum fumarioides. Schultes Oestr. Flora 2. n. 1178.

Scandix fumarioides. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 3. p. 229. Tab. 224.

Radix fusiformis, *Caulis* erectus, glaber, laeviter sulcato-angulosus; geniculis tumidis, carnosis interstinctus, dichotomus, sesqui-ad bipedalis. *Rami inferiores* alterni, *superiores* florales plerumque oppositi, cum interposita umbella pedunculata. *Folia* glabra, lacte viridia, ternato-quadripinnata: *foliolis* oppositis, pinnatifidis; *laciniis* lanceolato-linearibus, acutis, mucrone brevi terminatis, ad lentem margine scabris. *Vaginae* livescentes, glabrae, apice truncatae, albo-membranaceae et lacero-fimbriatae. *Umbellae* terminales, submultiradiatae, laxae. *Umbellulae* submultiflorae, planiusculae. *Flores* albi, radiantes, umbellularum disci plerumque abortivi: *Petalis* oblongis cuneatis, integerrimis: *exterioribus* dimidio majoribus. *Involucrum* nullum. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, demum reflexis. *Fructus* oblongus, acuminatus, tuberculato-muricatus.

Erdrauchblätteriger Klettenkerbel.

In montibus calcareis alpium Juliarum Croatiae, in monte *Urlay (Waldst.* et *Kit.)*. ♂. Fl. Junio.

4. Anthriscus *nodosa.*

A. caule tereti, hispido, geniculis tumidis, foliis tripinnatis, hirsutis: foliolis ovatis, pinnatifido-lobatis; laciniis inciso-serratis, obtusiusculis, umbellis oppositifoliis.

Anthriscus nodosa. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 526. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1173. *Sprengel* Prodr. Umbell. pag. 27.

Scandix nodosa. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1451. *Jacq.* Hort. Vind. 3. p. 16. Tab. 25. *Host* Synops. pag. 163.

Caucalis Scandix nodosa. *Vest* Manuale p. 495.

Caulis erectus, teres, lineatus, fistulosus, geniculis oblongis tumidis interceptus, aculeis mollibus niveis reflexis hispidus, dichotome ramosus, sesqui-, bi-ad tripedalis. *Folia* tripinnata, hirsuta: *foliolis* inciso-pinnatifidis; *laciniis* inciso-serratis, obtusiusculis. *Vaginae* sulcatae, margine albido-membranaceae, ciliatae. *Umbellae* oppositifoliae, pedunculatae, *pedunculis* patentissimis, fere horizontalibus, bi-seu triradiatae. *Umbellulae* quinque-ad decemflorae. *Flores* albi, omnes fertiles. *Involucrum* monophyllum vel nullum. *Involucella* subpentaphylla: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, reflexis, margine membranaceis, ciliatis. *Fructus* cylindricus, acuminatus, aculeolis basi tuberculosis hispidus.

Knotiger Klettenkerbel.

Ad sepes, in fruticetis agri Fluminensis, in sylva *Terfacti* Franciscanorum *(Host)*, ad montem *Badatson* Pannoniae *(Kitaibel)*. ☉. Fl. Majo.

211. SCANDIX.

Fructus sublinearis, rostratus, costatus, strigosus. *Semen* cocculi dimidiam longitudinem aequans. (*Involucrum* nullum vel multifidum.)

Observ. Ex recentiorum numero botanici, qui Umbellatarum familiam illustrarunt, hoc genus ad sequentem divisionem, *fructibus solidis, nudis* retulerunt. At fructus non omnino nudi, sed strigis adpressis armati et asperi sunt.

1. Scandix *Pecten.*

S. foliis bipinnatis: foliolis linearibus multifidis, acutis, abbreviatis.

Scandix Pecten. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1449. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 315. *Gmelin* Badens. n. 447. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. p. 34. Tab. 1. Fig. 22. *Host* Synops. pag. 162. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 263. *Pollich* palat. n. 296. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 501.

Ejusd. Oestr. Fl. 2. n. 1174. *Scop.* Carn. 2. n. 349. *Vest* Manuale p. 505. *Wallroth* Annus botan. pag. 47. Flora Dan. Tab. 844.

Scandix. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 37. *Dodon.* Pempt. pag. 701.

Scandix prima. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 288.

Pecten Veneris. *Camerar.* Epit. p. 302. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 71. *Lobel* Icon. 1. p. 726. *Ejusd.* Hist. pag. 419.

Chaerophyllum Pecten veneris. *Crantz* Austr. p. 189.

Radix ramosa, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, teres, striatus, pilosus, vel glabriusculus, ramosus, palmaris et major. *Folia* alterna, subpilosa, tripinnata: *foliolis* multipartitis, abbreviatis: *laciniis* linearibus, acutis. *Vaginae* striatae, glabrae, tumidae, margine membranaceae, ciliatae. *Umbellae* plerumque terminales, bi-seu triradiatae. Umbellulae octo-ad decemflorae. *Flores* albi, breviter pedicellati, plerique fertiles; *exteriores* subradiantes. *Involucrum* plerumque nullum vel ejusdem loco foliolum caulinum. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* lanceolatis, apice bifidis aut integris, pedicellis duplo fere longioribus. *Fructus* linearibus, basi parum crassior, apice in *rostrum* sesquiunciale elongatus. *Cocculi* dorso quinquecostati, strigis brevibus asperi, rostra longitudine fere aequantes.

Langsamiger Kerbel.

In agris, vineis, inter segetes praesertim in solo calcareo-argilloso. ☉. Fl. Majo, Junio.

† † † † † *Fructus solidi, nudi.*

212. MYRRHIS.

Fructus oblongus, profunde sulcatus. *Cocculi* dorso costis acute carinatis, submembranaceis. *Sutura commissorialis* planiuscula. (*Involucrum* nullum.)

1. Myrrhis *odorata.*

M. foliis villosis ternatim decompositis: foliolis pinnatifidis, ovato-lanceolatis; laciniis inciso-serratis.

Myrrhis odorata. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 314.

Hoffmann Umbell. Gen. 1. pag. 27. Tab. 1. Fig. 23. A. B. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 507. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1186. *Scop.* Carn. 2. n. 341.

Myrrhis. *Dodon.* Pempt. p. 701. *Lobel* Icon. 1. p. 734. *Ejusd.* Hist. p. 423.

Myrrhis magno semine. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 77.

Scandix odorata. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1449. *Gmelin* Badens. n. 446. *Host* Synops. p. 161. *Jacq.* Flora Austr. Append. Tab. 37. *Vest* Manuale pag. 504.

Cerefolium hispanicum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 284.

Odorata. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 56.

Radix fusiformis, cylindrica, carnosa, extus alba. *Caulis* erectus, teres, ramosus, striatus, glaber, vel pubescens, fistulosus, pedalis et bipedalis. *Folia* ampla, pubescentia, laete viridia, ternato-decomposita: *foliolis* ovato-lanceolatis, pinnatifidis; *laciniis* lanceolatis, inciso-serratis. *Vaginae* breves, late membranaceae. *Umbella* terminalis, submultiradiata, planiuscula, *fructifera* contracta, stricta. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi: disci abortivi; marginales radiantes, fertiles. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolatis, longe mucronatis, refractis. *Fructus* glaber, fere uncialis, fuscus, nitidus, oblongus, apice fissus.

Wohlriechender Aniskerbel.

In pratis et pascuis subalpinis Carnioliae et Croatiae *(Scopoli, Jacq.)*. ♃. Fl. Junio, Julio.

213. CEREFOLIUM.

Fructus oblongo-linearis teres, ecostatus, glaber, apice attenuatus, stylo coronatus. *Sutura commissoriali* simplici. (*Involucrum* subnullum.)

1. Cerefolium *sativum.*

C. caule tereti, aequali, striato, glabriusculo, foliis supra decompositis: foliolis ovatis pinnatifidis; laciniis obtusiusculis, umbellis plerumque sessilibus oppositifoliis terminalibusque.

Cerefolium sativum. *Besser* Galic. n. 362.

Chaerophyllum Cerefolium. *Roth* Flora Germ. T. I. P. II.

pag. 320. *Crantz* Austr. pag. 191. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1176.

Chaerophyllum sativum. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 520. *Sprengel* Prodr. Umbell. pag. 30. *Wallroth* Annus botan. pag. 47.

Scandix Cerefolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1450. *Gmelin* Badens. n. 448. *Hayne* Arzn. Gew. Bd 7. Tab. 14. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 390. *Lumnitz.* Poson. n. 286. *Schkuhr* Handb. 1. p. 212. Tab. 73. *Vest* Manuale pag. 505.

Cerefolium. *Lobel* Icon. 2. pag. 280.

Chaerophyllum. *Dodon.* Pempt. p. 700. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 42.

Chaerophyllum primum. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 283.

Anthriscus Cerefolium. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. p. 41. 47. Tab. 1. Fig. 21. p. 210. Tab. 1. B. Fig. 26.

Radix subfusiformis, crassitie pennae anserinae, ramosa, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, teres, laevis, striatus, maxima ex parte glaber, fistulosus, ad genicula vix pubescens, crassitie aequalis, dichotomus, pedalis et bipedalis. *Folia* glabra, ternato-decomposita: *foliolis laciniis*que inciso-pinnatifidis. *Vaginae* membranaceae striatae, nunc glabrae, nunc pilosae. *Umbellae* laterales oppositifoliae, sessiles et terminales, nonnihil etiam axillares, quadri-seu quinqueradiatae: radiis inaequalibus, pubescentibus. *Umbellulae* plerumque quinqueflorae. *Flores* omnes fere aequales, albi, fertiles. *Involucrum* nullum. *Involucella* tria ad quinque dimidiata: *foliolis* lanceolatis, margine ciliatis, refractis. *Fructus* ovali-oblongus, rostratus, glaber, ad lentem punctulatus. *Cocculi* dorso convexiusculi, ecostati, evittati, in rostrum breve quinquecostatum attenuati.

Gemeiner Kerbel.

Observ. Ne confundatur cum *Anthrisco vulgari* (Scandice Anthrisco *Linn.*), cui toto habitu simillimum est, at structura fructuum et odore atque sapore aromatico facile distinguitur.

In ruderatis, cultis, hortis, vineis, ad sepes et vias passim. ♂. ⊙. Fl. Majo, Junio.

2. Cerefolium *sylvestre.*

C. caule sulcato, superne glabro, geniculis tumidiusculis,

foliis supra decompositis: foliolis ovatis, pinnatifidis; laciniis oblongis obtusiusculis; extimis elongatis, umbellis terminalibus.

Cerefolium sylvestre. *Besser* Galic. n. 361. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 44.

Chaerophyllum sylvestre. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1452. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 319. *Crantz* Austr. p. 192. *Gmelin* Badens. n. 449. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 33. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 149. *Pollich* palat. n. 298. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 213. Tab. 73. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 521. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1175. *Scop.* Carn. 2. n. 366.

Scandix sylvestris. *Vest* Manuale p. 505.

Anthriscus sylvestris. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. p. 40. 46. Tab. 1. Fig. 19. p. 210. Tab. 1. B. Fig. 17.

Cicutaria vulgaris. *Clusii* Hist. 2. pag. CC. *Dodon.* Pempt. p. 709. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 181.

Myrrhis. *Fuchs* Hist. p. 325.

Radix fusiformis, ramosa, fuscescens. *Caulis* erectus, sulcatus, fistulosus, inferne scabriusculus, superne glaber, dichotomus, ramosus, *geniculis* tumidis. *Folia* vix pubescentia, plerumque glabra: *inferiora* tripinnata; *superiora* bipinnata; *summa* bipinnatifida, opposita: *foliolis* pinnatifidis; *laciniis* oblongis, obtusiusculis; *extimis* elongatis. *Petioli* canaliculati. *Vaginae* striatae, glabrae, intus margine pilosae. *Umbellae* terminales et axillares, multiradiatae, planiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, inaequales. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* pentaphylla; *foliolis* ovato-lanceolatis, coloratis, ciliatis, reflexis. *Fructus* oblongus, acuminatus, glaber, laevis, stylis divaricatis coronatus. *Cocculi* dorso convexi, ecostati, evittati.

Wiesen-Kerbel.

In nemoribus montosis, pomariis et pratis. ♃. Fl. Majo, Junio.

214. CHAEROPHYLLUM.

Fructus oblongus, apice attenuatus, stylo coronatus. *Sutura commissoriali* profunde sulcata. *Cocculi* dorso costis tribus obtusis. (*Involucrum* subnullum.)

1. Chaerophyllum *hirsutum.*

C. caule aequali, hirto, striato, foliis ternato-decompositis,

supra glabris: foliolis cordato-ovatis, acutis, pinnatifidis; laciniis oblongis, inciso-serratis, ciliatis, umbellis terminalibus.

Chaerophyllum hirsutum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1455. *Besser* Galic. n. 365. *Crantz* Austr. p. 194. *Gmelin* Badens. n. 452. *Host* Synops. p. 165. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 148. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1182. *Wallroth* Annus bot. p. 48.

Myrrhis hirsuta. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 88. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 510.

Myrrhis palustris. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 51.

Scandix hirsuta. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 315. *Scop.* Carn. 2. n. 350. *Vest* Manuale pag. 506.

Cicutaria latifolia hirsuta. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 182.

β *altius* glabriusculum.

Chaerophyllum hirsutum. *Gmelin* Badens. l. c. β.

Chaerophyllum Cicutaria. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1183.

Radix praelonga, multiceps, extus nigro-fusca. *Caules* plures, adscendentes, erecti, teretes, striati, aequales, hirti, subfistulosi, saepe purpurascentes, superne ramosi, dichotomi, crassitie digiti minimi, bi-seu tripedales. *Folia* subbiternata, decomposita, latitudine longitudinem fere superantia, supra glabra, subtus ad venas pilosa, pallidiora: *foliolis* e basi subcordata ovato-lanceolatis, pinnatifidis, *laciniis* inciso-serratis, ciliatis. *Vaginae* latae, laxae, striatae, margine membranaceae, pilosae. *Umbellae* terminales, multiradiatae, convexiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, vel rubicundi: marginales umbellulae tantum fertiles; disci steriles, excepto flore centrali, fertili, inaequales: *Petalis* margine ciliatis; extimo majori. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* subpolyphylla: *foliolis* quinque ad decem, lato-lanceolatis, margine membranaceis, ciliatis, demum reflexis. *Fructus* subcylindricus, striatus, glaber, stylis divaricatis coronatus.

β *elatius.*

Differt tantum *Caule* altiore, glabriusculo et *Foliis* supra subvillosis.

Haariger Kälberkropf.

In pratis montosis, subalpinis, sylvaticis, riguis, ad scaturigines et rivulos limpidissimos passim in Germania australiore; β in Marggraviatu Badensi *(Gmelin).* 2|. Fl. Majo, Junio.

2. Chaerophyllum *bulbosum.*

C. caule tereti, maculato, inferne hirto, superne sub geniculis tumido, foliis supra decompositis, supra glabris: foliolis oblongis, inciso-dentatis, umbellis terminalibus et oppositifoliis.

Chaerophyllum bulbosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1453. *Besser* Galic. n. 363. *Crantz* Austr. p. 189. *Gmelin* Badens. n. 450. *Hayne* Arzn. Gew. Band I. Tab. 32. *Hoffmann* Umbell. 1. p. 35. *Host* Synops. pag. 164. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 63 *Lumnitzer* Poson. n. 288. *Pollich* palat. n. 299. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1180.

Myrrhis bulbosa. Sprengel Prodr. Umbell. p. 29. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 513.

Myrrhis foetens. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 50.

Scandix bulbosa. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 318. *Vest* Manuale p. 505.

Cicutaria pannonica. *Clusii* Hist. 2. p. CC.

Cicutaria bulbosa. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 183.

Radix napiformis, subramosa, extus fuscescens. *Caulis* solitarius, erectus, teres, superne ramosus, articulatus, *geniculis* tumidis, *articulis* tribus *infimis* retrorsum piloso-scabris, *reliquis superioribus* cum ramis glabris, lineatis; omnibus maculis oblongis rubris adspersis. *Folia* tripinnata, supra glabra, costa cum petiolo hirsuta: *foliolis* in inferioribus foliis oblongis, inciso-dentatis, in superioribus et rameis linearibus, integerrimis. *Vaginae* longissimae, striatae, margine membranaceae. *Umbellae* terminales et oppositifoliae, multiradiatae, concaviusculae. *Umbellulae* multiflorae, planae. *Flores* albi, inaequales. *Involucrum* plerumque nullum, interdum mono-seu diphyllum. *Involucella* plerumque pentaphylla, reflexa: *foliolis* lanceolatis, longe acuminatis *Fructus* oblongus: immaturus apice incrassatus; maturus apice attenuatus, striatus, glaber, stylis divaricatis coronatus.

Knolliger Kälberkropf.

Ad sepes, dumeta, in ruderibus antiquis. ♂. Fl. Jun.

3. Chaerophyllum *temulum.*

C. caule tereti, inferne aspero, maculato, sub geniculis tumido, foliis subpinnatis, utrinque hirsutiusculis: foliolis ovato-oblongis, incisis, denticulatis, umbellis terminalibus et oppositifoliis.

Chaerophyllum temulum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1454. *Besser* Galic. n. 364. *Crantz* Austr. p. 190. *Gmelin* Badens. n. 451. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 34. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. pag. 33. Tab. 1. Fig. 20. p. 212. Tab. 1. B. Fig. 24. *Host* Synops. p. 165. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 65. *Lumnitz.* Poson. n. 289. *Pollich* palat. n. 300. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1181. Flora Dan. Tab. 918.

Myrrhis temula. *Sprengel* Prodr. Umbell. pag. 29. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 414. *Gärtner* de Fruct. 1. Tab. 23.

Myrrhis. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 49.

Scandix temula. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 317. *Scop.* Carn. 2. n. 350. *Vest* Manuale p. 506.

Cerefolia sylvestris. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 284.

Radix subfusiformis, fibrosa, extus fuscescens. *Caulis* erectus, teres, purpureo-maculatus, vix striatus, inferne retrorsum pilosus, sub geniculis tumidus. *Folia* villosa, costis purpurascentibus scabris: *inferiora* bipinnata, petiolata; *superiora* sessilia, ternato-pinnata: *foliolis* ovato-oblongis, incisis, denticulatis. *Petioli* canaliculati. *Vaginae* arcte geniculis junctae, striatae. *Umbellae* multiradiatae, planae, terminales et oppositifoliae. *Umbellulae* convexiusculae, multiflorae. *Flores* albi, inaequales; *centrales* abortientes. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* penta-ad octophylla, reflexa: *foliolis* inaequalibus, ovali-acuminatis. *Fructus* oblongus, apice attenuatus, glaber, striatus, nigrescens, stylis divergentibus coronatus.

Berauschender Kälberkropf.

Ad sepes, dumeta, in locis asperis, lapidosis. ♂. Fl. Maj., Jun., Jul.

4. Chaerophyllum *aromaticum.*

C. caule tereti, subaequali, striato, inferne hirto, foliis subbiternatis, subtus scabriusculis: foliolis ovato-oblongis, serratis, basi inaequalibus, umbellis terminalibus.

Chaerophyllum aromaticum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1456. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. Addend. p. 576. *Besser* Galic. n. 366. *Host* Synops. p. 166. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 150. *Mattuschka* Siles. n. 209. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1184.

Myrrhis aromatica. *Sprengel* Prodr. Umbell. pag. 29. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 509.

Myrrhis foliis Podagrariae. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 53.

Scandix aromatica. *Vest* Manuale p. 506.

Scandix tinctoria. *Scop.* Carn. 2. n. 351.

Radix ramosa, extus nigricans. *Caulis* erectus, teres, iatus, inferne pilis rigidis hirtus, superne glabriusculus, sub- ulosus, ad genicula parum tumidus, maculis punctisque atro- rpureis adspersus, inferne crassitie digiti, bi-ad tripedalis. *lia* subbiternata, supra saturate viridia, rugulosa, glabra, sub- scabriuscula, ad venas pilosa: *foliolis* ovato-oblongis, vel ceolatis, basi obliquis et inaequalibus, plus minus acuminatis, ratis. *Petioli* cum *petiolellis* pilosi, basi dilatati, vaginan- : *Vaginis* striatis, pilosis. *Umbellae* terminales, multiradia- , planiusculae, laxiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* i, subradiantes. *Involucrum* vel nullum, vel mono-et inter- n quoque polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, ciliatis, lexis. *Involucella* penta-ad decaphylla, involucro similia. *uctus* oblongus, apice parum attenuatus, strictus, fuscescens, lis divergentibus coronatus.

Observ. I. Primo intuitu simile *Aegopodio Podagrariae Linn.*, at hirsutie foliorum et caulis, praesertim vero structura et figura fructus facile distinguitur.

Observ. II. Non raro pinnarum primum et secundum par basi utrinque pinnata minima augentur, ut quaterna, quasi pedata, in conspectum veniant foliola.

Gewürzhafter Kälberkropf.

Variat Caule fere glabro et laevi.

In pomariis, pratis sylvaticis umbrosis Austriae *(Jacq.)*, nnoniae *(Host)*, Galiciae *(Besser)*, Styriae *(Sartori)*, esiae *(Mattuschka)*, Bohemiae *(Hänke, Schmidt, aseck)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

Chaerophyllum *aureum.*

C. caule angulato, hirsuto, maculato, sub geniculis tumi- sculo, foliis supra decompositis, pilosis: foliolis lanceolatis, matifidis, inciso-serratis, apice attenuatis, elongatis, umbellis minalibus.

Chaerophyllum aureum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1457. *Gmelin* Badens. n. 453. *Host* Synops. p. 166. *offmann* Umbell. 2. 1. p. 33. Tab. 1. Fig. 20. 22. Tab. 1. B. g. 28. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 64. *Pollich* palat. n. 301. *hultes* Oestr. Fl. 2. n. 1185.

Myrrhis aurea. Sprengel Prodr. Umbell. p. 29. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 511.

Myrrhis altera, parva. *Lobel* Icon. 1. p. 734. *Ejusd.* Hist. 2. pag. 423.

Myrrhis perennis alba, minor, foliis hirsutis, semine aureo. *Rupp.* Jen. p. 283. Tab. 5.

Scandix aurea. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 319. *Vest* Manuale p. 506.

Radix crassiuscula, ramosa, fibrosa, extus nigricans. *Caulis* erectus, teres, subangulatus, striatus, nunc totus glaber, nunc inferne praecipue pilis deflexis adspersus, sub geniculis tumidiusculus, maculis fuscis vel purpureis pictus, medulla farctus, bi- seu tripedalis, superne ramosus. *Folia* supra decomposita, pilosa, pallide viridia: *foliolis* ex ovata basi oblongo-lanceolatis, inciso-pinnatifidis, elongatis, praesertim ultimis. *Vaginae* oblongae, pubescentes. *Umbellae* terminales, multiradiatae, planiusculae. *Umbellulae* multiflorae parvae. *Flores* albi, irregulares, marginales subradiantes, fertiles, in disco, excepto centrali, steriles. *Involucrum* vel nullum, vel monophyllum. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* lanceolato-acuminatis, margine villosis, demum reflexis. *Fructus* oblongus, flavo-fuscescens, striis pallidioribus notatus, glaber, stylis divaricatis coronatus.

Goldfarbener Kälberkropf.

Ad sepes, in dumetis montosis passim, inprimis Germaniae australioris. ♃. Fl. Jun., Jul.

215. S I U M.

Fructus ovatus vel oblongus, solidus, subcorticatus, angulatus. *Cocculi* dorso costis quinque obtusis. *Valleculis* convexiusculis. (*Involucrum* poly- vel oligophyllum.)

* Fructibus ovatis.

1. Sium *latifolium.*

S. caule angulato, foliis submersis bipinnatifidis; foliolis infimis decussatis, pinnatifidis; acuminatis: emersis pinnatis; foliolis lanceolatis, basi inaequalibus, argute serratis, umbellis terminalibus.

Sium latifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1431. *Besser* Galic. n. 353. *Gmelin* Badens. n. 430.

Hayne Arzn. Gewächse Band 1. Tab. 38. *Host* Synops. pag. 157. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 66. *Pollich* palat. n. 286. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 531. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. p. 1148. *Vest* Manuale p. 513. Flora Dan. Tab. 246.

Sium. *Dodon.* Pempt. p. 789. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 77.

Sium latifolium 1. 2. 3. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 202.

Sium sive Lauer Dioscoridis, Olus atri folio, sive Pastinaca aquatica. *Lobel* Icon. 1. p. 208. *Ejusd.* Hist. p. 105.

Sium medium et maximum latifolium. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 174 et 175.

Coriandrum latifolium. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 349. *Crantz* Austr. p. 212.

Radix obliqua, fibrosa. *Caulis* erectus, glaber, pentagonus, ramosus, fistulosus, tri- ad quadripedalis. *Folia* glabra: *primaria* plerumque *submersa* subtripinnata; *foliolis* primariis decussatis, inciso-pinnatifidis, ovatis; reliquis oblongo-lanceolatis, inciso-serratis, acutiusculis: *emersa* pinnata; *foliolis* integris, sessilibus, oblongo-lanceolatis, argute, aequaliter serrulatis, basi inaequalibus. *Umbellae* plerumque terminales, multiradiatae, convexae. *Umbellulae* multiflorae, hemisphaericae. *Flores* albi, aequales. *Involucrum* oligophyllum: *foliolis* octo ad decem lineari-lanceolatis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* ovato-lanceolatis. *Fructus* ex subrotundo ovatus, compressus. *Cocculi* dorso quinquecostati.

Breitblätteriger Mark.

Utrinque in aquis et foliis, ad rivulos. ♃. Fl. Jul., Aug.

2. Sium *angustifolium.*

S. stoloniferum, caule erecto, tereti, striato, foliis omnibus pinnatis: foliolis inciso-inaequaliter serratis, basi inaequalibus; radicalium ovatis; caulinorum ovato-lanceolatis, umbellis pedunculatis, oppositifoliis terminalibusque.

Sium angustifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1431. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 333. *Besser* Galic. n. 354. *Gmelin* Badens. n. 431. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 39. *Host* Synops. p. 157. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 67. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. p. 200. Tab. 1. Fig. 26. *Pollich* palat. n. 387. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 533. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1149. *Vest* Manuale p. 514.

Sium nodiflorum. Flora Dan. Tab. 247. *Weigel* Observ. p. 26.

Sium umbelliferum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 172.

Apium Sium. *Crantz* Austr. p. 215.

Apium palustre. *Fuchs* Hist. p. 270.

Radix fasciculata, fibrosa, fusca, stolones emittens sub aqua radicantes. *Caulis* erectus, teres, striatus, glaber, fistulosus, ramosus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* omnia pinnata, glabra: *radicalia* maxima, oblonga, pedalia: *foliolis* oblongo-ovatis, basi inaequalibus, sessilibus, inaequaliter serratis; *terminali* trilobo; *infimo pari* a reliquis remotissimo foliolis saepe minoribus: *caulina* alterna: *foliolis* ovato-lanceolatis, acutiusculis, basi inaequalibus, subsessilibus, inciso-inaequaliter dentatis; *terminali* vel trilobo, vel bi-seu trifido tantum. *Umbellae* multiradiatae, hemisphaericae, plurimae oppositifoliae, pedunculatae, pauciores terminales. *Umbellulae* multiflorae, convexiusculae. *Flores* albi, subaequales. *Involucrum* plerumque pentaphyllum: *foliolis* lato-lanceolatis, vel inciso-pinnatifidis, vel profunde dentatis tantum, reflexis. *Fructus* ovatus, compressus. *Cocculi* dorso quinque-costati.

Schmalblätteriger Mark.

In fossis et aquis lente fluentibus fere ubique. 2|. Fl. Jul., August.

3. Sium *nodiflorum.*

S. caule procumbente, diffuso, striato, foliis omnibus pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, aequaliter serratis, basi inaequalibus, umbellis omnibus lateralibus, subsessilibus, oppositifoliis.

Sium nodiflorum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1432. (excluso syn. *Weigel.*) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 334. *Gmelin* Badens. n. 432. *Pollich* palat. n. 288. (excluso syn. Florae Dan.) *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 534. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1150. *Vest* Manuale p. 514.

Seseli nodiflorum. *Scop.* Carn. 2. n. 358.

Helosciadium nodiflorum. *Koch* Umbellif. disposit. p. 126.

Caule distinguendum ab antecedente, cui primo intuitu simillimum est! Differt inprimis: 1. *Caule* debili, procumbente, vel in aquis minus profundis natante, saepe radicante, tunc adscendente, diffuso. 2. *Foliorum foliolis* aequaliter serratis; *impari* plerumque subcordato-ovato, rarius lobato, plerumque in-

tegro. 3. *Umbellis omnibus* lateralibus, oppositifoliis, vel in summa caulis dichotomia unica axillari, sessilibus, fructiferis pedunculo vix observabili praeditis. 4. *Involucro* oligophyllo, valde caduco, post florescentiam evanido: *foliolis* lanceolato-linearibus, valde acuminatis, integerrimis, margine membranaceis.

Knotenblühtiger Mark.

In fossis lente fluentibus, minus profundis, ad fontes et scaturigines Palatinatus *(Koch, Pollich, Gmelin)*, Wetteraviae *(G. M. S.)*, Carnioliae calidioris *(Scopoli)*. 24. Fl. Jul., Aug.

4. Sium *repens.*

S. caule repente, tereti, striato, foliis omnibus pinnatis; foliolis subrotundis, angulato-dentatis, umbellis basilaribus, adscendentibus, omnibus longe pedunculatis.

Sium repens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1432. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. Addend. p. 577. *Gmelin* Badens. n. 433. Tab. 5. *Host* Synops. pag. 158. *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 260. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 534. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1151. *Vest* Manuale pag. 514. Flora Dan. Tab. 1514?

Helosciadium repens. Koch Umbellif. disposit. p. 126.

Caules palmares et pedales, repentes, ad genicula radicantes, filiformes, teretes, striati, dichotomi, glabri. *Folia* ad genicula vel ut plurimum solitaria, vel tria et quatuor subfasciculata, adscendentia, glabra, oblonga, sesquiuncialia, biuncialia et longiora, petiolo basi membranaceo insidentia, pinnata: *foliolis* oppositis plerumque sessilibus, subrotundis, inciso-dentatis, angulatis; *terminali* trilobo. *Umbellae* oppositifoliae, pauciradiatae; *radiis* tribus ad decem inaequalibus. *Pedunculi* e nodis caulium solitarii, adscendentes, erecti, striati, nudi, bi-ad triunciales, raro longiores. *Umbellulae* convexiusculae, multiflorae. *Flores* albi, vel subrubelli, parvi aequales, breviter pedicellati. *Involucrum* plerumque pentaphyllum, reflexum, post florescentiam plerumque deciduum: *foliolis* inaequalibus, lato-lanceolatis, margine albidis, integerrimis. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* inaequalibus, uno alterove umbellulam superante, caeterum involucro similibus. *Fructus* ex subrotundo ovatus, laevis, compressiusculus, stylis divergentibus coronatus. *Cocculi* dorso laeviter quinquecostati.

Kriechender Mark.

Observ. In graminosis, scaturiginosis caulis interdum ad digitalem demum longitudinem adscendit et erectiusculus evadit.

In pascuis inundatis, udis, sabulosis Megapolitanis prope *Malchim (Timm)*, *Neobrandenburgum* (*Schultz*), prope *Rostock* (*Treviranus*), in Palatinatu prope *Wiesloch*, (*Märklin*), in Marggrav. Badensi prope *Dachsland* (*Gmelin*), prope *Viennam* Austriae (*Jacq.*), in Styria (*Sartori*). 24. Fl. Jul., Aug., Sept.

** Fructibus oblongis.

5. Sium *Falcaria.*

S. caule erecto, tereti, striato, ramis divaricatis, foliis decussive pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis, argute cartilagineo-serrulatis, umbellis terminalibus.

Sium Falcaria. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1434. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 335. *Besser* Galic. n. 355. *Gmelin* Badens. n. 435. *Host* Synops. pag. 158. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 257. *Lumnitz.* Poson. n. 281. *Pollich* palat. n. 289. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 535. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1153. *Vest* Manuale p. 514.

Drepanophyllum agreste. *Hoffmann* Umbell. Gen. 1. p. 109. *Koch* Umbellif. disposit. p. 123.

Seseli Falcaria. *Crantz* Austr. p. 238. *Scop.* Carn. 2. n. 354.

Falcaria. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 48.

Eryngium quartum. *Dodon.* Pempt. p 702.

Eryngium montanum recentium. *Lobel* Icon. 2. pag. 24. *Ejusd.* Hist. p. 191.

Crithmum quartum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 300.

Crithmum quartum Mathioli umbellatum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 196.

Radix ramosa, longe lateque sub terra prorepens. *Caulis* erectus, teres, glaber, tenuissime striatus, superne ramosus, bi- ad tripedalis. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* glabra, glauco-viridia, firma: *radicalia* vel simplicia, vel ternata, vel inordinate pinnatifida; *caulina* alterna, pinnata: *foliolis* lineari-ensiformibus, planis, acutis, argute cartilagineo-serrulatis, in petiolum decurrentibus. *Umbella* in caule ramisque terminalis, laxa,

plana, multiradiata. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, aequales. *Involucrum* oligophyllum: *foliolis* quinque ad octo, lineari-setaceis, inaequalibus. *Involucella* similia, sed plerumque paucioribus foliolis composita. *Fructus* oblongus, utrinque compressus. *Cocculi* dorso quinque costis filiformibus, cum interpositis *Valleculis* univittatis, notati.

Sichelförmiger Mark.

In agris, segetibus et arvis, praesertim argillaceis et calcareis Germaniae, inprimis australioris. 2|. Fl. Jul., Aug.

6. Sium *Bulbocastanum.*

S. caule erecto, tereti, striato, foliis decompositis; foliolis linearibus integris trifidisve, cuspidatis, umbellis terminalibus.

Sium Bulbocastanum. *Sprengel* Umbell. Prodr. p. 31. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 538.

Bunium Bulbocastanum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1394. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 326. *Besser* Galic. Vol. 2. Append. p. 347. *Gmelin* Badens. n. 410. *Pollich* palat. n. 274. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 193. Tab. 62. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1131. Flora Dan. Tab. 220.

Bulbocastanum. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 421.

Bulbocastanum grandius. *Dodon.* Pempt. p. 334.

Bulbocastanum majus, folio Apii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 30.

Carum Bulbocastanum. *Koch* Umbellif. disposit. p. 121.

Nucula terrestris. *Lobel* Icon. 1. p. 45. *Ejusd.* Hist. pag. 429.

Cyminum bulbosum. *Columnae* Ecphras. 2. p. 14. Tab. 20.

Radix tuberosa, angulato-globosa, magnitudine Cerasi solida, extus fusca, fibrosa. *Caulis* erectus, striatus, subangulosus, glaber, sesqui- ad bipedalis, ramosus. *Rami* alterni, erecti, nudiusculi. *Folia* glabra, subtripinnata: *foliolis* linearibus, margine integerrimis, vel simplicibus, vel bi- seu trifidis, acutiusculis. *Umbella* in caule ramisque terminalis, multiradiata. *Umbellulae* planae, multiflorae. *Flores* albi, uniformes, omnes fertiles. *Involucrum* polyphyllum; *foliolis* lineari-subulatis. *Involucella* polyphylla. *Fructus* oblongus, glaber. *Cocculi* dorso quinquecostati. *Valleculae* univittatae.

Knolliger Mark.

In agris et arvis montosis, asperis, inter segetes Marggrav.

Badensis *(Gmelin)*, Palatinatus *(Pollich)*, Galiciae *(Kluk)*. 24. Fl. Junio.

* * *

Observ. An *Sium oppositifolium Kitaibel* apud *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1152. *Ejusd.* Syst. Veget. 6. p. 536. propria species sit, determinare non possum, quum desideretur omnis descriptio.

216. CONIUM.

Fructus subrotundo-ovatus, solidus. *Cocculi* dorso costis quinque obtusis; immaturis undulatis. *Valleculae* planae. (*Involucrum* oligophyllum.)

1. Conium *maculatum.*

C. caule glaberrimo maculato, foliis tripinnatis: foliolis lanceolatis pinnatifidis; laciniis lanceolatis subintegris.

Conium maculatum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1395. *Besser* Galic. n. 330. *Gmelin* Badens. n. 411. *Hayne* Arzn. Gewächse Band. 1. Tab. 31. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 156. *Hoffmann* Umbell. 2. 1. pag. 101. Tab. 1. Fig. 3. p. 210. Tab. 1. B. Fig. 13. Tab. 3. Fig. 2. A. *Pollich* palat. n. 275. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 194. Tab. 62. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 545. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1128.

Coriandrum maculatum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 348.

Coriandrum Cicuta. Crantz Austr. p. 24.

Cicuta. *Fuchs* Hist. p. 406. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 75. *Dodon.* Pempt. p 46. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 175. *Lobel* Icon. 1. p. 132. *Ejusd.* Hist. p. 422. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1170.

Cicutaria vulgaris. *Clusii* Hist. 2. p. CC.

Sium Conium. Vest Manuale p. 513.

Radix fusiformis, subramosa, extus alba. *Caulis* erectus, teres, glaberrimus, maculis purpurascentibus undique adspersus, fistulosus, superne ramosus, tri-ad quadripedalis. *Folia* glabra: *inferiora* alterna, tripinnata: superiora subopposita, bipinnata, saepe pendula: *foliolis* lanceolatis, pinnatifidis; *laciniis* lanceolatis subintegris. *Umbella* in caule ramisque terminalis, planiuscula, multiradiata. *Umbellulae* planiusculae, multiflorae. *Flores* albi, subaequales. *Involucrum* plerumque pentaphyllum:

foliolis linearibus, reflexis. *Involucella* tri- vel tetraphylla, dimidiata, dependentia, umbellula plerumque breviora. *Fructus* subrotundo-ovatus, glaber. *Cocculi* dorso costis quinque obtusis, primo undulatis, demum crenulatis praediti.

Giftiger Schierling.

Variat Foliorum *foliolis laciniis*que obtusioribus, remotiusculis.

Conium Croaticum. Schultes Oestr. Fl. 2. n. 1129 *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 305.

In ruderatis, hortis, cultis, ad pagos. ☉. Fl. Jun., Jul.

217. LIGUSTICUM.

Fructus ovato-oblongus, solidus, corticatus. *Cocculi* dorso costis quinque acutis, subalatis. *Valleculae* uni- vel multivittatae. (*Involucrum* poly- vel oligophyllum.)

1. Ligusticum *nodiflorum.*

L. caule subanguloso, ramis oppositis, verticillatisve, foliis subtriplicato-pinnatis, foliolis oblongis, acutis, profunde serratis, umbellis paniculatis numerosissimis.

Ligusticum nodiflorum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1425. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 548.

Trochiscanthes nodiflorus. Koch Umbellif. disposit. p. 126.

Laserpitium verticillatum. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 186. Tab. 171. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1112.

Ligusticum quorundam, foliis Angelicae. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 147.

Sequentibus planta, nondum a me visa, describitur. *Radix* extus saturate brunnea, intus flavescens. *Caulis* erectus, teres, sub ramificationibus angulatus, crassitie digiti, bi-, tripedalis, superne ramosus. *Rami* angulati, oppositi et verticillati, nudi. *Folia* glabra, saturate viridia, subtus pallidiora; *radicale* plerumque solitarium, triplicato-pinnatum; *caulina* duo: *inferiora* triplicato-, *superiora* duplicato-pinnata: *foliolis lateralibus* oblongis, acutis, integris profunde serratis, serraturis apice albidis; *terminali* trifido. *Umbellae* paniculatae, numerosissimae, multiradiatae. *Umbellulae* in umbella terminali multiflorae, in lateralibus quinque-seu sexflorae. *Flores* albi, ante anthesin extus purpurascenses. *Involucrum* tetra-ad decaphyllum: *foliolis* li-

nearibus, acutis, brevibus, patentibus, margine membranaceis, integerrimis, raro apice tridentatis. *Involucella* tri - ad pentaphylla. *Fructus* oblongus, costatus, sulcatus. *Cocculi* dorso quadrisulcati, costis membranaceis, fuscis, subundulatis; duabus lateralibus paullo majoribus.

Knotenblühtiger Liebstängel.

In alpibus Croatiae (*Waldst.* et *Kitaib.*). 24. Fl. Julio.

2. Ligusticum *peloponesiacum.*

L. caule sulcato, ramis superioribus subverticillatis, foliis ternatim decompositis; foliolis lanceolatis, decursive pinnatis, elongatis; laciniis argute pinnatifidis apice attenuatis.

Ligusticum peloponesiacum. Jacq. Flora Austr. Append. p. 33. Tab. 13. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 548. *Scop.* Carn. 2. n. 338. *Host* Synops. p. 155. *Wulfen* in *Römer* Arch. Band 3. St. 3. p. 350.

Ligusticum peloponense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1425. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 324.

Molopospermum peloponesiacum. Koch Umbellif. disposit. pag. 108.

Laserpitium peloponense. Vest Manuale p. 505.

Seseli peloponense. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 184.

Radix crassa, fusiformis, ramosa, extus albicans. *Caulis* erectus, teres, sulcatus, glaber, fistulosus, tri-ad quinquepedalis, inferne pollicis crassitie et saepe rubens, superne ramosus. *Rami inferiores* alterni, vel subopposite, *superiores* plerumque verticillati, erecto-patentes. *Folia* glabra, nitida: *radicalia* amplissima, ternatim decomposita; *caulina* bipinnata: *foliolis* elongato-lanceolatis, decursive pinnatifidis; *laciniis* inciso-pinnatifidis, apice attenuatis. *Vaginae* praelongae, striatae, margine membranaceae, albidae. *Umbellae* terminales, multiradiatae, convexiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, aequales, in umbellis lateralibus saepe abortientes. *Involucrum* plerumque pentaphyllum, interdum hexa-ad decaphyllum: *foliolis* lanceolatis, demum reflexis, vel omnibus integris, vel uno pinnatifido-serrato. *Involucella* similia. *Fructus* glaber, oblongo-ovalis. *Cocculi* dorso costis quinque subalatis, argutis, membranaceis notati. *Valleculae* univittatae.

Peloponesischer Liebstöckel.

In montibus sylvaticis comitatus Goritiensis (*Wulfen*), Forijulii (*Host*). 24. Fl. Majo, Junio.

3. Ligusticum *apioides.*

L. caule angulato, foliis supra decompositis: foliolis pinnatifidis; laciniis lanceolatis obtusiusculis, mucronatis. Umbellae oppositifoliae.

Ligusticum apioides. Schultes Syst. Veget. 6. p. 552.

Cnidium apioides. Sprengel Prodr. Umbell. p. 40. *Hoffmann* Umbell. ed. 2. 1. p. 57.

Laserpitium silaifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1417. *Host* Synops. pag. 152. *Jacq.* Flora Austr. Append. Tab. 44. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1116. *Vest* Manuale p. 502.

Pyrethrum alterum. *Lobel* Icon. 1. p. 775. *Ejusd.* Hist. p. 447. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 296.

Pyrethrum umbelliferum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 20.

Radix transversa, ramosa, crassitie digiti, multiceps, extus alba, aetate fuscescens. *Caulis* erectus, interdum prostratus, striatus, glaber, ramosus. *Folia* glabra, supra decomposita: *foliolis* inciso-pinnatifidis, planis; *laciniis* oblongis, obtusiusculis, breviter mucronatis. *Petioli* canaliculati, basi pro more vaginantes, membranacei. *Umbellae* oppositifoliae, pedunculatae, multiradiatae, densae, planiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, vel ex albo flavescentes, subaequales, omnes fertiles. *Involucrum* vel nullum, vel oligophyllum: *foliolis* linearibus, rarius pinnatifidis, umbella duplo brevioribus. *Involucella* polyphylla: *foliolis* linearibus, longitudine umbellulae. *Fructus* ellipticus, glaber. *Cocculi* dorso quinquecostati; *costis* alatis.

Sellerieartiger Liebstöckel.

In Carnioliae calidioris, Litoralis saxosis, asperis (*Jacq.*, *Host*). 24. Fl. Jul., Aug.

4. Ligusticum *simplex.*

L. caule simplici, sulcato, aphyllo, foliis bipinnatifidis: foliolis sessilibus, linearibus, multifidis, subdecussatis.

Ligusticum simplex. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 553. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 40. *Koch* Umbell. dispos. p. 105.

Laserpitium simplex. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1421. *Braune* Salisb. n. 260. *Host* Synops. pag. 154. *Reiner* et *Hohenw.* Iter pag. 110. *Römer* Flora Europ. fasc. 8. *Schrank* Primit. Salisb. n. 274. *Schultes* Oestr.

Fl. 2. n. 1121. *Vest* Manuale pag. 503. *Wulfen* in *Jacq.* Miscell. 2. p. 40. Tab. 2.

Laserpitium Mutellinoides. Crantz Austr. p. 67.

Radix longa, ramosa, lignosa, multiceps, extus fusco-nigra. *Caulis* solitarius, seu plures, erectus, teres, glaber, sulcatus, aphyllus, simplicissimus, digitalis vel sesquidigitalis. *Folia* radicalia, bipinnatifida, petiolata, glabra: *foliolis* multifidis; *laciniis* linearibus, planis, acutis. *Umbella* terminalis, solitaria, multiradiata, compacta, hemisphaerica. *Umbellulae* compactae, hemisphaericae, multiflorae. *Flores* primum purpurei, demum albi, aequales. *Involucrum* subpolyphyllum: *foliolis* linearibus, superne latioribus, tri-ad quinquefidis, longitudine radiorum umbellae. *Involucella* subpolyphylla: *foliolis* simplicibus, bitrifidisve. *Fructus* ovatus, glaber. *Cocculi* dorso alis quatuor praediti, apice atro-purpurei.

Einfacher Liebstöckel.

In alpibus et montibus Austriae, Carinthiae, Carnioliae *(Wulfen, Jacq.)*, Salisburgi in alpibus *Karrthal* et *Prosnitz (Hänke, Schrank)*, Styriae *(Sartori)*. 24. Fl. Jul., Aug.

5. Ligusticum *Silaus.*

L. caule angulato, foliis supra decompositis: foliolis pinnatifidis: laciniis remotiusculis, lanceolatis, nervosis, subcanaliculatis, mucronatis.

Cnidium Silaus. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 416. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 125.

Peucedanum Silaus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1406. *Besser* Galic. n. 340. *Gmelin* Badens. n. 422. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 5. *Host* Synops. pag. 150. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 15. *Pollich* palat. n. 281. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1126.

Silanus pratensis. Koch Umbellif. dispos. p. 106.

Seseli Selinoides. Jacq. Enum. Vindob. p. 227.

Seseli pratense. Crantz Austr. pag. 209. Tab. 6. Fig. 1. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 58.

Seseli pratense Monspeliensium. *Lobel* Icon. 1. pag. 738. *Ejusd.* Hist. p. 425.

Sium Silaus. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 340. *Vest* Manuale p. 516.

Siler alterum pratense. *Dodon.* Pempt. p. 313.

Hippomarathrum primum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 160.

Radix ramosa, subfusiformis, descendens, extus fusco-nigra. *Caulis* erectus, dichotomus, glaber, inferne teres, striatus, superne sulcato-angulosus, bi-, tripedalis. *Folia* glabra: *radicalia* et *caulina inferiora* supra decomposita; *superiora* decomposita; *ramea* plerumque tripartita: *foliolis* mucronatis, subcarinatis, margine tenuissime serrulatis, nervosis, *lateralibus* vel integris, vel bipartitis, *terminalibus* bipartitis vel pinnatifidis: *laciniis* in foliis radicalibus ovato-lanceolatis, in caulinis oblongis, plus minus linearibus. *Petioli* canaliculati, compressi, basi parum dilatati, amplexicaules. *Umbellae* oppositifoliae et terminales, submultiradiatae, inaequales, rarae. *Umbellulae* multiflorae, planae. *Flores* subaequales, pallide flavescentes: *centrales* steriles. *Involucrum* vel nullum, vel diphyllum: *foliolis* linearibus. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolato-linearibus, acutis, umbellula brevioribus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber. *Cocculi* dorso convexi, quinquecostati; *costis* acutis, subalatis.

Wiesen-Liebstöckel.

In pratis humidiusculis Germaniae australioris. 2|. Fl. Jun., Julius.

218. WALLRÓTHIA.

Fructus ovatus solidus. *Cocculi* dorso costis obtusis, *Valleculae* sulcatae. *Commissura* plana. (*Involucrum* oligophyllum.)

1. Wallrothia *tuberosa.*

W. radice tuberosa, foliis bipinnatis: foliolis oblongis, subcarnosis, mucronatis, tripartitis.

Wallrothia tuberosa. Sprengel Pugill. 2. p. 52. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 556.

Bunium alpinum. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 199. Tab. 182.

Celeberr. *Sprengel* l. c. ita plantam describit:

Radix tuberosa, nucis avellanae magnitudine. *Caulis* bi-, tripollicaris, solitarius, flexuosus, angulatus, laevis, basi attenuatus. *Folium radicale* plerumque unum, petiolatum, subtripinnatum; *caulina* bina, subbipinnata: *foliolis* minutis, lanceolatis, mucronatis, subcarnosis, tripartitis. *Vaginae* striatae, margine membranaceae, apice auriculatae. *Umbellae* peduncu-

latae, subternae, pauciradiatae. *Umbellulae* submultiflorae. *Involucrum* et *Involucella* oligophylla: *foliolis* lanceolatis, acuminatis. *Fructus* ovato-oblongus, superne tenuior, sulcato-angulatus, nudus, laevis.

Knollige Wallrothie.

In montibus calcareis Croatiae (*Kitaibel*). 2|. Fl. Jun., Jul.

219. PIMPINELLA.

Fructus ovato-subrotundus, solidus. *Commissura* contracta. *Cocculi* dorso quinquecostati, costis obtusis. *Valleculae* convexiusculae, vittatae. (*Involucrum* nullum.)

1. Piminella *Saxifraga.*

P. caule striato, foliis radicalibus vel pinnatis; foliolis subovatis, inciso-dentatis, vel bipinnatifidis; foliolis oblongis: caulinis bipinnatifidis; foliolis linearibus.

α *minor:* foliis radicalibus pinnatis; foliolis subrotundis, serratis: caulinis inferioribus subbipinnatis, vaginis summis subaphyllis.

Pimpinella Saxifraga. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1471. *Roth* Flora Germ. T. I. P. II. pag. 341. *Besser* Galic. n. 372. *Gmelin* Badens. n. 462. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 20. *Pollich* palat. n. 305. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 225. Tab. 78. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1214. *Vest* Manuale p. 518. Flora Dan. Tab. 609.

Pimpinella Saxifraga α minor. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 386.

Pimpinella minor. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 83.

β *ovata:* foliis radicalibus caulinisque conformibus, pinnatis: foliolis omnibus subovatis serratis.

Pimpinella Saxifraga β ovata. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 386. (excluso synon. *Fuchsii.*)

Saxifraga hircina minor. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 111. Fig. 2.

Tragoselinum majus et minus. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 255.

γ *nigra:* foliis radicalibus pinnatis: foliolis ovatis, sublobatis, serratis; caulinis inferioribus subbipinnatis, vaginis subaphyllis.

Pimpinella Saxifraga ε nigra. Schultes Syst. Veget. 6. p. 386. *Gmelin* Badens. n. 462. *β.*

Pimpinella nigra. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1471. *Ejusd.* Prodr. Fl. Berol. n. 348. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 342. (exclusis synon. plerisque.) *Besser* Galic. n. 373. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1215. *Vest* Manuale p. 518. *Trevìranus* Observ. bot. p. 7. n. 8.

δ *alpestris:* foliis radicalibus pinnatis: foliolis cuneiformibus, inciso-pinnatifidis; laciniis inciso-dentis: caulinis subbipinnatis; laciniis integris, vaginis summis subaphyllis.

Pimpinella Saxifraga γ alpestris. Schultes Syst. Veg. 6. pag. 386.

Pimpinella Saxifraga minor. *Lobel* Icon. 1. p. 719. *Ejusd.* Hist. p. 413.

Saxifraga Pimpinella germanica minor. *Clusii* Hist. 2. p. CXCVII.

Saxifraga parva. *Dodon.* Pempt. p. 315.

Saxifraga media. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 82. *Dill.* Giss. p. 152.

Tragoselinum petraeum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 255. Fig. 3.

ε *dissecta:* foliis radicalibus caulinisque inferioribus bipinnatis: foliolis pinnatifidis; laciniis lanceolatis; caulinis summis subaphyllis.

Pimpinella Saxifraga δ dissecta. Schultes Syst. Veget. 6. p. 386. (excluso synom. *Hänkii.*)

Pimpinella dissecta. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 344. *Timm* Fl. Megapol. n. 194. secundum specimen ab ipso *Timmio.*

Pimpinella tenuifolia. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 83. *Dill.* Giss. p. 121.

Pimpinella Saxifraga tenuifolia. *C. Bauh.* Prodr. pag. 84. ob caulem tantum striatum, nec sulcatum.

Pro loci natalis et soli diversitate polymorpha est haec species, ita, ut varietates enumeratae, quoad foliorum figuram et divisionem primo intuitu species videantur distinctae, at variationes intermediae transitum unius in alteram satis superque demonstrant. Omnes inter se conveniunt caule tereti, striato, nunquam angulato-sulcato.

Radix fusiformis, suboylindrica, annulata, extus lutescens, vel fusca, vel nigra. *Caulis* erectus, teres, striatus, vel glaber,

vel plus minus villosus, superne dichotomus, ramosus. *Folia* glabra, vel plus minus villosa: *radicalia* in α, β, γ, δ pinnata, in ε bipinnata; foliolis in α subrotundis, in β et γ subovatis, vel ovatis, in α et β simpliciter serratis, in γ sublobatis, serratis, in δ inciso-pinnatifidis, in ε subbipinnatifidis; *laciniis* in δ inciso-dentatis, in ε lanceolatis, integris: *caulina* in α, β, γ, δ, ε bipinnatifida vel bipinnata: *foliolis* linearibus, in β omnia pinnata, radicalibus conformia. *Vaginae* oblongae, dilatatae, amplexicaules, margine submembranaceae: *summae* caulis et ramorum in α, γ, δ, ε subaphyllae, folii rudimento lanceolato tantum terminatae. *Umbellae* terminales, multiradiatae, ante anthesin nutantes, planiusculae. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, subaequales, omnes fertiles. *Fructus* subrotundo-ovatus, glaber. *Cocculi* ovati dorso costis tribus et ad marginem duabus tenuibus, obtusis, notati. *Valleculae* quatuor, convexae, bi-seu trivittatae.

Observ. Quamvis *Pimpinella dissecta*, *Retzii* Observ. bot. Fasc. 3. p. 30. Tab. 2. quoad caulis figuram, quam proxime accedat ad Var. ε, quoad fructus tamen structuram plane diversam declarat dilectiss. *Hayne* l. c. in observatione *.

Gemeine Bibernell.

α In pascuis aridis, collibus; β et γ in collibus saxosis, ad viarum margines, praesertim calcareo-argillaceis; δ ad sepes, in aridis sabulosis; ε ad sepes, sylvarum et nemorum margines passim. ♃. Fl. Jul., Aug., Sept.

2. Pimpinella *magna.*

P. caule angulato, sulcato, foliis vel omnibus pinnatis; foliolis sublobatis, serratis vel subbipinnatis; foliolis pinnatifidis vel bipinnatifidis.

α *Foliis omnibus pinnatis; foliolis oblongis sublobatis, serratis.*

Pimpinella magna. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1471. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. p. 343. *Besser* Galic. n. 374. *Gmelin* Badens. n. 463. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 21. *Lumnitz.* Poson. n. 399. *Pollich* palat. n. 306. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 384. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1216. *Vest* Manuale p. 518. Flora Dan. Tab. 1155.

Pimpinella major. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 396. *Fuchs* Hist. p. 609.

Pimpinella Saxifraga. *Scop.* Carn. 2. n. 345. *Camer.* it. p. 775.

Pimpinella major Fuchsii. *Lobel* Icon. 1. p. 720. *Ejusd.* st. p. 413.

Saxifraga major. *Dodon.* Pempt. p. 315.

Saxifraga, Pimpinella germanica major. *Clusii* Hist. 2. CXCVII.

Saxifraga hircina major. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. g. 209.

Tragoselinum majus. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 253.

β *Foliis pinnatis: foliolis subpalmato-pinnatifidis; laciniis lanceolatis, acutis.*

Pimpinella magna β *orientalis.* *Schultes* Syst. Veget. pag. 384.

Pimpinella orientalis. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 597. *chultes* Oestr. Flora 2. n. 1217. *Gouan* Illustr. p. 21. Tab. . *Lumnitz.* Poson. n. 300.

Pimpinella. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 80.

γ *Foliis bipinnatis: foliolis radicalium pinnatifidis, caulinorum elongatis, linearibus, subfalcatis.*

Pimpinella hircina. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 344. *önch* Hassiac. n. 255. *Leers* Herborn. n. 225.

Pimpinella dissecta. *Gmelin* Badens. n. 464? *Schul-* s Oestr. Flora 2. n. 1218? *Vest* Manuale pag. 518.

Pimpinella magna γ *dissecta.* *Schultes* Syst. Veget. 6. g. 384? (exclusis saltem synonymis fere omnibus, quae ad ar. ε *dissectam* antecedentis speciei pertinent.)

Et haec quoque species pro soli conditione quoad foliorum visionem polymorpha est, ut ita Var. γ facile primo intuitu o diversa specie habeas, nisi transitus Var. β in γ contra- um suaderet. Omnes conveniunt *Caule* anguloso, sulcato et *aginis* petiolorum subventricosis, margine lato, membranaceo nctis.

Radix subcylindrica, perpendicularis, annulata, extus fus- scens, multiceps. *Caulis* erectus, angulatus, sulcatus, glaber, tidus, superne dichotomus. *Folia* glabra, supra saturate viri- a, subtus pallidiora; in α et β pinnata, in γ bipinnata: *folio- s foliorum radicalium* in α oblongo-ovatis, sublobatis, grosse rratis, acutis; in β subpalmato-pinnatifidis; *laciniis* lanceola- s, acutis; in γ pinnatifidis; *laciniis* lanceolatis, acutis; *cauli- orum* in α ovato-lanceolatis, inciso-serratis; in β ovato-lan- eolatis, inciso-pinnatifidis; *laciniis* angusto-lanceolatis, acutis; ı γ maxime elongatis, sesqui-ad biuncialibus, vel bi-seu tri-

partitis, vel integerrimis, lato-linearibus, acutis, subfalcatis. *Vaginae* oblongae, subventricosae, margine lato, membranaceo, cinctae; *summa* una vel altera non raro subaphylla. *Umbella* in caule ramisque terminalis, in α et β submultiradiata, in γ multiradiata, subconvexa, ante anthesin nutans. *Umbellulae* submultiflorae, convexiusculae. *Flores* subaequales, fere omnes fertiles, albi, vel in α et β non raro rubicundi. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus* ovato-subrotundus. *Cocculi* dorso costis tenuibus, obtusis, tribus, cum duabus marginalibus, praediti.

Grosse Bibernell.

In pratis, nemoribus, inter frutices: α fere ubique; β Austriae alpibus et subalpinis; γ in pratis et pascuis siccis inter frutices Hassiae *(Mönch)*, prope Herbornam *(Leers)*, prope *Vegesack* Ducatus Bremensis, sed rarius *(R.)* α et γ ♃, β plerumque ☉. Fl. Jul., Aug.

3. Pimpinella *dioica.*

P. caule striato-angulato, ramosissimo, paniculato, foliis decompositis; foliolis linearibus.

Pimpinella dioica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1474. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 345. *Besser* Galic. n. 278. *Gmelin* Badens. n. 465. *Host* Synops. pag. 171. *Lumnitz.* Poson. n. 301. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 385. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1220. *Vest* Manuale p. 518.

Pimpinella glauca. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1473. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 345. *Host* Synops. pag. 171. *Pollich* palat. n. 307. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1219. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hung. Tab. 72.

Pimpinella pumila. Jacq. Enum. Vindob. pag. 227. *Ejusd.* Flora Austr. 1. Tab. 28.

Apium pumilum. Crantz Austr. p. 213.

Pastinaca glauca. Scop. Carn. 2. n. 334.

Trinia Henningii. Hoffmann Umbell. Gen. 1. pag. 92. *Koch* Umbellifer. disposit. p. 197.

Ammi minimum. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 95.

Peucedani facie pallida planta. *Lobel* Icon. 1. pag. 745. *Ejusd.* Advers. p. 331.

Selinum montanum pumilum. *Clusii* Hist. 2. pag. CC. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 17.

Oreoselinum tertium. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 267.

Daucus petraeus glauco folio. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 58.

Pro solo vario haec species variat floribus hermaphroditis, masculis et femineis in distinctis individuis, colore, magnitudine et ramositate. *Collatis* inter se speciminibus inter *Pimpinellam dioicam* et *glaucam*, e variis Austriae regionibus et Palatinatus, nullos sane certos limites detegere potui, ut ne varietatis quidem nomine una ab altera indigitari queat, quocum consentientes habeo Viros Celeberr. *Gmelin* et *Schultes.*

Radix fusiformis, subdivisa, fibrosa, extus luteo-fusca. *Caulis* erectus, angulosus, sulcatus, a basi ramosissimus, paniculatus, glaber, vel nonnunquam pubescenti-scabriusculus, a digitali ad palmarem, immo pedalem altitudinem accedens. *Rami* repetito-ramosi: *inferiores* alterni vel subopposititi; *superiores* terni, quaternive, verticillati, patuli. *Folia* glabra, vel saturate viridia, vel glauca, pleraque opposita, petiolata, decomposita: *foliolis* linearibus, angustis, obtusiusculis, subcarnosis, antice canaliculatis, simplicibus, bi-trifidisve, margine vel laevibus vel scabriusculis: *ramea* brevius petiolata, sensim minora, pinnata; *foliolis* simplicibus vel bifidis. *Petioli* sulcati, basi vaginantes. *Vaginae* submembranaceae. *Umbellae* compositae et simplices, pauciradiatae, caulem, ramos ramulosque terminantes. *Umbellulae* pauciflorae. *Flores* pallide lutescentes, extus quandoque fuscescentes, subaequales. *Germina* saepius pubescentia. *Involucrum* nullum. *Involucella* vel ut plerumque nulla, vel polyphylla, minima, mox caduca. *Fructus* subrotundo-ovatus, obtuse costatus. *Cocculi* dorso costis filiformibus tribus cum duabus marginalibus notati.

Zweihäusige Bibernell.

In rupestribus, siccis, vineis et alpinis Austriae *(Host)*, Posoniae *(Lumnitz.)*, Hungariae *(Waldst. et Kit.)*, Marggrav. Badensis superioris prope *Idstein (Gmelin)*, Palatinatus *(Pollich)*. ♂. 4. Fl. Majo, Junio.

220. SESELI.

Fructus ovatus, plus minus oblongus, solidus. *Cocculi* dorso quinque costati, *costis* acutis. *Valleculae* sulcatae, striatae. (*Involucrum* plerumque nullum seu oligophyllum.)

1. Seseli *glaucum.*

S. foliis supra decompositis: foliolis trifidis; laciniis linea-

ribus, vaginis adpressis, umbellae radiis cum involucellis lineari-subulatis, umbella brevioribus, fructibusque glabris.

Seseli glaucum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1460. *Gmelin* Badens. n. 456. *Host* Synops. pag. 167. *Jacq.* Flora Austr. 5. Tab. 144. *Lumnitz.* Poson. n. 290. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 397. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1195. *Scop.* Carn. 2. n. 357.

Seseli osseum. *Crantz* Austr. p. 207.

Seseli massilioticum primum. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 304.

Sium glaucum. *Vest* Manuale pag. 515.

Daucus glauco folio similis foeniculo tortuoso. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 16.

Radix fusiformis, ramosa, fusca. Tota planta glauco-viridis. *Caulis* erectus, teres, striatus, nitidus, glaberrimus, rigidus, bi-, tripedalis, glauco-stramineus, subinde rubicundus. *Rami* alterni, erecto-patuli. *Folia* glabra: *radicalia* supra decomposita; *caulina inferiora* subtripinnata; *superiora* simpliciter pinnata et ternata; *summa* simplicia: *foliolis* trifidis; *laciniis* anguste linearibus, dorso carinatis, margine ad lentem serrulatis, apice subulatis. *Vaginae* striatae, vix membranaceae, arctae, glabrae, obtusae. *Umbella* terminalis, submultiradiata: *radiis* inaequalibus, tenuibus, glaberrimis. *Umbellulae* convexiusculae, submultiflorae. *Flores* albi, omnes fertiles. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* angusta, lineari-subulata, glaberrima, umbellula dimidio breviora, adpressa, suboctophylla. *Fructus* ovatus, sulcatus, costatus, laevis, glaberrimus. *Cocculi* dorso costis quinque elevatis, flavescentibus, subcartilagineis praediti.

Grauer Sesel.

In saxosis herbidis Austriae, Carnioliae *(Jacq., Scop.)*, Bohemiae *(Pohl)*, prope Posoniam *(Lumnitz.)*. ♃. Fl. Jul., August.

2. Seseli *montanum.*

S. foliis decompositis: foliolis trifidis; laciniis linearibus, vaginis adpressis, umbellae radiis cum involucellis lineari-subulatis, umbellula brevioribus, scabris, fructibus pubescenti-canis.

Seseli montanum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1459. *Gmelin* Badens. n. 455. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 397. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1194.

Meum spurium alterum italicum. *Lobel* Icon. I. p. 778.

Meum adulterinum. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 189.

Quam proximum antecedenti et caute distinguendum. Differt autem: 1. *Colore* totius plantae viridi. 2. *Foliis* minus compositis: *laciniis* acutioribus, fere mucronatis. 3. *Pedunculis* sub umbella cum ejusdem *radiis*, *Involucro* et *Involucellis* pubescenti-scabris. 4. *Involucro* plerumque di-ad tetraphyllo. 5. *Umbellulis* densioribus, hemisphaericis. 6. *Fructibus* paullo majoribus, cano-pubescentibus.

Berg-Sesel.

In monte *Wasserfall* Marggrav. Badensis *(Gmelin)*, in montibus elatis ad *Pedisbrad* et ad montes giganteos *(Pohl)*. 2|. Fl. Jun., Jul.

3. Seseli *annuum.*

S. foliis decompositis: foliolis tripartitis; laciniis linearibus, vaginis oblongis adpressis, umbellae radiis pubescenti-scabris, involucellis lanceolato-subulatis, margine membranaceis, serrulatis, umbellulam superantibus, fructibus glabriusculis.

Seseli annuum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1460. *Besser* Galic. n. 368. *Gmelin* Badens. n. 457. *Host* Synops. p. 168. *Jacq.* Flora Austr. 1. Tab. 55. *Lumnitz.* Poson. n. 291. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 398. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1197. *Scop.* Carn. 2. n. 356.

Seseli bienne. *Crantz* Austr. p. 204.

Seseli coloratum. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 124.

Seseli ventricosum. *Pohl* Bohem. n. 479.

Seseli tortuosum. *Pollich* palat. n. 302. secundum *Koch.*

Sium annuum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 337. *Vest* Manuale pag. 515.

Sium tortuosum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 337.

Pimpinella tenuifolia. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 83.

Libanotis *παρθηκοειδής.* *Thal.* Hercyn. p. 71.

Radix fusiformis, fusco-nigricans, crassitie fere digiti minimi, biennis. *Caulis* plerumque solitarius, erectus, teres, glaber, vel interdum ad lentem subpubescens, praesertim ad nodos, striatus, palmaris, semipedalis, pedalis et major, glauco-viridis, superne ramosus, inferne plerumque rubellus. *Folia* supra glabra, subtus subpubescentia, margine scabriuscula: *radicalia* subtripinnata, petiolata; *caulina* bipinnata absque petiolo vaginae

insidentia: *foliolis* bi- et tripartitis; *laciniis* linearibus, breviter mucronatis. *Vaginae* submembranaceae, glabrae, basi nonnihil pubescentes, plus minus coloratae et purpurascentes, oblongae, arctae, apice parum dilatatae et membrana tenui ciliata ultra folii basin producta, rotundata, terminatae. *Umbella* in caule ramisque terminalis, multiradiata, convexa: *radiis* inaequalibus, pubescenti-scabriusculis. *Umbellulae* densae, convexiusculae. *Flores* albi, vel purpurascentes, omnes plerumque fertiles. *Involucrum* plerumque nullum vel subinde monophyllum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolato-subulatis, margine lato membranaceo, tenui, fimbriato, cinctis, caeterum glabris, exterioribus umbellulam superantibus. *Fructus* ovatus, glaber, costatus. *Cocculi* dorso costis tribus elevatis, cum marginalibus duabus, submembranaceis, notati.

Jähriger Sesel.

In pratis, collibus, montibus apricis herbidis Germaniae praesertim australioris. ♂. Fl. Aug., Sept.

4. Seseli *dubium.*

S. foliis bipinnatis: foliolis subtrifidis; laciniis linearibus, vaginis laxis, inferioribus pendulis, umbellae radiis scabriusculis, involucellis lineari-setaceis, umbellulam aequantibus fructibusque glabris.

Seseli dubium. *Schkuhr* Handb. 1. p. 217. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 399. *Wallroth* Sched. crit. 1. p. 125.

Seseli Saxifragum. *Scholler* Fl. Barby. Append. n. 1009.

Sium Saxifragum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 338. (exclusis synon. *Linnei* et *Bauhini*, ut etiam Floristar. Germ.)

Seseli venosum. *Hoffmann* Germ. p. 144.

Selinum pratense. *Sprengel* Flora Halens. n. 328. Tab. 2.

Quam proxime accedit ad antecedentem *Seseli annuum*, tamen evidenter distinctum: 1. *Caule* simpliciore, strictiore. 2. *Foliis* utrinque glaberrimis: *foliolis* magis elongatis. 3. *Vaginis* laxis; *infimis* pendulis, apice quidem obtusis et membranaceis, sed neque dilatatis, neque ciliatis. 4. *Involucri foliolis* nonnullis, setaceis. 5. *Involucellis* lineari-setaceis, glabris, umbellulam aequantibus.

Zweifelhafter Sesel.

In pratis paludosis prope *Kröllwitz* et *Lieskau* ad Halam

Saxonum *(Wohlleben, Sprengel)*, prope Barby *(Scholler)*, prope Wittenberg *(Schkuhr)*. 24. Fl. Augusto.

5. Seseli *Hippomarathrum.*

S. foliis supra decompositis: foliolis trifidis; laciniis linearibus, vaginis adpressis, summis aphyllis, umbellae radiis scabriusculis, involucellis monophyllis, pelviformibus, membranaceis, dentatis, umbellula dimidio brevioribus, fructibus glabris.

Seseli Hippomarathrum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1462. *Gmelin* Badens. n. 458. *Host* Synops. p. 168. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 143. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 399. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1201. *Schkuhr* Handb. I. p. 219. Tab. 75. *Scop.* Carn. 2. n. 358. *Wallroth* Schedulae crit. I. p. 125.

Seseli articulatum. Crantz Austr. p. 205. Tab. 5. Fig. 1. 2.

Sium Hippomarathrum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 338.

Hippomarathrum. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 67.

Saxifraga pannonica. *Clusii* Hist. 2. p. CXCVI.

Radix longa, lenta, digiti minimi crassitie, ochracea. *Caulis* erectus, teres, striatus, firmus, glaber, glauco-viridis, superne divisus, pedalis et sesquipedalis. *Folia* glauco-viridia, glabra: *radicalia* supra decomposita; *caulina inferiora* bipinnata: *foliolis* trifidis; *laciniis* linearibus, breviter mucronatis. *Vaginae* arctae, striatae, glabrae, glauco-virides, oblongae, obtusae, margine fusco-membranaceae; *superiores* et *ramorum* plerumque aphyllae. *Umbella* submultiradiata, convexiuscula: *radiis* scabriusculis. *Umbellulae* multiflorae, densae, convexae. *Flores* albi, rarius rubicundi. *Involucrum* plerumque nullum, rarius monophyllum. *Involucella* monophylla, pelviformia, submembranacea, crenato-dentata, umbellula dimidio breviora, glabra, vel parum pubescentia. *Fructus* ovatus, glaber vel subinde parce pubescens. *Cocculi* dorso costis quinque elevatis, corticosis praediti.

Pferde-Sesel.

In rupibus et collibus calcareis passim in Germania australiore. 24. Fl. Jul., Aug.

5. Seseli *gracile.*

S. foliis triternatis: foliolis triangulari-setaceis, vaginis

adpressis, umbellae nubilis nutantis radiis cum involucellis lineari-setaceis, umbellula brevioribus fructibusque, glabris.

Seseli gracile. Waldst. et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 2. p. 122. Tab. 117. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 403. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1196. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 319.

Radix crassitie digiti minimi, ramosa, fusca. *Caules* plures, debiles, adscendentes, flexuosi, pedales et sesquipedales, crassitie vix culmi triticei, glabri, nitidi, laeviter striati, pallide virides, dichotomi. *Rami* erecto-patuli. *Folia* glabra, erecta, flaccida: *radicalia* triternata; *caulina* biternata et ternata: *foliolis* setaceis, triangularibus, sesquiunciam ad tres uncias longis, saturate viridibus. *Petioli* filiformes, in radicalibus foliis illis longiores, in caulinis inferioribus breviores, in superioribus brevissimi. *Vaginae* oblongae, adpressae, glabrae, striatae, margine membranaceae, apice obtusae, integerrimae. *Umbellae* in caule ramisque terminales, ante anthesin nutantes, floriferae et fructiferae erectae, patentes, planae; *radiis* subdenis, inaequalibus, elongatis, glaberrimis. *Umbellulae* planae, submultiflorae. *Flores* flavi, omnes fertiles. *Involucrum* plerumque nullum, rarius mono-seu diphyllum: *foliolis* setaceis, brevissimis. *Involucella* octophylla: *foliolis* setaceis, glabris, basi distinctis, umbellula paullo brevioribus. *Fructus* glaberrimus. *Cocculi* dorso costis quinque subfiliformibus notati.

Zarter Sesel.

Observ. In *Schultes* Syst. Veget. l. c. Cel. *Sprengel* huc trahit Pyrethrum Gesneri, *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 21., at foliola justo longe breviora delineata sunt in hac figura.

In rupibus calcareis ad thermas Herculis Pannoniae (*Waldst.* et *Kitaib.*) et in Transsylvania (*Baumgarten*). ♃ Fl. Jul., Aug.

7. Seseli *leucospermum.*

S. foliis supra decompositis: foliolis setaceis, canaliculatis, vaginis adpressis, umbellae radiis cum involucellis linearibus basi connatis umbellula brevioribus germinibusque tomentosis, fructibus demum glabris.

Seseli leucospermum. Waldst. et *Kit.* Plantae rar. Hungar. 1. pag. 93. Tab. 89. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 403. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1200. *Willd.* Enum. Plant. Horti bot. Berol. p. 320.

Sequentibus ab inventoribus describitur: *Radix* ramosa, fusca, crassitie digiti minimi. *Caulis* solitarius, erectus, rigidus, teres, flexuosus, a basi ramosus, pedalis et sesquipedalis. *Folia radicalia* tri-aut subquadripinnata; *caulina* et *ramea* bipinnata: *foliolis* setaceis, canaliculatis, acutis, pollicem ad sesquipollicem longis. *Vaginae* emarginatae, adpressae, margine membranaceae. *Umbellae* densae, ante anthesin subnutantes, tunc erectae, concavae, rigidae: *radiis* albo-tomentosis. *Umbellulae* convexae. *Involucrum* vel nullum, vel solitarium, lineari-acuminatum, margine membranaceum, radiis plerumque brevius, in culta planta di-et triphyllum. *Involucella* polyphylla, basi connata, lineari-acuta, tomentosa, albida, saepe purpurascentia. *Flores* albi, aequales. *Fructus* ovatus, sulcatus, junior albido-tomentosus, demum albido-fuscescens, calvescens, calyce coronatus. *Cocculi* dorso quinquecostati, quadrisulcati.

Weisssamiger Sesel.

In collibus calcareis *Budae* Pannoniae *(Waldst. et Kit.)*. 2|. Fl. Aug., Sept.

* * *

Observ. I. Seseli tortuosum Linn. Germaniae non indigenum videtur. Omnia enim, quae e diversis Germaniae regionibus accepi, specimina *Seseleos annui* erant formae variae, a loci natalis diversitate obortae, caule robustiore, ramosiore, flexuoso et magis nodoso. Etiam Cel. *Besseri Seseli tortuosum* Florae Galic. n. 369. mihi suspectum est, de quo etiam amicus veneratiss. *Schultes* in Oestr. Flora 2. n. 1198. dubitat, an vera *Linnei* planta sit. *Seseli tortuosum Wulfen* in *Jacq.* Collect. Austr. 1. p. 330. quod observavit quoque Cel. *Lumnitzer* prope Posoniam quodque descripsit in Flora Poson. n. 292., nullibi ab auctoribus adducitur et quum opere *Jacquiniano* adhuc caream, de ejusdem loco natali aliquid dicere non valeo.

Observ. II. Seseli Saxifragum Besser Flora Galic. Append. p. 351. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1199. *Vest* Manuale pag. 516. sub *Sio*, mihi adhuc suspecta planta manet. Quae sub hoc nomine a b. amico *Rohde* e Gallia accepi specimina, exacte conveniunt cum Icone *Gouani* in Illustr. Tab. VIII. exceptis foliis radicalibus non tam acutis, ut vix dubius haeream, an non sit verum *Seseli elatum Gouani* in Illustr. p. 16. descrip-

tum. Asserit saltem, quoad descriptionem primo se habuisse suam plantam pro *Seseli Saxifrago Linnei*. At quo jure optimus *Sprengel* in *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 432. *Seseli Saxifragum* Linn. cum *Aethusa Bunius* sub nomine *Mei heterophylli* conjunxit et pro una eademque specie venditavit, equidem non intelligo, quum neque *Linneus*, neque reliqui auctores *Seseli Saxifrago* folia radicalia attribuant pinnata, foliolis ovatis vel subrotundis, inciso-dentatis, quae omnino competunt *Aethusae Bunius* vel *Meo heterophyllo Sprengel*.

221. SISON.

Fructus ovatus vel oblongus, solidus. *Cocculi* dorso tricostati cum duabus marginantibus. *Valleculae* convexae. *Latuscula* contracta *sutura commissoriali* excavata. (*Involucrum* oligophyllum, vel nullum.)

1. Sison *Amomum*.

S. caule paniculato, ramosissimo, foliis pinnatis: foliolis in inferioribus subrotundis, lobato-incisis dentatis, in superioribus lanceolato-linearibus, involucro oligophyllo.

Sison Amomum. *Willd*. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1436. *Jacq*. Hort. Vindob. 3. Tab. 18. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 407.

Sium Amomum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 336. *Vest* Manuale p. 515.

Cicuta Amomum. *Crantz* Austr. p. 96.

Seseli Amomum. *Scop*. Carn. 2. n. 355.

Petroselinum peregrinum. *Fuchs* Hist. p. 655.

Petroselinum macedonicum Fuchsii. *Dodon*. Pempt. p. 697.

Radix ramosa, fibrosa. Tota planta glabra, albida. *Caulis* solitarius, erectus, teres, striatus, ramosissimus, paniculatus. *Rami* alterni, repetito-divisi, breves, patuli, ad omnia genicula umbelliferi. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* pinnata; *foliolis* ovato-lanceolatis, obtusis, vel subrotundis, lobato-incisis, dentatis, paribus quatuor aut tribus; *terminali* plus minus trilobo: *caulina superiora* et *ramea* biternata, vel bipinnatifida: *foliolis* oblongis dentatis linearibusve integerrimis. *Umbellae* pedunculatae, pauciradiatae: *radiis* quatuor ad sex, setaceis, valde inaequalibus. *Umbellulae* pauciflorae. *Flores* exigui, albi, subaequales, omnes fertiles. *Involucrum* bi-, tri-ad hexaphyllum: *foliolis*

brevibus, setaceis, mucronatis. *Involucella* plerumque pentaphylla: *foliolis* paullo latioribus involucri, longitudine fere pedicellorum. *Fructus* parvus, ovatus. *Cocculi* nigrescentes, subacuti, dorso costis tribus tenuibus distincti. (*Valleculae* univittatae. Vittis abbreviatis clavulatis. *Koch.*)

Bibernelblätteriger Sison.

In Carnioliae fossis et locis humidis (*Scopoli*, *Vest*). ♂. ☉. Fl. Jul., Aug.

222. CARUM.

Fructus oblongo-ellipticus, solidus. *Cocculi* dorso gibbi costis tribus filiformibus cum duabus marginantibus: *Sutura commissoriali* plana. (*Involucra* nulla.)

1. Carum *Carvi.*

C. caule striato, foliis bipinnatis: foliolis multipartitis; laciniis in inferioribus foliis lineari-lanceolatis, in superioribus magis elongatis, linearibus.

Carum Carvi. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1470. *Besser* Galic. n. 371. *Gmelin* Badens. n. 461. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 19. *Hoffm.* Umbell. Gen. pag. 86. Tab. 1. A. Fig. 25. *Host* Synops. p. 169. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 393. *Pollich* palat. n. 304. *Schkuhr* Handbuch 1. pag. 224. Tab. 77. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 414. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1206. Flora Dan. Tab. 1091.

Ligusticum Carvi. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 324. *Vest* Manuale p. 508.

Apium Carvi officin. Crantz Austr. p. 218.

Seseli Carum. Scop. Carn. 2. n. 361.

Carum. *Fuchs* Hist. p. 396. *Dodon.* Pempt. pag. 209. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 55. *Lobel* Hist. p. 418. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 142.

Coros. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 69.

Radix subfusiformis, fibrosa, exilis, fuscescens. *Caulis* erectus, teres, striatus, dichotomus, glaber, bi-, tripedalis. *Folia* glabra, bipinnata: *foliolis* multipartitis, *inferioribus* cruciatim positis; *laciniis* acutis, foliorum inferiorum lineari-lanceolatis, superiorum magis elongatis, linearibus. *Umbella* in caule ramisque terminalis, submultiradiata, plana. *Umbellulae* multiflo-

rae, planae. *Flores* albi, subaequales, centrales steriles. *Involucrum* nullum, vel mono-aut diphyllum: *foliolis* linearibus. *Involucella* nulla. *Fructus* glaber. *Valleculae* univittatae.

Gemeiner Kümmel.

In pratis et pascuis fere ubique. ☌. Fl. Junio.

2. Carum *Podagraria.*

C. caule sulcato, foliis bi-triternatisve: foliolis ovali-oblongis, serratis, basi inaequalibus, inferioribus binatis.

Aegopodium Podagraria. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1476. *Besser* Galic. n. 376. *Gmelin* Badens. n. 468. *Hoffmann* Umbell. Gen. pag. 80. Tab. 1. Fig. 6. *Pollich* palat. n. 309. *Schkuhr* Handb. 1. p. 230. Tab. 79. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1211. Flora Dan. Tab. 670.

Ligusticum Podagraria. Crantz Austr. p. 200. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 322. *Vest* Manuale p. 508.

Seseli Aegopodium. Scop. Carn. 2. n. 359.

Sison Podagraria. Schultes Syst. Veget. 6. p. 408.

Aegopodium. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 243.

Podagraria. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 48.

Podagraria vulgaris. *Lobel* Icon. 2. pag. 700.

Angelica sylvestris repens. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 145.

Herba Gerardi. *Dodon.* Pempt. p. 320.

Radix longe lateque repens, hortorum vitium vix exstirpandum. Tota planta glabra. *Caulis* erectus, sulcato-angulosus, superne divisus, bi-ad tripedalis. *Folia radicalia* vel simpliciter ternata; *foliolis* tri-seu bifidis, vel triternata; *foliolis* ovatis, integris, inciso-serratis, plus minus obtusis: *caulina inferiora* triternata, vel quinata: *foliolis* oblongo-ovalibus, plus minus acuminatis, inciso-dentatis; *suprema* saepius opposita, ternata, vel semitriloba: *foliolis* oblongo-lanceolatis, acuminatis, argutius inciso-dentatis. *Vaginae* ventricosae, magnae, margine membranaceae, striatae. *Umbella* in caule ramisque terminalis, multiradiata, convexo-planiuscula. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* albi, vel interdum dilute rubelli, subaequales. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus* glaber. *Valleculae* evittatae.

Giersch-Kümmel.

In nemoribus, hortis, pomariis, sepibus. 2. Fl. Majo, Jun.

223. CNIDIUM.

Fructus ovatus, solidus, ala tenui membranacea cinctus. *Cocculi* dorso quinquecostati: *costis* acutis. *Valleculae* sulcatae, striatae. (*Involucrum* subpolyphyllum.)

1. Cnidium *alsaticum.*

C. caule tereti, superne sulcato, foliis supra-decompositis: foliolis pinnatifidis; laciniis oblongis, remotiusculis, planis, subtrifidis, obtusiusculis, nervoso-venosis.

Cnidium alsaticum. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 417.

Peucedanum alsaticum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1407. *Besser* Galic. n. 339. *Gmelin* Badens. n. 423. *Host* Synops. pag. 150. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 70. *Pollich* palat. n. 282. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1127.

Selinum alsaticum. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 357. *Crantz* Austr. p. 159. *Vest* Manuale pag. 497.

Daucus alsaticus. *C. Bauh.* Prodr. p. 77.

Umbellifera alsatica magna. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 106.

Radix crassitie digiti, subramosa, extus fusco-nigra. *Caulis* erectus, inferne teres, superne sulcatus, glaber, ramosus, tri-, quadripedalis. *Folia* glabra, supra decomposita, lutescenti-viridia: *foliolis* inciso-pinnatifidis; *laciniis* oblongis, remotiusculis, planis, subtrifidis, plus minus acutis. *Petioli* plerumque purpurascentes; superiores flaccidi. *Umbella* in caule ramisque terminalis, submultiradiata, rara, plana: *radiis* inaequalibus, septem ad decem. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* parvi, pallide flavi, omnes fertiles. *Involucrum* et *Involucella* subpolyphylla: *foliolis* linearibus, brevibus, acutis. *Fructus* ovatus, glaber, margine ala tenui membranacea cinctus. *Cocculi* dorso costis quinque acutis praediti.

Elsassisches Cnidium.

In vineis, sepibus, collibus asperis, lapidosis Austriae (*Jacq.*), Galiciae (*Besser*), Bohemiae (*Pohl*), Palatinatus (*Pollich*), Marggrav. Badens. (*Gmelin*). 2|. Fl. Aug., Sept.

224. OENANTHE.

Fructus ovato-cylindricus, angulatus, calyce stylisque coronatus. *Cocculi* oblongi, subprismatici, apice dentati, dorso

quinquecostati. (*Involucrum* nullum vel oligophyllum. *Flores* saepe radiantes.)

1. Oenanthe *fistulosa*.

O. radice filipendula, stolonifera, foliis radicalibus bipinnatis: foliolis planis, cuneatis, lobatis; caulinis superioribus pinnatis, filiformibus, cum caule debili petiolisque, fistulosis, involucellis lineari-lanceolatis, acutis.

Oenanthe fistulosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1440. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 326. *Besser* Galic. Append. n. 349. *Gmelin* Badens. n. 436. *Host* Synops. pag. 159. *Pollich* palat. n. 390. *Schkuhr* Handb. 1. p. 208. Tab. 70. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 418. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1094. *Vest* Manuale p. 811. Flora Dan. Tab. 846.

Oenanthe. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 66.

Oenanthe aquatica repens. *Camer.* Epit. p. 611. *fig. exterior.*

Oenanthe aquatica. *Lobel* Icon. 1. pag. 731. *fig. inter. Ejusd.* Hist. p. 421.

Oenanthe sive Filipendula aquatica. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 191.

Filipendula palustris secunda. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 421.

β *Foliolis foliorum radicalium latioribus.*

Oenanthe Tabernaemontani. Gmelin Badens. n. 337. (excluso synon. *Pollichii.*) *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1095.

Oenanthe aquatica repens. *Camer.* Epit. p. 611. *fig. interior.*

Oenanthe aquatica. *Lobel* Icon. 1. p. 731. *fig. exterior.*

Oenanthe sive Filipendula, Rutae folio. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 192. *absque* figura.

Filipendula palustris prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 421.

Radix ramosa, fasciculata, inferne tuberosa, hinc filipendula et stolones longe lateque repentes, emittens. *Caulis* erectus, teres, sulcatus, debilis, subinflatus, fistulosus, glauco-viridis, ut tota planta, glaberrimus, dichotomus. *Folia radicalia* et *caulina infima* bipinnata: *foliolis* cuneatis, obtuse lobatis, planis: *caulina superiora* pinnata: *foliolis* cylindricis, fistulosis. *Petioli* fistulosi, basi vagina brevi caulem amplectentes. *Umbella* in caule ramisque terminalis, erecta, longe pedunculata; *primordialis* bi-, triradiata, reliquae plus minus multiradiatae. *Um-*

llulae densae, multiflorae. *Flores* extus subrubicundi, intus bi: *exteriores* umbellulae longius pedicellatae, inaequales, raantes, steriles; *interiores* disci sessiles, aequales, fertiles. *ructus* ovato-cylindricus, glaber, angulatus, calyce uncinato ylisque elongatis, erectis, persistentibus, coronatus.

Röhrige Rebendolde.

In fossis, stagnis et pratis udis; *β* in pratis paludosis, inıdatis. 2|. Fl. Jun., Jul.

. Oenanthe *pimpinelloides.*

O. radice filipendula, foliis omnibus planis: radicalibus et ıulinis infimis bipinnatis; foliolis ovato-cuneatis incisis; laciis plus minus mucronatis: caulinis superioribus pinnatis simicibusque; foliolis linearibus, elongatis, canaliculatis integerris, caule rigido, involucellis linearibus subulatis.

Oenanthe pimpinelloides. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1442. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 327. (excluso nonymo *Timm.*) *Host* Synops. p. 159. *Schkuhr* Handb. p. 208. Tab. 70. *Jacq.* Fl. Austr. 4. Tab. 394. *Schultes* yst. Veg. 6. p. 419. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1098. *Scop.* arn. 2. n. 364.

Oenanthe Karsthea. *Hacquet* Plantae Carniol. pag. 10. ab. 3.

Oenanthe secunda et tertia. *Camer.* Epit. p. 610.

Oenanthe Staphylini folio aliquatenus accedens. *Joh. Bauh.* ist. 3. Lib. 27. pag. 191.

Oenanthe sive Filipendula monspessilana, folio Apii. *Joh. 'auh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 190.

Filipendula secunda. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 419.

Radix fasciculata, ramosa, ramis inferne tuberculis ovatis, ırnosis, auctis. *Caulis* plerumque erectus, rigidus, angulosus, t tota planta, glaber. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* pinnata, pro loco natali, quoad foliorum magnitudinem et disionem mirum in modum varia; *foliolis* basi cuneatis vel subtundis, minus profunde incisis; *lacinulis* vix evidenter muronatis, vel ovatis, profunde incisis; *laciniis* mucronatis, el oblongo-ovatis, profundius incisis, fere pinnatifidis: *laciniis* ıucronatis: *caulina superiora* pinnata: *foliolis* linearibus, elonatis, integerrimis, canaliculatis; *summa* plerumque simplicia, nguste linearia, longissima, saepius subfalcata, integerrima. *Imbellae* in caule ramisque terminales, solitariae, multiradiatae,

inaequales, planiusculae, pedunculo profundius sulcato, stricto, nudo, insidentes, erectae. *Umbellulae* densae, multiflorae, planae. *Flores* extus saepe rubicundi, intus albi, radiantes: *radiales* plerumque omnes abortivi, *centrales* fertiles. *Involucrum* oligophyllum: *foliolis* linearibus, acuminatis. *Involucella* lineari-subulata, parum breviora umbellula. *Fructus* glaber, generis.

Bibernellblätterige Rebendolde.

In pratis et pascuis Austriae *(Jacq.)*, Carnioliae (*Scopoli*), Bohemiae *(Pohl)*, Palatinatus prope *Offenbach (Glasser)*. 2. Fl. Majo, Junio.

3. Oenanthe *Lachenalii.*

O. radice cylindrica, fibrosa, foliis omnibus planis: radicalibus et caulinis inferioribus bipinnatis; foliolis radicalium obovato-cuneiformibus, apice tridentatis, obtusis: caulinis superioribus pinnatis: foliolis lineari-lanceolatis, integris, subfalcatis, caule subflexuoso, involucellis linearibus.

Oenanthe Lachenalii. Gmelin Badens. n. 438. *Koch* in Regensb. bot. Zeit. 1820. p. 466. *Ejusd.* Umbellif. dispos. pag. 113.

Oenanthe Pimpinelloides. Pollich palat. n. 291. *Timm* Flora Megapol. pag. 47. Flora Dan. Tab. 1454.

Oenanthe peucedanoides. Wredow Flora Meklenburg. 1. pag. 516.

Oenanthe megapolitana. Willden. in Berlin. Magaz. 3. pag. 297.

Oenanthe gymnorhiza. Brignol Plantae Forijulii p. 21.?

Differt ab *Oenanthe pimpinelloide*, cui proxima: 1. *Radice* cylindrica, carnosa, fibrosa. 2. *Caule* striato, altiore, sesqui- ad bipedali, flexuoso. 3. *Foliolis foliorum radicalium* obovato-cuneiformibus, tridentatis; *dente intermedio* rotundato, obtusissimo; *caulinorum inferiorum* lineari-lanceolatis, acutis, integerrimis. 4. *Umbellae radiis* striatis tantum, tenuibus. 5. *Involucri foliolis* quatuor ad septem, lineari-setaceis, parvis.

Lachenals-Rebendolde.

Observ. I. In florente planta folia radicalia plerumque jam emarcida observantur et evanida, hinc facile commutatur cum sequente *Oen. peucedanifolia.*

Observ. II. Planta maxime venenata, odorem narcoticum

spirat et in hypocausto clauso asservata cephalalgiam ferocem inducit.

In pratis udis Palatinatus inter *Dürckheim* et *Holzhof*, inter *Alzay* et *Oppenheim (Pollich, Koch)*, Marggrav. Badensis prope *Michelfelden (Lachenal)*, Ducatus Megapolitani in pratis maritimis, secundum dumeta prope *Warnemünde (Timm, Treviranus)*, ad fossas Ducatus Bremensis prope *Schottwarden* ad *Wremen (Roth, Schwie)*. ♃. Fl. Jul.

4. Oenanthe *peucedanifolia.*

O. radice filipendula, foliis omnibus planis: radicalibus bipinnatis; foliolis oblongis, apice obtusissimis, plerumque integris; caulinis inferioribus bipinnatis, superioribus pinnatis: foliolis omnibus linearibus, acutis, integerrimis, elongatis, caule rigido, involucellis setaceis, subulatis.

Oenanthe peucedanifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1442. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 328. *Pollich* palat. n. 292. Tab. 3. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1097. *Ejusd.* Syst. Veg. 6. pag. 422. *Vest* Manuale p. 511.

Oenanthe peucedanoides. Roth Beitr. zur Bot. 1. pag. 19. n. 33.

Oenanthe angustifolia. Gmelin Badens. n. 439.

Oenanthe angustifolia. *Lobel* Icon. 1. p. 729. *Ejusd.* Hist. pag. 420. (figura justo ramosiorem plantam repraesentat.)

Radix tuberosa, subfilipendula. *Caulis* erectus, rigidus, angulosus, superne subramosus, ut tota planta, glaber. *Folia radicalia* bipinnata, florente planta saepius emarcida et evanida: *foliolis* oblongis, basi attenuatis, apice rotundatis, obtusissimis, plerumque integris, rarius dente uno alterove bi-seu trifido: *caulina inferiora* bipinnata: *superiora* pinnata; *foliolis* omnibus linearibus, in superioribus magis elongatis, acutis, planis, integerrimis. *Vaginae* oblongae, striatae, margine submembranaceae, fuscae. *Umbella* terminalis, submultiradiata, inaequalis, plana. *Umbellulae* multiflorae, planae. *Flores* albi, radiantes: *radiales* steriles; *centrales* fertiles. *Involucrum* nullum, rarius mono-seu diphyllum. *Involucella* setacea, subulata, umbellula breviora. *Fructus* generis.

Haarstrangblätterige Rebendolde.

In pratis Palatinatus circa *Lautern (Pollich)*, Hungariae *(Kitaibel)*, Ducatus Oldenburgici prope *Blexen (Roth)*. ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

5. Oenanthe *crocata.*

O. radice filipendula, foliis omnibus bipinnatis: foliolis omnibus conformibus, ovato-cuneatis, incisis, venosis, nitidis, caule rigido, involucellis lanceolatis, acuminatis, margine membranaceis.

Oenanthe crocata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1441. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 328. *Besser* Galic. Append. n. 350. *Jacq.* Hort. Vindob. 3. Tab. 55. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 424. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1096. *Vest* Manuale p. 511.

Oenanthe cicutae folio, succo viroso crocante. *Lobel* Icon. 1. pag. 730. *Ejusd.* Advers. p. 326.

Oenanthe succo viroso. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 193.

Filipendula tertia. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 419.

Radix, ut in praecedente, tuberosa, tuberculis in crura quasi abeuntibus. *Caulis* erectus, sulcatus, angulosus, rigidus, ut tota planta, glaber, dichotomus. *Folia* nitida, venosa, bipinnata: *foliolis* omnibus conformibus, ovato-cuneatis, profunde incisis, saepe pinnatifidis: *laciniis* oblongis, obtusis. *Vaginae* oblongae, striatae, margine tenui, membranaceo, fusco. *Umbella* in caule ramisque terminalis, multiradiata, inaequalis, plana, longe pedunculata. *Umbellulae* multiflorae, planae, densae. *Flores* albi, inaequales, *radiales* plures steriles: *centrales* fertiles. *Involucrum* vel nullum, vel oligophyllum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, margine lato membranaceo. *Fructus* generis.

Giftige Rebendolde.

Ad fossas, piscinas, in uliginosis Galiciae *(Kluk)*, Bohemiae *(Schmidt)*, circa Carlsbad *(Klinger)*, Hungariae *(Kitaibel)*. 24. Fl. Jun., Jul.

6. Oenanthe *Phelandrium.*

O. radice fusiformi, geniculata, foliis subtripinnatis; foliolis omnibus conformibus, ovatis, inciso-dentatis, divaricatis, umbellis oppositifoliis, caule fistuloso, crassissimo, involucellis angusto-linearibus, subulatis.

Oenanthe Phelandrium. Sprengel in *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 435.

Phelandrium aquaticum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I.

P. II. pag. 1444. *Besser* Galic. n. 356. *Gmelin* Badens. n. 440. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 40. *Pollich* palat. n. 293. *Schkuhr* Handb. 1. pag. 208. Tab. 71. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1187. *Scop.* Carn. 2. n. 363. Flora Dan. Tab. 1154.

Ligusticum Phelandrium. *Crantz* Austr. p. 200. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 321. *Vest* Manuale p. 507.

Phelandrium. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 65. *Dodon.* Pempt. p. 591.

Phelandrium sive Cicutaria aquatica quorundam. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 183.

Cicutaria palustris tenuifolia. *Lobel* Icon. 1. pag. 735. *Ejusd.* Hist. p. 424. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 1170.

Radix fusiformis, articulata, ad genicula verticillatim fibrosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, articulatus, ramosus, fistulosus, cellulosus, inferne crassissimus, ut tota planta, glaber. *Folia* inferiora supra decomposita, superiora decomposita: *foliolis* divaricatis, ovato-cuneatis, obtusis, inciso-dentatis. *Petioli* teretes, striati, patuli, basi vaginantes. *Umbellae* oppositifoliae et terminales, pedunculatae, inaequales, convexiusculae. *Umbellulae* densae, multiflorae. *Flores* albi, omnes fertiles. *Involucrum* nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* linearibus, subulatis, umbellulam subaequantibus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, laeviter costatus, calyce stylisque persistentibus coronatus. *Cocculi* dorso laeviter quinquecostati, apice dentati.

Wasserfenchel-Rebendolde.

In uliginosis et fossis fere ubique. ♂. Fl. Jun., Jul., Aug.

225. APIUM.

Fructus subrotundo-ovatus. *Cocculi* costis quinque acutiusculis, *Valleculis* subtrivittatis convexiusculis, *sutura commissoriali* plana. (*Involucrum* nullum.)

1. Apium *graveolens.*

A. caule sulcato, ramoso, foliis pinnatis: foliolis tripartitis; laciniis incisis, inaequaliter serratis, umbellis alaribus, sessilibus; terminalibus pedunculatis.

Apium graveolens. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1475. *Gmelin* Badens. n. 467. *Hayne* Arzn. Gew. Bd 7.

Tab. 24. *Hoffmann* Umbell. ed. 2. 1. p. 76. Tab. 1. Fig. 8. p. 209. Tab. 1. B. Fig. 4. a. *Pollich* palat. n. 308. *Schkuhr* Handb. 1. p. 229. Tab. 78. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 429. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1213. Flora Dan. Tab. 790.

Apium. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 87.

Sium Apium. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 339.

Sium graveolens. *Vest* Manuale p. 517.

Seseli graveolens. *Scop.* Carn. 2. n. 360.

Eleoselinum. *Dodon.* Pempt. pag. 695. *Lobel* Icon. 1. pag. 707.

Radix subfusiformis, annulata, extus flavescens. *Caulis* erectus, sulcatus, fistulosus, dichotomus, ut tota planta, glaber. *Folia* nitida: *radicalia* impari-pinnata: *pinnis* petiolellatis, tripartitis; *laciniis* incisis, inaequaliter serratis: *caulina* alterna, ternata: *foliolis* cuneatis, tripartitis; *floralia* opposita, sessilia, tripartita. *Petioli* canaliculati, basi dilatati, amplexicaules. *Umbellae* in axilla ramorum subsessiles, terminales pedunculatae; submultiradiatae, convexae. *Umbellulae* multiflorae, hemisphaericae. *Flores* albi, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* et *Involucella* nulla. *Fructus* glaber, subrotundus, costatus, stylis brevibus terminatus. *Cocculi* oblique ovati, dorso quinquecostati; costis acutiusculis.

Sellerie-Eppich.

Ad fossas praesertim salinas, in uliginosis passim in Germania. ☌. Fl. Jun., Jul.

226. M E U M.

Fructus oblongo-ovatus, costatus. *Cocculi* dorso costis quinque acutis: *Valleculis* planis, *sutura commissoriali* excavata. (*Involucrum* vel nullum, vel oligophyllum.)

1. Meum *athamanticum.*

M. foliis supra decompositis: foliolis setaceis, multifidis.

Meum athamanticum. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 431. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1167. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 303. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 32.

Aethusa Meum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1447. *Besser* Galic. Append. pag. 350. *Gmelin* Badens. n.

444. *Hayne* Arzn. Gew. Band 7. Tab. 12. *Host* Synops. pag. 161.

Ligusticum Meum. *Crantz* Fl. Austr. pag. 199. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 322. *Vest* Manuale p. 508.

Seseli Meum. *Scop.* Carn. 2. n. 352.

Meum. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 63. *Dodon.* Pempt. p. 305. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 189. *Lobel* Hist. p. 449. *Ejusd.* Adversar. p. 347.

Daucus Meum. *Clusii* Hist. 2. pag. CXCVIII.

Daucus creticus. *Fuchs* Hist. p. 231.

Daucus creticus Fuchsii. *Lobel* Icon. 1. p. 777.

Meum vulgare, sive radix ursina. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 11.

Radix praemorsa, annulata, tuberculata, fibrosa, extus brunnea. *Caulis* erectus, subsimplex, teres, striato-sulcatus, ut tota planta, glaber. *Folia radicalia* triplicato-, *caulina* duplicato-pinnata: *foliolis* omnibus conformibus, setaceis, multifidis. *Petioli* semiteretes, supra bisulcati, basi dilatati, vaginantes. *Vaginae* oblongae, subventricosae, striatae, margine membranaceae. *Umbellae* terminales, multiradiatae, subinaequales: *floriferae* convexae; *fructiferae* planae. *Umbellulae* multiflorae, convexiusculae. *Flores* albi, inaequales: *radicales* fertiles; *centrales* steriles. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucella* plerumque triphylla, dimidiata, pendula: *foliolis* linearibus, umbella paullo brevioribus. *Fructus* oblongo-obovatus, costatus, glaber. *Cocculi* dorso elevato costis quinque acutiusculis. *Valleculae* subconvexae, plerumque trivittatae: vittis torulosis.

Gemeine Bärwurz.

In pascuis montosis, montibus et alpibus Germaniae australioris. 24. Fl. Jul., Aug.

2. Meum *Mutellina.*

M. foliis bipinnatifidis: foliolis ovatis, multifido-pinnatifidis; laciniis lanceolatis acutis.

Meum Mutellina. *Gärtner* de Fruct. 1. p. 106. Tab. 23. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 433. *Sprengel* Prodr. Umbell. p. 32.

Phelandrium Mutellina. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1444. *Gmelin* Badens. n. 441. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 56. *Ejusd.* Enum. Vindob. pag. 223. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1188. *Scop.* Carn. 2. n. 362.

Ligusticum Mutellina. *Crantz* Austr. pag. 198. *Vest* Manuale p. 507.

Mutellina. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 66. *Camerar.* Epit. p. 8.

Daucus montanus. *Clusii* Pannonic. p. 700.

Radix tenuis, longa, fibrosa, extus fusca. *Caulis* erectus, teres, digitalis, palmaris, subnudus, ut tota planta, glaber. *Folia* subbipinnata: *foliolis* ovatis, multifido-pinnatifidis: *laciniis* lanceolatis, acutis. *Vaginae* dilatatae, membranaceae. *Umbella* terminalis, pauciradiata, densa, convexa. *Umbellulae* multiflorae, convexae. *Flores* rosei, vel rubicundi, odorati. *Involucrum* vel nullum, vel monophyllum, vel rarius quoque polyphyllum. *Involucella* oligophylla, interiora saepe deficientia, ut unilateralia evadant: *foliolis* linearibus, acutiusculis, margine membranaceis, umbellulam aequantibus. *Fructus* oblongo-ovatus, costatus, glaber. *Cocculi* dorso quinquecostati. *Valleculae* multivittatae.

Alpen-Bärwurz.

In montibus et alpibus Austriae (*Jacq.*), Carnioliae (*Scopoli*), Styriae (*Sartori*), in monte *Belchen* Marggrav. Badens. superioris (*Gmelin*). ♃. Fl. Jun., Jul., Aug.

3. Meum *inundatum.*

M. foliis submersis decompositis, capillaceis; emersis pinnatis: foliolis cuneiformibus, inciso-bifidis.

Meum inundatum. *Sprengel* Umbell. Spec. p. 115. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 435.

Sison inundatum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1437. *Roth* Beitr. zur Bot. 1. p. 19. *Besser* Galic. Append. p. 348. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1169. Fl. Dan. Tab. 89.

Sium inundatum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 336. *Vest* Manuale p. 513.

Helosciadium inundatum. *Koch* Umbellif. dispos. p. 126.

Radix fibrosa. *Caulis* repens, teres, articulatus, superne dichotomus, palmaris et semipedalis, ut tota planta, glaber. *Folia submersa* decomposita, capillacea, laete viridia: *emersa* pinnata, saturate viridia: *foliolis* cuneiformibus, incisis, apice plerumque trifidis. *Vaginae* oblongae, subventricosae, striatae, membranaceae. *Umbellae* laterales, oppositifoliae, pedunculatae, biradiatae. *Umbellulae* parvae, quadri-ad sexflorae, fasciula-

ıe. *Flores* exigui, albi, omnes fertiles. *Involucrum* nullum. ıvolucella di-, tetraphylla, dimidiata: *foliolis* lanceolatis, umellula brevioribus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, costatus. occuli dorso costis quinque acutiusculis notati. *Valleculae* ıivittatae.

Wasser-Bärwurz.

In locis hieme inundatis et in fossis minus profundis Duıtus Bremensis et Oldenburgensis (*Roth*, *Trentepohl*), olsatiae (*Weber*), Galiciae (*Kluk*), prope Francofurtum ad oenum (*Reichard*), et alibi. 2l. Fl. Jul., Aug.

227. BUPLEURUM.

Fructus oblongo-ovalis, solidus, costatus, laevis. *Cocıli* dorso costis quinque acutiusculis aut subalatis. *Sutura ımmissoriali* excavata. (*Involucrum* vel nullum, vel oligo-vel ılyphyllum.)

* Involucro nullo.

Bupleurum *rotundifolium.*

B. involucro nullo, umbella subseptemradiata, foliis caulinis ıperioribus perfoliatis, subrotundo-ovatis; inferioribus oblongis, ssilibus.

Bupleurum rotundifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. II. p. 1369. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 339. *Besser* alic. n. 325. *Crantz* Austr. pag. 202. *Gmelin* Badens. n. 97. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 7. Tab. 1. *Pollich* palat. 266. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 364. *Ejusd.* Oestr. ora 2. n. 1137. *Vest* Manuale pag. 509.

Perfoliata. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 46. *Camer.* Epit. 888. *Dodon.* Pempt. p. 104. *Fuchs* Hist. p. 632.

Perfoliata prima. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1140.

Perfoliata vulgaris. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 190.

Perfoliatum vulgatius. *Lobel* Icon. 1. p. 396.

Radix fusiformis, elongata, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, res, laeviter striatus, inferne simplex, superne dichotomus, ut ta planta, glaber. *Folia* simplicia, integerrima: *radicalia* ılonga, petiolata; *caulina inferiora* oblonga, sessilia, inferne tenuata, amplexicaulia: *superiora* et *ramea* elliptico-subro-

tunda, perfoliata, apice mucronata, plana, glaucescentia. *Umbellae* terminales, solitariae, pauciradiatae, planae. *Umbellulae* submultiflorae, planae. *Flores* aequales, pallide flavi, omnes fertiles. *Involucrum* nullum. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* subrotundo-ovatis, basi connatis, apice acuminatis, umbellula longioribus. *Fructus* ovatus, costatus, laevis. *Cocculi* oblongo-ovati, dorso elevati, quinquecostati; *costis* submembranaceis, subundulatis. *Valleculae* convexiusculae.

Rundblätteriges Hasenöhrlein.

In agris, vineis, cultis passim in Germania praesertim australiore. ☉. Fl. Jun., Jul.

2. Bupleurum *subovatum.*

B. involucro nullo, umbella triradiata, foliis caulinis superioribus ovato-lanceolatis, acuminatis, perfoliatis: inferioribus lineari-lanceolatis, petiolatis, caule decumbente.

Bupleurum subovatum. Hoppe in Regensb. botan. Zeit. 1821. p. 139. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 365. *Sprengel* Umbell. Spec. pag. 10.

Medium tenet inter *Bupl. rotundifolium* et *longifolium*, tamen ab ambobus recedit: 1. *Caule* decumbente, ramosiore. 2. *Umbella* triradiata, etiam in culta planta. A *priore* vero in specie: 1. *Foliis inferioribus* lineari-lanceolatis, petiolatis. 2. *Foliis superioribus* ovato-lanceolatis, acuminatis. A *posteriore:* 1. *Radice* annua. 2. *Foliis superioribus* perfoliatis. 3. *Defectu* Involucri.

Eiförmiges Hasenöhrlein.

In agris circa *Tergestam* copiose (*Hoppe*). ☉. Fl. Jun., Julio.

** Involucro oligophyllo.

3. Bupleurum *longifolium.*

B. foliis caulinis superioribus oblongo-ovatis, e basi cordata amplexicaulibus, radicalibus ovatis, involucro subpentaphyllo: foliolis rotundatis, subacuminatis.

Bupleurum longifolium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1372. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 330. *Gmelin* Badens. n. 398. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 365. *Ejusd.*

Oestr. Fl. 2. n. 1140. *Vest* Manuale pag. 509. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 344.

Perfoliata montana. *Camer.* Hort. medic. et philos. p. 120. Tab. 38.

Perfoliata alpina, magna, longifolia. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 199.

Radix longa, descendens, annulata, tuberculosa, extus nigrescens, multiceps. *Caulis* erectus, teres, striatus, nitidus, inferne simplex, superne dichotomus, ut tota planta, glaber, sesqui-et bipedalis. *Folia radicalia* ovata, in petiolum longum desinentia: *caulina* sessilia, oblongo-ovata, acuminata, basi cordata, amplexicaulia. *Umbella* in caule ramisque terminalis, solitaria, submultiradiata, inaequalis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* lutei, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* tri-ad pentaphyllum: *foliolis* rotundatis, plerumque inaequalibus, apice vel obtusis, vel, ut plerumque, brevissimo acumine terminatis. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* subrotundo-ovatis, acutiusculis, umbellula dimidio longioribus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, laevis, costatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque argutis, subalatis notati.

Langblätteriges Hasenöhrlein.

In montosis asperis, rupestribus Carinthiae *(Wulfen)*, Hungariae *(Kitaibel)*, Bohemiae *(Pohl)*, prope Isenacam *(Grimm)*, Erfordam *(Nonne)*, Halam Saxonum *(Leyser)*. 2. Fl. Jun., Jul.

4. Bupleurum *pyrenaicum.*

B. foliis caulinis superioribus cordato-lanceolatis, amplexicaulibus; radicalibus lanceolatis, elongatis, involucro triphyllo: foliolis ovato-lanceolatis inaequalibus, basi plus minus incisis et subcoalitis.

Bupleurum pyrenaicum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1371. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 366. *Gouan Illustr.* pag. 8. Tab. 4. Fig. 1. 2. *Wulfen* in *Römer* Archiv Band 3. St. 3. p. 343.

Radix fusiformis, simplex, vel subdivisa, multiceps. *Caulis* vel solitarius, vel plures, erectus, teres, striatus, fistulosus, dense foliosus, simplex, ut tota planta, glaber. *Folia* mucronata, integerrima, supra flavo-viridia, subtus pallidiora, fere glaucescentia: *radicalia* et *caulina infima* oblongo-lanceolata, in petiolum longum attenuata; *caulina reliqua* approximata, sessilia,

lanceolata, basi cordata, caulem amplectentia. *Umbella* terminalis, solitaria, pauciradiata, inaequalis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* flavi, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* triphyllum: *foliolis* inaequalibus, ovatis, vel ovato-lanceolatis, basi subcoalitis, incisis, rarius basi distinctis et integris, radios umbellae plus minus longitudine subaequantibus. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* obovatis, mucronatis, (interdum subemarginatis *Gouan*,) inaequalibus, umbellulam vix superantibus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, laevis, costatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque, late alatis, argutis, membranaceis praediti.

Pyrenäisches Hasenöhrlein.

In rupibus alpium Carnioliae superioris *(Wulfen)*. 4. Fl. Jun. et Jul.

5. Bupleurum *angulosum.*

B. foliis caulinis superioribus cordato-lanceolatis, longius acuminatis, amplexicaulibus; radicalibus angusto-lineari-lanceolatis, involucro subtriphyllo: foliolis ovatis, plus minus acutis, inaequalibus, integris, distinctis.

Bupleurum angulosum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1371. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 366. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1139.

Perfoliata alpina, angustifolia, media. *C. Bauh.* Prodr. pag. 29.

Perfoliata minor, foliis gramineis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 199.

β Foliis angustioribus.

Bupleurum ranunculoides. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1374. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 331. *Vest* Manuale p. 510.

Radix subfusiformis, oblonga, ramosa, fuscescens. *Caulis* erectus, teres, striatus, plerumque simplex, palmaris, semipedalis, ut tota planta, glaber. *Folia* glauco-viridia, striata, vel nervosa, integerrima: *radicalia* et *caulina infima* lineari-lanceolata, vel, ut in *β*, linearia, plus minus acuta, basi parum attenuata: *caulina reliqua* e basi cordata amplexicaulia, lanceolata, acuminata, in *β* angustiora et in longius acumen attenuata, erecta. *Umbella* terminalis, pauciradiata, inaequalis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* flavi, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* bi-, tri-, rarius mono-, tetra-vel pentaphyllum: *foliolis* inaequalibus, plus minus acutis, nervosis, basi integris et di-

stinctis, umbellae radiis duplo triplove brevioribus. *Involucella* plerumque pentaphylla: *foliolis* ovatis, vel obovatis, plus minus acutiusculis, umbellulam floriferam superantibus, fructiferam subaequantibus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, laevis, costatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque argutis sed vix alatis praediti.

Observ. Differt ab antecedente: 1. *Foliis radicalibus* longe angustioribus, lineari-lanceolatis, vel linearibus; nec lanceolatis: *caulinis* paucioribus, laxioribus, apice magis attenuatis. 2. *Involucri foliolis* umbellae radiis duplo triplove brevioribus, basi semper integerrimis et distinctis. 3. *Cocculi costis* argutis quidem, sed non late alatis.

Eckiges Hasenöhrlein.

In summis alpium pratis Hungariae (*Kit.*), Tyrolis (*Frölich*), Austriae (*Vest*). 2|. Fl. Jul., Aug.

6. Bupleurum *graminifolium.*

B. caule subaphyllo, foliis radicalibus angusto-linearibus, subulatis planis, involucro di-ad pentaphyllo: foliolis oblongo-lanceolatis inaequalibus.

Bupleurum graminifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1370. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 368. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1138. *Vest* Manuale p. 509. *Römer* Fl. Europ. Fasc. 7.

Bupleurum petraeum. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 56. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 1. p. 209. *Host* Synops. p. 140.

Sedum petraeum, Bupleuri folio, verius. *Pona* Bald. in *Clusii* Hist. 2. p. CCCXLVII.

Radix sublignosa, descendens, fusca, saepe multiceps. *Caulis* palmaris, semipedalis et pedalis, teres, striatus, ut tota planta, glaber, vel plane nudus et simplex, vel superne folio solitario, pedunculato, seu ramo florifero, auctus. *Ramus*, si adest, simplex, nudus, folio suo brevior. *Folia* radicalia, plura, caespitosa, angusto-linearia, fere graminea, striata, basi vix parum angustiora, apice subulata, caulem longitudine plerumque superantia: *folium caulinum*, si adest, radicalibus simile, at paullo latius et multo brevius, basi caulem amplectens. *Umbella* terminalis plerumque quinqueradiata, inaequalis. *Umbellulae* multiflorae. *Flores* lutei, omnes fertiles. *Involucrum* plerumque pentaphyllum, raro tri-, tetra- vel hexaphyllum: *folio-*

lis oblongo-lanceolatis, integerrimis, acutis, inaequalibus, nervosis, quorum longiora radiis umbellae vel dimidio, vel vix duplo brevioribus. *Involucella* penta-ad enneaphylla: *foliolis* oblongis, plus minus acutis, nervosis, umbellulam parum superantibus, in stellam patentibus. *Fructus* ovati, costati, glabri. *Cocculi* dorso elevato costis quinque argutis notati.

Grasblätteriges Hasenöhrlein.

In rupibus et alpibus Carinthiae (*Wulfen*), Carnioliae in alpibus Wochinensibus et lithopolitanis (*Host*), in Monte *Utersberg*. 2. Fl. Jul., Aug.

7. Bupleurum *baldense.*

B. foliis radicalibus caulinisque angusto-lineari-lanceolatis, canaliculatis, nervosis, involucro subtetraphyllo: foliolis lineari-lanceolatis, inaequalibus.

Bupleurum baldense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1375? *Host* Synops. p. 141? *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 371? *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1145? *Vest* Manuale p. 510? *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 3. p. 285. Tab. 257.

Radix subfusiformis, descendens, fusca, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, tenuis, filiformis, subflexuosus, inferne simplex, superne dichotomus, pedalis et bipedalis, ut tota planta, glaber. *Folia* canaliculata, nervosa: *radicalia* angusto-lineari-lanceolata, apice valde attenuata; *caulina* paullo latiora et breviora, lanceolato-linearia, attenuata; *rameum* solitarium, exiguum, lanceolatum, acutiusculum. *Umbellae* terminales, solitariae, pauciradiatae, inaequales. *Umbellulae* submultiflorae. *Flores* saturate lutei, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* mono-ad tetraphyllum: *foliolis* angusto-lineari-lanceolatis exiguis, umbellae radiis multoties brevioribus, inaequalibus. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* oblongo-lanceolatis, acuminatis, umbellam florentem aequantibus, fructifera paullo brevioribus. *Fructus* ex oblongo subovatus, glaber, laevis, costatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque, argutis subalatis notati.

Baldisches Hasenöhrlein.

Observ. Willdenow et Ill. *de Vest* l. c. *folia radicalia* dicunt *basi latiora*, at in meo specimine Litoralis Austriae ex Herbario *Wulfenii* a *Schrebero* sub

nomine *Bupleuri canalensis* mecum communicato, quod prius *ranunculoides* nominaverat, folia radicalia basi omnino angustata sunt. Duas itaque diversas species sub hoc nomine latere suspicor, alteram foliis radicalibus basi latioribus, alteram basi angustatis. Hoc quoque confirmare videtur optimus *Treviranus*, qui mecum specimen ex horto Wratislaviensi communicavit, quod cum specimine norico ex herbario *Wulfenii* convenit, quodque inscriptum est: *Bupleurum baldense Waldst.* et *Kit.* non *Linnei!*

In rupibus montium et subalpinis noricis (*Wulfen*), Croatiae (*Waldst.* et *Kit.*). 24. Fl. Jul., Aug.

8. Bupleurum *falcatum.*

B. foliis radicalibus oblongis, petiolatis; caulinis lanceolato-linearibus, subfalcatis, sessilibus, involucro vel subpentaphyllo, vel nullo; foliolis lineari-lanceolatis, inaequalibus.

Bupleurum falcatum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1372. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 330. *Besser* Galic. n. 326. *Gmelin* Badens. n. 399. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 158. *Pollich* palat. n. 267. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 369. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1141. *Scop.* Carn. 2. n. 347. *Sprengel* Fl. Halens. n. 317. *Vest* Manuale p. 509.

Bupleurum. *Rivin.* Pentapet. irreg. Tab. 45.

Bupleurum latiore et angustiore folio. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 872.

Auricula leporis umbella lutea. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 200.

Radix fusiformis, ramosa, fuscescens. *Caulis* erectus, teres, substriatus, subflexuosus, ramosus, dichotomus, ut tota planta, glaber. *Folia* rigida, integerrima: *radicalia* vel ovato-lanceolata, acutiuscula, vel obovata, obtusiuscula, in petiolum decurrentia; *caulina* et *ramea* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, lanceolato-linearia, acuminata, plus minus falcata. *Umbellae* in caule ramisque terminales, submultiradiatae, inaequales, planae. *Umbellulae* submultiflorae, densae. *Flores* parvi, lutei, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* mono-ad pentaphyllum, interdum plane nullum: *foliolis* lineari-lanceolatis, acutis, nervosis, valde inaequalibus, umbellae radiis longe brevioribus. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* lanceolatis, subaequalibus, patentibus, acuminatis, umbellulam aequantibus, vel parum superantibus. *Fructus* oblongo-ova-

tus, costatus, glaber, laevis. *Cocculi* dorso elevato costis quinque argutis, subalatis praediti.

Sichelblätteriges Hasenöhrlein.

In collibus, praesertim calcareis, argillosis, dumetosis, ad viarum margines et sepes Germaniae inprimis australioris. 2l. Fl. Jul., Aug, Sept.

9. Bupleurum *Gerardi.*

B. foliis angusto-lineari-subulatis; radicalibus et caulinis infimis in petiolum attenuatis; reliquis sessilibus, semiamplexicaulibus, involucro subpentaphyllo: foliolis lineari-subulatis, umbella multoties brevioribus, inaequalibus, patentibus.

Bupleurum Gerardi. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1375. (exclusis synonymis *Roth* et *Pollich.*) *Jacq.* Flora Austr. 3. Tab. 256. *Host* Synops. pag. 140.

Bupleurum junceum β. Schultes Syst. Veget. 6. p. 372.

Maxima sane synonymorum confusio apud Floristas germanicos exstat, ut de reliquis synonymis taceam. Quae sub nomine *Bupleuri juncei* et *Gerardi* vulgo proveniunt apud Floristas synonyma, non hujus loci sunt, ut sub genere sequenti *Odontitide* ostendam.

Radix subfusiformis, tenuis, descendens, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, teres, tenuissime striatus, glauco-viridis, a basi per dichotomias repetitas ramosus, ut tota planta, glaber. *Folia* omnia angusto-lineari-subulata, integerrima, subquinquenervia, nervis duobus pone marginem saepe obsoletis: *radicalia* nonnulla reliquis minora cum *caulinis infimis* in petiolum angustatis; *reliqua caulina* et *ramea* sessilia, semiamplexicaulia, basi latitudine aequalia. *Umbellae* in caule, ramis et ramulis terminales, pauciradiatae, erecto-patulae, inaequales: *radiis* setaceis, uncialibus et ultra, tribus ad sex. *Umbellulae* parvae, pauciflorae. *Flores* exigui, flavescentes. *Involucrum* patens, tri- ad pentaphyllum, *foliolis* lineari-subulatis, umbellae radiis multoties brevioribus, inaequalibus. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* setaceo-subulatis, umbellula dimidio brevioribus. *Fructus* oblongo-obovati, truncati, sulcato-angulosi, costati, glabri, laeves. *Cocculi* dorso elevato costis quinque tenuibus, acutiusculis, non elevatis praediti.

Gerardisches Hasenöhrlein.

In Litorali et Austria inferiore ad sepes. (*Jacq.*, *Host*). ⊙. Fl. Jul., Aug.

10. Bupleurum *Odontites.*

B. foliis linearibus subulatis, trinerviis, involucro pentaphyllo: foliolis lanceolatis, subulatis, membranaceis, trinerviis, inaequalibus; conniventibus.

Bupleurum Odontites. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1373. *Jacq.* Hort. Vindob. 3. Tab. 91. *Host* Synops. pag. 140. *Koch* Umbellif. dispos. p. 115. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1142. *Scop.* Carn. 2. n. 343. *Vest* Manuale p. 510. *Wulfen* in *Jacq.* Collect. 3. p. 68.

Odontites lutea. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 380.

Auriculae affinis, Odontites lutea Valerandi et Dalechampii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 201.

Radix subfusiformis, ramosa, alba. *Caulis* pro soli conditione digitalis, semipedalis, immo pedalis, a basi ramosus, divaricatus, teres, striatus, per dichotomias repetitas ramosus, nodosus, ut tota planta, glaber. *Folia* linearia, subulata, sessilia, trinervia, rigidiuscula. *Umbella* in caule, ramis ramulisque terminalis, pauciradiata: *radiis* in steriliori solo enatis plantis brevibus, subaequalibus, in solo fertiliore, ut et in cultis plantis, elongatis et valde inaequalibus. *Umbellulae* pauciflorae. *Flores* exigui, flavescentes, aequales, omnes fertiles. *Involucrum* plerumque pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, subulatis, submembranaceis, albidis, margine scariosis, trinerviis, venosis, in plantis in steriliori solo enatis umbellae radiis longioribus, in fertiliori solo, ut et in cultis plantis, excepto radio centrali, reliquis radiis brevioribus, omnibus conniventibus sibique contiguis. *Involucella* pentaphylla: involucro conformia, umbellula duplo longiora. *Fructus* ovatus, angulosus, laevis, glaber. *Cocculi* dorso elevato costis quinque tenuissimis, non elevatis.

Niedriges Hasenöhrlein.

In Carnioliae calidioris, Forijulii, agri fluminensis herbidis et locis asperis (*Wulfen, Scopoli, Host*), Hungariae (*Kitaibel*). ⊙. Fl. Jul., Aug., Sept.

* * *

Observ. I. Bupleurum junceum verum *Linnei*, cujus specimina a b. *Rohde* circa Monspelium collecta possideo, longe aliena planta est a *Bupleuro Gerardi*, praesertim quoad naturam et dispositionem Umbellarum et Umbellularum omnino paniculatam, quocum consentientem habeo Celeberr. *Gmelin* in Flora Badensi n. 401. *Obs. I.*

Bupleurum junceum Floristarum Germanicorum vel *Bupl. Gerardi* varietas est, vel *Bupleurum tenuissimum Linn.*

Observ. II. Bupleurum rigidum Linn. in Germania non sponte provenit, hinc excludendum in Flora germanica. Quam sub hoc nomine protuleram plantam in Tentamine meo Fl. Germ., varietas est *Bulpleuri falcati* foliis latioribus.

228. ODONTITES.

Fructus ovatus, vix angulosus, undique verruculosus. *Cocculi* ovato-oblongi dorso elevato costis quinque tenuissimis vel obliteratis notati. (*Involucrum* tri-ad pentaphyllum.)

1. Odontites *semicompositum.*

O. foliis spathulatis, mucronatis, involucro pentaphyllo; foliolis lanceolatis, cuspidatis, inaequalibus, strictis, umbellis compositis simplicibusque.

Odontites semicompositia. Sprengel in *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 381.

Bupleurum semicompositum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1373. *Host* Synops. p. 140. *Koch* Umbellif. dispos. pag. 118. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1143. *Vest* Manuale p. 510. *Gouan* Illustr. p. 9. Tab. 7. Fig. 1.

Radix filiformis, longa, descendens, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, flexuosus, a basi per dichotomias repetitas ramosus, teres, striatus, ut tota planta, glaber. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* alterna, sessilia, basi attenuata, sursum latiora, hinc obverse lanceolata seu spathulata, apice mucrone brevi terminata, trinervia. *Umbellae* axillares et terminales, partim compositae, pauciradiatae, valde inaequales, partim simplices, pedunculatae. *Umbellulae* plerumque quinqueflorae. *Flores* exigui, flavidi, aequales, fertiles. *Involucrum* umbellae compositae pentaphyllum: *foliolis* angusto-lanceolatis, cuspidatis, inaequalibus, radiorum breviorum longitudine. *Involucella* umbellarum et umbellularum simplicium pentaphylla: *foliolis* subaequalibus, umbellula dimidio longioribus, caeterum involucro similibus. *Fructus* ovatus, verrucosus. *Cocculi* costis obliteratis.

Schwachdoldige Odontites.

Ad salinas Hungariae *(Kitaibel)*, in agro Tergestino totaque Istria *(Host)*. ☉. Fl. Jul., Aug., Sept.

2. Odontites *tenuissima.*

O. foliis angusto-lanceolatis, cuspidatis, basi attenuatis, involucro triphyllo, umbella composita breviore: foliolis linearisetaceis, umbellis axillaribus simplicibus, terminali composita.

Odontites tenuissimum. *Sprengel* in *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 382.

Bupleurum tenuissimum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1375. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 332. *Gmelin* Badens. n. 400. *Koch* Umbellif. disp. pag. 118. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1144. *Vest* Manuale pag. 511. Flora Dan. Tab. 1090.

Bupleurum junceum. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 332. *Pollich* palat. n. 268. secundum *Koch* et *Ziz.*

Bupleurum Pollichii. *Gmelin* Badens. n. 401.

Bupleurum minimum. *Columnae* Ecphras. p. 247.

Auricula leporis minima. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. pag. 201.

Radix subfusiformis, flexuosa, ramosa, albida. *Caules* statim a radice plures (rarius solitarius) a basi dichotomi, filiformes, teretes, striati, divaricati, subflexuosi, ut tota planta, glabri. *Folia* alterna, angusto-lanceolata, cuspidata, basi attenuata: *floralia* angustissima, lineari-setacea. *Umbella* in caule ramisque *terminalis* composita, tri-ad quinqueradiata: *radiis* valde inaequalibus, setaceis; *axillares* plurimae, simplices, pedunculatae et subsessiles. *Umbellulae*, ut etiam *Umbellae axillares*, plerumque triflorae, rarius quadri-seu quinqueflorae. *Flores* exigui, flavescentes, aequales, fertiles. *Involucrum* umbellae compositae triphyllum: *foliolis* subaequalibus, lineari-setaceis, umbella multo brevioribus. *Involucella* umbellularum, ut et umbellarum simplicium axillarium, pentaphylla: *foliolis* aequalibus, setaceis, subulatis, umbellula dimidio longioribus. *Fructus* ovati, tenuissime costati, verrucosi.

Feine Odontites.

In arvis subsalsis Hungariae (*Schultes*), Palatinatus (*Pollich*), prope Halam Saxonum (*Sprengel*). ⊙ Fl. Aug., Sept.

II. Umbellis imperfectis.

229. ASTRANTIA.

Umbella cymosa. *Involucella* polyphylla, colorata. *Flores* masculi et hermaphroditi. *Fructus* ovatus, costatus, sulcatus, bipartibilis. *Cocculi* dorso elevato costis quinque membranaceis, plicatis.

1. Astrantia *major.*

A. foliis radicalibus quinquelobis, lobis trifidis, acute dentatis, involucellis obovato-lanceolatis, subdentatis.

Astrantia major. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1368. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 302. *Besser* Galic. n. 324. *Gmelin* Badens. n. 396. *Hayne* Arzn. Gew. Band 1. Tab. 13. *Schkuhr* Handb. 1. p. 187. Tab. 60. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 341. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1084. *Vest* Manuale p. 490.

Astrantia. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 68.

Astrantia nigra. Scop. Carn. 2. n. 306. *Lobel* Icon. 1. p. 681.

Imperatoria nigra. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 242.

Sanicula femina. *Fuchs* Hist. pag. 670. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 638.

Veratrum nigrum. *Dodon.* Pempt. p. 387.

β Carniolica.

Astrantia carniolica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1368. *Jacq.* Flora Austr. 5. Append. Tab. 10. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 1085. *Vest* Manuale p. 490.

Astrantia minor. Roth Flora Germ. T. II. P. I. pag. 303. *Scop.* Carn. 2. n. 305. Tab. 7.

Radix fasciculata, ramosa, nigra, multiceps. *Caulis* erectus, teres, striatus, superne ramosus, ut tota planta, glaber, vix ultra bipedalis. *Folia* quinqueloba: *radicalia* longe petiolata; *lobis* trifidis, duplicato-serratis, serraturis mucronatis; *caulina* sessilia, amplexicaulia; *lobis* integris. *Umbella* terminalis, cymosa, tri-et quadripartita. *Rami* seu *radii* vel simplices vel bi-seu trifidi. *Umbellulae* convexae, multiflorae, densae. *Flores* purpurascentes, pedicellati, *hermaphroditi* in disco et *masculi* plures in peripheria. *Masculi* omni germinis rudimento destituti et Calyce duplo triplove majore, quam in hermaphro-

ditis, instructi. *Staminum filamenta* multo longiora, quam in hermaphroditis. *Involucrum* tetraphyllum: *foliolis* trifidis, mucronato-serratis, coloratis: *partialia* ramorum di- seu triphylla, argute serrata. *Involucella* polyphylla: *foliolis* patulis, coloratis, obovato-lanceolatis, apice uno alterove dente praeditis et mucrone setaceo terminatis. *Fructus* oblongo-obovatus, costatus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque membranaceis, plicato-dentatis notati.

β *Carniolica.*

Differt tantum in eo, ut omnibus in partibus minor sit et Involucella umbellulam vix superent, caeterum omnimode conformis est cum *Astr. majore.*

Grosse Astrantie.

Observ. I. Caveas, ne florum masculorum calycem pro Involucellorum specie habeas.

Observ. II. Cel. *Host* in Synops. pag. 138. evidenter *Astrantiam carniolicam* cum sequente *Astr. minore Linn.* in unam speciem conjunxit, inquiens: In demissioribus locis folia partita, in summis alpium jugis folia digitata. *Scopoli* planta, quoad descriptionem omnino *Astrantiam carniolicam* indigitat, at quoad figuram Cymae seu Umbellae *Astrantiae minori Linn.* propius accedit.

Observ. III. Notabilis varietatis mentionem fecit Celeberr. *Hoppe* in Regensb. botan. Zeit. 1820. pag. 253., quae forsan propria species est, quam in monte *Loibel* prope Klagenfurtum legit. In hac Involucelli foliola lanceolata, acuminato-mucronata, basi attenuata (nec ovato-lanceolata, obtusiuscula, mucronata) umbellula duplo longiora, cum pedicellis purpureo-colorata, serrata. An *Astrantia caucasica* in *Willdenowii* herbario, quaerit Celeberr. *Sprengel* in Umbell. Speciebus minus cognitis p. 17.?

In sylvaticis montosis passim in Germania australiore; β in Carinthia. 2|. Fl. Jul., Aug.

2. Astrantia *minor.*

A. foliis radicalibus digitatis: foliolis subseptenis, ellipticolanceolatis, profunde acute dentatis, involucellis acutiusculis, integerrimis.

Astrantia minor. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1368. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 343. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1086. *Vest* Manuale p. 490.

Helleborus niger, Soldanellae facie, minor. *C. Bauh.* Prodr. p. 97.

Helleborus minimus, alpinus, Astrantiae folio. *Boccon.* Mus. Sic. p. 10. Tab. 5. Fig. 3. et G. H.

Primo intuitu distinguitur ab antecedente et inprimis ab ejus Var. β, cui quoad teneritatem partium accedit: 1. *Foliis* digitatis; nec palmatis: *foliolis* utrinque attenuatis, plus minus evidenter petiolellatis. 2. *Involucellis* integerrimis, acutiusculis; nec subdentatis et mucrone setaceo terminatis.

Kleine Astrantie.

Variat *Foliolis* foliorum latioribus et angustioribus in eadem planta.

In summis alpium jugis Carnioliae *(Host, Vest)*. 2|. Fl. Jul., Aug.

230. DONDIA.

Sprengel Prodr. Umbell. pag. 21. Fig. 2. Koch Umbellif. dispos. p. 140.

Umbella capitata, simplex. *Involucrum* hexaphyllum, umbella longius. *Fructus* ovatus, solidus, costatus. *Cocculi* dorso convexo costis quinque filiformibus praediti.

1. Dondia *Epipactis.*

Dondia. Sprengel in *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 341.

Astrantia Epipactis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1367. *Jacq.* Flora Austr. 5. p. 32. Append. Tab. 11. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1083. *Scop.* Carn. 2. n. 303. Tab. 6.

Helleborine. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 247.

Elleborine alpina, Saniculae et Ellebori nigri facie. *Lobel* Icon. 1. p. 664. *Ejusd.* Hist. p. 378. *Ejusd.* Advers. p. 298.

Radix fasciculata, ramosa, nigra. *Folia* radicalia, longe petiolata, digitato-palmata, ut tota planta, glabra, saturate viridia: *foliolis* tribus, quatuor, vel quinque obovatis, mucronato-serratis: *lateralibus* plerumque bilobis; *intermediis* plus minus trifidis. *Scapus* vel solitarius, vel duo, tres, raro plures, an-

gulatus, nudus, longitudine foliorum, vel paullo longior. *Umbella* terminalis, solitaria, simplex, capitata, multiflora. *Flores* lutei, in capitulum hemisphaericum collecti, *hermaphroditi* subsessiles et *masculi* pedicellati. *Involucrum* hexaphyllum, umbellam longe superans: *foliolis* obovatis, obtusis, apice mucronato-serratis, herbaceis, aequalibus. *Fructus* oblongo-ovatus, glaber, truncatus, costatus. *Cocculi* dorso convexo costis quinque filiformibus notati.

Grüne Dondie.

In sylvis montanis et subalpinis Carinthiae, Carnioliae, Forijulii, Croatiae, Pannoniae, Styriae. 4. Fl. Martio, Aprili.

231. SANICULA.

Umbella cymosa. *Umbellulae* capitatae. *Involucella* subpentaphylla. *Fructus* subrotundo-ovatus, solidus, ecostatus, *setis* uncinatis undique obsessus, calyce coronatus.

1. Sanicula *europaea.*

S. foliis radicalibus palmatis: lobis trifidis, inciso-serratis, flosculis omnibus sessilibus. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 339.

Sanicula europaea. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1366. *Besser* Galic. n. 323. *Gmelin* Badens. n. 395. *Pollich* palat. n. 265. *Schkuhr* Handb. 1. p. 187. Tab. 60. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1082. Flora Dan. Tab. 283.

Astrantia Diapensia. *Scop.* Carn. 2. n. 304.

Caucalis Sanicula. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 310. *Crantz* Austr. p. 228. *Vest* Manuale p. 492.

Sanicula. *Rivin.* Pentap. irreg. Tab. 31.

Sanicula mas. *Fuchs* Hist. p. 671.

Sanicula officinarum. *Tabernaem.* Kräuterb. pag. 244.

Sanicula vulgaris. *Clusii* Hist. 1. p. 308.

Sanicula et Diapensia. *Lobel* Icon. 1. p. 668.

Diapensia. *Camer.* Epit. pag. 753.

Radix fasciculata, fibrosa, multiceps, extus fusco-flavida. *Caulis* erectus, teres, sulcatus, simplex, subnudus, ut tota planta, glaber. *Folia radicalia* longe petiolata, reniformi-subor-biculata, quinque-ad septemloba: *lobis* cuneiformibus, plerumque trifidis, inciso-serratis serraturis mucrone setaceo terminatis;

caulinum, si adest, breviter petiolatum, tripartitum; *laciniis* trifidis; lateralibus duabus lobo auctis. *Umbella* terminalis, cymosa, tri-ad quinquepartita: *Ramis* seu *Radiis* vel simplicibus, vel ut plurimum trifidis. *Umbellulae* capitatae, Pisi circiter magnitudine. *Involucrum universale* tri-ad pentaphyllum: *foliolis* tripartitis, inciso-serratis, umbella longe brevioribus; *partiale* tri-ad pentaphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, serratis. *Involucella* tri-ad pentaphylla: *foliolis* lineari-setaceis, subulatis, umbellula brevioribus, integerrimis. *Flores* albi vel rubicundi, omnes sessiles: disci abortivi seu masculi, peripheriae hermaphroditi. *Fructus* ovatus, bipartibilis, undique setis uncinatis obsessus. *Cocculi* fere hemisphaerici dorso ecostati, multivittati.

Gemeiner Sanickel.

In sylvis et nemoribus humidiusculis fere ubique. ♃. Fl. Majo, Junio.

232. ECHINOPHORA.

Umbella submultiradiata. *Umbellulae* capitatae. *Involucella* hexaphylla. *Fructus* ovatus in receptaculo excavato nidulans, breviter rostratus, laevis. *Cocculi* dorso elevato costis quinque depressis, undulatis notati.

1. Echinophora *spinosa.*

E. foliis rigidis bipinnatifidis: laciniis linearibus, subulato-spinosis.

Echinophora spinosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1379. *Host* Synops. pag. 141. *Jacq.* Collect. 2. pag. 155. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 338. *Vest* Manuale p. 488.

Crithmum spinosum. *Dodon.* Pempt. p. 705.

Crithmum secundum. *Camerar.* Epit. p. 273.

Pastinaca marina. *Lobel* Icon. 1. p. 710. *Ejusd.* Hist. pag. 408.

Pastinaca marina, quibusdam Secacul et Crithmum spinosum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. Lib. 27. p. 196.

Radix fusiformis, fibrosa. *Caulis* erectus, flexuosus, angulosus, sulcatus, rigidus, a basi ramosissimus, palmaris, semipedalis et fere pedalis, ut tota planta, plus minus pubescens. *Rami* alterni, divaricati. *Folia* alterna, rigida, bipinnatifida,

patentissima: *foliolis inferioribus* pinnatifidis, *superioribus* trifidis, bifidis, simplicibusve, cum *laciniis* subulato-pungentibus, linearibus, subtriangulis, supra subcanaliculatis. *Petioli* subtriangulí, angulosi, sulcati, supra depresso-subcanaliculati, basi dilatati, semiamplexicaules. *Umbellae* laterales, oppositifoliae et terminales, breviter pedunculatae, submultiradiatae, confertae, densae. *Radii* perbreves, valde inaequales. *Umbellulae* capitatae, densae, magnitudine Pisi majoris, convexiusculae, multiflorae. *Flores* albi, vel rubelli, inaequales, omnes sessiles in Receptaculo turbinato; disci pauci hermaphroditi, radii masculi. *Involucrum* plerumque pentaphyllum: *foliolis* inaequalibus, linearibus, integris, subulato-pungentibus, longitudine fere Umbellae. *Involucella* hexaphylla: *foliolis* lanceolatis, subulato-pungentibus: *exterioribus tribus* majoribus, umbellulam vix parum superantibus. *Fructus* striatus, ovatus, receptaculo communi excavato immersus. *Cocculi* dorso elevato costis quinque depressis praediti: altero plerumque emarcido, vel evanido.

Dornige Stacheldolde.

In arenosis ad mare agri Aquilejensis *(Wulfen, Host)*. ♃. Fl. Jun., Jul.

233. HYDROCOTILE.

Umbella imperfecta, simplex, capitata, subquinqueflora. *Involucrum* subpentaphyllum. *Fructus* subrotundus, angulosus, biscutatus. *Cocculi* dorso costis quinque tenuibus, carinali et lateralibus saepe obsoletioribus, intermediis duabus arcuatis, lateribus compressi.

1. Hydrocotile *vulgaris.*

H. foliis peltatis, orbiculatis, sublobato-crenatis, umbella subquinqueflora plerumque e centro prolifera.

Hydrocotile vulgaris. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1380. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 363. *Gmelin* Badens. n. 594. *Besser* Galic. Append. pag. 347. *Pollich* palat. n. 264. *Schkuhr* Handb. 1. p. 186. Tab. 59. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 344. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1081. *Vest* Manuale p. 488. Flora Dan. Tab. 90.

Cotyledon palustris. *Dodon.* Pempt. p. 133.

Cotyledon aquatica, acris. *Lobel* Icon. 1. p. 387. *Ejusd.* list. p. 209. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 718.

Radix fibrosa, tenuis. *Caules* repentes, articulati, ad genicula radicantes, teretes, glabri. *Folia* alterna, petiolata, glabra, orbicularia, peltata, obtuse lobata, crenata, laete viridia, subtus venoso-reticulata. *Pedunculi* axillares, solitarii, nudi, nunc glabri, nunc pubescentes, teretes, filiformes, fere unciales. *Umbella* terminalis, parva, simplex, capitata, quadri-seu quinqueflora, plerumque e centro prolifera, hinc quasi flores verticillato-spicati, verticillis paullo remotis. *Flores* exigui, pallide rubri, sessiles. *Involucrum* sub quovis verticillo seu umbella, tetra-seu pentaphyllum: *foliolis* subulatis. *Fructus* subrotundus, angulosus, glaber.

Gemeiner Wassernabel.

In locis paludosis, inundatis, inprimis arenosis. 2|. Floret Jul., Aug.

224. ERYNGIUM.

Flores capitati, in *Receptaculo* elevato, paleaceo sessiles. *Involucella* polyphylla: *foliolis* subpinosis. *Fructus* obovatus, bipartibilis. *Cocculi* ecostati.

* Foliis radicalibus integris.

1. Eryngium *planum.*

E. caule superne colorato, foliis inferioribus cordato-ovalibus, crenatis, planis, superioribus quinquefidis, ciliato-spinulosis, involucellis pinnatifidis, patentibus, paleis receptaculi exterioribus tricuspidatis, internis integris.

Eryngium planum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1357. *Besser* Galic. n. 321. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 391. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 319. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1077. *Vest* Manuale p. 489.

Eryngium pannonicum latifolium. *Clusii* Hist. 2. p. CLVIII.

Eryngium spurium primum. *Dodon.* Pempt. p. 732.

Radix fasciculata, fibrosa, extus fuscens. *Caulis* erectus, sulcato-angulosus, nitidus, ut tota planta, glaber, inferne simplex, pallide viridis, superne dichotomus, caeruleo-coloratus. *Folia radicalia* et *caulina infima* longe petiolata, cordato-ovalia, crenata, crenis subinermibus, *sequentia* brevius petiolata, infimis similia, at serrata, serraturis spinulosis; *superiora* quinquefida, ciliato-spinulosa. *Petioli* compresso-plani. *Umbellula universalis* cymosa, tri-ad quinquepartita: *Ramis* seu Radiis bi-

et trifidis. *Umbellulae* capitatae, subrotundo-ovatae, densissimae. *Involucrum universale* et *partialia* plerumque triphylla: *foliolis* palmato-quinquepartitis; *laciniis* inciso-dentatis; *dentibus* spinosis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* patentibus, pinnatifidis, dentato-spinosis, capitulam seu umbellulam superantibus. *Receptaculum* ovatum, paleaceum: *paleis exterioribus* trifidis; *interioribus* integris; *omnibus* lineari-lanceolatis, subulato-spinosis, floribus paullo longioribus.

Flachblätterige Mannstreue.

In Austriae et Pannoniae herbidis ad Danubium et Leitham et alibi *(Jacq., Host)*, Wratislaviae in graminosis *(Treviranus)*, in Galicia *(Besser)*. 2|. Fl. Jul., Aug.

2. Eryngium *maritimum.*

E. caule concolore, foliis inferioribus subrotundis, plicatis, integris; superioribus amplexicaulibus, lobatis, palmatis, omnibus rigidis, dentato-spinosis, involucellis amplis, pinnatifido-spinosis, paleis receptaculi tricuspidatis.

Eryngium maritimum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1358. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 362. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 322. *Scop.* Carn. 2. n. 392. *Timm* Flora Megap. n. 169. *Vest* Manuale p. 489. Flora Dan. Tab. 875.

Eryngium marinum. *Clusii* Hist. 2. p. CLIX. *Dodon.* Pempt. pag. 730. *Camerar.* Epit. pag. 488. *Lobel* Icon. 2. pag. 21.

Radix descendens, subrepens, extus nigricans. Tota planta glauca, glabra, rigida. *Caulis* erectus, teres, strictus, foliosus, semipedalis et paullo altior, inferne simplex, superne subcymosus. *Folia* reniformi-subrotunda, dentato-spinosa: *radicalia* et *caulina infima* integra, plicata, petiolata; *superiora* subsessilia, amplexicaulia, lobata, palmata. *Petioli* supra canaliculati, basi dilatati, vaginantes, submembranacei: In minoribus speciminibus caulis terminatur *Umbellula* solitaria; in majoribus Umbellulae *Umbellam* subcymosam, tripartitam constituunt, *Ramis* vel bi- et trifidis, vel simplicibus, unica umbellula terminatis. *Umbellulae* ovatae, capitatae, densiflorae, involucellis maximis obvallatae. *Involucrum universale* et *partialia*, si adsunt, ut et *Involucella*, patentia, foliis caulinis superioribus exacte similia. *Receptaculum* florum hemisphaericum, paleaceum: *Paleis* floribus longioribus, tricuspidatis, latiusculis. *Flores* caerulei.

Meerstrands-Mannstreue.

In arenosis maritimis Holsatiae *(Weber)*, prope *Travemünde (Mertens* et *Roth)*, prope *Warnemünde (Timm)*, Pomeraniae *(Weigel)*, Litoralis Austriae *(Host, Wulfen)*. 24. Fl. Jul., Aug.

3. Eryngium *alpinum.*

E. caule superne colorato, foliis inciso-serratis, spinescentibus: inferioribus cordatis, petiolatis; superioribus cum summis ternatis, lobatis, sessilibus, amplexicaulibus, involucellis polyphyllis, pinnatifidis, paleis receptaculi integris.

Eryngium alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1359. *Jacq.* Icon. rar. 1. Tab. 55. *Host* Synops. p. 137. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 323. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1080. *Scop.* Carn. 2. n. 300. *Vest* Manuale p. 489.

Eryngium alpinum latifolium. *Joh. Bauh.* Hist. 3. P. I. pag. 88.

Eryngium caeruleum genevense. *Lobel* Icon. 2. pag. 23. *Ejusd.* Advers. p. 375.

Eryngium planum Mathioli. *Dodon.* Pempt. p. 732.

Radix tuberosa, ramosa. *Caulis* erectus, teres, striatus, plerumque simplex, superne eleganter caeruleus, nitidus, ut tota planta, glaber, pedalis et altior. *Folia* inciso-serrata, serraturis spinescentibus: *radicalia* et *caulina infima* cordata, petiolata; *sequentia* duo vel tria sessilia, amplexicaulia, profundius incisa; *summa* ternata, sessilia, palmata. *Umbella* terminalis, solitaria, ovata, magna, densiflora, involucrata *Involucellis* polyphyllis, inaequalibus, erectis, subimbricatis, pinnatifidis, pungentibus, umbellulam superantibus, coloratis. *Receptaculum* florum ovatum, paleaceum; *Paleis* integris, pungentibus, flores superantibus. *Flores* albi, vel caerulescentes.

Alpen-Mannstreue.

In alpibus *W*ochinensibus, Tolmiensibus Carnioliae *(Scopoli, Host)*, Croatiae *(Kitaib.)*. 24. Fl. Jul., Aug.

** Foliis radicalibus multifidis.

4. Eryngium *campestre.*

E. caule subconcolore, foliis dentato-spinosis; radicalibus ternatis, petiolatis; foliolis decurrentibus: caulinis superioribus

sessilibus, amplexicaulibus, pinnatifidis, involucellis pentaphyllis, subintegerrimis, paleis receptaculi integris, subulato-spinosis.

Eryngium campestre. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1358. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 362. *Ejusd.* Neue Beitr. zur Bot. I. p. 179. *Besser* Galic. n. 322. *Gmelin* Badens. n. 393. *Jacq.* Flora Austr. 2. Tab. 155. *Pollich* palat. n. 263. *Schkuhr* Handbuch I. pag. 186. Tab. 59. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 332. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1078. *Vest* Manuale p. 489. Flora Dan. Tab. 554.

Eryngium. *Fuchs* Hist. p. 296. *Camer.* Epit. pag. 447.

Eryngium campestre. *Dodon.* Pempt. pag. 730. *Lobel* Icon. 2. pag. 22.

Eryngium campestre vulgare. *Clusii* Hist. 2. p. CLVIII.

Eryngium vulgare. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 1072. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 85.

Radix cylindrica, praelonga, extus fusca. *Caulis* erectus, teres, striatus, ramosus, ut tota planta, glaber, sesquipedalis, bipedalis et altior, superne paniculatus, vel in minoribus speciminibus subcymosus. *Folia* dentato-spinosa, rigida: *radicalia* longe petiolata, vel subternata, vel subtripinnata: *foliolis laciniis*que ad nervum albidum decurrentibus, hinc costae alatae, margine spinosae: *caulina inferiora* brevius petiolata, *Petiolis* basi dilatatis vaginantibus, pinnata. *Pinnis primis* bi-seu tripartitis; *caulina superiora* et *ramea* sessilia, basi auricuia dentato-spinosa caulem amplectentia, pinnatifida. *Umbellulae* in caule ramisque terminales, pedunculatae, capitatae, ovato-subrotundae, densiflorae. *Involucella* pentaphylla: *foliolis* inaequalibus, linearibus, raro uno alterove denticulo praeditis. *Paleae* receptaculi setaceae, rigidae, subulatae, floribus longiores. *Flores* albi.

Feld-Mannstreue.

Observ. Caulis aetate superne nonnihil coloratus.

In campis et pascuis siccis, sterilibus, asperis, inprimis Germaniae australioris. ♃. Fl. Jul., Aug.

5. Eryngium *amethystinum.*

E. caule superne colorato, foliis bipinnatifidis, subcrispis: laciniis lanceolatis, spinosis, involucellis lanceolatis dentato-spinosis, paleis receptaculi exterioribus tricuspidatis; interioribus integris.

Eryngium amethystinum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1358. (exclusa Var. β.) *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 363. *Besser* Galic. Append. pag. 346. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 333. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1079. *Vest* Manuale p. 489. *Waldst.* et *Kit.* Plantae rar. Hungariae 3. Tab. 215.

Proxime accedit ad praecedentem speciem, a qua differt: 1. *Caule* superne amethystino colore elegantissime colorato, magis corymboso. 2. *Foliis* bipinnatis, subcrispis. 3. *Involucellis* latioribus, lineari-lanceolatis, dentato-spinosis. 4. *Paleis* receptaculi *exterioribus* tricuspidatis; nec omnibus integris.

Doppeltgefiederte Mannstreue.

In alpibus et montosis Rhaetiae *(Sternberg)*, Croatiae *(Waldst.* et *Kitaib.)*. ♃. Fl. Augusto.

TRIGYNIA.

235. VIBURNUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 503. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 237. Gaertner de Fruct. Vol. I. p. 133. Tab. 27.

Calyx monophyllus, brevis, quinquedentatus, superus. *Corolla* monopetala, quinquefida. *Stigmata* tria, sessilia. *Bacca* monosperma.

1. Viburnum *Tinus.*

V. foliis ovato-oblongis, integerrimis, lucidis, subtus ad venas plus minus glanduloso-pilosis, cyma conformi.

Viburnum Tinus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1486. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 629.

Tinus primus. *Clusii* Hist. 1. pag. 49.

Laurus Tinus sylvestris. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 418.

Frutex quadri-ad octopedalis, cortice fusco obductus. *Rami* alterni, teretes, verrucosi: *juniores* obsolete tetragoni, villosi. *Folia* opposita, petiolata, ex oblongo ovata, acutiuscula, integerrima, firma, semper virentia, supra saturate viridia, nitentia,

glabra, subtus flavicantia vel, praesertim juniora, nonnihil ferruginea, margine et ad venarum axillas cum petiolis plus minus pilosa at demum glabra. *Petioli* semiteretes, supra planiusculi. *Cyma* terminalis, quinque-, sex-, septemradiata, pedunculata, Bracteis involucrata. *Pedunculus* nudus, pilosus. *Bracteae* ad cymae basin et pedicellorum minutae, oblongae, caducae. *Flores* omnes conformes, albi, odorati, extus ante anthesin saepe rubelli. *Calyx* minutus. *Corollae laciniae* ovatae. *Stamina* longitudine corollae. *Baccae* globosae, magnitudine Pisi, calycis dentibus coronatae, maturitate caerulescenti-nigrae.

Lorberartiger Schneeball.

Prope Tergestem ad *Punta di Salvora* (*Hoppe* et *Hornschuch*). ♄. Fl. Martio, Aprili.

2. Viburnum *Lantana.*

V. foliis ovato-oblongis, subcordatis, serratis, subtus rugoso-venosis, tomentosis, cyma conformi.

Viburnum Lantana. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1489. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 364. *Besser* Galic. n. 377. *Gmelin* Badens. n. 469. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 341. *Pollich* palat. n. 310. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 633. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1221. *Scop.* Carn. 2. n. 369. *Vest* Manuale p. 526.

Viburnum. *Tabernaemont.* Kräuterbuch p. 1461.

Lantana. *Dodon.* Pempt. p. 701.

Lantana vulgo, aliis Viburnum. *Joh. Bauh.* Hist. 1. p. 557.

Frutex humanae altitudinis, cortice cinereo obductus. *Rami* oppositi, divergentes, teretes: *juniores* tomentosi. *Folia* opposita, petiolata, oblongo-ovata, obtusa, plus minus basi subcordata, serrata, supra pubescentia, subtus rugoso-venosa et villis stellatis tomentosa. *Petioli* superne compressi. *Stipulae* nullae. *Cymae* terminales, solitariae, tomentosae. *Flores* omnes conformes, albi. *Calyx* minutus. *Baccae* compressae, ellipticae, primum rubrae, demum nigrae, farinosae.

Wolliger Schneeball.

Ad sepes, in nemoribus, dumetis, praesertim montosis in Germania australiore. ♄. Fl. Majo.

3. Viburnum *Opulus.*

V. foliis trilobis acuminato-dentatis, glabris, cyma radiante.

Viburnum Opulus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1490. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 364. *Besser* Galic. n. 378. *Gmelin* Badens. n. 470. *Pollich* palat. n. 311. *Schkuhr* Handb. 1. p. 233. Tab. 81. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 635. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1222. *Scop.* Carn. 2. n. 376. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 27. *Vest* Manuale pag. 526. Flora Dan. Tab. 661.

Sambucus aquatica. *Camerar.* Epit. p. 977.

Sambucus palustris. *Dodon.* Pempt. pag. 846.

Sambucus aquatica quarta. *Tabernaemont.* Krāuterb. pag. 1440.

Frutex saepe altus, cortice subcinereo, subrimoso, glabro, obductus. *Rami* oppositi, teretes, erecto-patentes, glabri. *Folia* opposita, petiolata, subcordato-subrotunda, triloba, inaequaliter sinuato-dentata, sero autumno saturate rosea: *Lobis* acuminatis. *Petioli* sulcati, superne tuberculis reniformibus, sessilibus, quatuor ad sex, praediti, ad basin *Stipulis* duabus, subulatis, deciduis suffulti. *Cymae* terminales, pedunculatae, planae, radiantes, solitariae. *Flores radii* magni, rotati, nivei, omni sexu destituti; *disci* multo minores, flavescentes, campanulati, fertiles. *Baccae* elliptico-subrotundae, succosae, semper rubrae. *Semen* compressum, subrotundum.

Gemeiner Schneeball.

Observ. Varietas rosea, ubi tota Cyma e floribus magnis radiantibus, sterilibus, componitur, vulgo *Sneeball* dicta, non sponte provenit, sed in hortis colitur.

In humidis sepibus, pratis nemorosis, ad aquarum margines. ♄. Fl. Majo, Jun.

236. SAMBUCUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 505. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 238. Gaertner de Fruct. 1. p. 137. Tab. 27.

Calyx monophyllus, quinquedentatus, superus. *Corolla* rotata, quinquefida. *Stigmata* tria sessilia. *Bacca* globosa, unilocularis, trisperma.

1. Sambucus *Ebulus.*

S. cymis tripartitis, caule herbaceo.

Sambucus Ebulus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1494. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 365. *Besser* Galic. n. 379. *Gmelin* Badens. n. 471. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 4. Tab. 15. *Pollich* palat. n. 312. *Schkuhr* Handb. 1. p. 241. Tab. 83. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 639. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1223. *Scop.* Carn. 2. n. 371. *Vest* Manuale p. 527. Flora Dan. Tab. 1156.

Ebulus. *Camerar.* Epit. p. 979. *Fuchs* Hist. pag. 55. *Tabernaem.* Kräuterbuch p. 1160. *Lobel* Icon. 2. p. 164.

Radix teres, elongata, repens, subcarnosa, alba. *Caules* annui, herbacei, erecti, simplices, teretiusculi, sulcati, scabri. *Folia* opposita, impari-pinnata: *inferiora* petiolata; *superiora* sessilia: *Pinnis* ovato-lanceolatis, venosis, serratis, basi inaequalibus et non raro glandulosis, supra glabris, subtus pubescentibus. *Stipulae* ad foliorum basin magnae, foliaceae, serratae. *Cyma* terminalis, tripartita, planiuscula. *Ramis* pilosis. *Flores* omnes pedicellati, pallide incarnati. *Antherae* didymae, rubrae. *Bacca* globosa, nigra, succosa.

Zwerg-Hollunder.

Ad sylvarum et agrorum margines, in nemoribus humidiusculis, inprimis Germaniae australioris. ♃. Fl. Julio.

2. Sambucus *nigra.*

S. cymis quinquepartitis, caule arboreo.

Sambucus nigra. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1495. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 366. *Besser* Galic. n. 380. *Gmelin* Badens. n. 472. *Hayne* Arzn. Gew. Band 4. Tab. 16. *Pollich* palat. n. 313. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 639. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1224. *Scop.* Carn. 2. n. 372. Flora Dan. Tab. 545.

Sambucus. *Camerar.* Epit. p. 975. *Dodon.* Pempt. p. 845. *Lobel* Icon. 2. pag. 161.

Sambucus prima. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1439.

Sambucus vulgaris. *Joh. Bauh.* Hist. 1. pag. 544.

Frutex ad arboris mediocris altitudinem accedens, in trunco annosiore et ramis majoribus cortice rumoso fusco obductus. *Rami* oppositi, cinerei, punctato-scabri. *Folia* opposita, petiolata, impari-pinnata, glabra: *Pinnis* petiolatis, acutis, serratis. *Stipulae* axillares, subulatae. *Cymae* terminales, quinquepartitae, magnae, planae. *Flores* plerumque pedicellati, albi; per

exsiccationem pallide lutescentes. *Antherae* flavae. *Baccae* ex oblongo subrotundae, purpurascenti-nigrae, succulentae.

Gemeiner Hollunder.

In dumetis, sepibus, ad pagos. ♄. Fl. Majo, Jun.

3. Sambucus *racemosa.*

S. panicula ovata, densa, caule arboreo.

Sambucus racemosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1496. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 367. *Besser* Galic. n. 381. *Gmelin* Badens. n. 473. *Jacq.* Collect. 1. pag. 56. *Ejusd.* Icon. rar. 1. Tab. 59. *Pollich* palat. n. 314. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 640. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1225. *Scop.* Carn. 2. n. 373. *Vest* Manuale p. 527.

Sambucus racemosa, acinis rubris. *Joh. Bauh.* Hist. 1. pag. 549.

Sambucus tertia cervina. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1440.

Sambucus montana. *Camerar.* Epit. p. 976.

Sambucus montana, racemosa. *Lobel* Icon. 2. p. 163.

β laciniata, foliolis. *Koch* et *Ziz* Cat. Plant. Palat. p. 7. et p. 19. n. 11.

Frutex decem-ad duodecimpedalis, cortice fusco, albo-punctato obductus. *Folia* opposita, petiolata, glauco-viridia, glabra, impari-pinnata: *Pinnis* ovato-lanceolatis, acuminatis, argute serratis, basi subinaequalibus, integris, vel, ut in *β*, dissectis. *Paniculae* terminales, solitariae, ovatae, vel subrotundae, densae, pedunculatae. *Flores* flavo-virentes: *Laciniis* reflexis. *Baccae* subrotundae, coccineae, succosae.

Trauben-Hollunder.

In sylvis montosis Germaniae australioris; *β* prope *Wolfstein* Palatinatus (*Koch* et *Ziz*). ♄. Fl. Aprili, Majo.

237. RHUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 502. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 406. Gaertner de Fruct. 1. p. 205. Tab. 44.

Calyx monophyllus, quinquepartitus, inferus, persistens. *Corolla* pentapetala. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, brevia. *Bacca* unilocularis, submonosperma, sicca.

Rhus *Cotinus.*

R. foliis simplicibus, obovatis.

Rhus Cotinus. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 185. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 210. *Schultes* Syst. Veget. p. 663. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1226. *Vest* Manuale p. 528.

Cotinus Coggygria. Scop. Carn. 2. n. 368.

Cotinus coriaria. *Dodon.* Pempt. p. 780.

Coggygria. *Clusii* Hist. 1. p. 16.

Frutex mediocris. *Rami* alterni, cortice purpureo obducti, ffusi. *Folia* alterna, petiolata, glabra, integerrima, venis pur-ıreis picta, vel obovato-cuneata, vel subrotunda, vel apice ob-ılete emarginata, sero autumno rubentia. *Petioli* filiformes, lio nunc longiores, nunc paullo breviores. *Panicula* termi-ılis, pedunculata, ovata, laxa, composita *Racemis* subcorym-ısis, pedunculatis. *Pedunculi* dichotomi, florescentiae tempore ım pedicellis, breves, villis brevissimis, raris adspersi, post ıthesin demum elongati, maxime divaricati et villis longiori-ıs, albis, articulatis quasi plumosi. *Bracteae* ad paniculae di-siones alternae et suboppositae, exiguae, persistentes (constan-r immutatae), inferiores obverse lanceolatae, superiores linea--setaceae, membranaceae. *Flores* viridi-flavescentes, plurimi eriles. *Baccae* semicordatae, glabrae, in pedicellis elongatis, lumosis solitariae.

Observ. Nunquam mutantur Bracteae vel elongantur per aetatem, ut contendunt plerique auctores, sed etiam in panicula fructibus maturis onusta, immutatae conspiciuntur. Pedunculi potius cum pedicellis post anthesin elongantur et villis longis, articulatis, quasi plumosi, evadunt, ut bene jam observavit *Clusius* l. c.

Perucken-Sumach.

Variat: Calyce tri-, quadri-et quinquefido cum totidem Petalis et Staminibus in eadem panicula.

In montanis Austriae ad *Thermas Badenses*, in Forojulio, stria, Litorali ad sepes, vineas. *(Scopoli, Jacq., Host).* ♄. Fl. Majo, Junio.

* * * *

Observ. Rhoem Coriariam in Carniolia sponte provenire dicunt, at a Floristis austriacis non inter spontaneas plantas denominatur.

238. STAPHYLEA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 507. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 414. Gaertner de Fruct. 1. p. 334. Tab. 69.

Calyx quinquepartitus, coloratus, inferus. *Corolla* pentapetala. *Nectarium* urceolatum e fundo floris. *Styli* tres seu duo. *Capsulae* tres seu duae, inflatae, basi subcoalitae, intus dehiscentes. *Semina* ossea, globosa, basi truncata, cicatrisata.

1. Staphylea *pinnata.*

S. foliis pinnatis.

Staphylea pinnata. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1497. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 368. *Besser* Galic. n. 382. *Gmelin* Badens. n. 474. *Leers* Herborn. n. 231. *Schkuhr* Handb. 1. p. 244. Tab. 84. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 667. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1227. *Vest* Manuale p. 528.

Staphylodendron pinnatum. Scop. Carn. 2. n. 374.

Staphylodendron. *Tabernaemont.* Kräuterb. pag. 1430. *Joh. Bauh.* Hist. 1. pag. 274.

Staphylodendron Plinii. *Lobel* Icon. 2. p. 103. Fig. 1. *sinistra!*

Nux vesicaria. *Dodon.* Pempt. pag. 818.

Arbuscula decem-ad quindecimpedalis, cortice brunneo obducta. *Rami* alterni, glabri, erecto-patuli. *Folia* glabra, opposita, petiolata, impari-pinnata, bi-seu trijuga: *Pinnis* ovatis, acuminatis, serrulatis, brevissime petiolellatis. *Petioli* teretes. *Stipulae* ad basin petiolorum et inter primum foliolorum par, lineares, membranaceae, deciduae. *Racemi* terminales, interrupti, penduli, compositi corymbulis oppositis, breviter pedicellatis, tri-, quadrifloris. *Bracteae* setaceae, membranaceae. *Flores* albidi, extus saepe purpurascentes. *Capsulae* binae, rarius ternae, membranaceae, venoso-reticulatae, ventricosae, ovato-subrotundae, acuminatae. *Semina* plerumque duo, fusca, nitida.

Gemeine Pimpernuss.

In silvaticis montosis, humidiusculis passim in Germania, praesertim australiore. ♄. Fl. Majo, Junio.

239. TAMARIX.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 510. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 347. Gaertner de Fruct. 1. pag. 291. Tab. 61.

Calyx quinquepartitus, inferus. *Corolla* pentapetala. *Stamina* quinque vel decem: *Filamentis* vel distinctis, vel basi connatis. *Stigmata* tria, sessilia, revoluta, plumosa. *Capsula* oblonga, acuminata, triangularis, unilocularis, trivalvis, polysperma. *Semina* valvularum medio affixa, apice lanata.

1. Tamarix *gallica.*

T. floribus pentandris, foliis lanceolatis subulatis, subamplexicaulibus, racemis spicatis, lateralibus, subpaniculatis.

Tamarix gallica. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1498. (exclusa Varietate.) *Host* Synops. pag. 174. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 669. *Vest* Manuale p. 528.

Tamariscus narbonensis. *Lobel* Icon. 2 p. 218. fig. *sinistra! Tabernaem.* Kräuterb. p. 1354.

Myrica. *Camer.* Epit. p. 74. fig. *sinistra!*

Myrica sylvestris prima. *Clusii* Hist. 1. p. 40.

Frutex erectus, pyramidalis, ramosissimus, cortice brunneo obductus, decem - ad quindecimpedalis. *Rami* teretes, glabri, fusci; *ramuli annotini* autumno plerumque decidui. *Folia* alterna, sessilia, minutissima, approximata, juniora imbricata, lanceolata, subulata, subamplexicaulia, glabra. *Racemi* pedunculati, spicati, unciales et paullo longiores, cylindracei, densi, laterales, approximati et paniculam quodammodo efficientes, vel quandoque solitarii, sparsi. *Flores* sparsi, purpurei, breviter pedicellati: *Pedicellis inferioribus* bi-, trifloris; *superioribus* unifloris. *Bracteae* foliis similes, obtusae, pedicellis breviores. *Stamina* quinque, corolla longiora, *Filamentis* distinctis. *Capsula* vix calyce longior.

Französischer Tamariske.

In insulis maris adriatici (*Host*), in Styria (*Sartori*). ♄. Fl. Aestate.

2. Tamarix *germanica.*

T. floribus decandris, foliis lineari-lanceolatis, sessilibus, racemis spicatis, terminalibus, solitariis.

Tamarix germanica. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1499. *Gmelin* Badens. n. 475. *Host* Synops. pag. 174. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 673. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1228. *Vest* Manuale pag. 528. Flora Dan. Tab. 234.

Tamarix germanica. *Joh. Bauh.* Hist. 1. Pars. 1. p. 351.
Tamariscus germanicus. *Scop.* Carn. 2. n. 375.
Myrica. *Camer.* Epit. p. 74. fig. *dextra!*
Myrica sylvestris secunda. *Clusii* Hist. 1. p. 40.
Myrica pannonica. *Clusii* Pannon. p. 26. 27. 28.

Frutex erectus quinque - ad decempedalis, ramosissimus. *Rami* teretes, flavescentes, vel fuscescentes: *Ramuli annotini* autumno decidui. *Folia* parva, lineari-lanceolata, sessilia, ut tota planta, glabra; *juniora* laxe imbricata; *adultiora* patula. *Racemus* in caule ramisque terminalis, spicatus, solitarius, simplex, tri-ad quinqueuncialis, breviter pedunculatus. *Flores* alterni, pedicellati, pedicellis unifloris, rubicundi, dimidio majores, quam in antecedente specie. *Bracteae* lineari-subulatae, basin versus margine membranaceae, pedicellis paullo longiores. *Stamina* decem, corolla breviora: *Filamentis* basi connatis, alternis minoribus. *Capsula* calyce duplo longior.

Deutscher Tamariske.

In arenosis ad fluviorum ripas Carnioliae (*Scop.*), Tyrolis (*Reiner* et *Hohenw.*), Styriae (*Sartori*), in insulis Rheni alveisque sabulosis Marggrav. Badensis (*Gmelin*). ♄. Fl. Jun., Jul.

240. DRYPIS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 519. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 311. Gaertner de Fruct. 2. p. 218. Tab. 128.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus, inferus. *Corollae Petala* quinque, unguiculata, apice bifida, ad faucem denticulo gemino aucta. *Stamina* quinque. *Styli* tres, patuli. *Stigmata* simplicia. *Capsula* calyce tecta, ovata, mucronata, unilocularis, supra medium circumscissa, monosperma. *Semen* reniformi-rostellatum.

1. Drypis *spinosa.*

Drypis. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1513.

Host Synops. p. 175. *Jacq.* Hort. Vindob. 1. p. 19. Tab. 49. *Schkuhr* Handbuch 1. p. 249. Tab. 86. *Schultes* Syst. Veg. . pag. 680. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1229. *Scop.* Carn. 2. . 377. *Vest* Manuale p. 529.

Drypis Theophrasti et Anguillariae. *Joh. Bauh.* Hist. 3. ib. 36. p. 722. Cap. 25. *Lobel* Icon. 1. pag. 789. *Ejusd.* Observ. p. 460. *Tabernaemont.* Kräuterb. p. 424.

Drypis italica aculeata, floribus albis, umbellis compactis. *Michel* Nov. Plant. Gen. p. 24. Tab. 33.

Radix longissima, parce ramosa, fibrosa, descendens, extus ordide alba, vel grisea. *Caulis* a basi ramosissimus, palmaris t semipedalis, *junior* procumbens, *adultior* adscendens, erectiusulus, diffusus, tetragonus, filiformis, nitidus, brachiatus, superie dichotomus, articulatus, nodosus, ut tota planta, glaber. *Folia* opposita, substrigosa, lineari-subulata, nitida, longitudine ircciter articulorum caulis, patula, supra planiuscula, subtus onvexiuscula, ad dichotomias superiores, ut etiam floralia, laiora, lanceolato-subulata, infra medium utrinque dente uno alerove, lineari-subulato, aucta. *Flores* in ramis ultimis fastigiati, fasciculati, cum solitario in dichotomia, omnes brevissime edicellati. *Calyces* striati, oblongi: *dentibus* subulatis, acutis, ubcartilagineis; *floriferi* cylindracei; *fructiferi* ventricosi. *Corolla* alba, vel rubicunda ad faucem coronata dentibus decem, ut in *Silene: Petalis* angustis, supra faucem bifidis. *Capsula* n calyce persistente latitans, ovata, basi parum angustior, apice brevi mucrone terminata, glabra, membranacea, diaphana, supra nedium omnino circumscissa.

Dorniges Knotenkraut.

In Carniolia ad montem *Grindowitz (Scop.)*, in Istria ad portum *St. Martini (Mygind)*, in agro Fluminensi ad maris litus *(Host)*, in alpibus Croatiae (*Schultes*). ♃. Fl. Jun., Jul.

241. ALSINE.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 518. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 333. Gaertner de Fruct. 2. p. 223. Tab. 129.

Calyx pentaphyllus, inferus: *foliolis* oblongis acutis, concavis. *Corolla* pentapetala: *Petalis* aequalibus, longitudine fere calycis. *Styli* tres, apice dilatati. *Capsula* calyce tecta, ovata, unilocularis, sexvalvis, polysperma.

1. Alsine *media.*

A. petalis bipartitis, foliis subrotundo-ovatis, caulibus unifariam villosis.

Alsine media. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1511. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 368. *Gmelin* Badens. n. 477. *Hayne* Arzn. Gew. Band 2. Tab. 47. *Pollich* palat. n. 315. *Schkuhr* Handb. 1. p. 248. Tab. 85. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 680. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1230. *Vest* Manuale p. 529. Flora Dan. Tab. 528.

Alsine media. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 4087.

Alsine minor. Dodon. Pempt. pag. 29. *Lobel* Icon. 1. pag. 460.

β major, decastemon.

Alsine media decastemon. Flora Dan. Tab. 438. *Trentepohl* in *Roth* Bot. Bemerk. und Bericht. p. 161. n. 28.

Radix fibrosa, ramosa. *Caules* plures, procumbentes, digitales, palmares, ramosi, dichotomi, basi repentes, alternatim linea villosa notati, caeterum glabri. *Folia* opposita, subcordato-ovata, integerrima, glabra, petiolata: *floralia* sessilia. *Petioli* basin versus latiores, ciliati. *Pedunculi* ex alis ramorum et foliorum solitarii, uniflori, filiformes, nudi: *floriferi* erecti; *fructiferi* refracti. *Flores* albi. *Petala* bifida, calycem subaequantia. *Stamina* saepius quinque, interdum tria ad decem. *Capsula* plerumque sexvalvis, rarius trivalvis. *Semina* subrotunda, exigua, flava.

β major.

Differt tantum statura majore et *Staminibus* plerumque decem.

Gemeine Vogelmiere.

Variat Corollis apetalis. *Kitaibel.*

In agris, hortis, cultis oleraceis fere ubique. ☉. Fl. tota Aestate.

2. Alsine *segetalis.*

A. petalis integris, foliis lineari-subulatis, caule glabro.

Alsine segetalis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1512. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. Addend. pag. 578. *Hoffmann* Germ. p. 110. *Schrader* Spicil. Florae Germ. p. 30. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 681.

Alsine segetalis graminis foliis, unum latus spectantibus. *Vaill.* Paris. p. 8. n. 7. Tab. 3. Fig. 3.

Arenaria segetalis. Bönningh. Flora Monast. n. 545.

Radix fibrosa, ramosa, candida, brevis. *Caulis* erectiusculus, teres, glaber, filiformis, nodosus, bi-seu triuncialis, superne dichotomus. *Rami* filiformes. *Folia* opposita, lineari-subulata, subaristata, glabra, ad unum latus vergentia, longitudine fere internodiorum caulis. *Stipulae* ovatae, mucronatae, membranaceae, vaginantes. *Pedunculi* terminales, alterni, solitarii, uniflori, capillares, nudi, basi *Bracteis* membranaceis, mucronatis suffulti: *floriferi* erecti; *fructiferi* declinati. *Calyx* glaber; *foliolis* lanceolatis, membranaceis, candidis cum costa dorsali viridi. *Petala* integra, calyce minora. *Stamina* saepius tria tantum. *Styli* tres. *Capsula* ovata, longitudine fere calycis.

Acker-Vogelmiere.

Inter segetes prope *Hannoveram* (*Ehrhardt*), prope *Oldendorf*, *Rinteln* aliisque locis vicinis Hassiae (*Schrader*), in Monasteria ad ripas Rheni prope *Rees* et *Emmerich* (*Bönningh.*). ☉. Fl. Jun., Jul.

242. CORRIGIOLA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 516. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 348. Gaertner de Fruct. 1. p. 358. Tab. 75.

Calyx pentaphyllus, inferus: *foliolis* ovatis, margine membranaceis, coloratis. *Corolla* pentapetala: *Petalis* ovatis, vix calyce majoribus. *Stigmata* tria, vel duo, sessilia. *Semen* in calyce connivente nudum, ovatum, trigonum.

1. Corrigiola *litoralis.*

C. caulibus prostratis, foliis obverse lanceolatis.

Corrigiola litoralis. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1506. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 369. *Gmelin* Badens. n. 476. *Schkuhr* Handb. I. p. 247. Tab. 85. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 683. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1231. *Vest* Manuale p. 529. Flora Dan. Tab. 334.

Polygonifolia. *Dill.* Giss. pag. 150. *Ejusd.* Nova Gen. p. 95. Tab. 3.

Radix fibrosa, tenuis. *Caules* plures, prostrati, teretes, glabri, palmares et semipedales, dichotomi, glauci, punctis purpureis hinc inde adspersi. *Folia* carnosa, integerrima, margine pellucida, basi attenuata, glabra: *radicalia* longa, obovali-lanceolata; *caulina* alterna, lineari-lanceolata, radicalibus breviora. *Stipulae* membranaceae, pellucidae, exiguae, lunatae. *Flores* axillares et terminales, conglomerati, thyrsoidei, parvi, albidi, pedunculati. *Bracteae* setaceae. *Calycis foliola* margine albo colorata. *Corolla* cum calyce persistens.

Sand-Hirschsprung.

In arenosis humidis, hieme inundatis, ad fluviorum ripas arenosas passim. ⊙. Fl. Jul., Aug.

* * * *

Observ. *Pharnaceum Cerviana*, *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1507. *Roth* Flora Germ. T. II. P. II. Addend. p. 579., quod olim prope *Rostock* observatum est, nunc plane evanuit, nec ullo alio Germaniae loco inventum est unquam.

TETRAGYNIA.

243. PARNASSIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 523. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 272. Gaertner de Fruct. 1. p. 287. Tab. 60.

Calyx quinquepartitus, inferus: *Laciniis* oblongis patentibus. *Corolla* pentapetala. *Nectarium Squamae* quinque, ad basin petalorum cordatae, membranaceae, filis apice glanduliferis radiatae. *Stigmata* quatuor, sessilia. *Capsula* tetragono-ovata, subunilocularis, quadrivalvis, polysperma. *Semina* valvis affixa.

1. Parnassia *palustris.*

P. foliis cordatis, acuminatis, nectariis multipartitis.

Parnassia palustris. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1516. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 369. *Besser*

Galic. n. 383. *Gmelin* Badens. n. 478. *Hayne* Arzn. Gew. Band 2. Tab. 42. *Pollich* palat. n. 316. *Schkuhr* Handb. 1. p. 249. Tab. 86. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 698. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1302. *Scop.* Carn. 2. n. 378. *Vest* Manuale p. 530. Flora Dan. Tab. 584.

Gramen Parnassi Dodonaei, quibusdam hepaticus flos. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 537. Fig. *mala!*

Gramen parnassum. *Dodon.* Pempt. p. 564.

Gramen Parnassi. *Lobel* Icon. 1. pag. 603. *Ejusd.* Observ. p. 330.

Hepaticus flos. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 527.

Radix caespitosa, fibrosa, albida. *Caules* saepe plures, erecti, sulcati, simplicissimi, glabri, digitales et palmares, infra medium folio solitario praediti, uniflori. *Folia* cordato-subrotunda, acutiuscula, integerrima, supra laete viridia, venoso-reticulata: *radicalia* in caespitem congesta, longe petiolata; *caulinum* sessile, amplexicaule. *Flos* terminalis, solitarius, candidus, spectabilis, erectus.

Observ. Notatu dignissimus est motus staminum spontaneus, ubi certo quodam ordine eorum quodque filamentum momento incurvatur et stigmatibus antherarum pollen, pro fecundatione, offert, effuso autem polline filamenta tribus stadiis eriguntur et demum ad petalum reflectuntur, observante Ill. *Humboldtio.*

Weisse Parnassie.

In uliginosis pascuis, turfosis, spongiosis. ♃. Fl. Jul., Aug.

PENTAGYNIA.

244. CRASSULA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 533. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 340.

Calyx quinquepartitus, in nonnullis tri-vel quadripartitus. *Petala* quinque, in nonnullis tria vel quatuor. *Stamina* quinque, in nonnullis tria vel quatuor. *Pistilla* quin-

que, in nonnullis tria vel quatuor. *Squamae* tot, quot pistilla, basi cujusvis germinis affixae. *Capsulae* tot, quot Pistilla, oblongae introrsum dehiscentes, di-seu polyspermae.

* Floribus pentandris.

1. Crassula *rubens.*

C. herbacea, erectiuscula, foliis semiteretibus, cyma subquadrifida, floribus pentandris, subsessilibus, petalis lanceolatis.

Crassula rubens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1569. *Gmelin* Badens. n. 487. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 729.

Sedum rubens. Sturm Deutschl. Flora 1. Fasc. 22.

Radix fibrillosa, tenuis, fuscescens. *Caulis* erectus, vel decumbens, teres, basi saepe ramosus, ut tota planta, glauco-viridis, pilis brevibus, capitatis hinc inde adspersus, articulatus, filiformis, tri-, quadriuncialis, dense foliosus. *Folia* carnosa, semiteretia, sessilia, glabra, patentia: *radicalia* obovata, decidua: *caulina inferiora* quaterna, apicem versus paullo latiora, obtusa; *superiora* alterna et sparsa, oblonga, versus apicem parum attenuata. *Cyma* terminalis, tri-, quadri-, rarius quinquefida: *ramis* recurvis, laxe foliosis, piloso-viscidis. *Flores* inter folia sparsi, remoti, solitarii, sessiles aut brevissime pedunculati, albi. *Calycis laciniae* lanceolatae, subulatae, carnosae, extus convexae, villosulae. *Petala* calyce duplo longiora, lanceolata, carinata, carina rubicunda, villosula. *Squamae hypogynae* (Nectaria, *Linn.*, Filamenta sterilia, *Schkuhr*) ad germinis basin minimae, albae. *Stamina* quinque petalis paullo breviora. *Capsulae* quinque, lanceolatae, mucronatae.

Röthliches Dickblatt.

In agris, inter segetes Marggrav. Badensis circa *Gundeldingen* et in *Ruttihardt (Gmelin, Zeyherus).* ☉. Floret Jul., Aug.

* * Floribus subpentandris et tetrandris vel triandris.

2. Crassula *Vaillantii.*

C. herbacea, erectiuscula, foliis oppositis, oblongo-lanceolatis, floribus tetrandris, tetragynis, capsulis polyspermis.

Tillaea Vaillantii. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 720. *Schultes* Oestr. Fl. 2. n. 736.

Tillaea aquatica. *Gmelin* Badens. n. 265. Tab. 1. (excluso syn. *Linn.*)

Bulliarda Vaillantii. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. p. 499. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 523.

Sedum minimum annuum, flore roseo, tetrapetalo. *Vaill.* bot. Paris. 181. Tab. 10.

Radix tenuis, fibrosa. Tota planta glabra, succulenta, non raro purpurascens. *Caulis* erectus, tenuis, filiformis, a basi ramosus, uncialis et biuncialis. *Rami* oppositi, dichotomi: *inferiores* saepe procumbentes et radicantes. *Folia* opposita, connato-sessilia, oblongo-linearia, patentia, integerrima, obtusiuscula. *Flores* axillares et terminales, solitarii, pedunculati. *Calyx* ad medium usque quadripartitus: *Laciniis* ovatis, obtusis. *Petala* quatuor, ovata, acutiuscula, calyce duplo longiora, rubella. *Stamina* quatuor. *Pistilla* quatuor. *Squamae hypogynae* quatuor, angusto-lineares: obtusae, staminibus duplo breviores. *Capsulae* oblongae, apice subrecurvae, polyspermae, introrsum dehiscentes.

Vaillant's Dickblatt.

In insulis Danubii prope *Nussdorf* Austriae *(Schultes)*, in Marggrav. Badensi superiori ad insulam natantem *auf dem Sonnenmatt Weyher* et prope *Bürglen auf dem Mayerkopfe (Gmelin)*. ⊙. Fl. Jun., Jul.

Variat Numero partium floris quinario.

Crassula *Schkuhrii.*

C. herbacea, prostrata, foliis oppositis, linearibus, floribus pentandris, tetragynis, capsulis polyspermis.

Tillaea aquatica. *Schkuhr* in *Usteri* Anal. der Botan. Stück 2. p. 21. Tab. 3.

Tillaea prostrata. *Schkuhr* in *Usteri* Anal. der Botan. Stück 12. p. 4—6. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 735. *Römer* et *Schultes* Syst. Veg. 3. p. 500. *Willd.* Spec. Plant. nn. T. I. P. II. p. 720. Flora Dan. Tab. 1510.

Bulliarda prostrata. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora 524.

Differt ab antecedente: 1. *Caulibus* cum *ramis* prostratis, genicula radicantibus. 2. *Foliis* linearibus, acutiusculis. 2. *floribus* brevissime pedunculatis. 4. *Petalis* obtusis. 5. *Squamis hypogynis* longitudine filamentorum.

Schkuhr's Dickblatt.

In humidis sabulosis ad Danubii ripas, prope *Wittenberg (Schkuhr)*, in locis inundatis Bohemiae *(Schmidt, Pohl, Presl)*. ⊙. Fl. Augusto.

4. Crassula *muscosa.*

C. herbacea, subadscendens, foliis oppositis, oblongo-ovatis, subtus convexiusculis, floribus triandris, trigynis, capsulis dispermis.

Tillaea muscosa. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 721. *Bönninghaus.* Prodr. Florae Monast. Westph. n. 169. *Mertens* et *Koch* Deutschl. Flora n. 522. *Michel* Nov. Plant. Gen. pag. 22. Tab. 20. *Römer* et *Schultes* Syst. Veget. 3. pag. 500.

Radix tenuis, fibrosa. Tota planta glabra, succulenta, non raro purpurascens. *Caulis* tenuis, filiformis, tetragonus, uncialis et sesquiuncialis, prostratus, vel adscendens, articulatus a basi ramosus. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, sessilia, ovata, vel ex oblongo ovata, integerrima, subtus convexa: *inferiora* obtusa; *superiora* acutiuscula. *Flores* in omnibus axillis, brevissime pedunculati, solitarii, perexigui. *Calyx* tripartitus, rarius quadripartitus: *Laciniis* lanceolatis, mucronatis, purpurascentibus. *Corolla* tripetala, rarius tetrapetala, calyce dimidio brevior: *Petalis* ovatis, in mucronem setaceum attenuatis, albidis vel purpurascentibus. *Stamina* tria, rarius quatuor, vel quinque, cum petalis alternantia. *Filamenta* filiformia, petalis paullo breviora. *Antherae* subrotundae. *Pistilla* tria, rarius quatuor vel quinque. *Squamae hypogyna* ad basin cujusvis germinis, filiformis, filamentis brevior. *Capsulae* oblongo-ovales, in medio parum contractae, dispermae, introrsum longitudinaliter dehiscentes.

Moosartiges Dickblatt.

In campis arenosis prope *Coesfeld hinter der Klinke* in Monasteria *(Bönninghausen)*. ⊙. Fl. Majo, Jun.

Observ. A *Crassulae* genere nullo modo recedunt *Tillaeae* hic descriptae, nisi numero partium floris et fructus, in hoc genere valde variabili et in Systemate Vegetabilium ab ipso *Linneo* minoris momenti habito, quando in essentialibus partium floris et fructus inter se conveniant. Conveniunt autem cum *Crassula:* 1. *Calyce* monophyllo, plus minus profunde partito. 2. *Corolla.* 3 *Squamis hypogynis.* 4. *Capsulis* unilocularibus, introrsum dehis-

centibus. Si quis opponat, Squamas hypogynas in hisce *Tillaeis*, ad mentem *Schkuhrii*, filamenta esse castrata, tunc idem valeret de *Crassula*. — *Tillaeae* enumeratae insuper variant, licet rarius, numero quinario partium floris et fructus.

245. LINUM.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 528. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 336. Gaertner de Fruct. 2. p. 146. Tab. 112.

Calyx pentaphyllus, inferus. *Corolla* pentapetala. *Stamina* quinque. *Filamenta* basi subcoalita. *Styli* quinque, ongitudine staminum. *Capsula* globosa, subpentagona, quinue-ad decemvalvis, decemlocularis: *loculis* monospermis. *Semina* plana, ovata, acuminata.

* Floribus caeruleis, vel roseis.

Linum *usitatissimum*.

L. foliis alternis, lanceolatis, trinerviis, calycis foliolis ovas, acutis, margine scabris.

Linum usitatissimum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. . II. p. 1533. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 370. *Beser* Galic. n. 384. *Gmelin* Badens. n. 480. *Hayne* Arzn. ewächse Band 8. Tab. 17. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 736. *Jusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1234. *Scop.* Carn. 2. n. 381. *Vest* anuale pag. 532.

Linum sylvestre sativum plane referens. *Joh. Bauh.* ist. 3. p. 452.

Radix descendens, fibrosa. *Caulis* erectus, teres, glaber, ferne simplicissimus, superne plerumque ramosus. *Folia* alter, sessilia, lanceolata, acuminata, trinervia, glabra. *Flores* in ule ramisque terminales, solitarii, erecti, pedunculati, cyanei, eciosi, ante anthesin nutantes. *Calycis foliola* margine subiata, scabriuscula, integerrima, trinervia, glabra, lanceolata, uminata. *Petala* obovata, striata, crenulata. *Staminum filamenta* basi connata. *Capsula* subglobosa, glabra, acuta.

Gemeiner Flachs.

Inter segetes Germaniae australioris sponte. ☉. Fl. Julio.

2. Linum *nervosum.*

L. foliis alternis margine scabris, cum calycis foliolis margine dentato-serratis, lanceolatis, subulato-cuspidatis, subquinquenerviis.

Linum nervosum. Schultes Syst. Veget. 6. pag. 737. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1236. *Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hungar. 2. Tab. 105.

Radix ramosa, superne tuberculosa, extus pallide fusca, multiceps. *Caules* plures, erecti, stricti, teretes, inferne simplices, superne paniculati, basi pilosi, caeterum glabri, pedales et sesquipedales. *Folia* alterna, sessilia, infima imbricatim congesta, lanceolata, subulato-cuspidata, tri- ad quinquenervia, atomis minimis adspersa, glabra, margine albido-scabra, erecta, stricta, rigidiuscula. *Panicula* terminalis, ramosa: *Pedunculis* teretibus, oppositifoliis, calyce duplo longioribus, rigidiusculis. *Calycis foliola* lanceolata, subulato-cuspidata, tri- ad quinquenervia, glabra, margine albida, denticulato-serrulata. *Corolla* magna, caerulea. *Petala* striis septem saturatioribus picta, obovata, emarginata, vel apiculata, subcrenata, ungue pallide fusca. *Staminum filamenta* ciliata, basi denticulis interjectis. *Capsula* globosa, suturis decem, prominentibus, mucrone brevissimo. *Waldst.* et *Kitaib.*

Nerviger Flachs.

In locis graminosis Pannoniae circa *Penosova* in sylva *Vojlovicz (Waldst.* et *Kitaib.).* 4. Fl. Jul., Aug.

3. Linum *perenne.*

L. foliis alternis, lineari-lanceolatis, acuminatis, uninerviis, cum calycis foliolis obovatis, obtusiusculis, basi glabris.

Linum perenne. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1524. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 737. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1235. *Lumnitz.* Poson. n. 315.

Linum laeve. Scop. Carn. 2. n. 387. Tab. 11.

Linum sylvestre angustifolium quartum. *Clusii* Pannon. pag. 303?

Radix lignosa, ramosa, fibrosa, alba, multiceps. *Caules* plures, patentes, adscendentes, seu procumbentes, teretes, glabri, simplices, superne subramosi, racemosi. *Folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, acuminata, apice subrecurva, uninervia, glabra, glauco-viridia. *Flores* racemosi, alterni, pedunculati, spe-

ciosi, cyanei. *Calycis foliola* obovata, obtusa, vel brevi mucrone terminata, apice albida, basi quinquenervia. *Petala* emarginata. *Stigmata* capitata, obtusa. *Capsula* globosa, calyce paullo major, glabra, breviter mucronata.

Ausdauernder Flachs.

In insulis danubialibus Austriae superioris *(Schultes)*, circa Posoniam *(Lumnitzer)*, ad *Neusudlersee (Rochel)*. 4. Fl. Jun., Jul.

4. Linum *austriacum.*

L. foliis alternis, lineari-lanceolatis, acuminatis, trinerviis, um calycis foliolis subrotundo-ovatis, margine membranaceis, labris.

Linum austriacum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. . 1538. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 372. *Gmelin* Badens. . 482. *Host* Synops. pag. 179. *Jacq.* Fl. Austr. Tab. 418. *umnitz.* Poson. n. 318. *Pollich* palat. n. 319. *Schultes* yst. Veget. 6. p. 746. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1243. *Scop.* arn. 2. n. 388. *Vest* Manuale p. 534.

Linum sylvestre quartum, angustifolium primum. *Clusii* ist. 1. p. 318.

Linum sylvestre secundum. *Tabernaem.* Kräuterbuch g. 822.

Quam proxime cognatum est cum antecedente, ut vix, ac vix quidem, rite discernendum sit. Distinguitur tamen ab ctoribus: 1. *Calycis foliolis* margine membranaceis, subquinenerviis. 2. *Petalis* integerrimis, paullo majoribus; nec emarnatis.

Oestreichischer Flachs.

Observ. Collatis descriptionibus auctorum de *Lino perenni* et *austriaco*, characteres certos eruere vix possibile est.

Ad vias, agrorum margines, in collibus apricis Austriae, nnoniae, Carnioliae *(Jacq., Scopoli)*, Palatinatus *(Polch)*, Posoniae *(Lumnitzer)*, prope Ratisbonam *(Diwal)*. . Fl. Jul., Aug.

Linum *viscosum.*

L. foliis alternis: inferioribus ellipticis, quinquenerviis, pucentibus; superioribus oblongo-lanceolatis, tri-ad quinque-

nerviis, cum calycis foliolis lanceolatis, acuminatis, margine glanduloso-ciliatis.

Linum viscosum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1534. *Host* Synops. p. 177. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 937. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1237. *Vest* Manuale pag. 532.

Linum sylvestre. *Scop.* Carn. 2. n. 383. Tab. 11.

Caulis erectus, totus villosus, teres, inferne simplex, superne ramosus, subcorymbosus, pedalis et bipedalis. *Rami* fastigiati, nunc alterni, nunc subcorymbosi, foliosi et floriferi, racemosi. *Folia* alterna, sessilia, pallide viridia, villosa, viscosa: *inferiora* elliptica, obtusa, approximata et saepe imbricata, margine nuda, quinquenervia; *superiora* sensim laxiora et angustiora, ovato-lanceolata, margine pilis brevibus, rigidis, apice glandulosis ciliata, in vegetioribus quinque-, ia macrioribus tantum trinervia. *Rami* subcorymbosi, laxi, foliosi. *Flores* alterni, subdistichi, breviter pedunculati, solitarii, extrafoliacei, cum foliis racemi alternantes, ebracteati, ampli, speciosi, calyce triplo saltem majores, rubicundi. *Calycis foliola* ovato-lanceolata, acuminata, pubescentia, trinervia, margine setis brevibus, glandulosis ciliata. *Petala* obovata, venis caeruleis picta, *ungue* flavo, interne tuberculo valloso aucto. *Capsula* decemlocularis, apicem versus pubescens, caeterum glaberrima.

Klebriger Flachs.

In montibus Carinthiae, Forijulii *(Wulfen)*, Carnioliae *(Scopoli)*. 4. Fl. Majo, Junio.

6. Linum *hirsutum.*

L. pilosum, foliis ovato-lanceolatis, trinerviis: caulinis alternis; rameis oppositis; floralibus cum calycis foliolis ovato-lanceolatis, longius acuminatis, pilis longis simplicibus cum interpositis setis capitatis, ciliatis.

Linum hirsutum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1534. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 31. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 740. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1238. *Scop.* Carn. 2. n. 382. *Vest* Manuale p. 433.

Linum sylvestre latifolium. *Clusii* Hist. 1. p. 317.

Caute distinguendum est ab antecedente *Lino viscoso*, cui primo intuitu simillimum. Distinguitur tamen: 1. *Pilositate* totius plantae validiore, pilis longis, simplicibus, absque omni viscositate. 2. *Foliis* omnibus trinerviis, pilis longis ciliatis;

rameis oppositis; *floralibus* alternis, versus apicem capitatis, margine auctis. 3. *Floribus* in ramis primo fasciculatis, sessilibus, fastigiatis, subracemosis, caeruleis, duplo majoribus, quam in antecedente, speciosissimis, peracta fructificatione alternis, extrafoliaceis, brevissime pedunculatis. 4. *Calycibus* majoribus: foliolis ex ovata basi longius lanceolatis, acuminatis, pilosissimis, margine pilis longis simplicibus ciliatis, cum interpositis setis brevibus glandulosis. 5. *Stylis* saepe quatuor, rarius tribus vel quinque, delapsis petalis calyce duplo fere longioribus. 6. *Capsula* tota pubescente: loculis tot, quot styli.

Observ. Omnimode convenit cum descriptione *Linnei* et *Scopolii* meum specimen hujus plantae, a b. *Willdenow* acceptum, cui non omnino respondet descriptio *Jacquini* plantae, quae setis glanduliferis in foliorum floralium apicibus et calycum foliolis destituta est stylisque constanter quinque cum capsulis glabris, quinquelocularibus, gaudet.

Haariger Flachs.

In collibus apricis, asperis pratisque siccioribus Austriae et Pannoniae *(Jacq., Host)*, Idriae *(Scopoli)*, Styriae *(Sartori)*, Posoniae *(Lumnitzer)*. 2. Fl. Jun., Jul.

7. Linum *narbonense.*

L. foliis alternis lineari-lanceolatis, acuminatis, strictis, scabris, trinerviis, calycis foliolis ovatis, acuminato-subulatis, margine membranaceis.

Linum narbonense. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1535. *Roth* Fl. Germ. T. II. P. I. p. 370. *Host* Synops. p. 178. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 742. *Vest* Manuale pag. 533.

Linum sylvestre caeruleum, foliis acutis. *C. Bauh.* Prodr. pag. 107.

Radix nodosa, lignosa, multiceps. *Caules* plures, adscendentes, erecti, teretes, glabri, graciles, pedales et bipedales, inferne simplices, superne ramosi, dichotomi. *Folia* alterna et sparsa, trinervia, acuminata, stricta, scabriuscula, rigidiuscula: *inferiora* breviora et angustiora, fere lineari-setacea; *superiora* versus sensim latiora, longiora et remotiora, lineari-lanceolata. *Pedunculi* in ramis laterales et terminales, longi, uniflori. *Flores* magni, eleganter caerulei. *Calycis foliola* ovato-lanceolata, acuminato-subulata, margine membranacea, longitudine capsulae.

Französischer Flachs.

In pratis montium *Mala Planina* dictorum Croatiae *(Host)*. ♂. 4. Fl. Jun., Jul.

8. Linum *tenuifolium.*

L. foliis alternis, angusto-lineari-subulatis, margine deorsum scabris, calycis foliolis ovatis, longius subulatis, margine pilis capitatis ciliatis.

Linum tenuifolium. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1536. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 371. *Gmelin* Badens. n. 481. *Host* Synops. pag. 178. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 215. *Lumnitz.* Poson. n. 317. *Mönch* Hass. n. 264. *Pollich* palat. n. 318. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 742. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1239. *Scop.* Carn. 2. n. 386. *Vest* Manuale p. 533.

Linum sylvestre quintum, angustifolium secundum. *Clusii* Hist. 1. p. 318.

Linum sylvestre tenuifolium. *Tabernaem.* Kräuterbuch pag. 1207.

Radix oblique descendens, ramosa, fibrosa, lignosa, sordide alba, multiceps. *Caules* plures, erecti, stricti, simplices, superne dichotomi, palmares et pedales. *Folia* sparsa, angusto-linearisubulata, rigidiuscula, ad lentem spinulis albidis, sursum arcuatis ciliata et ita deorsum scabra. *Flores* terminales, alterni ex axilla folii, longe pedunculati, majusculi, caerulei. *Calycis foliola* lanceolato-longe acuminata, subulata, rigidula, ad lentem pilis brevibus, capitatis, albidis margine ciliata. *Capsula* subrotundo-acuminata.

Feinblätteriger Flachs.

Variat: Caule statim a basi ramoso, non raro procumbente et *Floribus* purpurascentibus, roseis et albis.

Linum tenuifolium. *Reichard* Flora Moeno-Francof. n. 964. *Pollich* palat. l. c.

Linum sylvestre angustifolium, floribus dilute purpurascentibus vel carneis. *Dill.* Giss. Append. p. 24.

In collibus aridis, siccis, in sabulosis asperis non raro in Germania australiori. 4. Fl. Jul., Aug.

9. Linum *alpinum.*

L. foliis alternis, linearibus, acutiusculis, margine laevibus, calycis foliolis oblongis, subacutis, integerrimis.

Linum alpinum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1538. *Host* Synops. p. 178. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 321. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 745. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1240. *Vest* Manuale p. 534.

Lini sylvestris quinti angustifolii aliud genus. *Clusii* Hist. 1. p. 318.

Differt ab antecedente *Lino tenuifolio*, cujus varietas primum putata est: 1. *Caulibus* basi declinatis, adscendentibus; nec strictis. 2. *Foliis* acutiusculis quidem, sed non acuminatis. margine laevibus, nudis; *inferioribus* saepe imbricatim reflexis; *superioribus* subaeque patentibus, erectiusculis. 3. *Calycibus* rotundatis; nec acuminatis: *foliolis* oblongis, vel obtusis vel subacutis, margine nudis.

Alpen-Flachs.

In alpibus Austriae (*Jacq.*, *Host*). 2|. Fl. Jul., Aug.

* * Floribus flavis vel albis.

10. Linum *gallicum.*

L. foliis angusto-lineari-lanceolatis, margine serrulatis: inferioribus obtusiusculis; superioribus acuminatis, subulatis, calycis foliolis lanceolatis, longius acuminatis, subulatis, carinatis, ciliatis.

Linum gallicum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1537. *Host* Synops. pag. 178. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 746. *Vest* Manuale p. 533.

Linum liburnicum. Scop. Carn. 2. n. 385?

Primo intuitu quodammodo simile est *Lino cathartico.*

Radix tenuis, descendens, fibrosa, albida. *Caulis* solitarius, erectus, teres, filiformis, vix scabriusculus, inferne vel simplicissimus, (ut in carniolicis speciminibus,) vel ramosis, ramis oppositis, (ut in speciminibus gallicis,) superne dichotomus, palmaris, semipedalis. *Folia* margine serrulata: *primordialia infima* opposita et subopposita, minora, obtusiuscula, decidua; *reliqua* alterna; *media* longiora, lineari-lanceolata, perangusta, acuta; *superiora* et *ramea* remotiora, angustiora, acuminata et subulata. *Rami* racemosi. *Flores* nunc remoti, (ut in carniolicis speciminibus,) nunc approximati, (ut in gallicis,) breviter pedunculati, plerumque solitarii, lutei. *Calycis foliola* lanceolata, longius acuminata, subulata, carinata. *Capsula* calyce dimidio brevior.

Französischer Flachs.

Observ. Quomodo *Linum aureum Waldst.* et *Kitaib.* Plantae rar. Hung. 1. Tab. 177. *Schultes* Syst. Veg. 6. pag. 747. *Ejusd.* Oestr. 2. n. 1241. a *Lino gallico* distinguendum sit, equidem neque ex diagnosi, neque ex descriptione, eruere valeo, nam longitudo pedunculorum etiam in *Lino gallico* valde variabilis est. *Lini liburni* descriptio *Scopolii Lino gallico* nullo modo contradicit.

In monte *Nanas* Carnioliae *(Host, Wulfen).* ⊙. Fl. Junio.

11. Linum *maritimum.*

L. foliis lanceolatis, margine laevibus: inferioribus oppositis; superioribus alternis, calycis foliolis ovatis, breviter obtuseque mucronatis, margine serrulatis.

Linum maritimum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1537. *Host* Synops. p. 178. *Jacq.* Hort. Vind. Tab. 154. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 748. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1242. *Vest* Manuale p. 533.

Caules a basi ramosi, oblique adscendentes, erectiusculi, teretes, superne dichotomi, caeterum simplices, pedales, sesquipedales et altiores, ut tota planta, glabri. *Rami* ad radicem oppositi et alterni, ad apicem caulis omnes alterni, racemosi. *Folia* glauco-viridia, sessilia, margine integerrima et laevia: *inferiora* fere ad medium usque caulis opposita, oblongo-vel elliptico-lanceolata; *superiora* et *ramea* omnia alterna, lanceolata. *Racemi* laxi. *Pedunculi* solitarii, plerumque oppositifolii, folio paullo longiores, erecti, nudi, uniflori. *Flores* lutei. *Calycis foliola* ovata, glabra, trinervia, mucrone brevi, obtuso, terminata, superne serrulata, absque ciliis vel glandulis. *Corolla* calyce duplo triplove major. *Capsula* magnitudine calycis, subrotunda, glabra, quinquedentata, quinquevalvis.

Meerstrands-Flachs.

In arenosis maritimis Litoralis *(Wulfen, Host).* ♃. Fl. Aug., Sept.

12. Linum *flavum.*

L. foliis alternis, oblongo-lanceolatis, subsemiamplexicaulibus, basi utrinque glandula praeditis, calycis foliolis lanceolatis, mucronatis, sub apice serrulatis.

Linum flavum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1539. *Host* Synops. pag. 179. *Jacq.* Flora Austr. Tab. 214. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 750. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1244. *Scop.* Carn. 2. n. 384. *Vest* Manuale p. 534.

Linum sylvestre tertium, latifolium. *Clusii* Hist. 1. p. 317.

Linum latifolium, luteum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 454.

Radix lignosa, ramosa, fuscescens, multiceps. *Caules* plures, erecti, teretes, a foliorum marginibus cárinaque decurrentibus subangulosi, ut tota planta, glabri, simplices, superne subcorymbosi, pedales et longiores. *Folia* alterna, oblongo-lanceolata, brevi mucrone terminata, basi subsemiamplexicaulia et utrinque glandula sessili, badia, aucta, margine ad lentem magis augentem tenuissime serrulata, scabriuscula, caeterum glabra. *Rami* subcorymbosi, racemosi. *Pedunculi* plerique oppositifolii, calyce nunc breviores, nunc paullo longiores, solitarii. *Flores* flavi. *Calycis foliola* lanceolata, longe acuminata et subulata, mox infra apicem serrata. *Corolla* calyce triplo major. *Capsula* subrotunda, acuta, fuscescens, calyce brevior.

Gelber Flachs.

Observ. *Linum capitatum*, *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 751. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 528.*, quod *Kitaibel* in alpibus illyricis observavit, mera est varietas *Lini flavi* floribus magis confertis et subcapitatis, caeterum structura partium omnimode convenit.

In pratis siccioribus montosis et collibus Austriae (*Jacq.*, *Host*), Pannoniae (*Kitaibel*), Carnioliae (*Scopoli*). 24. Fl. Jul., Aug.

Variat Stylis quatuor.

13. Linum *strictum.*

L. foliis alternis, lanceolatis subulatis, trinerviis, strictis, cum calycis foliolis subulatis, serrulatis.

Linum strictum. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1539. *Host* Synops. pag. 179. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 752. *Vest* Manuale p. 534.

Passerina Linariae folio. *Lobel* Icon. 1. p. 411. *Ejusd.* Observ. p. 224.

Passerina Lobelii. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 454.

Radix alba, flexuosa, descendens, simplex, inferne subramosa. *Caulis* erectus, simplicissimus, teres, striatus, scabrius-

culus, superne divisus, corymbosus, semipedalis, pedalis et altior. *Folia* alterna, approximata, erecta, stricta, lanceolata, subulata, scabriuscula, trinervia, margine serrulata, *superiora* sensim latiora. *Corymbi* in caule ramisque terminales, conferti. *Flores* parvi, pallide flavi, sessiles vel brevissime pedunculati. *Calycis foliola* lanceolato-subulata, margine serrulata. *Capsulae* globosae, durae, magnitudine seminis *Raphani sativi*, calycem basi dilatantes illoque duplo saltem minores, glabrae, nitidae, obsolete pentagonae.

Steifer Flachs.

In Carnia circa *Artegnam (Host, Vest)*. ⊙. Fl. Jun., Julio.

14. Linum *catharticum.*

L. foliis oppositis, elliptico-lanceolatis, obtusis, integerrimis, calycis foliolis ovato-lanceolatis, acutis, apice serrulatis.

Linum catharticum. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1541. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 371. *Besser* Galic. n. 386. *Gmelin* Badens. n. 483. *Hayne* Arzn. Gew. Band 8. Tab. 18. *Pollich* palat. n. 320. *Schkuhr* Handb. 1. p. 257. Tab. 87. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 756. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1245. *Scop.* Carn. 2. n. 389. *Vest* Manuale pag. 524. Flora Dan. Tab. 851.

Alsine verna, glabra, flosculis albis, vel potius Linum minimum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 455.

Spergula bifolia, Lini capitulis. *Lösel* Pruss. pag. 26. Tab. 86.

Radix fibrosa, tenuis. *Caulis* vel solitarius, vel plures, basi adscendens, erectus, teres, filiformis, ut tota planta, glaber, digitalis, palmaris, simplex, superne divisus. *Folia* opposita, sessilia, elliptico-lanceolata, acutiuscula, integerrima. *Flores* in caule ramisque axillares et terminales, albi, solitarii, pedunculati, ante anthesin nutantes, sub anthesi erecti. *Calycis foliola* ovato-lanceolata, acuta, uninervia, apice serrulata. *Capsula* subglobosa, acuta, decemlocularis, quinquevalvis, magnitudine calycis.

Purgier-Flachs.

In pratis, pascuis succulentis et locis graminosis. ⊙ Fl. Jun., Jul., Aug.

246. DROSERA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 531. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 271. Gaertner de Fruct. 1. p. 291. Tab. 61.

Calyx monophyllus, quinquefidus, inferus, persistens. *Corolla* pentapetala. *Capsula* ovata, subangulata, unilocularis, apice tri-, quadrivalvis, polysperma.

1. Drosera *rotundifolia.*

D. foliis orbiculatis, scapo erecto, foliis longiore, stigmatibus clavato-capitatis.

Drosera rotundifolia. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1543. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. p. 373. *Besser* Galic. n. 357. *Gmelin* Badens. n. 485. *Hayne* in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. 1800. p. 36. *Ejusd.* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 27. *Pollich* palat. n. 312. *Schkuhr* Handb. 1. p. 259. Tab. 87. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 760. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1246. *Vest* Manuale pag. 531. Flora Dan. Tab. 1028.

Ros solis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 753. fig. *posterior.*

Rorella prima minor. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 1202.

Rorida seu Ros solis major. *Lobel* Icon. 1. pag. 811.

Salsirosa seu Ros solis. *Thal* Hercyn. pag. 116. Tab. 9. Fig. 1.

Radix fasciculata, fibrosa. *Folia* omnia radicalia, longe petiolata, in orbem disposita, patula, suborbiculata, concaviuscula, basi in petiolum parum attenuata, supra et margine setis capitatis, glutiniferis, purpurascentibus obsessa, subtus nuda, viridescentia. *Scapi* radicales, simplices, purpurei, nudi, foliis multo longiores, ante florescentiam apice involuti, floriferi et fructiferi erecti, bracteati, apice vel simplices, vel bi- seu trifidi. *Flores* spicati, unilaterales, albi. *Bracteae* minutae, setaceae, solitariae. *Styli* tres, rarius quatuor, bipartiti. *Stigmata* clavata, capitata, erecta. *Capsula* obovata. *Semina* arillo oblongo, utrinque attenuato, membranaceo induta.

Rundblätteriger Sonnenthau.

In ericetis turfosis, uliginosis. ♃. Fl. Jul., Aug.

2. Drosera *longifolia.*

D. foliis obovatis, scapo basi declinato, adscendente, folia subaequante, stigmatibus emarginatis.

Drosera longifolia. Roth Neue Beitr. zur Bot. 1. p. 183. *Gmelin* Badens. n. 486. (excluso syn. *Pollich.*) *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 28. *Schkuhr* Handbuch 1. pag. 259. Tab. 87. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 761. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1247. Flora Dan. Tab. 1093.

Drosera intermedia. Hayne in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. 1800. p. 37. *Roth* Catalecta bot. Fasc. 2. p. 30. *Vest* Manuale pag. 531.

Ros solis. *Dodon.* Pempt. p. 474. *bona!*

Rorella minor secunda. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 1202.

Rorida sive solis Ros et Drosion recentiorum. *Lobel* Icon. 1. p. 811.

Distinctissima ab antecedente! Differt: 1. *Foliis* obovatis, basi longius in petiolum desinentibus, longitudine tamen latitudinem vix duplo superantibus, erecto-patulis. 2. *Scapis* basi semper declinatis, tunc adscendentibus, *florifleris* foliis brevioribus, *fructiferis* illa paullo superantibus. 3. *Stigmatibus* oblongis, compressis, emarginatis. 4. *Seminibus* exarillatis, verrucosis.

Langblätteriger Sonnenthau.

Iisdem in locis cum praecedente. 2|. Fl. Jul., Aug.

3. Drosera *anglica.*

D. foliis obverse lanceolatis, obtusis, scapo erecto, foliis longiore, stigmatibus clavatis.

Drosera anglica. Roth Neue Beitr. zur Bot. 1. pag. 184. *Hayne* Arzn. Gewächse Band 3. Tab. 29. *Schultes* Syst. Veg. 6. p. 761. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1248.

Drosera longifolia. Roth Flora Germ. T. II. P. I. p. 373. (exclusis synon.) *Hayne* in *Schrader* Journ. der Bot. Band 2. St. 1. p. 49. *Pollich* palat. n. 323. *Vest* Manuale p. 531. *Willd.* Prodr. Fl. Berol. n. 367.

Ros solis. *Joh. Bauh.* Hist. 3. pag. 753. fig. *anterior.*

Scapis et structura partium floris fructusque convenit cum *Drosera rotundifolia*, recedit tamen: 1. *Statura* plerumque majore. 2. *Foliis* obverse lanceolatis, obtusis, subspathulatis, in petiolum longe desinentibus et ita longitudine latitudinem multoties superantibus.

Englischer Sonnenthau.

In locis turfosis, udis, spongiosis et muscosis. 2|. Fl. Jul., Aug.

Observ. In omnibus hisce *Droserae* speciebus notabile sane phaenomenon observatur. Foliorum scilicet pili, apice glutiniferi, ab Insecto quodam irritati, inflectuntur, inflexi Insectum incarcerant et folium, demum ab apice ad basin complicatum, incarceratum tenet. Confer *Roth* Beitr. zur Bot. 1. p. 60—70. et in *Römer* et *Usteri* Magaz. für die Bot. Stück 2. p. 27.

247. SIBBALDIA.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 536. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 373. Gaertner de Fruct. 1. p. 348. Tab. 73.

Calyx monophyllus, semidecemfidus, inferus, persistens. *Petala* quinque, calyci inserta. *Styli* quinque e latere germinum. *Stigmata* capitata. *Semina* quinque, in fundo calycis clausi nuda.

1. Sibbaldia *procumbens.*

S. foliis ternatis: foliolis obverse cuneatis, truncatis, tridentatis, supra glabris.

Sibbaldia procumbens. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1567. *Host* Synops. p. 180. *Reiner* et *Hohenwardt* Iter p. 113. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 768. *Ejusd.* Oestr. Fl. 2. n. 1249. *Vest* Manuale p. 531. Flora Dan. Tab. 32.

Fragariae affinis, sericea, incana. *C. Bauh.* Prodr. p. 139.

Radix crassa, lignosa, ramosa, intus nigra, multiceps. *Caules* plures, brevissimi, foliosi, in caespitem saepe densissimum declinati. *Folia* alterna, approximata, longe petiolata, ternata, saturate viridia: *foliolis* subaequalibus, sessilibus, obverse cuneatis, apice retusis, tridentatis, supra glabris, subtus pilis longis adspersis. *Petioli* filiformes, pilosi, basi dilatati, biauriti, fusco-membranacei, subvaginantes. *Corymbi* terminales, solitarii, breviter pedunculati, folia vix superantes. *Bracteae* ad dichotomias membranaceae, fuscescentes, pilosae. *Flores* pedicellati, lutei. *Calyx* basi praesertim pilosus. *Petala* lanceolata, integra, longitudine calycis, vel paullo breviora. *Stamina* quinque, inter petala calyci adnata. *Germina* quinque.

Liegende Sibbaldie.

In locis altissimis humidis Alpium Tyrolis (*Frölich*), Carnioliae (*Reiner* et *Hohenwardt*), Styriae (*Sartori*), Carinthiae (*Host*). 2. Fl. Julio.

248. ARMERIA.

Flores in Capitulum, e pluribus racemulis compositum, digesti: *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* ovatis lanceolatisve, imbricatis, scabriosis: *exterioribus* basi in vaginam tubulosam elongatis. *Calyx* tubulosus, inferus, apice quinquedentatus: *dentibus* subulatis, apice setaceis, basi membrana pellucida connexis. *Petala* quinque basi coalita. *Stamina* quinque: *Filamentis* basi connatis. *Styli* quinque simplices. *Capsula* membranacea, evalvis, monosperma.

Observ. Secundum hujus generis characteris emendationem amici optimi Prof. *Koch* in Regensb. bot. Zeit. 1823. p. 589. capitulum florum e racemulis pluribus compositum, basi involucratum est foliolis imbricatis, scariosis, (Calyx communis *Willd.*,) quorum *exteriora* basi elongantur in *Vaginam* monophyllam, tubulosam, scapum apice arcte investientem. (Involucrum *Willd.*) Racemulorum flores breviter pedunculati, basi suffulti sunt *Bractea* scariosa. (Paleae receptaculi *Willd.*) *Calyx* instruitur *Nervis* decem, quorum quinque robustiores, apice suo setaceo limbum membranaceum supereminent, alterni autem quinque obsoletiores, limbum longitudine tantum aequant. Ejusdem tubus vel totus, vel ad nervos tantum, observatur villosus, in ulteriore casu dicitur *villoso-striatus* in diagnosibus specierum.

* Involucri foliolis exterioribus cuspidatis, interioribus obtusissimis, sed nervo excurrente plus minus mucronatis.

1. Armeria *elongata.*

A. foliis linearibus, acutiusculis, uninerviis, ciliatis, involucri foliolis extimis cuspidatis; interioribus obtusissimis, nervo excurrente mucronatis, pedicellis longitudine tubi villoso-striatis, petalis integris crenulatis subemarginatisve. *Koch* in Regensb. bot. Zeitung 1823. p. 698.

Armeria litoralis. Koch et *Ziz* Catal. Plant. p. 7.

Armeria vulgaris. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 771. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1250.

Statice Armeria. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1522. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 374. *Pollich* palat. n. 318. *Schkuhr* Handb. 1. p. 251. Tab. 81. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 1. *Vest* Manuale p. 530.

Radix crassa, sublignosa, ramosa, nigra. *Folia* omnia radicalia, in caespitem disposita, angusto-linearia, uninervia, plana, apicem versus parum attenuata et acutiuscula, margine ciliata. *Scapi* digitales, palmares et longiores, teretes, glabri, at tactu asperiusculi, nudi, erecti. *Capitulum* terminale, solitarium, subrotundum, multiflorum. *Involucri foliola exteriora* lanceolata, cuspidata, capitulo duplo fere breviora, basi in *Vaginam* tubulosam, scapum apice ad semiunciam et unciam investientem, scariosam, apice fissam, elongata; *interiora* obovata, obtusissima quidem, at nervo dorsali excurrente mucronata. *Racemorum pedicelli* longitudine calycis tubi. *Bracteae* ad pedicellorum basin solitariae, obovatae, margine albo, lato, membranaceo cinctae. *Calycis tubus* ad nervos tantum pilosus, interstitiis glabris. *Petala* obverse lanceolata, apice rotundata, vel integerrima, vel obsolete emarginata, vel irregulariter crenulata, purpureo-violacea, rarius alba.

Verlängertes Nelkengras.

In pascuis arenosis passim in Germania. 2l. Fl. Jul., Aug.

2. Armeria *plantaginea.*

A. foliis lineari-lanceolatis, acutis, tri-ad septemnerviis, involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus obtusissimis, nervo excurrente mucronatis, pedicellis tubo calycis villoso-striato dimidio brevioribus, petalis integris, apice rotundatis truncatisve. *Koch* in Regensb. bot. Zeit. 1823. p. 695.

Armeria plantaginea. *Willd.* Enum. Plant. horti bot. Berol. p. 334. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 773.

Folia omnia radicalia, caespitosa, lineari-lanceolata, acuta, utrinque plus minus attenuata, duas ad tres lineas in medio lata, tri-ad septemnervia, plana, glabra, margine submembranacea. *Scapi* pedales et paullo longiores, teretes, glabri, tactu laeviusculi. *Involucri foliola exteriora* tria, vel quatuor oblongo-lanceolata, herbacea, apice in cuspidem herbaceum elongata, longitudine capituli et nonnihil paullo longiora: Vagina

basilari ultra unciam saepe longa: *interiora* dorso subherbacea, margine scariosa, obovata, obtusissima, nervo dorsali excurrente mucronulata. *Racemulorum pedicelli* calycis tubo dimidio breviores. *Calycis tubus* ad nervos tantum villosus. *Petala* obverse lanceolata, apice rotundata et interdum truncata, integerrima, rosea.

Wegetrittblütteriges Nelkengras.

In arenosis Palatinatus prope *Mainz (Koch)*. 2|. Floret Jul., Aug.

* * Involucri foliolis exterioribus mucronatis vel mucronulatis; interioribus obtusissimis, nervo evanescente, apice late membranaceis.

3. Armeria *maritima.*

A. foliis linearibus, obtusis, margine subciliatis, involucri foliolis extimis submucronatis; interioribus obtusissimis, nervo ante apicem evanescente muticis, pedicellis longitudine tubi calycis toti villosi, petalis emarginatis. *Koch* in Regensb. bot. Zeit. 1823. p. 706.

Armeria maritima. Willd. Enum. Plant. Horti bot. Berol. pag. 333. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 772. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1251.

Caryophyllus marinus omnium minimus. *Lobel* Icon. 1. pag. 452.

Gramen marinum minus. *Tabernaemont.* Kräuterbuch pag. 539.

Radix crassa, fusiformis, ramosa, fusco-nigricans, multiceps. *Folia* plurima, radicalia, in caespitem densum disposita, angusto-linearia, obtusa, glauco-viridia, plana, trinervia, margine versus basin praesertim plus minus ciliata et supra subtusque linea ad lentem pubescente notata. *Scapi* erecti, terètes, digitales, palmares et longiores, vel ut plurimum a basi ad apicem pilis brevibus, patulis, densis, canescentes, vel glabri. *Capitulum* terminale, hemisphaericum. *Involucri foliola exteriora* ovato-lanceolata, concava, carinata, obtusa, at nervo dorsali crasso, viridi, in apicem producto attenuata: *interiora* obovata, margine tenui argenteo cincta, nervo dorsali lato mox infra apicem evanescente, hinc mutica et obtusissima. *Vagina* basilari in lacinias lanceolatas apice fissa. *Racemorum* pedi-

celli longitudine tubi calycis, vel parum breviores. *Bracteae* figura et magnitudine involucri foliolorum interiorum. *Calycis tubus* totus pilis brevibus vestitus. *Petala* emarginata purpurascentia, vel rarius alba.

Meerstrands-Nelkengras.

Ad litora maris septentrionalis Ducatus Oldenburgici prope *Eckwarden* in locis tenui gramine tectis, *am alten Deiche (Roth)*, prope *Lehe* Ducatus Bremensis *(Swie)*, in insula *Nordernay* et prope *Cuxhaven (Mertens)*. 4. Fl. Jul., Aug.

4. Armeria *alpina.*

A. foliis lineari-lanceolatis linearibusve, glabris, subtrinerviis, involucri foliolis extimis submucronatis, interioribus obtusissimis, nervo ante apicem evanescente muticis, pedicellis tubo calycis villoso, striato dimidio brevioribus, petalis emarginatis. *Koch* in Regensb. bot. Zeit. 1823. p. 708. Tab. 1.

Armeria alpina. Willd. Enum. pl. horti bot. Berol. p. 333. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 771. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1252.

Structura sua proxime accedit ad *Armeriam maritimam*, tamen differt: 1. *Foliis* utrinque magis attenuatis, margine cartilagineis, glaberrimis, nunquam ciliatis. 2. *Scapo* constanter glabro. 3. *Capitulo* majore. 4. *Pedicellis* calycis tubo dimidio brevioribus. 5. *Calycis tubo* ad nervos tantum villoso, nec etiam in insterstitiis, hinc villoso-striato. 6. *Floribus* majoribus, caeruleo-purpureis.

Alpen-Nelkengras.

In alpibus Carniolicis (*Hoppe*). 4. Fl. Jul., Aug.

249. STATICE.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 527. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer pag. 103. Gaertner de Fruct. 1. p. 210. Tab. 44.

Calyx monophyllus, inferus, plicatus, integer; *Limbo* membranaceo, quinquedentato. *Corolla* pentapetala. *Sta-*

mina quinque petalis affixa. *Styli* quinque. *Capsula* monosperma, evalvis, calyce persistente tecta.

1. Statice *Limonium.*

S. foliis obovato-oblongis, enerviis, glabris, laevibus, undulatis, subtus sub apice mucronatis, scapo paniculato, glabro.

Statice Limonium. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1523. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 375. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 777. *Scop.* Carn. 2. n. 380. *Vest* Manuale p. 531. Flora Dan. Tab. 315.

Limonium multis majus, aliis Behen rubrum. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 860.

β minor.

Radix crassa, lignosa, ramosa, multiceps, sub terra divaricata, fusco-nigricans. *Folia* radicalia, in orbem disposita, elliptica, utrinque attenuata, in petiolum decurrentia, sub apice mucrone reflexo praedita, integerrima, avenia, subcoriacea, glabra, margine plus minus undulata. *Scapus* erectus, strictus, teres, glaber, nudus, pedalis et altior. *Panicula* terminalis speciosa, corymbosa. *Rami* alterni, angulati, dichotomi, divaricati. *Bracteae* ovato-lanceolatae, mucronatae, paleaceae, sub quovis ramo solitariae, sub singulo calyce binae basi cohaerentes, ovatae, viridescentes. *Flores* secundi, erecti, in summis ramis quasi spicati, eleganter caerulei.

β minor

Recedit tantum *Foliis* crassioribus, obtusioribus, cum Scapo minoribus et *Floribus* plerumque pallidioribus.

Gemeine Statice.

Ad litora maris septentrionalis Ducatus Oldenburgici (*Roth*, *Trentepohl*), maris Adriatici (*Scopoli*). ♃ Fl. Jul., Aug., Sept.

2. Statice *Gmelini.*

S. foliis ellipticis glabriusculis, margine planis, subtus sub apice mucronatis, scapo paniculato, pubescente.

Statice Gmelini. Willd. Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. p. 1524. *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 778. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1253.

Quam proxima antecedenti, differre autem dicitur: 1. *Foliis* firmioribus, margine planis, non undulatis, mucrone magis dissito. 2. *Panicula* densiore. 3. *Floribus* duplo minoribus, magis confertis, saturatioribus.

Gmelin's Statice.

In Hungariae australioris salinis (*Schultes*). 2|. Fl. Jul., Aug., Sept.

POLYGYNIA.

250. MYOSURUS.

Linn. Gen. Plant. ed. Schreber n. 538. Juss. Gen. Plant. ed. Roemer p. 258. Gaertner de Fruct. 1. p. 354. Tab. 74.

Calyx pentaphyllus, inferus: foliolis coloratis, basi adnatis, semisagittatis, caducis. *Corollae Petala* quinque (Nectaria *Linn.*,) minima, tubulosa, lingulata, calyce breviora, unguibus poro nectarifero nudo instructis. *Stamina* quinque et plura, longitudine calycis. *Stigmata* sessilia, plurima. *Achenia* plurima ovata, fungoso-coriacea, acuminata, imbricata, in *Receptaculo*, in caudam elongato, sessilia.

1. Myosurus *minimus*.

M. foliis lineari-subspathulatis, integerrimis.

Myosurus minimus. *Willd.* Spec. Plant. Linn. T. I. P. II. pag. 1568. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 375. *Besser* Galic. n. 388. *Gmelin* Badens. n. 488. *Pollich* palat. n. 324. *Schkuhr* Handb. 1. p. 260. Tab. 88. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 800. *Ejusd.* Oestr. Flora 2. n. 1254. *Sturm* Deutschl. Flora 1. Fasc. 11. Flora Dan. Tab. 406.

Myosurus. *Joh. Bauh.* Hist. 3. p. 512.

Cauda muris. *Tabernaem.* Kräuterb. p. 552.

Ranunculus Myurus. *Bönninghausen* Flora Monast. Westph. n. 684. *Schlechtendal* Animadvers. in Ranunc. *Decandolii* Sect. 1. p. 4.

Radix fibrosa, tenuis, albida. *Folia* radicalia, in orbem disposita, angusto-lineari-subspathulata, crassiuscula, integerrima, compressa, ut tota planta, glabra, obtusa, laete viridia. *Scapi* plures, erecti, nudi, filiformes, planiusculi, superne parum incrassati, foliis plerumque longiores. *Flos* terminalis, solitarius, pallide flavus, parvus. *Calycis foliola* obovata, colorata, supra basin adnata, versus fructus maturitatem caduca. *Petala* oblonga, in unguem tubulosum longiorem attenuata, fugacia. *Stamina* plerumque quinque, interdum quatuor, sex, septem et plura. *Receptaculum* peracta fructificatione elongatum, conicum, demum semidigitale et paullo longius.

Kleinstes Mauseschwänzchen.

In agris arenosis, humidiusculis. ⊙. Fl. Majo, Jun.

251. CERATOCEPHALUS.

Calyx pentaphyllus, inferus, persistens: *foliolis* lanceolatis. *Corollae Petala* ad ungues poro nectarifero, squamula tecto, instructa. *Stamina* quinque, (rarius ad octo). *Stigmata* plura, sessilia. *Achenia* plura, per paria dorso adnata. *Receptaculo*, demum elongato spicaeformi, terminata rostro acinaciformi.

1. Ceratocephalus *testiculatus.*

C. pericarpiorum cornubus rectis, horizontalibus.

Ceratocephalus orthoceras. *Schultes* Syst. Veget. 6. pag. 801.

Ranunculus testiculatus. *Crantz* Austr. 2. p. 97.

Ranunculus falcatus. *Roth* Flora Germ. T. II. P. I. pag. 618. (exclusis synon. praeter *Jacquin* et *Crantz.*) *Besser* Galic. n. 668. *Jacq.* Enum. Vindob. p. 250. *Ejusd.* Flora Austr. I. Tab. 48. *Schultes* Oestr. Flora 2. n. 1980. *Vest* Manuale p. 801.

Radix fibrosa, tenuis, albida. Tota planta cum pericarpiis lana alba vestita. *Folia* radicalia, in orbem disposita: *prima* lanceolata, integerrima; *reliqua* pedato-multifida: *Laciniis* sublinearibus, obtusiusculis. *Scapus* plerumque solitarius, erectus, nudus, filiformis, uncialis, sesquiuncialis ad triuncialis, uniflorus. *Flos* terminalis, nudus, pallide flavus. *Calyx* erectus. *Petala* ovato-oblonga, plerumque erecta, cito emarcida, basi intus, ut

in *Ranunculis*, poro nectarifero, squamula tecto, notata. *Stamina* plerumque quinque, interdum sex, septem, octo. *Germina* plura, in globum subrotundum compacta. *Stigmata* sessilia. *Receptaculum*, peracta fructificatione germinibus onustum, elongatur in spicam ovato-oblongam, fructiferam. *Achenia* respectu plantulae magna, sessilia, per paria receptaculo affixa, processu lanceolato, acuminato, acinaciformi, horizontaliter porrecto, aucta.

Observ. Vix limites certi et constantes inter hanc plantam et *Ceratocarpum falcatum*, *Schultes* Syst. Veget. 6. p. 800. (Ranunculum falcatum *Linn.*) eruendi sunt, ut melius varietatis nomine veniret.

Hodensamiger Hornkopf.

In arvis, ruderatis, ad muros Austriae (*Crantz*, *Jacquin*), Croatiae (*Besser*). ☉. Fl. Martio et Aprili.

Observ. I. A *Ranunculi* genere, quocum tantum poro nectarifero, squamula tecto, ad basin petalorum convenit, evidenter recedit: 1. *Calyce* persistente; nec caduco. 2. *Staminibus* plerumque tantum quinque. 3. *Receptaculo* peracta fructificatione elongato, pari modo, ut in *Myosuro*, cui olim adscripserat *Linneus*. 4. *Acheniis* cornu acinaciformi armatis.

Observ. II. Eodem jure, quo *Myosurus* ad Classem hanc quintam relata est, et hoc quoque huc pertinet.

Explicit Pars Prima. Sectio Prior.

Leipzig,
gedruckt in der Richter'schen
Buchdruckerei.

In eodem Bibliopolio Lipsiensi, praeter multa alia, veneunt:

	℔	ß
Auswahl aus den Schriften der unter Werners Mitwirkung gestifteten Gesellschaft für Mineralogie. 2 Bde. Mit Werners Portrait und 1 Karte. gr. 8. 818. 19. à 2 thlr.	4	—
Bechstein, J. M. und G. Scharfenberg, vollständige Naturgeschichte aller schädlichen Forstinsekten, nebst einem Nachtrag der schonungswerthen, welche die schädlichen vertilgen helfen. Ein Handbuch für Forstmänner, Cameralisten und Oekonomen. gr. 4.		
Erster Theil mit 3 illum. Kupf. 804.	3	8
Zweiter Theil mit 4 illum. Kupf. 805.	2	16
Dritter und letzter Theil mit 6 illum. Kupf. 805. . . .	2	16
complett (133 Bogen und 13 f. illum. Kupfertafeln) . .	8	16
Bechstein, J. M., ornithologisches Taschenbuch von und für Deutschland, oder kurze Beschreibung aller Vögel Deutschlands, für Liebhaber dieses Theils der Naturgeschichte, mit Kupf. kl. 8. geh.		
1r Theil. 803.	2	—
2r — 803.	3	16
3r — 813.	1	16
complett	7	8
Der 3te Theil führt auch den Titel: Gattungskennzeichen der Vögel.		
Boehmer, D. Ge. Rud., Bibliotheca Scriptorum historiae naturalis etc. oder Handbuch der Naturgeschichte, Oekonomie, und anderer damit verwandten Wissenschaften u. Künste. 1r Theil in 2 Bänden, allgemeine Schriftsteller. gr. 8. 785. 786. à 1 thlr. 16 gr.	3	8
— 2r Theil in 2 Bänden. Thierreich. gr. 8. 786.	2	12
— 3n Theils 1r Band, Gewächsreich. gr. 8. 787.	1	16
— 3n Theils 2r Band, Gewächsreich. gr. 8. 788.	1	12
— 4n Theils 1r Band, Mineralreich. gr. 8. 788.	1	8
— 4n Theils 2r Band, Mineralreich. gr. 8. 789.	1	—
— 5r Theil, Wasserreich, mit Register. gr. 8. 790.	1	20
complett	13	4
Funke, C. Ph., Handwörterbuch der Naturlehre, insonderheit für Ungelehrte und Liebhaber dieser Wissenschaft. 2 Theile. gr. 8. (62 Bogen.) Neue Aufl. 815.	1	12

Funke, C. Ph., Handwörterb. d. Naturl. 3ter Theil ausgearbeitet v. G. H. C. Lippold. gr. 8. 819. . . . . — 16

Auch unter dem Titel:

Lippold, G. H. C., Neueste Entdeckungen u. Erfahrungen in der Naturlehre.

Alle 3 Bände complett 2 4

Gärtner, C. F., Carpologia, seu Descript. et icones plantarum. Centuriae I. pars I. *seu operis J. Gaertneri de fructibus et seminibus plantarum Tom. III. Fasc.* 1. *cum* 10 *Tabb. aen.* 4 *maj.* 805. . . . . 2 —

— — *Centuriae I. pars* 2. *(seu tot. operis Tom. III. Fasc.* 2. *c.* 12 *Tabb. aen.* 806. . . . . 2 16

— — *Centuriae II. pars* 1. *(seu tot. operis Tom. III. Fasc.* 3.*) cum* 23 *Tabb. aen.* 807. . . . . 6 —

Gärtner, Jos., de fructibus et seminibus plantarum. Vol. I. cum 79 *Tabb. aen.* 4 *maj.* 801. . . . . 9 18

Vol. II. c. 101 *Tabb. aen.* 802. . . . . 11 14

Hedwig, Jo., Descriptio et adumbratio microscopico-analytica Muscorum Frondosorum, nec non aliorum vegetantium e classe cryptogamica Linnaei novorum dubiisque vexatorum. IV Tomi. fol. (To. I. 787. *To. II.* 789. *To. III.* 792. *To. IV.* 797.*) cum fig. illum.* . . . 64 —

schwarz . . . . . 32 —

illum. jeder Band 16 thlr. jedes Heft 4 thlr.

schwarz — 8 thlr. — 2 thlr.

— Derselbe mit deutschem Texte, unter dem Titel:

Cryptogamische Gewächse. 4 Theile. fol.

Kayser, C. G., deutsche Bücherkunde, oder alphabet. Verzeichniss der von 1750 bis Ende 1823 erschienenen Bücher, welche in Deutschland und in den durch Sprache und Literatur damit verwandten Ländern, gedruckt worden sind. Nebst Angabe der Druckorte, der Verleger und der Preise. Mit einer Vorrede über die Geschichte der literarischen Waarenkunde v. F. A. Ebert, königl. sächs. Hofr. 2 Bde. Nebst einem Anhange, Romane u. Theater enthaltend. gr. 8. (110½ Bogen.) 825—27. . . . . Druckpap. 9 8

Schreibpp. 11 20

— — der Anhang apart . . . . . Druckpap. 1 8

Kölreuters Nachricht von einigen das Geschlecht der Pflanzen betreffenden Versuchen. 4 Theile. 8. 761. . . . — 16

Leske, Nath. Gottfr., additamenta ad J. F. Kleinii naturalem dispositionem echinodermatum, cum tabb. XVIII. 4. 778. . . . . 4 16

		℔	ℵ
Lexicon novum manuale, graeco-latinum et latino-graecum. Primum a B. Hederico institutum, post S. Patricii, J. A. Ernesti, C. C. Wendleri, Th. Morelli, Petri H. Larcheri, F. J. Bastii, C. F. Blomfieldii curas, denuo castigavit, emendavit et auxit G. Pinzger, recognoscente F. Passovio. Editio quinta. II. Vol. 8 *maj.* (137½ B.) 825—27.	weiss Druckpap.	8	6
	fein franz.	9	8
(in Partien, à Exempl. w. Druckpap. 6 Thlr. 16 Gr.)			
Linnaei, C., amoenitates academicae, seu Dissertationes variae phys.-medic.-botanicae, c. Tabb. aeneis. 8. *med. Holmiae*, 749.		1	12
Meckel, J. F., Tabulae anatomico-pathologicae, modos omnes, quibus partium corporis humani omnium forma externa atque interna a norma recedit, exhibentes. Fol.			
Fasc. I. Cor. c. Tab. aen. VIII. (4 B.) 817.		6	—
— *II. Vasa — — VIII.* (4½ B.) 820.		6	—
— *III. Syst. digestionis c.-IX.* (5 B.) 822.		7	—
— *IV. Intussusceptiones et Herniae c. — — VIII.* (4½ B.) 826. geb.		8	—
I—IV. Heft		27	—
Ritter, G. H., Abhandlung von den Ursachen ansteckender Krankheiten und den phys. und chem. Mitteln, um ihrer Entstehung vorzüglich in den belagerten Städten vorzubeugen, od. ihre Verbreitung zu hindern. Von der holl. Societät der Wissensch. zu Harlem 1818. gekr. Preisschrift. gr. 8. 819.		—	21
— Darstellung der scheinbaren Aehnlichkeit und wesentl. Verschiedenheit, welche zwischen Schanker- und Tripperseuche wahrgenommen wird. Ein Versuch, der sich auf Resultate fünf und dreissigjähr. Beobachtung u. Erfahrung stützt. Mit Bemerkungen über die wichtigen Punkte der venerischen Krankheiten und einer genauen Zeichnung der bisher unbekannten schleichenden Schanker- und Tripperseuche. gr. 8. 819.		2	—
Roth, Alb. Guil., Catalecta botanica, quibus Plantae novae et minus cognitae describ. atque illustrantur. 8. *maj.*			
Fasc. I. 797.	. . . . .	2	12
Fasc. II. 800.	*c. figg. nigr.*	2	12
Fasc. III. 806.	. . . . .	2	16
— *Idem liber Fasc. I.*	. . . . .	3	8
— — *Fasc. II.*	*c. figg. color.*	3	8
— — *Fasc. III.*	. . . . .	4	—

	℔	ß
Schweighauser, J. F., das Gebären nach der beobachteten Natur und die Geburtshülfe nach dem Ergebnisse der Erfahrung, m. 3 Kpfrn. gr. 8. (16¼ B.) 825. Strassb. . .	1	4
Whistling, D. C. G., Oekonomische Pflanzenkunde für Land- und Hauswirthe, Gärtner, Fabrikanten und Handwerker, nach dem System des Gebrauchs mit Linneischen Kennzeichen geordnet. Erster Theil. Pflanzen, die der Mensch geniesst, und die ihn nähren. gr. 8. 805.	1	8
Desselben Buches Zweiter Theil, die Futterkräuter enthaltend. gr. 8. 805.	1	8
— — Dritter Theil, welcher die Fabrik- und Farbepflanzen enthält. gr. 8. 806.	2	12
— — Vierter und letzter Band. Mit einem Register über alle 4 Bände. Auch unter dem Titel: Unkräuter, giftige Pflanzen etc. Ein Handbuch für Jedermann. gr. 8. 807.	2	—
Alle 4 Bände zusammen	7	4

